

**CODEX**  
**JURIS BOHEMICI.**

TOMUS PRIMUS,

**AETATEM PŘEMYSLIDARUM CONTINENS.**

OPERA

**HERMENEGILDI JIREČEK.**

---

**PRAGAE.**

TYPIS ET SUMPTIBUS TYPOGRAPHI I. L. KOBER.

1867.

# PRAEFATIO.

---

Bohemia et Moravia quo multis aliis regionibus praestant hoc imprimis est quod, etsi modicis continentur finibus, at quum a vicinis Germaniae partibus continuo montium et saltuum tractu separatae in unum coaluerint, antiquo juri slavico excolendo et augendo quasi domicilium ac sedem praebuerunt, ubi illud paulatim per varios aetatum gradus ad tantam amplitudinem et copiam adductum est, ut perpetuae historiae contexendae largam praebere materiem possit. Ibi praesertim evenit, ut varia quoque juris germanici genera nec non jus canonicum atque romanum cum patrio Slavorum jure conflueret, unde novae juris formae exortae sunt.

Illius juris igitur fontes et capita ut in unum colligantur atque edantur, omnes qui ad historiam Bohemiae et Moraviae studium operamque conferunt, summe exoptant, haud ignari fore, ut tali juris codice confecto non solum fontes unde uberrima juris cognitio emanet, aperiantur, sed progressiones quas ad cultum humanum civilemque singulae aetates fecerunt, velut in tabula depictae conspiciantur.

Praecipui autem potissimique fontes juris bohemicum cognoscendi sunt 1. *tabulae terrae*, 2. *libri* qui leges et jura vel juris consultorum commentarios complectuntur, praeterea 3. *sygraphae* et aliae id genus *literae*. Et Bohemiae quidem tabulae incendio a. 1541 maximam partem sunt absumptae; at tabulae Moravienses et Silesiacaе usque ad hunc diem incolumes conservantur. Nihil tamen secius id videtur posse praestari, ut combustae tabulae bohemicae ex aliis quae ad nostra tempora manserunt literis et ex libris qui de jure exstant, aliqua saltem ex parte reficiantur et reconcinnentur.

Librorum autem de jure et de legibus bona copia suppetit, qui tamen nondum omnes typis descripti sunt. Eorum partim sunt a juris peritis privato consilio conscripti, ut Liber domini a Rosenberg; domini Andreae a Dubá juris bohemicus explanatio; Cornelii a Všešrd de Bohemiae legibus tabulisque libri novem; liber domini Ctibor a Cimburk, jus moravicum exhibens etc.; partim leges publice latae legumque codices auctoritate publica conscripti atque editi, uti Ordo iudicii terrae, Majestas Carolina, complures libri quibus jura singularum civitatum continentur, Jura et constitutiones terrae, pactio sic dicta Venceslaica, et id genus alia. Tabularum denique et literarum ad jus publicum pertinentium permagnus numerus exstat.

Libros igitur de jure et de legibus conscriptos, codices legum nec non syngraphas, instrumenta et omnia id genus literarum monumenta (exceptis tamen regni sive terrae tabulis) ut in unum corpus congeramus nobis propositum est, qua de re quum eorum sodalium Regiae scientiarum societatis, qui historiae se dederunt, consessus Pragae haberetur, die 17. Octobris 1864 tunc primum exposuimus.

Ordo in iis proferendis observabitur chronologicus ita ut praemittantur leges temporibus Přemyslidarum latae, sequantur leges ejus aetatis qua reges familiae Luceburgensis regnarunt, eodemque modo reliquae aetates succedant.

Tomus primus destinabitur monumentis Přemyslidarum, quae quidem ab antiquissimis temporibus usque ad aetatem qua inclyta illa gens exstincta est, colligere licuit.

Singulis monumentis, sive libri sunt sive diplomata, prooemium historicum et literarium annectetur. Orationis contextus aut in paragraphos digeretur aut eo ordine qui rebus maxime conveniet, describetur.

Singulis tomis et summaria accuratissime perscripta adjungemus.

**Vindobonae**, mense Aprili 1866.

**H. Jireček.**

## Carminum antiquorum fragmenta duo.

(Manuscriptum s. d. Viridomontanum).

Mense Novembri 1818 Franco comiti de Kolovrat, summo tum regni Bohemiae burgravio, traditum est volumen quatuor foliorum membraneorum manu scriptum, quo continebantur fragmenta duorum carminum monumentis antiquitatis bohemicae vetustissimis adnumeranda. Volumini illi ex argumento alterius fragmenti inditum nomen „Libussae Judicio“ (Libušina Soud). Repertum autem est jam anno 1817 in Monte Viridi, quod est arx prope Nepomuk in Bohemia sita, et quidem in cella ubi id temporis repositorium erat. Detectoris nomen est Franciscus Kovář, qui tunc in ditione arcis Viridomontani munere quodam publico minori fungebatur, atque is fuit, qui illa folia manu scripta comiti de Kolovrat tradenda curavit.

Manuscriptum ipsum ex loco ubi repertum est Viridomontanum nunc appellatur et in Museo regni Bohemiae asservatur.

Qui autem accuratius cognoscere volunt, quonam modo repertum sit, quae sit exterior ejus facies, quibus rationibus auctoritas ejus impugnata et quibus argumentis vindicata sit: eos delegamus ad libros qui inscribuntur: Die ältesten Denkmäler der böhmischen Sprache, kritisch beleuchtet von P. J. Šafařík u. d. Fr. Palacký (Prag 1840); Svědeckví o nalezení Litušina Soudu, sestavil V. V. Tomek (Čas. Č. Musea 1859); Die Grünberger Handschrift. Zeugnisse über die Auffindung des Libušina Soud (Prag 1859); Die Grünberger Handschrift (in opusculo: Die Echtheit der Königshofener Handschrift, kritisch nachgewiesen von J. und H. Jireček, Absatz X. Prag 1862); Výměsky o dědičném právé v Čechách co příspěvek k vysvětlení zlomku Zeleňohorského, čtení J. P. Šafaříka (Sebrané spisy I. I. V Praze 1864). Complura etiam in utramque partem conscripta per ephemerides dispersa leguntur.

Orationis contextu, quem exhibuimus, addidimus interpretationem latinam a Šafaříki et Palackio institutam, nonnullis quidem mutatis, quae solertia recentiorum in has res diligentissime inquirentium emendaverat, attamen ordine quo archetypi vocabula sese excipiunt accuratissime conservato.

### (Fragmentum primum).

1. všiak ot svej čelědi vojevodi;
2. mužie pášú, ženy ruby strojá,
3. i umřě-li glava čelědina,

1. quivis pater suae familiae imperat;
2. viri colunt agros, feminae vestes parant,
3. et si moritur caput familias,

4. děti vše tu sbožiem v jedno vladú,
5. vládyku si z rodu vyberúce
6. ký plezně- dlě v sněmy slávny chodí,
7. chodí s kměťmi, s lechy, vládykami. —
8. Vstachu kmětie, leši i vládyky,
9. pochvalichu pravdu po zákonu.

4. liberi omnes tunc facultatibus in unum dominantur,
5. vládykam sibi ex familia eligentes,
6. qui utilitatis causa comitia celebria adit,
7. adit cum kmetonibus, cum lechis vládycisque.
8. Adsurrexere kmetones, lechi et vládycae,
9. sanxere jus secundum legem.

(Fragmentum secundum).

1. Aj Vletavo, če mutiši vodu,
2. če mutiši vodu strěbropěnu?
3. Za tě luta rozvlájáše buria,
4. sesypavši tučiu šira neba,
5. oplākavši głavy gor zelených,
6. vyplakavši zlatopiesku glinu? —
7. Kako bych jáz vody nemutila,
8. keďdy se vadita rodna bratry,
9. rodna bratry o dědiny otné!
10. Vadita se kruto mezu sobú
11. lutý Chrudoš na Otavě krivě,
12. na Otavě krivě zlatonosně,
13. Stiaglav chraber na Radbuzě chładně,
14. oba bratry, oba Klenovica,

1. En Vltava, quid turbas aquam,
2. quid turbas aquam argento-spumeam?
3. An te saeva exasperavit procella,
4. deturbans nimbos late-potentis coeli,
5. abluens capita montium viridium,
6. eluens auroarenosum limum? —
7. Qui ego aquam non turbem,
8. dum invicem litigant germani fratres,
9. germani fratres de hereditatibus paternis!
10. Litigant acriter inter sese
11. saevus Chrudoš super Otava curva,
12. super Otava curva aurifera,
13. Stiaglav fortis super Radbuza gelida,
14. ambo fratres, ambo Klenidae,

15. roda stara Tetvy Popelova,
  16. jen-ze pride s pleky s Cechovými
  17. v sie-ze žirné vlasti přes tri řeky.
  18. Priletieše družna vlastovica,
  19. priletieše ot Otavy krivy,
  20. séde na okence rozložito
  21. v Lubušině otně zlatě siedlě,
  22. siedlě otně, světě Vyšegradě,
  23. běduje i naricaje mutno.
  24. Kdy sie slyše její rodna sestra,
  25. rodna sestra v Lubušině dvorě:
  26. sprosi kněžnu utr' Vyšegradě,
  27. na popravu ustaviti pravdu,
  28. i pognati bratry její oba,
  29. i súditi ima po zákonu.
  30. Káže kněžna vypraviti posly
  31. po Svatoslav ot Lubicě bielé,
  32. idě-že sú dúbřaviny uné,
  33. po Lutobor s Dobroslavska chlemcia
  34. idě-že Orliciu Labe pije,
  35. po Ratibor ot gor Krekonoši
  36. idě-že Trut pogubi saň lutu,
- 
15. gentis priscae Tetvae Popelidae,
  16. qui venit cum tribubus cum Cechicis
  17. in hasce opimas regiones trans tres amnes.
  18. Advolabat socia hirundo,
  19. advolabat ab Otava curva,
  20. consedit in fenestra patula
  21. in Liubussae patria aurea sede,
  22. sede patria, sacra Acropoli,
  23. ejulat et lamentatur moeste.
  24. Audiens id illorum germana soror,
  25. germana soror in Liubussae aula,
  26. rogat ducissam intra Acropolin,
  27. ad corrigendum perducere jus,
  28. et citare fratres ejus ambos
  29. et judicare illis secundum legem.
  30. Jubet ducissa expediri nuntios
  31. ad Svatoslaum de Liubica alba,
  32. ubi sunt querceta juvenantia,
  33. ad Liutoborum ex Dobroslavio monte,
  34. ubi Orlicam Albis haurit,
  35. ad Ratiborum de montibus Krkonoši,
  36. ubi Trut delevit hydram saevam,

37. po Radovan ot Kamena mosta,
38. po Jarožir ot Bred vletorěčných,
39. po Strězibor ot Sazavy ladny,
40. po Samorod se Mžě strěbrnosné,
41. po všie kměti, lechy i vládyky,
42. i po Chrudoš i po Stiaglav bratry,
43. rozvadéma o dědiny otné.
44. Kda se sněchu leši i vládyky
45. v Vyšegradě . . . .
46. prokní stúpi rozenia-dlě svěgo,
47. stúpi kněžna v běléstváci rizě,
48. stúpi na stol oten v slavně sněmě;
49. . . . dvě věgłasně děvě
50. vyučeně věščbám vítězovým:
51. u jednej sú desky pravdodatné,
52. u vtorej meč krivdy karajúci,
53. protiv ima plamen pravdozvěsten,
54. i pod ima svatocudna voda.
55. Počě kněžna s otna zlata stoła:
56. Moji kmětie, leši i vládyky!
57. Se, bratroma rozrěšite pravdu,
58. ja-že vadita se o dědiny,

37. ad Radovan de Lapideo ponte,
38. ad Jarožirum de Brdis undifluis,
39. ad Streziborum de Sazava limpida,
40. ad Samorodum ex Misa argentifera,
41. ad omnes kmetones, lechos et vladycas,
42. sicut et ad Chrudossum et ad Stiaglav fratres,
43. litigantes de hereditatibus paternis.
44. Postquam convenere lechi et vladycae
45. in Acropoli . . . .
46. quilibet intrat secundum nativitatem suam
47. ascendit ducissa in alba candente palla,
48. ascendit solium patrium in celebri comitio;
49. . . . duae sagaces virgines,
50. edoctae scientiis vatum (sapientum);
51. ad unam sunt tabulae legislatoriae,
52. ad alteram ensis, injuriarum ultor,
53. ex adverso illis flamma, veri proditor,
54. et sub illis sacrocasta aqua.
55. Occipit ducissa de patrio aureo solio:
56. Mei kmetones, lechi et vladycae!
57. En, fratribus decernite jus,
58. qui litigant de hereditatibus,

59. o dědiny otné mezu sobú.  
60. Po zákonu věkožizných bogov  
61. budeta im oba v jedno vlásti,  
62. či se rozdělita rovnú měrú.  
63. Moji kmětie, leši i vládyky!  
64. rozrěšite moje výpovědi,  
65. budetě-li u vás po rozumu;  
66. nebudetě-l' u vás po rozumu,  
67. ustavite ima nový nález,  
68. ký by smieril rozvaděna bratry!  
69. Kľaněchu se leši i vládyky,  
70. i počechu ticho govoriti,  
71. govoriti ticho mezu sobú  
72. i chváliti výpovědi jeje.  
73. Vsta Lutobor s Dobrosľavska chlemcia,  
74. je se tako slovo govoriti:  
75. Slavná kněžno s otna zľata stoľa,  
76. výpovědi tvoje rozmysľechom:  
77. seber' gľasy po národu svému.  
78. I sebrastě gľasy děvě súdně,  
79. sbierastě je u osudie svatě,  
80. i dastě je lechom provolati.

59. de hereditatibus paternis inter sese.  
60. Secundum legem aeterne-viventium deorum  
61. illis ambo in unum dominabuntur,  
62. aut inter se dividunt aequali portione.,  
63. Mei kmetones, lechi et vladycæ,  
64. decernite mea edicta,  
65. si fuerint ad vos secundum mentem;  
66. atsi non fuerint ad vos secundum mentem  
67. statuite illis novam sententiam,  
68. quæ conciliet litigantes fratres.  
69. Adclinarunt se lechi et vladycæ,  
70. et coeperunt submisso colloqui,  
71. colloqui submisso inter sese  
72. et comprobare edicta ejus.  
73. Adsurrexit Liutobor ex Dobrosľavio monte,  
74. coepit tale dictum effari:  
75. Inclita ducissa de patrio aureo solio,  
76. edicta tua perpendimus:  
77. collige suffragia per populum tuum.  
78. Et collegere suffragia virgines judiciales,  
79. collegere ea in urnam sacram,  
80. et dedere ea lechis promulganda.



81. Vsta Radovan ot Kamena mosta  
 82. je sě glasy čislem přeglědati,  
 83. i věčinu provolati v národ,  
 84. v národ k rozsúzeniu na sněm sboren :  
 85. Oba rodna bratry Klenovica,  
 86. roda stara Tetvy Popelova,  
 87. jen-že přide s pleky s Čechovými  
 88. v sie že žirné vlasti přes tri řěky,  
 89. směřita sě tako o dědiny :  
 90. Budeta im oba v jedno vlásti.  
 91. Vstanu Chrudoš ot Otavy krivy,  
 92. zleč sě jemu rozli po utrobě,  
 93. triasechu sě lutostiú vši údi,  
 94. machnu rukú, zarve jarým turem :  
 95. Gorě ptencem, k nim-že zmija vnori,  
 96. gorě mužem, im-že žena vlade,  
 97. mužiu vlásti mužem zapodobno !  
 98. prevenciu dědinu dáti pravda !  
 99. Vsta Lubušia s otna zláta stoła,  
 100. vecě: Kmětie, leši i vládyky !  
 101. Slyšeste zdě poganěnie moje !  
 102. suďte sami po zákonu pravdu ;
81. Assurrexit Radovan de Lapideo ponte,  
 82. coepit suffragia numero perspicere,  
 83. et majoritatem provocare in populum,  
 84. in populum ad judicandum in comitio collectum :  
 85. Ambo germani fratres Klenidae  
 86. gentis priscae Tetvae Popelidae,  
 87. qui venit cum tribubus cum Čechicis  
 88. in hasce opimas regiones trans tres amnes,  
 89. convenietis ita de hereditatibus :  
 90. Ambo illis in unum dominabimini.  
 91. Exsurrexit Chrudoš de Otava curva,  
 92. bilis ei perfunditur per viscera,  
 93. tremunt prae furore omnes artus,  
 94. quassat manum, fremit validi instar tauri :  
 95. Vae aviculis, ad quas vipera penetrat,  
 96. vae viris, quibus femina imperat !  
 97. viro imperare viris decet !  
 98. primogenito hereditatem dare jus !  
 99. Exsurgit Liubussa de patrio aureo solio,  
 100. inquit: Kmetones, lechi et vladycæ !  
 101. audistis hic contumeliam meam,  
 102. judicate ipsi juxta legem jus ;

103. u nebudu vám súditi svády;
104. vol'te mužia mezu sobú rovna,
105. ký by vládl vám po želézu:
106. děvčie ruka na vy k vládě slabá!
107. Vsta Ratibor ot gor Krekonoši,
108. je sě tako slovo govoriti:
109. Nechvalno nám v Němcěch iskati pravdu:
110. u nás pravda po zákonu svatú,
111. ju-že přinesechu otcí naši
112. v sie-že . . . .

103. jam non vobis dijudicabo lites;
104. eligite virum inter vos aequalem,
105. qui regat vos ferro;
106. virginea manus in vos ad imperium debilis!
107. Exsurrexit Ratibor de montibus Krkonoši,
108. occipit tale verbum effari:
109. Non decet nos apud Nemetes quaerere jus,
110. apud nos jus secundum legem sacram,
111. quod attulere patres nostri
112. in hasce . . . .

2.

## Charta divisionis Francorum regni.

817.

Slavi Bohemi quum essent Francorum regni confines, fieri non potuit, quin cum Carolo, cui nomen Magno inditum est, armis confingerent. Et primum quidem contra eos exercitum Carolus ipse in expeditionem eduxit, quum Avars bello persequeretur, quod factum est certe ante annum 800, ut memoriae prodidit Monachus Sangallensis (II. 12). Alterum exercitum per-magnam a. 805 ductu et auspiciis Caroli filii sui, tertium tandem anno proximo in Bohemiam misit (Einh. Ann.). Ad haec bella sine dubio refertur carmen Manuscripti Aulae Reginae: O velikém pobiti (de clade magna), quod etiam Zábój inscribitur, ubi ipsum Caroli nomen in Kral (Karl = Kral) immutatum legitur. Unde et hoc patet, bohemicum kral (rex) ex nomine magni Francorum regis esse ortum, et verisimile est, eo adhuc regnante Bohemos etsi nunquam eodem modo quo Langobardi, Saxones, Bavari et Avars subacti sunt, tributarios Caroli imperio esse factos. Quod quidem non ante a. 806 evidens videtur, quum in divisione regni eodem anno confecta nulla de Bohemis fiat mentio. Scribit rerum a Carolo gestarum narrator atque laudator Einhardus, Carolum Bohemos (Boemmannos) tributarios effecisse, et Cosmae annalium scriptoris temporibus rei memoria apud Bohemos exstabat, tributum, quod imperatoribus pendebant, a Caroli aetate exordium ducere: Semper salvo tenore nostrae legis fuimus et hodie sumus sub imperio Caroli regis; et ejus successoribus nostra gens nunquam exstitit rebellis, et tibi in omnibus bellis mansit et semper manebit fidelis, si justitiam nobis tantum

facere velis. Talem enim nobis legem instituit Pipinus, magni Karoli regis filius, ut annuatim imperatorum successoribus 120 boves electos et 500 marcas solvamus (Cosm. ad a. 1040). Quodsi in Charta divisionis anno 817 factae Slavi Bohemi Ludovico Ludovici Pii filio adduntur, hoc ita accipiendum est, eum fuisse, ad quem illius stipendii perceptio redierit.

(Pertz Mon. Germ. III. p. 198. — Erben Regesta I. 18.)

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus. Cum nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingentesimo septimo decimo, indictione decima, annoque imperii nostri quarto mense Julio, Aquisgrani palatio nostro more solito sacrum conventum et generalitatem populi nostri propter ecclesiasticas vel totius imperii nostri utilitates pertractandas congregassemus . . .

I. Volumus ut Pippinus habeat Aquitaniam et Wasconiam et marchiam Tolosanam totam, et insuper comitatos quatuor ecc.

II. Hludowicus volumus ut habeat Bajoariam et Carentanos et Beheimos et Avaros atque Sclavos qui ab orientali parte Bajoariae sunt, et insuper duas villas dominicales ad suum servitium in pago Nortgae, Luthraof et Ingoldestat.

III. Volumus, ut hi duo fratres qui regis nomine censentur, in cunctis honoribus intra suam potestatem distribuendis propria potestate potiantur; tantum ut in episcopatibus et abbatibus ecclesiasticis ordo teneatur et in caeteris honoribus dandis honestas et utilitas servetur . . .

3.

Litterae Hadriani II. papae de ritu slavico.

869.

Hadrianus II. papa, quum episcopatum Sirmiensem (Pannoniensem) restauraret, adquiescens petitionibus a Constantino Philosopho et Methodio hac de re prolati Slavici illarum regionum incolis concessit ut iis in liturgia idem rito slavico uti liceret. Litterae pontificales hac de re editae inscriptae sunt ducibus Rostislao Moraviensi et Kocelo Blatensi (Pannoniensi), quibus missae sunt per Methodium primum dioecesis Pannoniensis restauratae episcopum.

Leguntur hae litterae in Vita Sti Methodii (Legenda sic dicta Pannonica), quae exstat in codice chartaceo manus ripto formae maximae seculi XVI, assertivo in bibliotheca clericalis academiae Moscoviensis. Fides litterarum Hadriani, etsi latinum earum exemplum nusquam reperitur, si universum argumentum earum respicimus, in dubium vocari nequit, quod tamen de singulis quibus conscriptae sunt verbis minime affirmaverim. Cognitae jam erant Histori annalium russicorum scriptori, qui quidem autor gravissimus quum verba ipsa de literis Hadriani de prompta afferat, omnem de earum fide dubitationem tollere videtur. Nec litterae Joannis VIII. (n. 4) satis intelligi possent, nisi annis superioribus de usu linguae slavicae in ritibus sacris aliquid esset concessum.

Vita Sti Methodii sermone palaeoslavico conscripta primum Moscoviae a. 1843 in lucem edita est in actis quae Moskvitjanin inseribuntur, iteram versione bohemia in actis Musci bohemicii (Cas. česk. Musea 1843), tertium tandem in libro a celeberrimo P. J. Šafaříkio a. 1851 Pragmae edito, qui intitulatur: Památky dřevního písemnictví Jihošlovantův. Cf. Ernesti Dümmlerii dissertationem: Die pannonische Legende vom heil. Methodius (Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen. XIII. Band. Wien 1854).

Āndrĕjan episkop i rab božji k Rostislavu i Kocelju.

Slava v vyšních Bogu i na zemli mir v čelověčech blagovolenie. Jako o vas duchovnaa slyšachom, na njaže žaždachom s želaniem i molitvoju, vašego radi spasenija, kako jest vzdvigl gospod serdca vašja, iskati ego, i pokazal vam, jako netokmo věroju, no i blagymi děly dostoit služiti Bogu. Věra bo bez děl merta jest, i otpadajut ti, iže sja mnjat Boga znajušče, a děly sja jeho odmetajut. Netokmo bo u sego svjatitelskago stola prosiste učitelja, no i u blagověrnago carja Michaila, da posla vam blažennago filosofa Konstjantina i s bratom, dončeže my nedospěchoim. Oni-že, uvěděvše apostolskago stola dostojašča vašja strany, kromě kanona nestvoriste ničsože, no k nam priidoste i svjatago Klimenta mošči nesušče. My-že trĕgubu radost priimše, umyslychom ispytavše poslati Methodia, svjašče i s učeniky, syna-že našego, na strany vašja, mu-ža-že sveršena razumom i pravověrna.

(I.) Da vy naučit, jakože jeste prosili, skazaja knigy v jazyk vaš, po vsemu cerkovnomu činu ispolň i s svjatoju mšeju, rekše s služboju i kreščeniem.

(II.) Jakože jest filosof Konstjantin načal božieju blagodjetiju, i za svjatago Klimenta molitvy: takože ašče in kto vmozhet dostoino i pravověrno skazati, svjato i blagoslovenno Bogom i nami i vseju katolikieju i apostolskoju cerkovju budi, da byste udob zapovědi božia navykli.

(III.) Sej-že jedin chranite obyčaj, da na mši prvoe čtut apostol i evangelie rimaky, tače slovenskij, da sja ispolnit slovo knižnoje, jako: Vschvaljat Gospoda vsi jazyci, i drugoici: Vai vzglagoljut jazyky različny veličija božia, jakože dast im duch svjatyj otvěščevati.

(IV.) Ašče-že kto ot sbrannych vam učitel i slyšaščich sluchy i ot istinny otvraščajuščich na bljadi, načnet drznuv inako rozvraščati vy, gadja knigy jazyka vašego: da budet otlučen, no tokmo v sud dany cerkvi, dončeže sja ispravit; ti bo sut volci, a ne ovca, ja-že dostoit ot plod ich znati i chraniti sja ich.

Vy-že, čada vzljublennaja, poslušajta učenia božia i ne otrinete kazania cerkovnago, da sja obrjaščete istinnii poklonnici božii, Otcu našem nebesnomu, s vsěmi svjatymi. Amin.

(*Versio latina.*)

Andrianus episcopus et servus Dei Rostislao et Kocelo.

Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Audivimus de vobis spiritualia, quae sitiebamus cum desiderio et precibus vestrae salutis gratia, quoniam expergefecit Dominus corda vestra, ut eum quaereretis, et monstravit vobis, quomodo non solum fide, verum etiam bonis operibus oporteret Deo servire. Fides enim sine operibus mortua est, et falluntur ii, qui putant, Deum se cognoscere, in operibus autem ab eo desciscunt. Non enim apud hunc episcopalem thronum tantum rogastis doctorem, sed etiam ab orthodoxo imperatore Michaelē, misitque vobis beatum philosophum Constantinum cum fratre, cum nobis occasio deesset. Illi vero, jure sedis apostolicae in vestras partes cognito, contra canonem nihil fecerunt, sed ad nos venerunt, S. Clementis reliquias ferentes. Nos autem triplici gaudio repleti, statuimus re considerata, Methodium in partes vestras mittere, filium nostrum, postquam eum cum discipulis ordinavimus, virum perfectum intellectu et orthodoxum,

(I.) Ut vos edoceret, quemadmodum rogastis, libros in vestram linguam interpretans secundum omnia ecclesiae praecepta plene cum sacra missa id est cum liturgia et baptismo.

(II.) Sicuti Constantinus philosophus divina gratia et S. Clementis invocatione coepit: item si quis alius potuerit digne et orthodoxe docere, sit sanctum et benedictum a Deo et nobis et omni catholica et apostolica ecclesia, ut facile praecepta divina dicatis.

(III.) Hunc unum servate morem, ut in missa primo legant apostolum et evangelium romane, dein slovenice, ut expleatur verbum scripturae: Laudate Dominum omnes gentes; atque alio loco: Omnes loquentur variis linguis magnalia Dei, prout spiritus sanctus dabat loqui illis.

(IV.) Si quis vero ex doctoribus, ad vos venientibus, et ex discipulis, aures suas a veritate avertentibus, ausus fuerit, aliter vos in errores seducere, vituperans literas linguae vestrae, sit excommunicatus, sed tantum in iudicium detur ecclesiae, donec se correxerit; isti enim sunt lupi et non oves, quos convenit a fructibus eorum cognoscere et cavere ab illis.

Vos autem filii carissimi, audite praecepta Dei, nec repudietis institutionem ecclesiae, ut inveniamini veri adoratores Dei Patris nostri coelestis cum omnibus sanctis. Amen.

---

## Litterae Joannis VIII. papae de ecclesiae Mora- viensis statu.

880.

Joannes VIII. papa quum audisset quae ab adversariis in Methodium Pannoniae Moraviaeque archiepiscopum variis et diversa proferebantur, audita etiam Methodii defensione, a. 880 ad Svatoplukum, Moraviae ducem, litteras dedit, quibus res ad constituendam ecclesiam Moraviensem gravissimae continentur, ut haud sciam an pro altero fundationis diplomate habendae sint; certe quidem videntur esse „Privilegium“ illud „ecclesiae Moraviensis,“ cujus mentio fit in Cosmae Chronicis (Script. rer. Boh. I. pag. 37).

Litterae autographae in Tabulis Vatic. leguntur. Typis hisce eas describendas curavimus ad exemplum in Museo bohemico repositum, cujus fides publica auctoritate est consignata.

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sphen-  
topulcho, glorioso comiti.

Industriae tuae notum esse volumus, quoniam confratre nostro Methodio, reverendissimo archiepiscopo sanctae ecclesiae Marabensis, una cum Semisisno fidei tuo, ad limina ss. apostolorum Petri et Pauli nostramque pontificalem praesentiam veniente atque sermone lucifluro referente, didicimus tuae devotionis sinceritatem et totius populi tui desiderium, quod circa sedem apostolicam et nostram paternitatem habetia. Nam divina gratia inspirante, contemptis aliis seculi principibus, b. Petrum, apostolici ordinis principem vicariumque illius habere patronum et in omnibus adiutorum ac defensorem, pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis et cum omni populo terrae tuae, amore fidelissimo elegisti et usque ad finem sub ipsius ac vicarii ejus defensione colla submittens, pio affectu cupis auxiliante Domino utpote filius devotissimus permanere. Pro qua scilicet tanta fide ac devotione tua et populi tui apostolatus nostri ulnis extensis te quasi unicum filium amore ingenti amplectimur, et cum omnibus fidelibus tuis paternitatis nostrae gremio veluti oves Domini nobis commissas recipimus, vitaeque pabulo clementer nutrire optamus atque nostris assiduis precibus omnipotenti te Domino commendare studemus: quatenus sanctorum apostolorum suffragantibus meritis et in hoc seculo adversa omnia superare et in coelesti postmodum regione cum Christo, nostro Deo, valeas triumphare.

(I.) Igitur hunc Methodium, venerabilem archiepiscopum vestrum, interrogavimus coram positis fratribus nostris episcopis, si orthodoxae fidei symbolum ita crederet et inter sacra missarum solemnina caneret, sicuti S. Romanam ecclesiam tenere et in sanctis universalibus synodis a ss. patribus secundum

evangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum atque traditum constat. Ille autem professus est, se juxta evangelicam et apostolicam doctrinam sicuti S. Romana ecclesia docet et a patribus traditum est, tenere et psallere.

(II.) Nos autem illum in omnibus ecclesiasticis doctrinis et utilitatibus orthodoxum et proficuum esse reperientes, vobis iterum ad regendam commissam sibi Dei ecclesiam remisimus, quem veluti pastorem proprium ut digno honore et reverentia laetaque mente recipiatis, jubemus: quia nostrae apostolicae auctoritatis praecepto, ejus archiepiscopatus ei privilegium confirmavimus et in perpetuum Deo juvante, firmum manere statuimus; sicut antecessorum nostrorum auctoritate, omnia ecclesiarum Dei jura et privilegia statuta et firmata consistunt, ita sane ut juxta canonicam traditionem omnium negotiorum ecclesiasticorum curam habeat ipse, et ea, velut Deo contemplante dispenset. Nam populus Dei illi commissus est, et pro animabus eorum hic redditurus erit rationem.

(III.) Ipsum quoque presbyterum nomine Vichinum, quem nobis direxisti, electum episcopum consecravimus s. ecclesiae Nitriensis; quem suo archiepiscopo in omnibus obedientem, sicuti s. canones docent, esse jubemus; et volumus, ut pariter cum ipsius archiepiscopi consensu et providentia et alterum nobis apto tempore utilem presbyterum aut diaconum dirigas, quem similiter in alia ecclesia, in qua episcopalem curam noveris esse necessariam, ordinemus episcopum, ut cum his duobus, a nobis ordinatis episcopis praefatus archiepiscopus vester juxta decretum apostolicum per alia loca, in quibus episcopi honorifice debent et possunt existere, postmodum valeat ordinare.

(IV.) Presbyteros vero, diacones seu cujuscunque ordinis clericos, sive Slavos sive cujuslibet gentis, qui intra provinciae tuae fines consistunt, praecipimus esse subjectos et obedientes in omnibus jam dicto confratri nostro, archiepiscopo vestro, ut nihil omnino praeter ipsius conscientiam agant. Quodsi contumaces et inobedientes existentes scandalum aliquod vel schisma facere praesumerint, et post primam et secundam admonitionem se minime correxerint, quasi zizaniorum seminatores, ab ecclesiis et finibus vestris auctoritate nostra praecipimus procul esse abjiciendos, secundum auctoritatem capitulorum, quae illi dedimus et vobis direximus.

(V.) Literas denique slavonicas, a Constantino quondam philosopho repertas, quibus Deo laudes debite resonent, jure laudamus, et in eadem lingua Christi Domini nostri preconia et opera ut enarrentur, jubemus: neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis Dominum laudare auctoritate sacra monemur, quae praecipit, dicens: Laudate Dominum omnes gentes;

laudate eum omnes populi. Et apostoli repleti Spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia Dei. Hinc et Paulus, coelestis quoque tuba, insonat monens: Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris. De quibus etiam in prima ad Corinthios epistola satis et manifeste nos admonet, quatenus linguis loquentes ecclesiam Dei aedificemus.

(VI.) Nec sanae fidei vel doctrinae aliquid obstat, sive missas in eadem sclavinica lingua canere, sive sacrum evangelium vel lectiones divinas novi et veteris testamenti, bene translatas et interpretatas, legere aut alia horarum officia omnia psallere: quoniam qui fecit tres linguas principales, hebraeam scilicet, graecam et latinam, ipse creavit et alias omnes ad laudem et gloriam suam.

(VII.) Jubemus tamen, ut in omnibus ecclesiis terrae vestrae propter majorem honorificentiam evangelium latine legatur, et postmodum sclavinica lingua translatum in auribus populi, latina verba non intelligentis, adnunciatur, sicut in quibusdam ecclesiis fieri videtur. Et si tibi et iudicibus tuis placet, missas latina lingua magis audire, praecipimus, ut latine missarum tibi solemnia celebrentur.

Data mense Junio, Indict. XIII.

5.

## Joannis XIII. papae literae de condendo episcopatu Pragensi.

Cc. 971.

Cosmas in Chronicis suis exhibet summam literarum, quas Joannes XIII. papa ad Bohemiae ducem Boleslaum II. dedit eique per Mladam (Mariam) sororem misit. Quibus literis omnino conceditur, ut sedem episcopalem ad ecclesiam S. Viti in castro Pragensi constituere liceat; ipsum autem episcopatum a. 973 conditum esse scimus; diploma quidem fundationis notum est e confirmatione Henrici IV. imperatoris facta a. 1086 (n. 13).

Literae istae apud Cosmam non autographae, sed tantum summatim exscriptae legantur, quod significatur verbis: Literae quarum formula hujusmodi fuit.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, Boleslao, catholicae fidei alumno, apostolicam benedictionem.

Justum est, benivolas aures justis accommodare petitionibus, quia Deus est justitia, et qui diligunt Deum, justificabuntur, et omnia diligentibus Dei justitiam cooperantur in bonum.

Filia nostra, tua relativa, nomine Mlada, quae et Maria, inter ceteras haud abnegandas petitiones cordi nostro dulces



intulit ex parte tui preces, scilicet ut nostro assensu in tuo principatu ad laudem et gloriam Dei ecclesiae liceret fieri episcopatum. Quod nos utique laeto animo suscipientes, Deo gratias retulimus, qui suam ecclesiam semper et ubique dilatat et magnificat in omnibus nationibus. Unde apostolica auctoritate et sancti Petri principis apostolorum potestate, cujus licet indigni tamen sumus vicarii, annuimus et collaudamus atque incanonizamus, quo ad ecclesiam sancti Viti, Wencezlai fiat sedes episcopalis, ad ecclesiam vero S. Georgii martyris sub regula sancti Benedicti et obedientia filiae nostrae, abbatissae Mariae, constituatur congregatio sanctimonialium.

Verum tamen non secundum ritus aut sectam Bulgariae gentis vel Ruziae aut Sclauonicae linguae, sed magis sequens instituta et decreta apostolica, unum potiore totius ecclesiae ad placitum eligas in hoc opus clericum, latinis adprime literis eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium scindere et triticum bonae operationis serere, atque manipulos frugum vestrae fidei Christo reportare sufficiat. Vale.

6.

Edictum Boleslai II. ducis.

992.

E codice monasterii St. Crucis excusum in opusculo Quil. Wattenbachii: Beiträge zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen. (Wien 1849).

Anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXXII Domino Johanne XV. Papa in sacratissima sede beati Petri apostoli, imperante Domino Ottone III. rege augusto, ortante Dei nutu Domino episcopo II. sanctae Pragensis ecclesiae Adalberto monacho,

Dux Boleslaus praesentibus omnibus primatibus suis dedit praefato episcopo

(I.) secundum statuta canonum separare ea conjugia, quae infra parentelam contra sacram legem conjuncta esse reperirentur,

(II.) nec non etiam ecclesias per loca opportuna construendi,

(III.) et decimas congregandi \*) licentiam dedit.

---

\*) De decimis cf. Cosmae Chron. ad a. 1023.

## Decreta Brecislai I. ducis.

1039.

Brecislaus I. Bohemiae dux (1037—1055), quum in expeditione adversus Polonos anno 1039 suscepta castrum Gnězdno vi expugnasset, ubi in basilica S. Dei genitricis corpus Adalberti episcopi et martyris servabatur, ardua suorum ingenia mitigaturus, occasione sibi oblata uti constituit ut suos in hac expeditione comites eorumque auctoritate ceteros Bohemos ad quaedam decreta amplectenda adduceret, quibus quae in disciplina ecclesiastica erant depravata, corrigerentur. Quae decreta ab ipso Severo Pragensi episcopo, qui ducem in hac expeditione comitabatur, esse profecta videntur.

Continentur autem in Cosmae Chron. ad a. 1039.

1. Hoc meum proximum (maximum) et primum sit decretum, ut vestra connubia quae hactenus habuistis ut lupanaria et ceu brutis animalibus communia, a modo juxta canonum scita sint legitima, sint privata, sint insolubilia, ita duntaxat ut una vir conjuge et coniunx viro uno contenti vivant.

2. Si autem coniunx virum, aut vir conjugem spreverit, et rixa inter eos usque ad discidium efferbuerit, qui ex eis in priorem copulam legitime celebratam redire noluerit, nolo ut secundum ritum nostrae terrae hujus rei violator in servitutum redigatur, sed potius nostri immutabilis decreti per angariam, qualiscunque sit persona, redigatur in Ungariam, et nequaquam liceat ut pretio se redimat, aut in hanc terram redeat, ne unius contagio oviculae totum Christi serpat per ovile.

3. Eadem sententia sint plectendae virgines et viduae et adulterae, quae nomen bonum amississe et pudorem corripisse ac per scortum concepisse dignoscuntur; nam cum liberum nubendi habeant arbitrium, cur committunt adulterium et conceptus suos abortivant, quod est pessimum scelus scelerum.

4. Si vero mulier proclamaverit pari vice non amari, sed inclementer a viro suo affligi et profligari, detur inter eos iudicium Dei, et qui inventus fuerit reus, solvat poenas rei.

5. Similiter et de his qui homicidiis infamantur, archipresbyter comiti illius civitatis nomina eorum ascribat et comes eos conveniat; et si sunt rebelles, in carcerem redigat, donec aut poenitentiam dignam agant, aut si negant, ignito ferro sive adjurata aqua utrum culpabiles sint, examinentur.

6. Fratricidas autem et parricidas sive sacerdotum interfectores et hujusmodi capitalibus criminibus irretitos, archipresbyter assignet eos comiti vel duci, sive per manus et ventrem ferratos de regno ejiciat, ut ad instar Cain vagi et profugi circumeant terram.

7. Tabernam, quae est radix omnium malorum, unde prodeunt furta, homicidia, adulteria et caetera mala, et qui parat et qui paratam comparat, anathema sit.

8. Qui comprehensus fuerit hujus violator decreti tabernarius, in medio foro ad palum suspensus et usque ad fastidium praeconis caesus depiletur; res tamen ejus non infiscentur, sed potus tantum in terram projiciatur, ne quis execrabili haustu polluat.

9. Potatores autem si deprehensi fuerint, non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis unusquisque ccc nummos componat.

10. Fora autem dominicis diebus omnino ne fiant, interdiximus, quae ideo maxime in his celebrantur regionibus, ut caeteris diebus suis vacent operibus.

11. Si quis autem quam dominicis, tam festis diebus publice ad ecclesiam ferri indictis in aliquo servili opere inventus fuerit, ipsum opus et quod in opere est inventum, archipresbyter tollat jumentum et ccc ducis in fiscum solvat nummos.

12. Similiter et qui in agris sive in silvis suos sepeliunt mortuos, hujus rei praesumptores archidiacono bovem et ccc in fiscum ducis solvant nummos; mortuum tamen in poliandro fidelium humi condant denuo.

---

8.

## Lex Polonica Gedcanorum in Bohemiam perductorum

1039.

Dux Brecislaus I. incolis castri Gdec in Polonia siti, ut ipsi flagitaverant, in Bohemiam perducis, dedit partem silvae quae vocabatur Cirnin (ad fluvium Litavam prope Zlicy) non modicam; simul eis unum ex ipsis praefectum et judicem constituit, decrevitque, ut sub eadem lege qua in Polonia usi sunt, quum ipsi tum eorum posteri viverent (Cosmae Chron).

---

9.

## Brecislai I. constitutio de successione.

1055.

Brecislaus I. dux, a. 1055 exercitum in Pannoniam ducens, gravi in castro Chrudinensi pulsatus est aegritudine, quam ut sensit magis magisque irgravescere, convocavit eos qui forte aderant, primates, novumque coram eis instituit successiois in solio ducali ordinem, quem senioratum dicunt.

Factum id Cosmas in suis Chronicis enarrans, dictam constitutionem Brezislai suo modo adornat.

Dux, primatibus astantibus, verbis fatur talibus:

Quia me mea fata vocant et atra mors jam prae oculis volat, volo vobis assignare et vestrae fidei commendare, qui post me debeat rempublicam gubernare. Vos scitis, quia nostra principalis genealogia partim sterilitate, partim pereuntibus in immatura aetate, me usque ad imum fuit redacta. Nunc autem, ut ipsi cernitis, sunt mihi a Deo dati quinque nati, inter quos dividere regnum Bohemiae non videtur mihi esse utile, quia omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. Quia vero ab origine mundi et ab initio Romani Imperii et usque ad haec tempora fuerit fratrum gratia rara, testantur nobis exempla rata; nam Cayn et Abel, Romulus et Remus, et mei atavi, Boleslaus et sanctus Wenceslaus, si spectes, quid fecerint fratres bini, quid facturi sunt quini? Hos ego quanto potiores ac potentiores intueor, tanto mente praesaga pejora augurior. Heu mens semper pavida genitorum de incertis fati natorum! Unde providendum est, ne post mea fata aliqua inter eos oriatur discordia propter obtinenda regni gubernacula. Qua de re rogo vos per Dominum et obtestor fidei vestrae per sacramentum, quatenus inter meos natos sive nepotes semper major natu summum jus et solium obtineat in principatu, omnesque fratres sui sive qui sunt orti herili de tribu, sint sub ejus dominatu. Credite mihi, nisi monarchos hunc regat ducatum, vobis principibus ad jugulum, populo ad magnum deveniet damnum.

Ad hanc referuntur constitutionem, quae Cosmas in aliis locis sui Chronici avertit, ut: Justitia erat Bohemorum, ut semper inter principes eorum major natu solio potiretur in principatu (ad a. 1100); Odalricus increpat comites et minatur eis, jactat se esse aetate majorem et secundum patriae morem debitum sibi injuste sublatum per fratrem juniorem poscit principalis sedis honorem (ad a. 1101); Volo, ut cognoscat atque sui posterius discant, quod terra Moravia et ejus dominatores semper Bohemorum principis sint sub potestate, sicut avus noster piae memoriae Bracislai ordinavit, qui eam primus dominio suo subjugavit (ad a. 1110).

10.

Litterae Alexandri II. papae de ecclesiae Vissegradensi erectione

Cc. 1070.

Vratislaus II. dux (1061—1092) temporibus Alexandri II. papae (1061—1073) ecclesiam collegiatam in castro Vissegradensi condidit, quae ipsi sedi apostolicae subdita est, ex quo titulo quotannis XII marcae e camera ducis Romam pendebantur

Jireček: Codex.

Litterae quae ad fundationem hujus ecclesiae referuntur et in Cosmae Chronicis editionis Freherianae ad a. 1070 allegatae leguntur, genuinae quidem non sunt, at tenor earum congruit cum literis regis Vratislavi anno circiter 1088 datis, in quibus iisdem fere verbis redduntur ea quae de ecclesiae Vissegradensis patrocinio scribuntur (Erben Reg. I. 175.).

Alexander servus servorum Dei.

Urbis Romae episcopis et papis, suis successoribus, nec non catholicis episcopis sanctaeque Romanae Ecclesiae subiectis cunctis, utriusque vitae prosperitatem et apostolicam benedictionem a summo Deo cum omnibus Sanctis.

Ea, quae Dominus Deus suam per clementiam ad augmentum Apostolicae sedis condonare dignatus est, ad agnitionem omnigenarum linguarum hoc sub chirographo propagari volumus, primum quidem misericordiam Dei super nos diffusam liquide annunciamus. Bohemorum dux Wratislaus, vir christianus, fidei integerrimus amator, rebus in bellicis magnificus triumphator, quod serenissime ubique terrarum claruit, limina apostolorum Petri et Pauli honestos per nuntios cotidie visitans, nos ceterosque in Dei servitio devotissimos omni beneficio non minime praeteriens piaie mentis devotione innotuit: „Multa ante tempora votum Deo vovi, quod adhuc nequaquam implevi. Ecclesiam in honorem Salvatoris nostri, cujus ubique protectione munitus, vestrae pietatis auxilio aedificare cupio.“

Dictis talibus auditis, pontificalis apex ut ad cresceret, sanctorum patrum numero septuaginta duorum communi consilio penitus collaudavimus. Igitur ad haec perficienda Johannem episcopum Tusculanensem fundamentum dare misimus, cujus in praesentia ipse praefatus dux cophinos terra onustatos duodecim propriis humeris portasse videbatur. Locus ergo in quo est erecta, Vissegrada cognominatur, quod sonat litteraliter: Altior civitatibus. Quam sacrosanctam ecclesiam totius provinciae caput dici, venerari sanximus, praediis, mancipiis, auro, argento, caeterisque ornamentis decenter ditatam comperimus. Episcopi ejus sub dominio suis de decimis trecentos homines ad eandem ecclesiam segregaverunt: Praesul Pragensis ducentos, Olomucensis centum, fratrum suorum Conradi, Ottonis consensu.

Hoc itidem asyllum tutamini beati Petri principis apostolorum cunctisque in ejus sede sessuris firmiter commendavit. Marcas XII de eadem ecclesia ad pedes universalis papae, quicumque erit, omni anno offerendas sub Christi testimonio destinavit.

Hujus vero conditionis gratia cunctis celsior in eadem regione ut videretur ecclesiis, qualicumque apparamento septem cardinales altari sancti Petri ministrare student, mitra, sanda-

liis, simili modo ipsius ecclesiae praepositum, presbyterum, diaconum, subdiaconum incedere praecipimus. — Laudes, quas sub diademate statutis diebus proclamare solemus, solummodo in ista ecclesia astante duce summa diligentia Christum colaudare permittimus. — Christum baptizandi, consecrationem clericorum, episcopus loci illius invidia diaboli attacktus abnegare si praesumpserit, nostri decreti indicio apud quemlibet episcopum inueniat et accipiat, nemine autem praepediente omnem injuriam in romana synodo libere proclamet.

Scripta istarum litterarum sigillo impresso, supra venerandum corpus beati Petri apostoli posuimus; maxime ea pro causa, ut si quis Dei inimicus mandatorumque ejus contemptor hoc divellere voluerit, sciat se ab omnipotenti Deo in perpetuum condemnatum, ac cum coetibus Sanctorum nil commune fore, sed cum diabolo inextinguibili gehennae incendio aeternaliter concremari.

Data haec in manus Petri praepositi sancti Georgii in Palatio lateranensi sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi Imperatoris, VII idus Maii.

---

11.

### Litterae Gregorii VII. papae super usu mitrae.

1073.

Jam de Spitigneo II. duce qui ab a. 1055 usque ad a. 1061 Bohemiae praeerat, memoriae proditum est, eum a Nicolao II. papa (1058—1061) hoc tum insigni honore esse ornatum, ut ei caput mitrâ operire liceret. (Spicineus dux Bohemiae accepit licentiam a P. Nicolao sibi portandi mitram et promisit se daturum omni anno centum libras argenti de terra sua sub nomine censu. Cenc. camer.). Vratislao II. Alexander II. papa (1061—1073) usum mitrae concessit eodem modo, quo superior pontifex Spitigneo permiserat, quod testantur litterae Gregorii VII., quas hic omissis locis ad rem non pertinentibus allegamus.

Regest. Greg. VII. L. 1. ep. 27, Cf. Erben Reg. V. 142.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei.

Vratislao duci Bohemiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Longa jam temporis intervalla transacta sunt, ex quo et nobilitas tua beato Petro apostolorum principi non modicae devotionis animum spondit, et tibi in apostolica sede inter caeteros principes larga benignitas, prae multis etiam singularis et egregia fuit adstricta caritas. Cujus rei fidem et indicium ex benevolentia domini et antecessoris nostri, Alexandri papae, satis percepisse potes, qui petitionibus tuis non unquam sine

sua et filiorum sanctae Romanae ecclesiae sollicitudine et labore condescendit, et ad signum intimae dilectionis (quod laicae personae tribui non consuevit), mitram, quam postulasti, direxit. Neque vero nos in nostris temporibus tantae dilectionis gratiam providente Deo labefactari volumus, imo, si quid est, in quo comitante justitia firmius conglutinari valeat, hoc nostrum apud Deum sollicitudo impetrare valde desiderat. At te quidem erga apostolicam reverentiam quam sis in votis constans, quam in promissis perseverans, non modo pro dignitate, verum etiam pro salute tua fideliter oportet attendere. Scriptum est enim: *Vovete et reddite!* Quae autem illa vel qualia sunt, a tui ipsius conscientia satis te commonitum esse putamus — — —

Deus autem omnipotens, qui bonorum omnium dator est, talem vos in votis vestris et actibus esse faciat, ut cum ante caelestes iudices, videlicet Petrum et Paulum, in futuro examine veneritis, nulla vos in illorum oculis nisi quae remuneratione digna sit, conscientia denotare et ostentare valeat.

Data Romae XVI. Kal. Januarii Indictione XII.

12.

Litterae Gregorii VII. papae de ritu slavico  
in Bohemia.

1080.

Vratislaus II per omne tempus quo principatum tenebat (1061—1092) monasterium Sazaviense, in quo liturgiam slavica viguisse seimus, favore et beneficiis tuebatur. Monachos temporibus Spitzigni II. (1055—1061) dissipatos in coenobium revocavit, eorumque abbatem Božetěchum virum omnibus rebus praecellentem liberalissime atque honorificentissime tractavit. Attamen opera quam hic princeps insumpsit ut liturgiae slavicae comprobationem sedis apostolicae conciliaret, secus ac sperabatur cecidit. Litterae quas exhibemus testantur, quid sedes apostolica hac de re sonserit. Atque jam Vratislai II. successor, Bretislaus II., cum adversariis monasterii Sazaviensis stetit.

Regesta Greg. VII. L. VII. ep. 11.

Gregorius, servus servorum Dei.

Vratislao, Bohemorum duci, salutem et apostolicam benedictionem.

Hujusmodi salutationis nostrae consuetudinem, scilicet apostolicae benedictionis, eam tibi mittentes non sine haesitatione, modo servavimus, propterea quod videris excommunicatis ipse communicare, quicumque nimirum bona ecclesiarum invadunt, id est, sine certa licentia episcoporum vel abbatum diripiunt, vel ab aliqua persona accipiunt, non solum ab apostolica sede hoc tempore, verum etiam a multis sanctis patribus sicut in scripturis eorum reperimus.

Verum, utcunque se res habeat, salutē tuā internae providere non modo ex antiqua tui dilectione movemur, verum etiam ex suscepti honoris, imo laboris intuitu profecto compellimur, eo magis, quod multorum profectui tua sublimitas esse potest exemplum. Neque enim tui relinquitur dicere vel cogitare: Meum non est, alienam vitam vel mores in spiritualibus exquirere sive distringere — —

Haec itaque nostra monita sive mandata volumus, imo jubemus, ut ante suae mentis oculos excellentia tua saepius ponat et crebrius legendo, audiendo meditetur, non quod elegantius scripta nequeas in sanctorum paginis invenire, sed quia haec ad te specialiter ex nobis, imo ex beato Petro missa sunt, et ista frequentius recogitando poteris Deo propitiatore ad potiora cognoscenda exurgere. Quia vero nobilitas tua postulavit, quo secundum Sclavonicam linguam apud vos divinum celebrari annueremus officium, scias, nos huic petitioni tuae nequaquam posse favere. Ex hoc nempe saepe volventibus liquet, non immerito sacram scripturam omnipotenti Deo placuisse quibusdam locis esse occultam, ne, si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret et subjaceret despectui, aut prave intellecta a mediocribus in errorem induceret. Neque enim ad excusationem juvat, quod quidam religiosi viri hoc quod simpliciter populus quaerit, patienter tulerunt seu incorrectum dimiserunt; cum primitiva ecclesia multa dissimulaverit, quae a sanctis patribus postmodum firmata christianitate et religione crescente subtili examinatione correctae sunt.

Unde ne id fiat, quod a vestris imprudenter exposcitur, auctoritate beati Petri inhibemus, teque ad honorem omnipotentis Dei huic vanae temeritati viribus totis resistere praecipimus.

---

Datum Romae quarto nonas Januarii, indictione tertia.

---

13.

## Privilegium episcopatus Pragensis renovatum.

1086.

Episcopatus Pragensis anno 973 conditus, non solum Bohemiam quibus tum erat finibus, sed etiam Moraviam nec non aliquot regiones in orientem solem spectantes Bohemiae et Moraviae confines complectebatur. Severo episcopale munus tenente datum est conatibus precibusque ducis Vratislai II., ut Moravia ex ambitu et ditione dioeceseos Pragensis eximeretur atque ut Olomucii sedes episcopalis erigeretur (a. 1063). At Severi in episcopatu successor, Jaromirus - Gebhardus, Vratislai ducis frater, simulac sedem epi-



secpalem occupavit, de hac constitutione abolenda contendere et elaborare coepit et omne fere tempus sui episcopatus huic incepto perficiendo insumpsit. Tandem in synodo habita Moguntiaci a. 1086 obtinuit ut promulgaretur dioecesi Pragensi fines antiquos restitui debere atque Bohemiam et Moraviam unius dioeceseos esse.

Teste Cosma, annalium Bohemicorum scriptore, qui rebus hisce ipse interfuit, Jaromirus ad causam suam probandam adtulit privilegium Pragensis episcopatus saeculi decimi, quod respicit alio quoque loco Chronici sui, ubi de Boleslao II. hisce verbis scribit: In quantum Boleslaus ampliando dilataverit ferro sui terminos ducatus, apostolica testatur auctoritas in Privilegio Pragensis episcopatus. Num privilegium a Jaromiro in medium prolatum illud fuerit quod a S. Wolgango Ratisbonensis ecclesiae episcopo compositum fuisse fertur, nec affirmari nec denegari potest.

Privilegii episcopatus Pragensis a. 1086 renovati formam Cosmas Chronicis suis inseruit, adjiciens, aut hunc aut hujusmodi textum illud continere: In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus tertius divina favente clementia Romanorum Imperator augustus.

Regio nomini et imperatoriae dignitati congruere novimus, ut ecclesiarum Dei utilitatibus ubique opitulantes, damna vel injurias earum quacunque necesse fuerit, propulsemus. Quapropter universis Dei nostrique regni fidelibus, tam futuris quam praesentibus, notum esse volumus, qualiter fidelis noster Pragensis episcopus Gebhardus saepe confratribus suis et coepiscopis caeterisque principibus nostris ac novissime nobis conquestus est, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum Bohemiae ac Moraviae ducatum unus et integer constitutus et tam a papa Benedicto, quam a primo Ottone Imperatore sic confirmatus est, postea antecessorum suorum consensu, sola dominantium potestate subinthonizato intra terminos ejus novo episcopo divisus esset et imminutus. Qui cum Magontiae coram legatis apostolicae sedis, praesentibus nobis ac plerisque regni nostri optinatibus, eandem querimoniam intulisset: ab archiepiscopis Wezlone Magontino, Sigevino Coloniensi, Egilberto Treverensi, Liemaro Bremensi, ab episcopis quoque Tiederico Viridunensi, Conrado Trajectensi, Odalrico Eistetensi, Ottone Ratisponensi, cum assensu laicorum, ducis Bohemorum Wratislavi et fratris ejus Conradi, ducis Fridrici, ducis Lutoldi, palatini comitis Rapotonis et omnium, qui ibidem convenerant, primitiva illa parochia cum omni terminorum suorum ambitu Pragensi sedi est adjudicata.

Termini autem ejus occidentem versus hii sunt: Tugoze, quae tendit ad medium fluminis Chub, Zedlicane, Lucsane, Daciane, Lutomirici, Lemuzi usque ad mediam silvam, qua Bohemia limitatur. Deinde ad aquilonem hii sunt termini: Psouane, Crouati et altera Chrouati, Zlasane, Trebouane, Boborane, Dedosesi, usque ad mediam silvam, qua Milcianorum occurrunt termini. Inde ad orientem hos fluvios habet termi-

nos: Bug scilicet et Ztir cum Krakoua civitate provinciaque (cui Wag nomen est), cum omnibus regionibus ad praedictam urbem pertinentibus, quae Krakoua est. Inde Ungaroruff limitibus additis usque ad montes, quibus nomen est Tatri, dilatata procedit. Deinde in ea parte, quae meridiem respicit, addita regione Moravia usque ad fluvium, cui nomen est Wag, et ad mediam silvam cui nomen est Muore, et ejusdem montis eadem parochia tendit, qua Bauaria limitatur.

Mediantibus itaque nobis et communi principum aspirante suffragio, peractum est, ut dux Bohemiae Wratisslaus et frater ejus Conradus supradicto Pragensi episcopo, fratri suo, parochiam judiciario ordine requisitam ex integro reprofiterentur et redderent. Proinde nos rogatu ejusdem episcopi rationaliter inducti, Pragensis episcopatus reintegrationem nostrae imperialis auctoritatis edicto illi et successoribus ejus confirmamus et stabilimus, inviolabiliter decernentes, ne ulla posthac cujuslibet conditionis persona vel ulla societas hominum, Pragensi ecclesiae quiequid sui juris in praenotatis terminis alienare praesumat.

Cujus redintegrationis et confirmationis auctoritas ut omni aevo stabilis et inconversa permaneat, hanc cartam inde conscribi, quam, sicut infra apparet, manu propria laborantes impressione signi nostri jussimus insigniri.

Data III. Kal. Maji anno ab Incarnatione Dom. Mill. LXXXVI, indictione IX. Anno autem Domini Henrici regni quidem XXXII, imperii vero III.

(Signum Henrici Tertii Romanorum Imperatoris).

---

14.

## Memoria ad Laetam curiam in suburbio Pragensi attinens.

Cc. 1101.

Dux Bořivoj II. qui annis 1100—1107 Boemiae praerat, ministris episcopalis ecclesiae Pragensis vectigalia quaedam ad cameram ducis spectantia ex emporio suburbii Pragensis percipienda assignavit, quod emporium latine Laeta Curia, Curia hospitum, Curia hospitum mercatorum, bohemiae Týn appellabatur.

Litterae hanc donationem involventes, temporibus Bořivoji II. nullo quidem modo aequales sunt; ipsa quoque extrema earum pars declarat ea quae ibi statauntur, ita esse conscripta, prout a viris antiquitatis memoriam tenentibus essent prodita; attamen donationem ipsam a Bořivojo II. factam esse testantur litterae anno 1298 capitulo Pragensi a rege Wenceslao II. datae, ubi scribitur, „quod recordationis inclytae [dominus] Bořivoj dux Bohemiae, praedecessor noster, pro suorum peccatorum remedio Curiam hospitum quae Týn seu Laeta Curia vulgariter nuncupatur, in civitate nostra Pragensi inter

claustrum S. Jacobi fratrum minorum et ecclesiam S. Mariae, cum redditibus, proventibus, libertatibus et juribus pertinentibus ad eandem ecclesiae saepe dictae munifica largitione donavit.“ — Ipse quoque Carolus IV. jura antiqua capitulo confirmavit diplomate a. 1349 dato, quod authographum in tabulario capituli Pragense asservatur: „Intentionis nostrae non fuit neque adhuc existit, honorabiles canonicos matris ecclesiae Pragense in suo thelonio ad Laetam Curiam pertinente, sinere sive permittere defraudari.“ — Benessius de Waitmle tandem, ecclesiae Pragense canonicus et annalium Bohemicorum tempore Caroli IV. scriptor, meminit, Bořivojum Laetam curiam cum suis libertatibus ecclesiae et capitulo Pragense dedisse (ad a. 1374).

Carolus IV. literas donationem saepe dictam comprehendentes, quum autographas non deprehenderet, ex registris ac breviriis librorum ecclesiae Pragense excerptas ac innovatas majestatis anno 1352 datis confirmavit. Quas majestales Pessina in Phosphoro Septicorni (Rad. II. p. 61) excudendas curavit. Verba hujusce diplomatis, quibus donatio Bořivoji inducitur, haec sunt: „Istam donationem dedit ecclesiae Pragense Borziwogius beatae memoriae secundus, dux Boemorum, pro remedio animae suae et animarum antecessorum suorum et successorum suorum.“ Testes in fine commemorantur his verbis: „Radco ita testatus est coram istis, qui subscribuntur: Benessius, Matheus presbyteri de Sancta Maria in Praga, Nicolaus presbyter de Blatna, Heinicz, Moriz, Petrus, Janeck, Gilges, Bohdal, Witek, Jacobus civis Pragense, Radozlaus, Georgius, Andreas, Johannes.“

1. Curiam hospitem in medio civitatis Pragense et pondus et tynam et iudicium ad curiam pertinens, quatinus ministri ecclesiae Pragense ex redditibus curiae annuatim provenientibus singulis septimanis duos solidos percipiant, in hac ordinatione, ut presbyter XI, diaconus VII, subdiaconus IV, campanarii II in ordine vicis suae recipiant, reliquum vero usibus canonicorum.

2. De lastone XX denarii et XL allecia, de husone, de luceis, de carpionibus, de sturis XL. pars.

3. Si husones venduntur pro argento, de qualibet marca IV denarii; si pro panno, de quolibet panno IV denarii.

4. De uniformi plaustro humili tyna datur, de duplicato duae.

5. Mercatores de extraneis partibus si vendunt cutes sive mel sive ceram sive vinum sive boves pro argento, pro qualibet marca IV denarii; si pro pannis, de quolibet panno II denarii.

6. Quicumque venit cum pecunia pro equis aut aliis rebus emendis, de marca argenti dat IV denarios, de auro secundum valorem argenti; si fraudem fecerit, omnibus spoliatur.

7. De XL paribus calceorum aut caligarum unum par, de XL cautibus salis similiter, de peplis similiter, de stamine linei panni duos.

8. Mercatores si extra curiam occultaverint sua praeter licentiam, aut lineos pannos simul per fraudem consuerint, pretium quod dare debuerant, accipiant et omnibus spolientur.

9. Si quis alium vulnerat, solvit tres marcas; si occidit, omnibus spoliatur.

10. Si quis vulneratus aut qui vulnerat alium, aut perniciosus quocunque modo fuerit in curia, non a camerario aut richterio aut ab alio quocunque invadiatur.

11. Deprehensus in fornicatione solvit LXXII marcas.

12. Quandocunque cum mercibus vadit extra civitatem, solvit marcam piperis, chirotecas et calcaria.

13. Nullus extra curiam maneat, nisi per licentiam, soluta tamen eadem justitia.

14. Si quis in civili jure debet jurare solus, in curia jurat ipse unus; si ibi ipse unus, in curia ipse XXunus; si ibi ipse XXunus, in nostro jure ipse LXXIII.

15. Hospites conveniuntur coram nostro judice, cives ab hospitibus coram richterio vel camerario.

16. Ista sunt jura domestici: De reyfone unum denarium accipit, de tyna unum, de pensa unum, de quolibet equo unum. Domestici interest finum educere, et domus tecta et caetera custodire.

---

15.

## De electionis Bohemiae principum confirmatione.

1126.

Anno 1126 conquestus est Otto coram rege Lothario, Soběslau thronum principalem Bohemiae sibi hereditario jure debitum et ab omnibus Bohemiae primatibus designatum et sacramento confirmatum, occupasse per violentiam. Ad quae rex Lotharius his verbis dicitur usus esse:

Boemiae ducatus, sicut ab antecessoribus nostris didicimus, in potestate Romani Imperatoris ab initio constitit, nec fas fuit unquam electionem aut promotionem cujusquam ducis in terra illa fieri, nisi quam imperialis Majestas suae auctoritatis gratia initiaret, consummaret et confirmaret; unde, qui contra hanc constitutionem praesumere nisus est, nostrae Majestatis contemptorem esse, satis evidens est, nec tibi soli, sed et nobis, totique regno contumeliam non modicam esse irrogatam.

Soběslau dux, audiens regem bella parare contra Bohemos nisi citius Soběslau depulso, Ottonem sibi ducem inthronizari consentiant, jamque cum valida manu Boemicis appropriare terminis, exercitu collecto festinavit ei occurrere ad castrum quod Chlumec dicitur, legatosque suos misit ad regem haec verba deferentes:

Haec dicit Sobeslaus: Discretionem tuam, bone Imperator, scire convenit, quod electio ducis Boemiae, sicut ab antecessoribus nostris accepimus, nunquam in Imperatoris, semper autem in Bohemiae principum constitit arbitrio, in tua vero po-

state electionis sola confirmatio. Sine causa novae legis jugo nos constringere conaris. Scias, nos nullatenus ad id consentire, magisque pro justitia te velle occumbere, quam injustis decretis cedere.

In acri pugna quae sequebatur, dux Otto vitam amisit exercitusque Lotharii regis prostratus est. Lotharius Soběslao omni haesitatione postposita, „per manum tradidit insigne ducatus, vexillum.“

Cosmae Continuatores ad a. 1126.

16.

## Litterae Friderici I. imperatoris dignitatem regalem duci Vladislao II. impertientis.

1158 18. Jan.

Ducem Wratislaum II. pro servitiis imperatori Henrico IV. exhibitis coronam regiam ex concessione dicti imperatoris retulisse, constat. In conventu Moguntiae a. 1086 celebrato caesar omnibus sui regni optimatibus, ducibus, marchionibus, satrapis et episcopis assentientibus et collaudantibus ducem Wratislaum tam Bohemiae quam Poloniae praefecit et imponens capiti ejus manu sua regalem circulum, jussit archiepiscopum Treverensem ut eum in sede sua metropoli Praga in regem ungat et diadema capiti ejus imponat.

Engilbertus Treverensis archiepiscopus, jussis obtemperans imperatoris, adveniens Pragae XVII. Kal. Julii inter sacra missarum solemnibus regalibus fascibus indutum unxit Wratislaum in regem et imposuit diadema super caput tam ipsius quam ejus conjugis Suatavae, cyclade regia amictae. (Cosmas ad a. 1086).

Simili modo etiam Vladislaus II. coronam regalem adeptus est; Fridericus I. imperator perpendens egregia quae ei dictus dux et populus Bohemorum praebuerant, servitia, Vladislao jus circulum regalem gestandi concessit. Quod factum est in curia Ratisbonae mense Januario 1158 habita, uti aequalis illis temporibus auctor Vincentius canonicus Pragensis, in Chronico suo enarrat: „Eodem anno 1158 Vladislaus dux Bohemiae Ratisbonam ad curiam Imperatoris cum suis venit principibus, ubi D. Imperator ducem ob fidele ejus servitium coram omnibus suis principibus III. Idus Januarii regio ornat diademate et de duce regem faciens tanto exornat decore.“

Quod factum Cosmae Continuatores fusius enarrant, his verbis: Imperator jam anno MCLVIII. initiato, quid Boemico duci pro labore suo recompensationis exhibere debuisset, cum principibus regni consilium habuit. Dum igitur plures eorum assererent, dignum sibi videri, optimis muneribus auri et argenti juxta imperatoriam munificentiam ipsum remunerari debere: imperator liberiori unus consilio, ducem ad se accersitum hujus verbi nobilitate alloquitur: „Virtutis tuae constantia nobis optime complacuit, nam et fidelitatis tuae erga nos sinceritas toti regno evidenter innotuit, quam fideliter, quam devote et quam intime nostrum, inno totius regni integrum secundum Deum diligas statum, cum in nostris necessitatibus et totius regni republicae tui ipsius, tuorumque vitam periculo objicere nunquam haesitaveris. Hanc igitur egregiam virtutem in te considerantes ac diligentes, et de caetero te erga nostram serenitatem fidelem et incommutabilem haberi cupientes, honore quo ipse volueris, te secundum nostram liberalitatem honorare decrevimus. Atta-

men quod terram tuam auro et argento et omnium pretiosarum rerum copia scimus redundare, et nihil in talibus tibi rarum existere, accipe ex Dei gratia et nostra benevolentia, tibi quam tradimus, regni coronam, et regiae potestatis et honoris dignitatem in regno tuo." Et haec dicens, jussit proferri coronam auream gemmis pretiosis lapidibus mire adornatam, qua videlicet ipse imperator in summis festivitatibus uti solebat.

Ipsis quidem literis imperialibus annus MCLVII. est inscriptus, quod si caetera quae ibi suppeditantur indicia respexeris, errore factum esse intelliges, quod Dobnerus demonstrat commentatione quam inscripsit: Historischer Beweis dass Wladislaus zu Anfang 1158 zu Regensburg gekrönt worden ecc. (Abhandl. einer Privatgesellschaft. Prag. V. Bd. 1782).

Quae in hisce literis de censu Poloniae allegantur, ad ea quae tempore Brecislai I. a. 1054 stipulata sunt, respectum habent; eodem anno teste Cosma urbs Wratilaw et aliae civitates a duce Brecislao redditae sunt Poloniis, ea conditione, ut quam sibi tam suis successoribus quingentas marcas argenti et XXX auri annuatim solverent.

Literas Friderici I. Pulkavae chronico suo loco insertas reperimus; exemplar autem autographum in Archivo c. r. aulico Vindobonae servatur, ubi etiam diploma Caroli IV. imp. repositum est, quo illae confirmantur, datum Pragae VII. Idus Aprilis 1348.

### C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Imperator Romanorum augustus.

Cum tam lege naturae quam scripta bonum operari moneamur ad omnes, praecipue eos, qui in administratione Imperii et rei publicae veraci consilio et indefesso laboris studio nobis assistunt, et pro gloria Imperii propaganda strenuissime decertando omnibus inimicorum incursibus et quibuslibet periculis sese obijciunt, specialis praerogativa honoris sublimare dignum duximus, ut de virtutum praemiis et gloriae corona diidere non debeant, qui legitime certaverint.

Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas:

(I.) Qualiter nos Wadizlao, illustri et strenuissimo duci Boemorum, ob insignia servitii ac devotionis tam ejus, quam omnium Boemorum merita, honoris insigne quo avus et ceteri progenitores ejus, duces Boemiae, beneficio imperialis excellentiae ceteris ducibus praeceminebat, circulum videlicet gestandi concessimus, et per eum omnibus successoribus suis in perpetuum.

(II.) Decernimus itaque et inrefragabili lege statuimus, ut liceat praefato duci Boemiae Wadizlao illis temporibus, quibus nos coronam et diadema gloriae portamus, in Nativitate Domini videlicet, et in Pascha, et in Penthecosten circulum portare, et amplius in festivitatibus videlicet Sancti Venzelai et Sancti Adelberti, eo quod illas solempnitates propter patronos suos majori reverentia et celebritate tota Boemia veneretur.

(III.) Sicut itaque celebratio et impositio coronae nostrae non debet fieri nisi per manus archiepiscoporum et episcopo-

rum: ita praefato duci Boemiae a nullo hominum circulus imponatur, nisi a dilecto nostro Daniele venerabili Pragense Episcopo, Johanne Olomucense episcopo, eorumque successoribus.

(IV.) Quod si forte Olomucensis defuerit, nihilominus Pragensis pro sede et dignitate excellentiori vices compleat amborum. Similiter autem Olomucensis, si forte Pragensis defuerit.

(V.) Ad haec praedicto duci Boemiae et successoribus ejus addimus et concedimus censum de terra Poloniae, quem antecessores ejus, duces Boemiae, a Polonia retro temporibus accipere solebant.

Ut autem haec nostra donatio et constitutio supra nominato duci Wadizlao carissimo nostro ejusque successoribus, omni tempore rata et inconvulsa permaneat, praesentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina haec sunt: Eberhardus Salzburger archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hertvicus Ratisponensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Cuonradus Pataviensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Heinricus dux Austriae, Fridricus dux Suevorum, Ludevicus lantgravius Duringiae, Adebertus marchio Saxoniae, Otto marchio Missonensis, Otto et Fridricus palatini comites.

Signum Dom. Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus cancellarius vice Arnaldi Magonti i archiepiscopi et archicancellari recognovi. Dat. Ratisbonae XV. Kal. Febr. indictione V. anno dominicae incarnationis MCLII; regnante domino Fridericho VI. Rom. Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus VI., imperii vero III.

---

17.

## Privilegium Theutonicorum in suburbio Pragensi manentium.

Cc. 1178.

Prima in terra Bohemia Theutonicorum colonia, de qua memoriae proditum est, erat in suburbio Pragensi, in regione ecclesiae Sti Petri contigua, nunc Poříč dicta. Num Theutonicos quos Spitzignus II. principatum adeptus a. 1055 e Bohemia excedere jussit (quotquot inventi sunt de gente theutonica sive dives si e pauper sive peregrinus, omnes simul in tribus diebus jussit eliminari de terra Bohemia. Cosm.) jam in suburbio habitaverint, parum quidem constat; at certum est, eos sub Vratislao II. (1061—1092), Spitzignei in principatu successore, secundum legem et justitiam suam Pragae vixisse; in pri-

vilegio enim quod allegamus, haec verba leguntur: „Concedo eisdem Theutonicis qui manent in suburbio Pragensi, vivere secundum legem et justitiam Theutonicorum, quam habent a tempore avi mei, regis Wratislai.“ In literis Laetam Curiam spectantibus, aetate Boivoji II. ducis (1100—1107) iudex Theutonicorum „richterius“ commemoratur.

Temporibus ducis Soběslai II., „principis“ dicti „rusticorum,“ (1173—1178) colonia Theutonicorum magnitudine satis creverat, jam enim plurium vicorum mentio fit (per vicos Theutonicorum); qui dux liberam eorum conditionem singulari confirmavit privilegio, quod literis Wenceslai I., Premislai II., Joannisque regis insertum reperitur.

1. Ego Sobislaus dux Boemorum, notum facio omnibus praesentibus et futuris, quod in gratiam meam et defensionem suscipio Theutonicos, qui manent in suburbio Pragensi, et placet mihi, quod sicut iidem Theutonici sunt a Boemis natione diversi, sic etiam a Boemis eorumque lege et consuetudine sint divisi.

2. Concedo itaque eisdem Theutonicis vivere secundum legem et justitiam Theutonicorum, quam habent a tempore avi mei, regis Wraczlai (Wratislai).

3. Plebanum, quem ipsi libenter eligerint, ad ecclesiam eorum concedo, et iudicem similiter, et episcopus petitioni eorum nullo modo contradicat.

4. Debent jurare septem manibus pro furto vel pro eo, quod dicitur nad woré.

5. Ad nullam expeditionem pergere debent, nisi sit pugnandum pro patria.

6. Si dux est extra Bohemiam in expeditione, tunc debent Theutonici Pragam custodire circa quamlibet valvam cum duodecim scutis.

7. De homicidio iudicare pertinet ad principem, pro quo scilicet homicidio solvantur principi decem talenta denariorum Ratisbonensis monetae, vel dextra manu interfectoris, vel secundum gratiam ordinetur.

8. Qui pacem inter eos fregerit, decem talenta principi solvat, qui reus est.

9. Si causam habet Boemus cum Theutonico, quae testibus debeat comprobari, Boemus habeat erga Theutonicum Theutonicos duos et unum Boemum, fideles omnes.

10. Similiter, si causam habet Theutonicus cum Boemo, tunc Theutonicus habeat erga Boemum duos Boemos et unum Theutonicum, sed fideles.

11. De Romanis et Judaeis similiter.

12. Item, si Boemus vel Romanus vel quisunque inculpaverit Theutonicum, tunc camerarius summus debet mittere nuncium suum ad iudicem Theutonicorum, et ipse iudex Theutonicorum iudicabit causam illam, et ibi nihil plus pertinet ad camerarium.



13. Et etiam concedo Theutonicis, quod liberi sint ab hospitibus et peregrinis et advenis. Noveritis, quod Theutonicus liberi homines sunt.

14. Quicumque advena vel hospes, de quacunque terra veniens, cum Theutonicis voluerit manere in civitate, legem et consuetudinem Theutonicorum habeat.

15. Furtum si ad Theutonicum est, debet excipi praesente iudice Theutonicorum.

16. Si fur Theutonicus est, tunc princeps eum iudicabit.

17. Si fur in nocte capitur, suspenditur. Si in die capitur, excoriatur in publico et civitatem abjuravit; postea si capitur, suspenditur.

18. Quidquid faciunt Theutonici, non capiuntur, nec in carcerem ponuntur, si habuerint fidejussores vel domum propriam.

19. In quacunque re culpabiles erunt vel rei Theutonici, nihil damni vel verecundiae patiantur eorum pueri et uxores.

20. Si per vicos Theutonicorum aliquis iret in nocte et facem non habuerit, si ille occiditur, Theutonici sint inculpabiles.

21. Si falsa moneta vel ferra inventa fuerint in cista Theutonici, reus est ille, cujus est cista. Si vero in curia vel in domo inveniuntur, inculpabilis est, cujus est domus vel curia, propter iniquos et malignos homines, qui talia solent projicere in domos vel in curias.

22. Si furtum equi apud Theutonicum fuerit recognitum, ille qui equum cognoscit, praesens (primus) jurabit, se amisisse equum furtive; postea Theutonicus jurabit, stans in circulo facto cum gladio in terra, se non furatum esse equum vel rem illam, sed emisse et se non cognoscere illum venditorem vel domum (dominum) ejus.

23. Nusquam jurare debent Theutonici, nisi ante ecclesiam Sti. Petri, nisi principis sit mandatum.

24. Si taberna occulta fuerit in domo Theutonici inventa, ipse dominus domus capiatur praesente iudice Theutonicorum vel ejus nuncio, et nullus alter.

---

18.

## Definitio terminorum inter Austriam et Bohemiam.

1179. I. Jul.

Regio Vitoradensis, quae ex Vitoradi civitate (nunc Weitra vocata) nomen traxit, ad fontes fluvii Lužnic posita, antiquitus Bohemiae pars fuit;

jam anno 857 scribitur de comitibus Francorum: „In Boemānos missi civitatem Wiztrachi ducis occupavere.“

Quae regio quum silvis maximis esset consita, accidit, ut nec posteriori aetate quum ditionis bohemicae esse desisset, confinia Bohemiae et Austriae satis constarent. A. 1176 Soběslaus II. dux hac de re controversiam cum Austriae duce movit, quae in bellum satis grave exarsit. „Anno 1076 Sobieslaus instinctu Boemorum, missa legatione ad ducem tunc Austriae Henricum nomine, quaestionem movet de terris super magnam et finalem silvam cultis, quam mediam et interjacentem silvam Boemi dicunt esse totaliter suam, Austriae e contra affirmantibus, quod ad eos pertineat ex parte sua, sicut nad nos ex nostra eec.“ (Chron. Sil.). Anno tandem 1179 Fridericus I. imperator in curia apud Egaram celebrata sententiam de confiniis tulit, suntque ii limites terminati, qui in literis quas hicce allegamus, constituuntur. Clarior fit haec definitio et ad intelligendum apertior diplomate, quo Fridericus I. Bohemiae dux bohemicam partem regionis Vitoradensis Hadmaro de Chuenring veluti beneficariam dedit (Rauh. scr. rer. Austr. II. p. 207, Erben Reg. I. 386). Etiam saeculo XIII. Henrico seniori de Chuenring cognomen slavicum župano fuisse legitimus (Dominus H. senior Chunring de Weitra dictus Supan. Zwettler Stiftungsbuch). Nec XVIII. quidem saeculo limites Bohemiae atque Austriae eis in finibus satis fuisse determinatos, testatur Meiller (Reg. Babenb. 234); dein usque ad hunc diem pars antiquae regionis Vitoradensis nunc cum Austria inferiori contributae incolas habet Bohemos, et quidem in pagis: Rabšach (Rottenschachen), Lomy (Brand), Schwarzbach, Nemecké (Beinhöfen), Halamky (Witschkoberg), Trpnouze (Tannenbruck), Krabonoš (Zuggers), Nová Ves (Erdweis, Hlinná), Gundšachy.

(Rauh Script. rer. Austr. II. 205. — Hormayr Öst. Archiv 1829 p. 631. — Boček Codex I. 326. — Meiller Reg. Babenb. — Erben Reg. I. 367.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Ad imperatoriae dignitatis spectare dignoscitur vigilantiam, eis quae ad pacis et justitiae observationem conducunt intendere, et seditionum occasiones prudenti cautela praecidere. Nihil vero reperitur efficacius magnas lites suscitare, quam viros potentes suae potestatis et proprii domini terminos ignorare vel ultra debitum extendere.

Ea propter agitatam diu inter duces Bohemiae et Austriae de suorum terminis ducatum controversiam, dignum duximus tandem amputare, et utrique ducatu jurisdictionis suae terminos certis limitibus assignare.

Evocatis ergo ad nostrae majestatis praesentiam eorundem ducatum possessoribus, consanguineis nostris, Leupoldo scilicet duce Austriae, et Friderico duce Bohemiae, sic ex consilio principum Imperii nostri in curia nostra apud Egaram eosdem ducatus disterminavimus, et institutis publice metis distinximus, ut haec distinctio prudentibus et majoribus utriusque terrae tamquam omnino congrua placeret, et eam uterque assensu placido approbaret, ipsamque sibi et successoribus suis perpetua lege servandam reciperet, et ambo juri, quod secundum anno-

tatam contentionem super hac causa in alterutrum habere videbantur, spontanea et manifesta resignatione abdicarent.

Ne super his ergo deinceps oriatur ambiguitas, ob firmam definitae rei cognitionem et memoriam nomina et situs terminorum eorundem praesenti pagina fecimus annotari.

In superiori itaque parte utriusque terrae, Boemiae scilicet et Austriae, terminus est mons, qui dicitur Altus; ab illo monte terminus dirigitur usque ad concursus duorum rivulorum, quorum unus vocatur Schremelize, alter Lunzenize; inde porrigitur usque in proximum vadum, quod est juxta Segor; ab illo vado recta aestimationis linea terminus idem extenditur usque ad ortum Postice (Gestice) fluminis; ab ortu vero ejusdem fluminis usque in Ugruch (urgrube).

Hanc ergo praedictorum ducatum determinationem auctoritate imperiali confirmamus, et omni deinceps aevo ratam haberi statuimus, praecipientes sub poena imperialis gratiae, ut nullius unquam praesumptione violetur; et si quis eam infringere attentaverit . . . . centum libras auri, medietatem fisco regio et medietatem injuriam passo componat, irrita tamen ipsius praesumptione.

In cujus rei argumentum praesens privilegium jussimus conscribi et majestatis nostrae sigillo roborari, annotatis testibus, qui huic interfuerunt ordinationi, qui sunt: Cuno Ratisponensis episcopus, Diepoldus marchio de Vohenburc, Fridericus et frater ejus Henricus burggravii Ratisponenses, Conradus comes de Bilstein, Otto minor, palatinus de Vitelinesbach, Rudolphus comes de Phullendorf, Cunradus burggravius de Nuerberch, Otto de Lengenbach, Diepoldus comes de Lechsegmund, Cunradus de Bokesberch, Rupertus de Durna, Henricus de Altendorf et frater ejus Fridericus, Diepoldus de Luzzenberc, Otto de Ashein, Rudiger de Minndebach, Otto comes de Moravia, Bohut Boemus, Pillunc de Tudeliép et frater ejus, Primezla marggravius de Moravia, Albertus Trozenei, Udalricus de Sizengou et alii quam plures.

Actum dom. Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gotfridus cancellarius vice Christiani Moguntinensis archiepiscopi et totius Germaniae archicancellarii, recognovi.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo septuagesimo nono, indictione XII. apud Egram. Regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejusdem vigesimo octavo, imperii autem XXV. Et datum in civitate Magdeburg in kalendis Julii mensis feliciter. Amen.

---

## Privilegium super libertate episcopi Pragensis.

1182.

A. 1182 controversia inter episcopum Pragensem, Henricum, gentis Premyslidarum, et inter Fridericum ducem ad iudicium Friderici I. imperatoris delata est. Vocabatur autem in controversiam, num episcopi Pragenses capellani sint ducum Bohemiae? Advocatus episcopi erat marchio nomine Dedo, vir eloquentissimus, qui pro episcopo agens contra ducem, dum multas ab eo expostularet injurias, fertur ille ita respondisse per procuratorem suum: Cum sit, inquit, omnibus notum, Pragensem episcopum meum fore capellanum, sicut omnes praedecessores sui patrum et avorum meorum fuerunt capellani, decernite, quaeso, si liceat ei agere contra dominum suum, vel si teneat ex aequo respondere capellano meo? Quod dictum statim est ab omnibus contradicendum, maxime ab archiepiscopis et episcopis, decernentibus, quod Pragensis episcopus more Teutonicorum episcoporum ab omni subiectione ducis debeat esse liberrimus, soli tantum imperatori subjectus, cujus imperii est princeps, cujus visitat curias, a quo suscipit sceptrum et investituram.

Super qua libertate petivit episcopus accepitque sacrum pragmaticum h. e. regale privilegium, aurea bulla munitum.

Scribit autem Chronographus Siloensis, harum rerum relator, privilegium illud diebus illius episcopi multum valuisse, postea vero nihil. Gerlachus porro in Chronico suo ad a. 1197 de Daniele episcopo haec refert: Daniel episcopatu investitus flexo poplite fecit omnium duci Wladislao, in praedictum antiquae libertatis et in derogationem privilegiorum imperialium quae investituram Pragensem et Olomucensium episcoporum ad imperatorem pertinere, sed et Pragensem episcopum principem fore testatur imperii, quod usque ad istum episcopum antiquitas transmisit, sed in isto perit.

Contextus ipsius privilegii ignotus manet.

## Litterae Innocentii III. papae super privilegiis regni Bohemiae.

1204. 15. Apr.

Notum est, Premyslaum I. qui et Otacarus, a Philippo Romanorum rege dignitate regia esse ornatum, quod factum est anno 1198, simulac Philippus ipse insigne regium accepit. „Et venientes Moguntiam, ibi Philippus consecratur in regem Romanorum, simul et ducem nostrum creat regem Bohemiae.“ (Gerlach. Chron. 1198.) „Quem — Premyslaum — in praesentia sua consecratum, Bopardiae coronari consentit“ (Godefrid. Colonien-sis Chron.).

Simul Philippus privilegio, quo gravissima jura continebantur, novum regem donavit, qua de re edocemur literis a Friderico II. imp. a. 1212 datis, quibus privilegium illud est insertum (vid. n. 24.).

At Premyslaus Philippi causa deserta ad societatem Ottonis, cujus partibus etiam sedes apostolica favebat, sese applicuit. Quam ob rem Innocentius III. papa privilegia regni Bohemiae novissime ab Ottone approbata auctoritate apostolica confirmavit.

(Brequigny et Du Theil, II. 488.)

(Regestum).

Sic sibi spiritualis et materialis gladius mutuae mutuant subventionis auxilium et vicissim communicant vires suas, ut defectus ope vicaria suppleant et uterque alterius perficiat imperfectum. Decet enim ut sibi ad invicem suffragentur et apud eos qui gladium spiritualem non timent, jus ipsius armis gladius materialis alleget, et spiritualis temporali, cum necesse fuerit, auctoritatis suae robur impendat et tribuat super his quae minus essent valida sine ipso, valorem. Cum igitur carissimus in Christo filius noster illustris rex Otto, in Romanorum imperium electus, jura et privilegia, quae ab antiquo tibi et tuis praedecessoribus ab imperatoribus fuere concessa, suo tibi duxerit privilegio confirmanda, et tam libertates, quam terras et castra et alia tibi concesserit, ut dispositioni regiae auctoritatis pontificatus accedat, concessionem ipsas, sicut ad honorem tam ecclesiae quam imperii sunt, auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo etc.

Dat. Laterani XVII. Kal. Maji.

---

21.

### Litterae Innocentii III. papae super regali dignitate Premyslai I.

1204. 19. Apr.

Altero diplomate Innocentii III. Premyslaus I. Otacarus regia dignitate esse agnoscitur et quod ei tum primum ex parte sedis apostolicae contigit, rex appellatur. Interea Premyslaus jam anno 1203 ab Ottone corona regia ornatus est: „Boemus fidelitate promissa ab Ottone coronatur et in festo S. Bartholomaei ap. a Guidone ecclesiae Romanae legato, apud Mersburg in regem solempniter consecratur“ (Godefrid, Coloniensis Chron.).

(Brequigny VII. 49.)

Innocentius servus servorum Dei.

Illustri... regi Bohemorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Licet ante tuae promotionis tempora multi fuerint in Bohemia regio diademate insigniti, nunquam tamen potuerunt a praedecessoribus nostris, Romanis pontificibus, obtinere, ut reges eos in suis literis nominarint. Nos quoque tum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, tum considerantes sollicitate, quod a nobili viro Philippo duce Sueviae, te feceras coronari, qui cum coronatus legitime non fuisset, nec te, nec alium poterat legitime coronare, regem te hactenus non duximus nominandum.

Verum cum ad commonitionem apostolicae sedis et nostram relicto duce Sueviae ad charissimum in Christo filium nostrum, illustrem regem Othonem, in Romanorum imperatorem electum, te converteris, usus consilio saniori, et ipse habet te pro rege, tam intuitu precum ejus, quam tuae devotionis obtentu, regem te de cetero reputare volumus et vocare.

Tu igitur taliter gratiam tibi factam agnoscas, et sic in-gratitudinis vitium studeas evitare, ut tua devotio mereatur, quod et gratia tibi detur ex gratia, et data gratis perpetuo conservetur, provisurus attentius, ut quanto citius poteris, ab eodem rege Othone te facias sollempniter coronari.

Datum Laterani XIII. Kalendas Maji, anno septimo.

22.

## Jus Theutonicorum in villis concessum.

Cc. 1204.

Wladislaus marchio Moraviae, fratribus ordinis S. Joannis Hierosolymitani contulit libertatem, ut eis in villas suas vocare liceat quos voluerint vocatque ut jure Theutonicorum utantur.

Originale hujus privilegii, ab Innocentio III. papa 24. apr. 1206 confirmati, in archivo Melitensium Pragae servatur.

In nomine sanctae trinitatis et individuae unitatis. Ego Watislaus Dei gratia marchio Moraviae. Cum in praesenti laus sit principum et gloria, quotiens religiosorum bona libertate gaudent et sumunt incrementa, inde tamen post hujus vitae cursum eorum perpetuantur tituli et fulget memoria, eo quod pro libertate ad momentum concessa datur libertas perpetua, et pro tantillo semine redditur fructus cum usura. Cum igitur inclytae memoriae pater noster, illustris rex Boemorum, religiosas domos libenter fundaverit et semper provexerit: tenentur filii industrii boni patris imitari vestigia et suis post se successoribus pietatis relinquere exempla.

Noverint itaque tam praesentes quam futuri, quod ego Watislaus, marchio Moraviae, fratribus domus hospitalis Sancti Johannis Baptistae tantam in principatu nostro contulimus libertatem, ut liceat eis in quascunque hereditates suas locare quos voluerint, ita ut vocati jure Theutonicorum quiete et sine vexatione utantur. Exactiones in tributo terrae et omnes alias ad usum nostros spectantes indulgemus, sed habeant in omnibus, sicut habent Theutonici, securam libertatem, jus stabile et firmum, secundum quod fratres cum eis ordinaverint.

Ut autem istud futuris temporibus ratum et inconcussum permaneat, fecimus hanc paginam nostro sigillo insigniri et multis testibus, quorum nomina sunt subscripta, muniri. Quicumque autem in praesenti vel in futuro fratres super hoc turbaverit, Deum, cujus sunt servi, cum beato Johanne et omnibus sanctis sibi sentiat adversum.

Isti sunt testes: Ruobertus episcopus Olomucensis, Vulcech camerarius, Detrich Grutowich, frater ejusdem Sdislaus, Vers, Prebor Onsouic, Veliz, Ratibor, Oldrich Oldrichouich, Smil Ondrejouich, Vyssata, Sdon, Turata cum filio.

Ut autem praemissa rata permaneant, ego Robertus, Olomucensis episcopus, ex petitione D. marchionis auctoritate omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et nostra quemcumque super hoc fratres hospitalis turbantem excommunicavimus, ad horum testimonium praesenti scripto nostrum sigillum inprimentes et per omnia supradicta confirmantes.

---

23.

## Privilegium episcopatus Olomucensis,

1206.

Hujus privilegii originalia duo exstant, quorum primum in archivo archiepiscopali Cremsirii, alterum in archivo capitali Olomucensis asservatur. Innocentius III. papa libertates et immunitates ecclesiae Olomucensis a Premyslao rege hoc privilegio concessas confirmavit, privilegium ipsum literis suis, Romae apud S. Petrum VI. Idus Januarii 1207 datis et in archivo capitali Olomucensis reconditis, inserendo.

(Boček Dipl. II. 31, 32.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Premysl Dei gratia rex Boemorum tertius.

Venerabili episcopo Olomucensi Ruberto suisque successoribus et Olomucensi ecclesiae in perpetuum.

Cum regiae dignitati cedat ad gloriam, quotiens sanctam veneratur et sublimat ecclesiam, nostrae placuit serenitati, ejus providere necessitati ita, ut nostrae benignitatis experiatur beneficia et nobis inde proveniant divini muneris emolumenta.

Noucrit itaque tam praesens aetas quam futura posteritas,

1. quod antiqua Olomucensis ecclesiae renovantes privilegia omnes possessiones ejus habitas vel habendas, sive sint in Boemia sive in Moravia, ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum, aliarumque omnium exactionum esse absolutas decrevimus, adjicientes, ut nullus pro castrorum aedificatione vel raedificatione sive pro aliqua ingruenti expeditione,

secundum quod in antiquis continetur privilegiis, homines episcopatus et ecclesiae audeat inquietare.

2. Jus quod datur pro capite sive pro fure vel pro swod principi vel ejus inbeneficiatis, venerabili patri nostro Ruberto episcopo et ejus successoribus et ecclesiae concessimus perpetuo obtinendum.

3. Hoc statuentes de fure, si in maleficio fuerit deprehensus, manens in praediis ecclesiae, sive capiatur et coram iudicio vincatur, ejus bona furis remaneant, ipse vero secundum quod placuerit principi, puniatur.

4. Si vero homines episcopatus et ecclesiae in aliquo coram iudicio culpabiles inveniuntur, nec nobis nec iudicibus nostris, curialibusque vel inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, sed apud episcopum et ejus successores culpa perseveret satisfactio, nisi in quo tenetur satisfacere adversario.

5. Cetera ut omnia breviter comprehendamus, omne jus quod spectat ad usus principum, eis remittimus, ut plena et perfecta gaudeant libertate, nec ullus ejus novas condiciones audeat inponere vel eorum jura mutare.

6. Villam Cromezir cum foro et omni jure suo, quam quasi episcopo Olomucensi obligatam praecedentium principum fatebatur invidia, cum felicitis memoriae Johannes episcopus (eam, ut coram nobis probatum est) a reverendo patre nostro Ruberto, qui in praesentiarum est decimus, a principe Moraviae Ottone nigro pro CCC marcis emerit, ab omni impetitione nostra et successorum nostrorum absolvimus, sanctientes, quod episcopus Olomucensis et ejus successores plenam in ea habeant omni impedimento remoto, pro velle suo disponendi facultatem.

7. Cum autem omni juri divino contraria inoleverat consuetudo quod decedente episcopo bona illius in usus principum vendicabatur, visum fuit nostrae pietati, istam abolere abusionem, hoc decernendo, quod ultima fata decedentis episcopi ecclesiae non cedant ad detrimentum, cum ejus patroni beatus Petrus apostolus et Paulus et felix martyr Wencezlaus aput Deum vivant in aeternum. Decedente ergo episcopo omnia episcopatus et ecclesiae bona sub manu decani et praepositi ecclesiae illius integra ejus successoribus reserventur, nec aliquis ea audeat occupare et minuere vel in usus principum vendicare.

8. Contigit etiam, quod ab antiquis temporibus ecclesia illa praeposito carebat; unde visum fuit patri nostro Ruberto in ea praepositum ordinare, qui fratribus illius ecclesiae debito modo provideret et eorum necessitati responderet. Sed cum deceat regiam manum ubique plure beneficia, praepositurae illi cancellariam nostram cum villa, quae vocatur Uherchi, ad



quam decimus denarius cum decima aratrorum nostrorum spectat, et omnium rerum ad utilitatem nostram pertinentium contulimus, interdicentes ut nullus haec audeat inmutare.

9. Libertatem etiam in episcoporum electione, quam quidem principes inpedire solebant, canonicis ipsius ecclesiae secundum jura canonum libere et absolute concedimus et ne in posterum irritetur, prohibemus.

Ut autem haec omnia rata et inconcussa permaneant, hanc nostrae serenitatis paginam nostro sigillo fecimus roborari et a venerabili patre nostro Ruberto in die Paschae publice excommunicari. Si quis autem contra hanc nostram venerit constitutionem, rerum suarum gravi multetur dispendio, et Deum cum sanctis sibi adversum in extremo sentiat iudicio.

Hujus rei sunt testes: Walterus decanus Olomucensis et archidiaconus Znoemensis, Radoslaus archidiaconus Olomucensis, Bozko archidiaconus Prerowensis, Esau archidiaconus Brecizlauensis, Hermanus abbas Gradiscensis, Arnust camerarius, Willalmus Usszich, Zlauko, Bogusslaus Odoleni, Boguta et Henricus frater eius iudex Olomucensis, Medlo castellanus Olomucensis, Sudomirus, Petrus ross, Predbor hebky, Sdislaus Grutowich, Sudiwoy, Donatus, Sulizlaus cum filio Slawata, Johannes cum fratre Hren, Odolen, Rohhche, Radoslaus, Pribizlaw swarouich cum fratre Sdislao, Semizlaus cum filiis, Kohhanus, Budisslaus, Pomnen Jarognewich, Bludo, Doben cum fratre Nedamiro, Jacobus, Lutek, Zbrazlaw, Weliz, Velen, Buz, Bicen, Rathmir, Predbor cenakovich, Voysslaw, Sezema, Luder, Neplah, Skyrben, Sudek, Sobehyrd de Clobuch, Voyteh cum fratre Domamiro, Smil, cum fratre Andrea, Gron, Ondrejek, Boruth filius Wok, Prebor filius Bun, Stanimir filius Wlassin. Canonici Olomucenses: Wratek, Vtessen, Zbignew, Andreas, Chuzcraz, Bogusslaus, Petrus, Jacobus, Ziffridus, Stephanus.

Acta sunt haec in Olomuc. Anno ab incarnatione domini Millesimo CC. VII. (sic.) Datum per manus Rappotonis notarii.

---

24.

## Friderici II. imp. privilegium super libertatibus regni Bohemiae.

1212. 26 Sept.

Inter eos qui a. 1211 primi elaborarunt, ut Fridericus II. imperator crearetur, Premyslaus I. rex Bohemiae in tantum enituit, ut Fridericus eum praemiis amplissimis afficeret. Ante cetera omnia publice literas dedit, quibus et confirmavit Philippi regis privilegium a. 1198 Boemiae datum

(vide n. 20.) et complura alia jura concessit. Hae litterae per se gravissimae inter privilegia terrae custodiebantur, atque illae erant, quarum auctoritate posterioribus temporibus regni immunitas libertasque saepe numero defendebatur. In indice privilegiorum terrae in arce Karlstein repositorum primum locum tenent sub inscriptione. „Na svobody země české privilegia“ (privilegia, quae libertates terrae Boemiae respiciunt).

Litterae autographae ex arce Karlstein in tabularium c. r. aulicum Vindobonam sunt translatae, ubi ad hunc usque diem asservantur. Totae autem receptae sunt in diploma Caroli IV. imperatoris, datum VII d. Aprilis 1348.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae.

Cum decor et potestas Imperii nostrum praecesserit statum, ut non solum ceterorum principum dignitates, verum etiam sceptrum regalia a nostra conferantur Majestate, gloriosum reputamus et magnificum, quod in tanto nostrae largitatis beneficio et aliis crescit regiae dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia nostra aliquid patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes praecleara devotionis obsequia, quae universa Boemorum gens ab antiquo tempore Romano exhibuit imperio, tam fideliter quam devote, et quod illustris rex eorum Ottacharus a primo inter alios principes specialiter prae ceteris in imperatorem nos elegit, et nostrae electionis perseverantiae diligenter et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster pia memoriae rex Philippus omnium principum habito consilio per suum privilegium constituit,

(I.) Ipsum regem constituimus, confirmamus, et tam sanctam et dignam constitutionem approbamus.

(II.) Regnumque Boemiae liberaliter et absque omni pecuniae exactione et consueta curiae nostrae justitia sibi suisque successoribus in perpetuum concedimus.

(III.) Volentes ut quicumque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus.

(IV.) Omnes etiam terminos qui praedicto regno attinere videntur, quocumque modo alienati sint, ei et successoribus ejus possidendos indulgemus.

(V.) Jus quoque et auctoritatem investiendi episcopos regni sui, integraliter sibi et heredibus suis concedimus, ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate et securitate, quam a nostris praedecessoribus habere consueverunt.

(VI.) De nostrae autem liberalitatis munificencia statuimus, quod rex praedictus vel heredes sui ad nullam curiam nostram venire teneantur, nisi quam nos apud Babenberc vel Nurenberc celebrandam indixerimus, vel si apud Merseburc curiam celebrare decreverimus, ipsi sic venire teneantur.

(VII.) Quodsi dux Poloniae vocatus accesserit, ipsi sibi ducatum praestare debeant, sicut antecessores sui quondam Boemiae reges facere consueverunt.

(VIII.) Sic tamen, ut spatium sex ebdomadaram veniendi ad praedictas curias eis ante praefigatur.

(IX.) Salvo tamen, quodsi nos vel successores nostros Romae coronari contigerit, ipsius praedicti regis Ottachari vel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi trecentos armatos nobis transmittant, vel trecentas marchas persolvant.

Ad hujus autem constitutionis et confirmationis nostrae memoriam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium per manus Heinrici de Parisius, notarii et fidelis nostri, scribi et bulla nostra aurea jussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Hujus rei testes sunt isti: Archiepiscopus Barenis, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nifphe, regalis curiae prothonotarius, comes Ulricus de Chiburc, comes Rudolphus de Habechesburc et landgravius de Alsacia, comites Loduicus et Hermanus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulphus advocatus de Rapehteshiwilare, Rodulphus de Ramensberc, Albero de Thanehuse camerarius et alii quam plures magnates et nobiles et liberi, quorum testimonio hoc privilegium constat esse confirmatum.

Acta sunt hoc anno dominicae incarnationis Millesimo ducentesimo duodecimo, mensis Septembris, quintaedecimae indictionis, regni vero domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Siciliae quintodecimo.

Datum in nobili civitate Basiliensi per manus Ulrici prothonotarii VI. Kalendas Octobris feliciter. Amen.

---

25.

Donationes regi Bohemiae a Friderico II. imp. factae.

1212. 26. Sept.

Praeter jura et privilegia in superioribus literis perscripta Fridericus II. regem Bohemiae aliquot castris et regionibus Bohemiae confiuibus donavit.

Litterae autographae olim inter Bohemiae privilegia in arce Karlstein custoditae, nunc in archivo c. r. aulico Vindobonae asservantur.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae.

Ad extolendos regiae celsitudinis titulos eorum votis nos uberius acclinare decrevimus, quorum fidem et devotionem circa universa negotia nostra promovenda integram et inconcussam certiori experientia didicimus. Dignum enim et honestum arbitramur fore, ut eorum qui promotioni nostrae ab exordio assistere non dubitaverunt, tanto solertius obsequiis respondeamus, ut etiam eorum exemplo plerosque alios ad favorem nostrum facilius allicere valeamus.

Nos itaque animadvertentes praeclara devotionis obsequia, quae illustris rex Boemorum Ottacharus intimo cordis affectu cum universa Boemorum gente hactenus nobis exhibuit ac etiam Domino largiente in perpetuum est exhibiturus, suis ad praesens in quantum possumus, respondere cupientes obsequiis, notum facimus tum praesentibus quam futuris,

(I.) Quod nos eidem regi Boemiae donamus et confirmamus ac in perpetuam possessionem tradimus proprietatem nostram Vlozze cum ministerialibus servis cujuscumque fuerint conditionis, omnique juris integritate quarumlibet possessionum, prout avus noster Fridericus, pie memoriae gloriosus Romanorum imperator augustus, emit a domina Adleida comitissa de Clewen.

(II.) Item donamus ei et confirmamus castrum, quod dicitur Svarcenberg, cum ministerialibus servis cujuscumque sint conditionis, omnique juris integritate quarumlibet possessionum, ut dictus avus noster emit a duce Henrico de Medelic.

(III.) Item donamus ei et confirmamus provinciam, quae Milin dicitur, cum Richenbach et omnibus pertinentiis suis.

(IV.) Item donamus ei et confirmamus castrum Lichtemstein cum omnibus pertinentiis suis.

(V.) Eidem etiam regi concedimus in pheodum ac confirmamus possessiones Mantile et Lue, cum omnibus pertinentiis suis.

(VI.) Praeterea castrum Donin cum suis pertinentiis donamus et confirmamus, si illud a marchione Missenense absolvere poterimus; si vero ipsum castrum absolvere non poterimus, quicquid tres ab eodem rege electi Imperii principes, qui tunc in gratia nostra fuerint, cum tribus supanis decreverint, facere satagemus.

Ut autem nostrae liberalitatis donatio, concessio et confirmatio majori innitatur robori, et evidentiore futurae successioni pateat veritate, praesens privilegium per manus Henrici

de Parisius, notarii et fidelis nostri, scribi et bulla nostra aurea jussimus communiri, anno et indictione subscriptis.

Hujus rei testes sunt: Archiepiscopus Barenensis, episcopus Tridentinus, ep. Basiliensis, ep. Constantiensis, ep. Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertholdus de Nifphe, regalis curiae prothonotarius, comes Ulricus de Chiburg, comes Rudolphus de Habechesburc et landgravius de Alsatia, comites Ludvicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Rapehteshiwilare, Albero de Tanehuse, Rodolphus de Kamesberc et alii quam plures.

Acta sunt haec anno Dominicæ Incarnationis MCCXII mense Septembris, XVI. Indictionis, regni vero domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Siciliae XV.

Datum in nobili civitate Basiliensi per manus Ulrici viceprothonotarii sexto Kalendas Octobris feliciter. Amen.

---

26.

## Donatio marchioni Moraviae a Friderico II. imp. facta. 1212. 26. Sept.

Wladislaus, qui et Henricus, marchio Moraviae, propter sua de Friderico II. merita duobus praediis ejusdem nominis, Mocran et Mocram, donatus est, quae ubi sita fuerint, ignoratur.

Litterae autographae olim in arce Karlstein sub inscriptione: „Listy na zemi moravskú“ custodiebantur, nunc in archivo c. r. aulico Vindobonae asservantur.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae.

Cum decor et potestas Imperii nostrum praecesserit statum, dignum tamen ac honestum arbitramur fore, eorum votis uberius acclinare, quorum fidem ac devotionem circa universa negotia nostra promovenda integram ac inconvulsam certiori experientia didicimus. Inde est quod nos advertentes grata et praecleara devotionis obsequia, quae Henricus nobilis marchio Moraviae, hactenus tam fideliter quam devote nobis exhibuit, ac etiam domino largiente in antea est exhibiturus, suis ad praesens in quantum possumus respondere cupientes obsequiis: notum facimus tam praesentibus quam in aevum successuris,

Quod nos eidem marchioni et heredibus suis de nostrae liberalitatis munificentia concedimus et confirmamus Mocran et Mocram cum omni jure et pertinentiis suis, salvo servitio, quod inde curiae nostrae debetur.

Ad hujus autem confirmationis et concessionis nostrae memoriam et robur perpetuo valiturum, praesens privilegium per manus Henrici de Parisius notarii et fidelis nostri scribi et bulla nostra aurea jussimus communiri.

Anno, mense et indictione subscriptis.

Hujus rei testes sunt: Archiepiscopus Barenis, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Viceburc, Bertoldus de Nifphe, regalis curiae prothonotarius, comes Ulricus de Chiburc, comes Rodulfus de Habechesburc et langravius de Alsatia, comes Lodvicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hobenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Rapehteshiwilare et alii quam plures.

Acta sunt hoc anno dominiae incarnationis Millesimo ducentesimo XII, mense Septembris, quintaedecimae indictionis, regni vero domini nostri Friderici, illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Siciliae, quintodecimo.

Datum in nobili civitate Basilea per manus Vlrici viceprothonotarii, sexto Kal. Octobr. feliciter. Amen.

---

27.

## Confirmatio electionis Wenceslai I.

1216, 26. Jul.

Hujus diplomatis originale, cum bulla aurea appensa, olim inter privilegia regni Bohemiae in aroe Karlstein, nunc in archivo c. r. aulico Viadobonae servatur.

Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Siciliae.

Si specialibus et expertis fidelibus et dilectis nostris gratiam facimus specialem, non est indignum, sed consonat omnimodis aequitati. Ea propter universis Imperii fidelibus tam praesentibus quam futuris imperpetuum notum esse volumus, quod misso ad praesentiam nostram Benedicto venerabili archidiacono Belinensi, exposuerunt celsitudini nostrae dilecti fideles nostri, Henricus marchio Moraviae et universitas magnatum et nobilium Boemiae, quod communi voluntate et assensu dilecti nostri Odacrii, illustris regis Boemiae, elegerunt in regem

eorum Vencezlaum, filium ipsius regis Boemiae primogenitum; propter quod Majestati nostrae attentius supplicarunt, ut electionem ipsius Vencezlai ratam haberemus et firmam, et eidem nostrum benignum impertiremur assensum.

Nos autem, quia votivae supplicationis hujus affectum ex magnae fidelitatis ardore novimus provenire, considerantes sinceritatem fidei et purae devotionis ipsius Odacrii, regis Boemiae, quam erga Majestatem nostram hactenus habuisse dignoscitur, attendentes etiam obsequia filii sui Vencezlai, dilecti sororii nostri, quae nobis et imperio fideliter poterit exhibere, de solita gratia nostra et consilio principum et magnatum imperii, qui tunc circa nos existebant, electionem praefatam ratam habemus et firmam, et concedimus eidem Venceslao totum regnum Boemiae, cum terminis et omni jure et honore ac rationibus eidem regno pertinentibus, sicut ipsum regnum pater suus et alii praedecessores sui, tam duces, quam reges, umquam melius tenuerunt et possederunt.

Mandamus itaque et firmiter statuimus, ut quaecumque persona ecclesiastica vel secularis hanc nostram confirmationem et concessionem infringere vel evacuare praesumpserit, mille libras auri puri componat, quarum medietas curiae nostrae, altera vero injuriam passis persolvatur.

Ut autem haec rata et firma in perpetuum perseverent, praesens privilegium scribi et bulla aurea typario nostrae Majestatis impressa praecepimus communiri.

Hujus rei testes sunt: Syffridus Augustensis episcopus, Vlricus abbas Sancti Galli, Cono abbas Elwacensis, Henricus abbas Campidonensis, Radulfus palatinus comes de Twingen, comes Hartemannus de Wirtenberc, comes Lodowicus frater ejus, Hermannus marchio de Baden, Hugo junior, palatinus comes de Twingen, comes Lodowicus de Ottyngen, Bertoldus de Nyphen, Anselmus de Justingen marescalcus, Walterus de Syph. pincerna et alii quum plures.

Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aulae cancellarius, vice domini Siffredi Mogunt. sedis archiepiscopi et totius Germaniae archicancellarii, recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo sextodecimo, septimo Kalendas Augusti, Indictione quarta. Regnante domino nostro Friderico secundo Dei gratia Romanorum rege semper Augusto et rege Siciliae. Anno romani regni ipsius quarto et Siciliae octavo decimo feliciter. Amen.

Dat. apud Vlmam, per manus Bertoldi de Nyphen, imperialis aulae prothonotarii. Anno mense et indictione praetitulatis.

---

## Compositio et concordia de statu ecclesiae in Bohemia. 1221—1223.

A. 1214 factus est episcopus Pragensis Andreas, ecclesiae Pragensis praepositus et regis cancellarius. Qui quum lapsis in Bohemia ecclesiae rebus consulere vellet, neque id per regem Premyslaum Otacarum I. efficere posset, Romam se contulit atque rem cleri bohemi summo pontifici Honorio III. tuendam tradidit. Secuta est disceptatio molestissima inter sedem apostolicam atque Bohemiae regem, quae per plures annos ducebatur, donec utraque pars depacta est die 2. Julii 1221 in monte Scac prope confinium Austriae atque Moraviae.

Litterae hac de re scriptae atque in unum collectae efficiunt pactionem et concordiam, quae inter curiam Romanam et Bohemiae regnum convenit; sunt autem illae:

A) Litterae Honorii III. papae universo clero Bohemiae datae, quibus notam facit compositionem et concordiam inter episcopum Pragensem ex una et procuratorem regis baronumque regni Bohemiae parte ex altera factam, ddo. 11. Januarii 1221 (quae leguntur insertae bullae ejusdem papae ddo. Signiae 22. Junii 1223, asservatae in archivo capituli Pragensis).

B) Litterae Honorii III. papae, quibus legato suo, cardinali Gregorio praescribit formam cautionis a rege et baronibus praestandae, ddo. 23. Januarii 1221 (inclusae bullae supradictae).

C) Litterae Premyslai I. Otakari regis et baronum, quibus rata habentur ea quae procurator eorum, mag. Joannes de Scacario, in curia Romana cum episcopo Pragensi pactus est, ddo. mens. Aprilis 1221 (itidem inclusae bullae supradictae).

D) Privilegium ecclesiae Pragensi a rege datum 2. Julii 1221 in monte Scac, cujus originale in archivo capituli Pragensis servatur, insertum quoque bullae Honorii III. papae ddo. 11. Maji 1223, reconditae in eodem archivo, confirmatumque a Carolo IV. imp. literis datis quarto Idus Maji 1352. Sequuntur

E) Litterae Premyslai I. Otakari, ddo. 10. Martii 1222 super immunitatibus monasteriorum (Originale duplum in archivo capituli Pragensis). Additur in fine

F) Formula litterarum super immunitatibus ecclesiarum per Bohemiae regnum.

### A.

Honorius episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis, abbatibus, praepositis, decanis et universis Clericis per Boemiam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Quaestione super jurisdictione, decimis et aliis diversis articulis inter venerabilem fratrem nostrum Andream Pragensem episcopum et dilectum filium magistrum Johannem procuratorem illustris regis et baronum Boemiae, coram nobis diutius agitata, idem procurator regis et baronum nomine recognovit et dimisit episcopo eidem et ecclesiae suae omnem libertatem et omnem jurisdictionem, quae sunt ecclesiae Boemiae



sive de jure sive per privilegia sive per approbatam consuetudinem acquisitae, et specialiter illas, quas iste rex per privilegia sua ecclesiae jam dictae concessit, promittens quod de jurisdictione rusticorum ad ecclesias suae dioecesis pertinentium coram dilecto filio nostro G. sancti Theodori diacono cardinali, apostolicae sedis legato, vel alio, cui hoc committendum duxerimus, exhibebitur justitiae complementum. Dimisit etiam et recognovit memorato episcopo et ecclesiae Boemiae omnia spiritualia, institutiones, salvo patronorum jure patronatus, et destitutiones, correctiones et judicia clericorum et omnia alia spiritualia, inter quae visitationem intelligimus et volumus comprehendi, eo salvo, quod de Bolezlavensi, Melnicensi et Lutomericensi praepositis exhibebitur justitiae plenitudo coram legato ipso vel alio, cui fuerit ab Apostolica sede commissum. De decimis vero promisit regis nomine ac baronum, quod plene ac integre solvent eas praefato episcopo et ecclesiae suae ac aliis ecclesiis et personis ecclesiasticis, sicut de jure debentur; justitia de populi decimis tam de praeteritis quam futuris coram eodem legato vel alio cui haec commiserimus facienda. Omnia quaeque privilegia tam Romanorum pontificum, quam imperatorum et regum Boemiae ac ducum vel aliorum ecclesiis concessa boemicis, si extant, restituentur eis, quorum fuisse noscuntur cum possessionibus, quae ad Pragensem et alias ecclesias et personas ecclesiasticas pertinere et esse ablatae noscuntur. Quodsi privilegia ipsius regis vel praedecessorum suorum non extant vel sunt forte deperdita, rex ante relaxationem sententiarum excommunicationis et interdicti, quae sunt in ipsum et barones ac regnum ejus prolatae, eidem restaurabit secundum tenorem quem dictus episcopus suo expresserit juramento. Si vero ea, quae non sunt sua vel praedecessorum suorum, sunt deperdita vel destructa, dabit operam bona fide, ut eadem restaurentur.

Pro his autem in perpetuum observandis ante relaxationem sententiarum ipsarum praestabitur ex parte regis et baronum sufficiens cautio secundum mandatum nostrum, quod legato fecimus saepedicto, qua praestita dictae sententiae relaxentur.

Nos autem habentes rata praedicta, ne quid eis desit ad robur plenariae firmitatis, de consilio fratrum nostrorum auctoritatem nostram adjecimus, decernentes ea in perpetuum valitura. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datae Laterani 3. Idus Januarii, Pontificatus nostri anno quinto.

B.

Honorius episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Gregorio sancti Theodori diacono cardinali, apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Formam cautionis, quam a rege et baronibus Boemiae a te recipi volumus pro quaestione, quae inter ipsos et Pragensem episcopum super jurisdictione ac aliis articulis vertitur, tibi praesenti pagina duximus exprimendam. Rex et frater ac primogenitus ejus praestabunt corporaliter juramentum et sub certa poena dabunt fidejussores de regno et extra regnum. Majores vero barones regni praestabunt similiter pro se ac pro aliis juramentum, et nihilominus sub certa poena dabunt fidejussores in regno. Et si forsitan rex vel successores ipsius per se vel per submissos aliquos contraverint et requisiti non emendaverint infra certum terminum, eisdem a te vel alio legato seu delegato sedis apostolicae assignandum; vel si barones vel successores eorum contraverint per se vel etiam per submissos, et ipse rex vel successores ejus requisiti eos ad satisfaciendum infra certum terminum, sicut supra dictum est assignandum eisdem, non compulerint juxta posse: poena continuo committatur. Quodsi vel poenam solvere vel ea soluta satisfacere recusaverint: post primam vel secundam admonitionem excommunicationis in ipsos et in terram interdicti sententiae proferantur. Eadem lege servanda circa barones, qui fuerint in ipso negotio transgressores. Hanc autem cautionem convocatis episcopis vicinis et praelatis cum ea solemnitate recipies, quam ipsum negotium videris postulare.

Datae Laterani X. Cal. Februarii Pontificatus nostri anno quinto.

C.

Otacarus, Dei gratia rex, et barones Boemiae.

Universis praesentem paginam inspecturis salutem in Domino.

Universitati vestrae tenore praesentium facimus manifestum, quod nos approbamus et rata habemus omnia, quae a procuratore nostro magistro Johanne de Scacario in Romana curia cum episcopo Pragensi sunt acta, quae in tenore compositionis subscriptae plenius continentur, cujus tenor est talis:

(Sequuntur literae Honorii papae, quae supra leguntur sub lit. A)

Parati etiam sumus, cautiones pro praedicta compositione servanda praestare, quae in literis Romani Pontificis confectis exinde continentur, quorum tenor est talis:

(Sequuntur literae Honorii papae, quae supra leguntur sub litera B).

Concessimus etiam integram securitatem et plenam episcopo praedicto et suis omnibus ac rebus eorum data fide in manibus venerabilis patris nostri, domini Gregorii, sancti Theodori diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati, et pacis osculo vice et nomine juramenti. Possessionem autem totius episcopatus Pragensis cum abbatis omnibus a die compositionis praefatae restitui fecimus in manus domini cardinalis, ad cujus rei perpetuam firmitatem has literas conscribi fecimus, et nostrorum sigillorum munimine roborari.

D.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen.

Nos Ottocarus Dei gratia Bohemorum rex, universis Christi fidelibus praesentis privilegii literas inspecturis.

Humanae naturae conditio semper trahit ad se hominis miseriam et defectum, et quanto plus homo in hoc mundo foris transitoriis rebus involvitur, tanto magis virtus interior enervatur. Unde veram credimus salubris consilii medicinam, ut sicut quis cadit per vitium, sic assuescat resurgere per virtutem, maxime jus restituens alienum, quod nullum posse absque peccato et mortis interitu detinere, credere pure possumus et debemus. Hinc est igitur, quod universos volumus non latere, quod cum inter nos et venerabilem patrem dominum Andream, Pragensem episcopum, super libertate Pragensis ecclesiae et aliis articulis apud examen sedis apostolicae quaestio verteretur, per sanctissimi patris, domini Honorii tertii, summi pontificis, providentiam de voluntate partium est statutum, ut deperdita privilegia nostra et antecessorum nostrorum, quorum tenorem idem episcopus suo juramento probaret, nos restaurare Pragensi episcopatu et ecclesiae deberemus. Pro quo si quidem et aliis adimplendis cum venerabilis pater, dominus Gregorius de Crescentio, sancti Theodori diaconus cardinalis, in regno Boemiae legationis officio fungeretur, et idem episcopus in ipsius venerabilis patris domini legati praesentia, multis adstantibus episcopis, abbatibus, aliis ecclesiarum praelatis et majoribus baronibus regni nostri, secundum tenorem infra positum praestiterit juramentum, nos omnia, quae juravit, adimplere volentes, episcopatu et ecclesiae Pragensi privilegium deperditum taliter restauramus:

(I.) Ad honorem igitur Dei patris et beatorum martyrum Viti, Wenceslai et Adalberti, patronorum nostrorum, pro remissione peccatorum et antecessorum nostrorum omnium animabus, concedimus et donamus Pragensi episcopatu et eccle-

siae et hominibus tam ipsius episcopi quam ecclesiae omnem libertatem, et remittimus ipsi episcopatui et ecclesiae et hominibus eorundem omnem exactionem, sive inquietationem, venditionem, naroc, zwod, hla u a m, wrez, collectas generales, aedificationes castrorum, fossata, preseceu, prouod, narez et omnia alia gravamina.

(II.) Et si quis de hominibus episcopatus vel ecclesiae Pragensis furtum vel rapinam vel aliam hujusmodi grandem culpam perpetraverit, perpetrator criminis sententiae regiae potestatis subiaceat, et Pragensis ecclesia vel episcopatus cujus homo erit, ipsius vendicet facultates.

(III.) Si quis etiam in bonis episcopatus vel ecclesiae Pragensis homicidium praesumserit perpetrare et homicida evaserit, consanguinei interfecti reum jure terrae perquirant, ita tamen, quod homines ecclesiae et episcopatus conserventur indempnes.

(IV.) Podivin etiam, quod aliquando fuit ejusdem ecclesiae, cum omnibus juribus suis, accessionibus et pertinentiis de regia munificentia eidem ecclesiae concedimus et donamus.

Ad hujus igitur nostrae restorationis, concessionis et donationis notitiam et inviolabile firmamentum, coram infrascriptis testibus praesens privilegium per manum Hermanni notarii et capellani nostri, fecimus fieri et ipsum sigillum munimine nostro mandavimus insigniri.

Anno incarnationis MCCXXI, nono Julii Indict. IX. in monte Scac, praesidente Romanorum ecclesiae Domino Honorio Tercio, regnante vero in imperio domino Friderico, in praesentia domini Gregorii de Crescencio, S. Theodori diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati.

Testes autem sunt hi:

Dominus Robertus episcopus Olomucensis, Dominus Johannes Nitriensis episcopus, Dominus Laurentius Wratizlauensis episcopus, Dom. Lupoldus Austriae et Stiriae dux, comes Conradus de Ardek, dominus Poppo praepositus Bambergensis, Dluhomil abbas de Breunov, Hermannus abbas de Wilalmov, Rinerius abbas de Insula, Johannes abbas de Gradist, Bertoldus abbas de Stragov, Gerlacus abbas de Mileusk, Gwilelmus abbas de Siloa, Hermannus abbas de Lutomizl, Bonifacius abbas de Gradist, Florianus abbas de Luca, Wernerus abbas Sanctae Crucis, Valterus praepositus Numburgensis, Veclo abbas de Cotuico, Gerardus abbas de Linuelde, Marquardus abbas de Zuetla, Henricus ducis Austriae notarius, Marquardus praepositus Sancti Ipoliti, Bauarus, Budiuoy, Boruta, Jaros, Witco, Henricus frater ejus, Bohuzlaus, Suatozlaus, Sulizlaus, Holac, Divis, barones Boemiae.

E.

In nomine Sanctae ac individuae Trinitatis. Amen.

Notum esse volumus universis tam praesentibus quam futuris, quod nos Ottacarus qui et Premisl, Dei gratia tertius Boemorum rex, de consilio suppanorum nostrorum ad petitionem ac preces nec non mandatum venerabilis patris et domini Gregorii de Crescencio, sancti Theodori diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati, patris utique honesti, providi et discreti, pro salute animae nostrae et antecessorum nostrorumque successorum, universis monasteriis et conventualibus ecclesiis Pragenseis dioecesis remittimus, concedimus et donamus omnia quae inferius sunt expressa:

1. Inprimis siquidem remittentes volumus et praecipimus observari, ut homines omnium ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, qui de furto vel aliquo alio maleficio incusantur, nonnisi per vicinatus testimonium se expurgent, et falsus accusator nobis in CCC denariis condempnetur.

2. Et ut nullus hominum ecclesiarum a iudicibus provincialibus, sed a nobis vel summo iudice curiae nostrae vel cancellario, si non fuerit causa sanguinis, iudicetur.

3. Concedimus etiam et donamus, ut omnes clerici et ecclesiasticae personae liberum habeant usum silvarum suarum ad omnia sua necessaria facienda.

4. Praeterea remittimus, concedimus et donamus, ut homines ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum fugientes servitutem debitam ecclesiis, a villicis regalibus seu aliis laicalibus personis non recipiantur.

5. Illum etiam abusum volumus aboleri, qui non longo tempore inolevit, quod monasteria seu aliae ecclesiae currus victualibus honoratos nobis ad expeditonem proficiscentibus seu colloquium celebrantibus ministrabant.

6. Et ne barones vel alii milites in domibus elaustralium hospitentur contra voluntatem ipsorum; quod si quis facere praesumpserit, quod ibi consumpsit, in duplo restituat, et nobis mille CC denarios persolvat; mediocris vero persona similiter expensas ibi factas in duplo restituat, nobisque in sexcentis denariis condempnetur.

7. Illud etiam penitus inhibemus, ne marscalcus noster junior pauperes, in foro vendentes res suas, in aliquo audeat molestare, excepto quod a quolibet homine panem, pisum, milium et salem vendente, semel in septimana, scilicet VI. feria, unum denarium vel aequipollens recipiat, et non ultra.

8. Illam etiam consuetudinem homines ecclesiasticos volumus retinere, quod ad succidendum silvam, quod pre se ca

dicitur, vel castrum aedificandum vel ad facienda fossata, cum hominibus nostris et baronum laborent (laboretur).

9. Et ut (ea) quae privilegiis regum et ducum Boem(iae) probari poterunt esse sua, volumus quod habeant et possideant sine lite, et uti aliis testibus non cogantur.

10. Et quando aliquis pro aliqua causa convenitur, liceat ei uti testimonio quorumcunque.

11. Volumus etiam et praecipimus (firmiter) observari, ne aliquis villicus seu beneficiarius vel officialis noster sine iudicio nostro vel cancellarii seu majoris iudicis curiae nostrae homines ecclesiarum audeant molestare, et ne quis ad iudicium venire cogatur, nisi sub testimonio sit citatus.

12. Et quia ab antiquo propter vilitatem monetae a quolibet citato ad causam XXX denarii camerario solvebantur, volumus ut XV denarii camerarius sit contentus.

13. Et quia abbates et alii ecclesiarum praelati ad alium, quam ad nos, pro causis suis refugium nullum habent, ubicunque generale colloquium debuerit celebrari, ad audiendas causas eorum ante vel infra vel una die post (post, una die) cum paucis Boemis et cum cancellario promittimus eis audientiam nos duros.

14. Illam denique pravam et perversam consuetudinem abolemus, qua clerici censebantur peiores esse Judaeis, videlicet in teloneis in exitu terrae nostrae; nam ubi Judaeus unum, clericus XXX denarios persolvebat. Si quis vero contra hoc venire praesumpserit, dominus telonei malefactorem statuat coram nobis vel beneficio careat, in quo clericos molestavit.

15. Et quodcumque fur capitur in aliqua villa, sola domus in qua furtum invenitur, publicetur, vicinae vero domus in pace permaneant, poenam tamen, scilicet CCC denarios, cum aliis persolvant.

16. Hanc autem poenam alleviare volumus, qua quando quis interficiebatur in aliqua villa et interfecto non capiebatur, quilibet rusticus in CC denariis condempnari solebat; nunc nos mitius agentes cum eis, volumus ut tota villa in CC denariis condempnetur.

17. Item quia nobiles terrae contra voluntatem abbatum et praelatorum et clericorum aliorum equos suos pascendos in curiis eorum ponunt, qui nisi respiscant, equos ipsos ad usum nostrum recipi faciemus.

18. Statuimus insuper et volumus esse firmum, ut quicumque contra remissiones, concessionem et donationem praedictam aliquid praesumpserit attemptare, in X marcis auri continuo condempnetur, quinque injuriam passo et quinque nostro aulario componat.

Ut autem praesens privilegium sit in perpetuum valiturum, nostris sigillis fecimus roborari.

Acta sunt haec coram his testibus: Dalebor iudex, Martinus pincerna, Jaros, Bohuslaus, Zdeslau, Cesta, Wsebor, Zauise iudex, Nicholaus, Hridebor, Iwan, Cresislau, Heinricus dapi-fer, Coiata subdapifer, Heinricus filius Bohutae, Olricus filius Juric, Zbramir iudex de Plizen.

Datum Pragae per manus fidelis cancellarii nostri Benedicti et praepositi Lutomicensis. Anno dominicae incarnationis M.CC.XXII, anno vero regni nostri XXV., Indictione X. mense Martii die X.

(Sigillum de cera rubea pendens.)

A) *Pax regis Ottacari in manu sci. Wenceslai.*

R) *Sanctus Wenceslaus Boemorum dux.*

### F. (Formula).

Libertas autem haec est, quam a pietate nostra statuimus et sancimus firmiter observari, scilicet:

1. Omnes villas et possessiones, quas modo ecclesia (illa) possidet vel postea est possessura, ubicunque in regno nostro sitae sunt, sive in Boemia, sive in Moravia, ab omni onere tributorum, vectigalium, collectarum, seu etiam forestariorum nostrorum qui vulgo lovchi appellantur, aliisque exactionibus sive in quatuordecim ad principem vel beneficiarios spectantibus, quocumque modo nominentur, esse absolutas,

2. adjicientes, ut nullus principum successorum nostrorum vel baronum nobis vel eis subjectorum, pro castrorum aedificatione vel reaedificatione vel aliqua ingruenti expeditione homines (praefati) monasterii audeat inquietare.

3. Jus autem quod datur pro capite, eis concedimus,

4. hoc de fure statuentes: Si in eorum habitat possessionibus, et deprehensus fuerit in furto manifesto, vel de aliquo occulto accusetur, videlicet quoad iudicium ferri candentis, vel aquae, vel vomeres calcandos vel duelli, et convincatur in aliquo istorum in iudicio seculari, eidem monasterio bona furis sive rei integraliter remaneant, iudices autem quorum interest, faciant de eo quod eis justum videbitur.

5. Si autem homines ejusdem monasterii coram iudicibus nostris culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris curialibus vel beneficiariis aliquid inde utilitatis proveniat, sed apud idem coenobium culpa perseveret satisfactio, nisi in eo, in quo tenentur satisfacere adversario.

6. Ceterum ut omnia breviter comprehendamus, omnem utilitatem quae spectat ad usus nostros vel successorum no-

strorum vel beneficiarios nostros a nobis infeudatos, ei remittimus, ut plena et perfecta gaudeat libertate, et ut nullus eis novas condiciones contra nostra statuta audeat imponere vel ejus jura mutare.

7. Statuimus etiam, ut nullus camerarius intret villas monasterii ad aliquem citandum vel ad aliquid ibidem faciendum, sed significet procuratori domus illius cui abbas cum fratribus commisit procuracionem in temporalibus, ut eos citari faciat, qui sunt citandi, quatinus die et loco determinato eos coram iudicibus statuatur, quorum interest causas et negotia regni nostri tractare et diffinire.

8. Si quis vero alicui personae religiosae infra septa monasterii constitutae manus injecerit violentas ad aliquem ibi dehonestandum, vel aliquid inde abstulerit ausu temerario manifeste, bannum nostrum quoad XXX marcas componat, et monasterio dampnis suis resarcitis in totidem satisfaciat.

9. Prohibemus etiam, ne venatores nostri vel caniductores in abbatia vel eorum villis sine abbatis et fratrum consensu pernoctent vel aliquid ibi inferant violentiae, et hoc sub poena X librarum monetae provincialis, nisi placuerit abbati et fratribus, eis aliquid gratiae in victualibus impendere; id etiam addentes, quod si exstiterint eis injuriosi, liceat eis ipsos sine offensa nostra de domibus et possessionibus suis violenter expellere.

10. Insuper statuimus, quod quicumque nobilium vel potentum in (praefati) monasterii curiis vel villis pernoctando vel intrando eidem exstiterint injuriosi, bannum nostrum in X marcis componant, et eidem monasterio dampna illata in duplum restituant.

11. Adjecimus etiam, ut homines (praefati) coenobii per telonea transeuntes in rebus, quae spectant ad opus vel usus ecclesiae, ad eam in necessitatibus ejus deferendis vel transducendis, sint a pedagiiis et teloneis absoluti; mercatores vero solvant quod sui juris est.

12. Hujus autem libertatis a nobis concessae et regali munificentia donatae, (praefatae) domus heredes nostros et successores tutores constituimus et defensores.

---

29.

**Statuta ducis Ottonis.**  
**(Jura zupanorum, Jus Conradi.)**  
1222.

Sic inscribuntur leges et instituta, sub duce Conrado župis i. e. provinciiis, in quas terra Bohemia ac Moravia distribuebatur, editae, quae Pre-



myslao I. Otacaro et Wenceslao I. regnantibus relata et renovata nec non ex aliqua parte aucta sunt; quorum exstant exempla tria:

Primum apographum, teste Boczekio in bibliotheca ecclesiae parochialis ad S. Nicolaum Znoymae servatum (n. 29),

alterum autographum, in registratura c. r. gubernii terrae Moraviae Brunae repositum (n. 33),

tertium olim coenobii Welegradensis, quod Pelzelius describendum curavit descriptumque nunc in Museo Bohemico Pragae asservatur (n. 36).

Si quaeris quisnam auctor earum legum fuerit, ad ducem Conradum nec non ad alios Premyslai I. Otacari regis praedecessores eas esse referendas constat; quaeritur tantum, uter Conradus intelligendus sit, num Conradus Breislai I. filius tertio-genitus, qui postquam provinciam Brinensem in Moravia principis privati nomine tenuerat, a. 1092 dux Bohemiae factus est, an Conradus, cui cognomen erat Otto, qui quum Znoymensis provinciae dux fuisset, regnum Bohemiae a. 1189 adeptus est atque biennio post in Apulia iter cum exercitu faciens a. 1191 diem supremum obiit?

Habrichius quidem, ex ordine S. Benedicti monachus Rajgradensis, cujus propria laus est quod Conradi leges primus edidit, Conradum Breislai I. filium tertio-genitum auctorem earum fert; nos tamen minime a veritate aberrare nobis videmur, quum arbitramur Conradum Ottonem auctorem earum fuisse, neque eas diversas esse a „statutis,“ quae in literis a. 1189 scriptis commemorantur: „Actum est hoc in Sazka, anno D. I. MCLXXXIX anno primo ducis Ottonis, quo positus est in sedem Boemiae; hi sunt testes qui affuerunt: Dux Otto Boemiae etc. et alii multi abbates, clerici, monachi, milites tam de Moravia quam de Boemia, qui convenerant ad Sazka ad audienda statuta ducis Ottonis.“ (Ex arch. Melit. Prag. Dobner Ann. VI. 590, Boček Dipl. I. 349, Erben Reg. I. 401.)

Qui autem dubitat, num Conrado cognomen Ottoni fuerit, edoceri hoc poterit a Chronographo Siloensi ejusdem ducis aequali, qui eum aliquoties appellat Conradum Moraviensem qui et Otto, Conradus qui et Otto, de quo supra diximus, Conradus qui etiam Otto (Dobner Mon. I. 96, 121.)

Statuta ducis Ottonis, alio nomine Jura županorum vel Jus Conradi dicta, primum edita sunt in Habrichii libro: Jura primaeva Moraviae (Brunae 1781), ad contextum exempli in tabulis Moraviae tunc asservati, quod cum exemplo in registis c. r. gubernii terrae Moraviae reposito, si non idem est, plane convenit; iterum in Boczekii Dipl. Mor.; dein a nobis in dissertatione, quam inscripsimus: Ueber Eigenthumsverletzungen und deren Rechtsfolgen nach dem altböhmischen Rechte (Wien 1855), in qua orationis contextus in paragraphos digestus est.

Dissertationes:

Jura primaeva Moraviae (auctore Habrichio. Brunae 1781.)

Abhandlungen der böhm. Gesellschaft der Wissenschaften. Prag 1786 (p. 476).

A. Voigt Ueber den Geist der böhmischen Gesetze. Dresden 1788 (70—79).

H. Jireček, Ueber Eigenthumsverletzungen (Wien 1855).

J. A. Tomaschek, Deutsches Recht in Oesterreich im XIII. Jahrh. Wien 1859 (1—16).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otacarus qui et Premisl, Dei gratia Boemorum rex, omnibus generaliter Znoymensis provinciae militibus inperpetuum.

Aequitati est consentaneum, et regiae conveniens excellentiae pariter et honori, modis omnibus ad hoc intendere atque niti, ut nemo contra juris ordinem aggravetur, sed jura omnia

conserventur unicuique penitus inconvulsa; juris enim observantia et temporalis honoris gloria conservatur et animae a Deo in coelesti patria praemium tribuetur.

Ne autem ea jura quae prius a nostris praedecessoribus, ut a bonae memoriae duce Conrado et ab aliis, postmodum autem a nobis in tota Znoymensi provincia sunt statuta, processu temporis per quemquam possint hominum immutari, sed perpetuo stabilia permaneant atque firma: noverit tam praesens aetas quam ejus sequens posteritas, quod nos habito diligenti tractatu cum fidelibus nostris suppanis Boemis pariter et Moravis, volentes ab omnibus perpetuo inviolabiliter observari, jura statuimus in hunc modum:

1. Omnes hereditates quas viri nobiles tam minores quam majores tempore ducis Conradi sine querela juste et pacifice hucusque possederunt, in bona tranquillitate pacis ammodo possideant.

2. Item nullus camerarius citet aliquem nisi certo sub testimonio eorum quorum interest, et nominatim quilibet eorum debet ducere castellani nuntium, et alium judicis, et insuper duos kmetones de circumsedentibus villis; et si camerarius vadit ipse secundus aut tertius sine nuntiis beneficiariorum, si interficitur, nihil de eo respondeatur.

3. Si fuerit fur apud aliquem nobilem vel apud aliquem, cujus est villa, et dederit eum curiae, omnia bona sua sint et collum ejus in potestatem principis detur.

4. Insuper si fur capitur in aliquo loco et suspenditur, omnia sua sunt principis, praeter fruges quae adhuc remanserunt in terra.

5. Item quod dicitur narok, hoc non debet esse nisi ubi constet sub certo testimonio, sua bona amisisse, nisi acciderit in via, in silva vel in aliquo loco secreto vel alicui hospiti, et antequam admittatur, debet notificari curiae quorum interest, scilicet judici, castellano et ceteris.

6. Quando aliquis pauper venit de propria re conquerendo, pallium sibi nullatenus deponatur.

7. Nullus zoch aliquem accuset nisi certo sub testimonio vicinorum constet de damno ejus; et si fuerit zoch convictus testimonio fori communis, lapidetur.

8. Quando aliquis subit judicium aquae, nullus demittat eum in aquam nisi sacerdos cum suo cooperatore; si deus juverit eum, judici det duos denarios et sacerdoti XIII. Si nudiverit se et judicium voluerit subire, solvat capellano VII denarios et vetulae duos.

9. Si aliquis nobilis vir et non derho habuerit super se narok, puer pro ipso subeat iudicium, et si non fuerit adju- tus, solvat pro eo CLXXX denarios.

10. Quando ducitur quod dicitur zuode, debet adesse nuntius castellani, iudicis et villici et camerarii, et unus vel duo de vicinatu illo, et ultra tres non ducatur, sed in tertio remaneat; et si convictus fuerit, CLXXX denarios in cameram regis reddat et illi qui dicitur pouod, satisfaciat.

11. Si quis equum vel equos, boves vel vaccas vel aliqua majora subtraxerit, quantitas damni aestimetur sub certa fide et sacramento eorum, quibus iurisdictio est commissa, et secundum hoc accusatores admittantur.

12. Item fures cum sociis et fautoribus suis pari poena puniantur.

13. Si subtrahuntur aliquae res, pallium aut aliquid tale, hoc curiae non notificetur, sed si bos vel jumentum subtra- hitur, curiae notificetur.

14. Et si quando aliquis vulneratur in via veniendo de foro vel alibi, notificetur curiae.

15. Item quando aliquis nobilis capitur in furto et suspen- ditur et non habet prolem, hereditas ipsius regi cedat, et si ali- quis capitur in manifesto furto, uxor ejus tertiam partem habeat.

16. Quicumque nobilis vel rusticus occiderit aliquem, CLXXX denarios curiae solvat et alias recedat et quaerat gratiam, et uxor sua domi in pace et indemnis sedeat.

17. Si quis autem non habuerit filium et habuerit filias, ad illas deveniat hereditas aequaliter; et si non sint, here- ditas deveniat ad proximos heredes.

18. Si alicui subtrahuntur jumenta aut famuli, apes furan- tur, debent subire iudicium ferri, scilicet vomeres.

19. Insuper si quis spoliatus per wybog, incuset quos vult, et de herdost nomet quos voluerit, et antiquae con- suetudines serventur.

20. Praeterea nullus de illis qui custodiunt silvam, debet spoliare aliquem in via vel in foro, nisi illum spoliat, quem invenerit arborem secantem; ad hoc nunquam iudex iudicet in CCC denariis, nisi LX.

21. Insuper iudex nunquam debet iudicare solus nisi prae- sente castellano vel aliquibus nobilibus; et quando villicus ju- dicat, non debet ire ad capiendum consilium de iudicio, sed iudicet sedens cum militibus.

22. Item quando tempus est ire ad iudicium et sunt omnes et villicus non vult venire, iudex iudicet cum militibus.

23. Praeterea semper de mane et nunquam hora serotina a iudice et a villico iudicium habeatur.

24. Quando aliquis interficitur in via, sive militis sive judicis seu villici, inde fit magna confusio; solent apponi denarii, aurum, argentum; ille quis accusat, non dominus, habet jurare super sancta sanctorum.

25. De debito non debet aliquis vendi, nisi in tertio termino.

26. Insuper nullus de hominibus nobilium, qui vadunt in propria vel in aliqua legatione sive ad forum, nunquam in novo, nisi in antiquo thelonio solvat.

27. Item nullus ad judicium accedat, nisi de domo secundum jus prius citetur.

28. Insuper si villicus regis sine judicio impignoraverit aliquem, rex jure suo corrigat; si est villicus camerarii, marcam auri solvat, si dominus, beneficio careat.

29. Ad haec omnes communiter tabernas habeant.

30. Praeterea campiones non habeant nisi contra extraneos.

31. Interea provincia Betouiensis in eodem statu permaneat, in quo Znoymensis.

32. In his omnibus excipimus privilegia virorum religiosorum a principibus eis concessa, et jura clericorum cum dotibus ecclesiarum, qui reguntur secundum jus canonicum.

Ut autem haec omnia rata et inconvulsa permaneant et majori nitantur robore ac evidentiori in posterum pateant veritate, praesentem paginam eis fecimus conscribi et sigilli nostri impressione roborari, testibus subnotatis, quorum nomina sunt haec: Filii regis Wenceslaus et Wladislaus, Robertus Olomucensis episcopus, Eppo praepositus Pragensis, Bohuta praepositus Boleslaviensis, Engelsscalcus regis prothonotarius, Beness castellanus de Budissin, Jaros, Budiwoj castellanus de Cladsco, Divis castellanus de Prachen, Bohussius castellanus de Netolic, Cojata subdapifer, Holach subpincerna, Prossimir de Prawlen, Ingrammus, Depolt, Pomnenus Howoriz, Welen, Gothardus et Hartlebus fratres, Henricus, Lupus, Rugerus, Vlricus, Branizlaus, Bohdanez, Wilhelmus, Lupolt, castellani Znoymenses, Lewa camerarius, Theodricus de Chnesiz, Stephanus castellanus de Jewiczki, Ratibor judex, Wolframus et filii sui de Branissowicz.

Acta sunt haec anno D. Inc. MCCXXII in Znoym rege et regina cum praenotatis testibus ibidem feliciter existentibus. Datum per manum Hermanni regis Boemiae notarii.

---

30.

## Confirmatio diplomatis de civitate Nova Villa (Unišov) condita.

1223.

Wladislaus qui et Henricus, marchio Moraviae (1197—1222), earum Moraviae civitatum in quas coloni Theutonici deducti sunt, conditor vere appellari potest. Civitatem Freudenthalensem (postea Silesiae adnumeratam) et condidit et jure Magdeburgensi constituit. Idem fecit in Unišovio, villa antiqua moravica, quae postquam civitas facta est, et Nova Villa (Neustadt prope Olomucium) appellabatur. Diplomate quod hic exhibemus, Premyslaus Otacarus I. rex fundationem Novae Villae confirmavit.

Archetypum asservatur in curia civitatis Novae Villae. Typis exscriptum est in Boczekii Dipl. II. 145.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Quoniam ea quae pie ac laudabiliter a praedecessoribus ordinata dinoscuntur esse vel rite concessa a regia munificentia, immutari debent aut . . . sed conservari potius et augeri, ideo ego Othacarus qui et Premizl, Dei gratia rex Bohemorum, cum meis liberis notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quod nos idem ius et eandem per omnia libertatem quam frater noster Wadizlaus piae memoriae quondam marchio Moraviae concessit dilectis civibus nostris de Unisov, quae est Nova Villa, in eodem oppido vel extra oppidum eandem ipsis regia clementia duximus liberaliter concedendam et in scripto autentico sollempniter redigendam, videlicet:

1. Ut quaelibet area in praedicto oppido, sive parva sive magna, sex denarios et quilibet mansus terrae arabilis fertorem argenti et tres mensuras annonae, unam scilicet de tritico, alteram de siligine, tertiam de avena, singulis annis in festo sancti Martini persolvere teneantur.

2. It. silvam quam acceperunt exstirpandam ad XXX annos, de quibus jam decem praeterierunt, eisdem concedimus esse liberam, prout quilibet eorum poterit exstirpare.

3. It. terminos circuitus ipsorum tam in silvis quam in campis et pascuis a praedicto fratre nostro marchione sibi juste primitus deputatos, liberos eis ac pacificos auctoritate regia praecipimus conservari.

4. It. omnes culpas secundum quod hactenus inter se et apud ipsos judicarunt, fratre nostro concedente, concedimus ipsis secundum suas consuetudines judicare, nisi fuerit gravis et magna culpa, quae coram nobis aut nostris merito debeat ventilari.

5. It. in summa idem jus Meidburgense et easdem consuetudines, quas habent cives nostri de Froudental, eisdem misericorditer volumus indulgere.

6. Ad hæc villicationem seu advocatiam, quam præfatus frater noster Theoderico avvocato et ejus heredibus dignoscitur contulisse, ipsi Theoderico et suis heredibus sicut collata est, in pace cupimus possidere.

Ut autem hæc concessio nostra stabilis habeatur et rata, præsentem paginam eandem et sigillorum nostrorum munimine roboramus, rogantes venerabilem patrem Ruobertum Olomucensem episcopum, qui et præsens fuit, ut ad majorem huius concessionis firmitatem suum sigillum apponeret, quod et fecit.

Acta sunt hæc sollempniter in Brunna. Anno dominicæ incarnationis Millessimo CC. XXIII. Indictione XI. per manum Wigberti notarii nostri, præsentibus multis testibus, quorum nomina sunt hæc: Zdzislaus præpositus sancti Petri in Brunna, Conradus scribe in Brunna, Stephanus de medlow, Henricus filius Victoris et frater ejus Victor junior, Divis, Zvatozlaus, Holasc, Coiata, Zemislaus, castellani Olomucenses, Bawarus, camerarius Olomucensis, Zavisse, Ztibor, Welis iudex Olomucensis, Zpitata, Petrus de Loziz, et frater eius Nicolaus.

31.

## Diploma Constantiæ reginæ de locatione civitatis Hodonin.

1228.

Civitas Hodonin (Göding) in ea Moraviæ parte quæ ad meridiem vergit sita, erat antiquitus castrum župæ Hodoninensis, cujus župani vel castellani in antiquis documentis commemorantur: A. 1169 Twrdiše, a 174 Ratibor.

Župa Hodoninensis dotis nomine Constantiæ, regis Premyslai Otacari I. uxori, tradita est cum aliis Moraviæ provinciis. Factum est autem, ut villicus reginæ in castro Hodonin residens a plebe sit occisus; quo regina permota est ut in area castri civitatem conderet eoque habitatores ut videtur ex Austria accitos deduceret. Eodem tempore civitati leges constituit, quas ex Joannis regis diplomate quo confirmantur, novimus.

Diploma in tabulario civitatis Hodonin asservatur, atque typis exscriptum est in Boczekii Dipl. II. 189 nec non in Endlicherii Monum. Arpad. 424.

Argumentum ejus ab Endlicherio in 20, a nobis in 23 paragraphos digestum est.

C(onstantia) Dei gratia Bohemorum regina.

Universis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis salutem in vero salutari.

Sciant praesentes et posterī, quod cum villicum nostrum Petrum fures et latrones et alii malefici interfecissent in Godingen super regale civileque jus nostrum, convocavimus viros honestos Theutonicos et locavimus in civitate nostra tali jure:

1. Ut nulli dominio subditi essent, nec ulli servirent, nisi mihi et filiis meis.

2. Item talem potestatem eis etiam tradidimus, quod nullus judex dominaretur eis, nisi quem ipsi voluntarie eligerent.

3. Et haec jura censualia sunt: XXX denarii de laneo, de subside agrum habente XII denarii, de subside agro carente VI.

4. Quicumque braxaverit cerevisiam, XII de qualibet braxatione.

5. In lite cum aliquis se defendendo affugerit ad propriam domum, si aliquem occiderit, tenetur mortuus (mortuis) talem culpam solvere.

6. Infra rastam unam nullus praesumat cerevisiam braxare, et si quis praesumpserit, abjudicatus est bonis suis et collo suo.

7. Fur sive falsarius si inventus fuerit, non alias nisi ibidem suffocetur.

8. Et si quis aliquem interfecerit, caput pro capite ponderetur.

9. Quicumque temerarius intraverit domum alicujus et aliquem occiderit, solvat in domo VI solidos et extra VI.

10. Et si velit dampnificare aliquem violenter, solvat iterum VI solidos in domo et extra VI.

11. Si alapam dederit, manu careat, aut V talenta solvat et judici LXXII.

12. Infra miliare faber, textor, calcifex, aut qualiscunque artifex non compareat, nisi in eadem civitate.

13. Molendinum solvat VIII modios siliginis et (aut) IV tritici et III solidos denariorum.

14. Si non sufficit molendinum reddere ista, quae praediximus, pendeat in gratia reginae et in consilio civium.

15. Item molendinum debet habere XX jugera agri et III subsides et piscatorem.

16. Mercatores domos habentes nullum theloneum solvant, sed in transitu aquae dimidium.

17. Item kletska, sicca ligna, libere herbasque habeant, excepta viridi quercu.

18. Pastor cum grege vadat libere in eadem silva.

19. Insuper nulli judicio subjaceant pro vita et bonis, qui meruerint, nisi in eadem civitate.

20. Et illi qui Petrum occiderunt, omnium habeant inimitiam, et pro malefactoribus habeantur.

21. Omnis homo in via pergens, infra rastam pacem habeat de manu mea et filiorum meorum, qui pergendo quaerit forum.

22. Civibus nostris in eadem civitate talem libertatem damus, quod nullum theloneum solvant per totam terram Moraviae et Bohemiae.

23. Hanc etiam libertatem eis concedimus, quod nullum tributum solvant infra X annos.

Hujus rei testes sunt: Pardus, Twridse, Zudomir, Bun, Ningo, capellani praedilecti: Schedron, Marquardus.

Datum anno domini MCCXXVIII.

---

32.

Litterae super jure consecrationis coronationisque regum Bohemiae archiepiscopo Moguntinensi competente.

1228.

Excusae apud Gudenum, Cod. Dipl. Mogunt., I. 500. Cf. Vincentii Chron. ad a. 1297: Et consueverunt reges Boemiae suis coronatoribus C marcas assignare. (Cap. X.)

In nomine Domini. Amen.

Odacharus et Wencezlaus reges inclyti.

Universis Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus salutem in perpetuam.

Confitemur et publice protestamur, quod tam nos, quam omnes successores nostri, consecrationem regalem et diadematis impositionem de sacrosanctae sedis Moguntiae archiepiscopo, terrae nostrae metropolitano, in perpetuum tenemur recipere.

Si vero idem archiepiscopus requisitus se pro motu animi sui subtraxerit, alteri episcopo, quem nos vel successores nostri postulaverint, vicem suam ad exequendum committet.

Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat, hanc paginam de consensu venerabilium et dilectorum Pragensis et Olomucensis episcoporum et supanorum nostrorum appensione sigillorum nostrorum roboravimus.

Data Praegae, anno Dominicae incarnationis MCCXXVIII. Indictione prima.

---



**Statuta ducis Ottonis  
secundum confirmationem provinciae Brunensi datam.  
1229.**

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Otacarus qui et Primuzl, Dei gratia Boemorum rex, suppans et omnibus nobiles atque vulgo provinciae Brennensis perpetuo.

Aequitati est consentaneum et regiae conveniens excellentiae pariter et honori, modis omnibus ad hoc intendere atque niti, ut nemo contra juris ordinem aggravetur, sed jura omnia conserventur unicuique penitus inconversa; juris enim observantia et temporalis honoris gloria conservatur, et animae a Deo in coelesti patria praemium tribuetur.

Ne autem ea jura, quae prius a nostris praedecessoribus, ut a bonae memoriae duce Conrado et ab aliis postmodum aut a nobis in tota Brennensi provincia sunt statuta, processu temporis per quemquam hominum possint immutari, sed perpetuo stabilita permaneant atque firma: noverit tam praesens aetas quam ejus sequens posteritas, quod nos habito diligenti tractatu cum fidelibus nostris suppanis, Boemis pariter et Moravis, volentes ab omnibus perpetuo inviolabiliter observari, jura statuimus in hunc modum:

1. Omnes hereditates, quas viri nobiles tam majores quam minores tempore ducis Conradi sine querela juste et pacifice hucusque possederunt, in bona tranquillitate pacis ammodo possideant.

2. Item nullus camerarius citet aliquem nisi certo cum testimonio eorum quorum interest, et nominatim quilibet eorum debet ducere castellani nuntium, et alium iudicis, insuper duos probos viros de circumsedentibus villis; et si camerarius vadit ipse secundus aut tertius sine nuntiis beneficiatorum, si interficitur, nihil de eo respondeatur.

3. Si fuerit fur apud aliquem nobilem vel apud aliquem, cujus est villa, et dederit eum curiae, omnia bona sua sint, et collum ejus in potestatem principis detur.

4. Insuper si fur capitur in aliquo loco et suspenditur, omnia sua principis sunt, praeter fruges, quae adhuc remanserunt in agro.

5. Item quod dicitur narok, hoc non debet esse nisi ubi constet sub certo testimonio, sua bona amisisse, nisi acciderit in silva vel in aliquo loco secreto vel alicui hospiti; et antequam admittatur, debet notificari curiae, quorum interest, scilicet iudici, castellano cum ceteris.

6. Quando aliquis pauper venit de propria re conquerendo, pallium sibi nullatenus deponatur.

7. Nullus zok aliquem accuset, nisi certo sub testimonio vicinorum constet de damno; et si fuerit zok convictus testimonio fori communis, lapidetur.

8. Quando aliquis iudicium aquae debet subire, nullus eum in aquam dimittat nisi sacerdos et ejus cooperatores; si deus juverit eum, iudici det duos denarios et sacerdoti XIV; si nudaverit se et iudicium noluerit subire, solvat capellano VII denarios et vetulae duos.

9. Si aliquis nobilis vir et non druho super se habuerit narok, puer pro ipso subeat iudicium; et si non fuerit ad-jutus, solvat pro eo CC denarios.

10. Quando ducitur quod dicitur zuod, debet adesse castellani nuntius, iudicis et villici et camerarii, et unus vel duo de vicinatu illo, et ultra tres non ducatur, sed in tertio remaneat; et si convictus fuerit, CC in cameram regis reddat denarios et illi qui dicitur powod, satisfaciat.

11. Si quis equos, equas vel boves, vel vaccas vel aliqua majora subtraxerit, quantitas damni aestimetur sub certa fide et sacramento eorum, quibus jurisdictio est commissa, et secundum hoc accusatores admittantur.

12. Item fures cum sociis et fautoribus eorum pari poena puniantur.

13. Si subtrahuntur aliquae res, pallium aut aliquid tale, hoc curiae non notificetur, sed si bos vel jumentum subtrahitur, curiae notificetur.

14. Et quando aliquis vulneratur de foro veniendo vel alibi, notificetur curiae.

15. Item quando aliquis nobilis capitur in furto et suspenditur, et non habet prolem, hereditas ipsius regi cedat; et si aliquis capitur in manifesto furto, uxor ejus habet tertiam partem.

16. Quicumque nobilis vel rusticus occiderit aliquem, CC denarios solvat curiae et alias recedat et quaerat gratiam, et uxor sua in pace sedeat et indemnis.

17. Si quis non habuerit filium vel filios et habuerit filias, ad illas deveniat hereditas aequaliter; et si non fuerint, hereditas deveniat ad proximos heredes.

18. Si alicui subtrahuntur jumenta aut famuli, apes furantur, debet subire iudicium ferri, scilicet vomeres.

19. Insuper si quis spoliatus fuerit per wiboy, incuset quos vult, et de hirdozt nominet quos vult, et antiquae consuetudines conserventur.

20. Quisquis theloneum pertransierit, a theloneario licentia non obtenta, neque theloneo persoluto, non aliter puniatur nisi

**jus thelonei duplicabit et praeter hoc pro poena solvet LX denarios.**

21. Si quis equum proprium currum aliquem trahentem recognoverit, non plus quam LX denarios pro curru et rebus in eo existentibus judici persolvat.

22. Item si quis equum apud aliquem invenerit vulneratum (oneratum?), non equum vendicet sibi iudex, nisi solummodo LX denariis sit contentus.

23. Item si quis citatus fuerit et obtinuerit jus suum in iudicio, neque wreze neque pohonce, sed solummodo denarios duos persolvat, quod pomocne vulgariter appellatur.

24. Item ad clamorem communem qui nestoyte vulgariter nominatur, nullus currere teneatur nisi de propria voluntate hoc facere voluerit.

25. Item si quis super rebus propriis mobilibus vel immobilibus in iudicio convenitur, eadem bona de quibus fit quaestio, neque iudex neque domini terrae villicus sibi vendicet possidenda, sed idem qui super eisdem bonis convenitur, eadem bona pacifice possideat, donec eadem quaestio per sententiam decidatur.

26. Item, si vestigia rei furtivae secus aliquam villam deperierint, eadem villa occasione ejusdem furti nullatenus puniatur.

27. Praeterea nullus de illis qui custodiunt silvam, debet spoliare aliquem in via vel in foro, nisi tunc illum spoliet, quando invenit arborem secantem; ad hoc iudex nunquam iudicet in CCC denariis, nisi LX.

28. Insuper nunquam iudex debet iudicare solus nisi praesente castellano aut aliquibus nobilibus; et quando villicus iudicat, non debet ire ad capiendum consilium de iudicio, sed iudicet sedens cum militibus.

29. Item, quando tempus est ire ad iudicandum et omnes sunt et villicus non vult venire, iudex iudicet cum militibus.

30. Et de mane semper et nunquam hora vespertina, a iudice et villico iudicium habeatur.

31. Quando aliquis interficitur in via, sive homo militis sive iudicis sive villici fuerit, confusio magna inde fit; solent apponi denarii, aurum et argentum; ille quis accusat et dominus debet jurare super sancta sanctorum.

32. Pro debito si quis citatus fuerit, et in primo termino non astiterit iudicio, vendatur, nisi legitimum probare possit impedimentum.

33. Insuper nullus de hominibus nobilium, qui vadit in aliqua vel in propria legatione sive ad forum, nunquam in novo, nisi in antiquo theloneo solvat.

34. Item ad iudicium nullus accedat, nisi de domo secundum jus primo citetur.

35. Insuper, si villicus regis sine iudicio aliquem impignoraverit, rex suo jure corrigat; si villicus camerarii, marcam auri solvat; si dominus, beneficio careat.

36. Praeterea duellum quod in vulgari dicitur *k iy*, non habeant nisi ad extraneos.

37. In his omnibus excipimus privilegia religiosorum virorum a principibus eis concessa, et jura clericorum cum dotibus ecclesiarum, quibus reguntur secundum jus canonicum.

Ad hujus igitur institutionis imitationem et debitam secundum juris ordinem observantiam assurgimus, et ne in eis quo praescripta sunt, veritati falsitas valeat novercari, et ne aliquo videantur scrupulo posse: obfuscari nostra qua debemus potentia, sanximus et nostri testimonio sigilli munimus et privilegiamus per eum qui nos justitia et veritate filio suo privilegiavit.

Actum in Brenna anno gratiae MCCXXIX, XVI Kalendas Aprilis.

---

34.

## Wenceslai I. in regem confirmatio imperialis.

1231.

Ex originali cum bulla aurea appensa olim inter privilegia regni Bohemiae in arce Karlstein, nunc in c. r. archivo aulico Vindobonae asservato descriptum edidit Boček in Dipl. II. 212.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Siciliae rex.

Tum imperiale fastigium sua rutitat dignitate, ac potentiae suae sceptrata clarificat, cum ad reges et principes, suo subjectos imperio, suae radios claritatis effundit, et ipsis paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc est igitur, quod per praesentem augustalem paginam notum esse volumus tam modernis quam posteris universis:

Quod cum olim vivente dilecto principe nostro Odarko illustri Boemorum, rege recepto a dilecto principe et affine nostro, Vatzlao juniore rege, filio ejus, homagio juxta morem, concesserimus ei, tamquam primogenito, de innata liberalitate nostra, regnum Bohemiae post ejusdem patris sui obitum ab Imperio possidendum, attendentes ad praesens rege praedicto O(dacaro) patre ipsius rebus humanis exempto, qualiter ipse dum vixit, nobis, illustri Romanorum regi Henrico ca-

rissimo filio nostro et Imperio devotus extiterit, et memoratus filius ejus Watizlaus, rex junior, paternae devotionis erga Nos, dictum regem, filium nostrum, et Imperium, imitator et successor existat, atque jugiter grata et ardua servitia exhibet et inantea exhibere poterit gratiora, nec non etiam ob majoris dilectionis gratiam, qua suo incremento tenemur, cum illustrem reginam C(unigundim), dilectam consobrinam nostram, habeat feliciter in consortem: concessionis dudum habitae munera liberaliter persequentes, regnum Boemiae cum omni honore ac dignitate, civitatibus, castris, villis et terris eidem regno pertinentibus et cum omni jure, quo dictus rex, pater ejus, idem regnum rationabiliter noscitur possedissee, imperialis auctoritatis munimine confirmamus praefato Watizlao, juniore regi, tenendum et possidendum, sicut tenere debet a nobis et Imperio.

Praesentis privilegii auctoritate mandamus, quatinus nullus princeps, dux, marchio, comes, legatus, nullaque sublimis persona vel humilis, ecclesiastica vel mundana, contra praesentis confirmationis nostrae divalem paginam venire praesumat, quod qui praesumpserit, poena mille librarum auri se composituram agnoscat, quarum medietatem curiae nostrae et reliquam parti passae injuriam se noverit soluturum.

Ad hujus itaque nostrae confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium fieri et bulla aurea typario nostrae majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt: Lando Reginus, Ja. Capuanus et Marinus Barenensis archiepiscopi, familiares et fideles nostri . . . Salernitanus et Pe. Brundusinus archiepiscopi, R. Melfiensis et P. Rauellensis episcopi, frater Hermannus magister hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum in Jerusalem, Pebardus de Arneysten, legatus in Italia . . . langravius de Luckimber., comes Perardus de Saumes, Fridericus de Karo et Conradus de Smidiluelte, Manfridus marchio Lanzensis, Th. comes Acerarum, Riccardus marescalcus, Piccardus camerarius, Henricus magnae imperialis curiae magister justiciarius, et alii quam plures.

Signum domini nostri Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Siciliae regis.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Julii, quartae indictionis, imperante Domino nostro Friderico Dei gratia illustrissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Siciliae rege, anno imperii ejus undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Siciliae tricesimo quarto, feliciter. Amen.

Datum in civitate Melfio anno, mense et indictione praetitulatis.

---

## Privilegii Theutonicorum Pragensium renovatio.

Cc. 1231.

Theutonici, ut V. V. Tomek historicus Pragensis arbitratur, sedibus suis ultra terminos antiqui sui vici (n. 17.) prolatis, jam Premyslao Otacaro I. regnante († 1230, 15. dec.) reliquum suburbium in dextera Moldaviae ripa occupavere; etenim S. Petri ecclesia cui plebanus Theutonicus praefuerat, jam anno circiter 1215 a fratribus hospitalis S. Mariae de domo Theutonica tenebatur. Nihilominus regio S. Petri nomen vici Theutonicorum per totum XIII saeculum retinuit (1233 ecclesia S. Petri in vico Theutonicorum, 1233 coenobium S. Petri Pragae in vico Th., 1282 ad S. Petrum in vico Theutonicorum).

Confirmatum et auctum est Theutonicorum Pragensium privilegium, olim a duce Soběslao II. datum (n. 17), jam sub rege Premyslao Otacaro I., dein sub rege Wenceslao I., ubi primum regnare coepit, quod factum est a. 1230. Beneficio regio aucti a Wenceslao jam „cives nostri“ appellatur; in literis publicis autem nomen „civitas“ a. 1232 primum apparet, dein iterum iterumque legitur. Quum vero rex Wenceslaus tantummodo nomine „suburbium“ utatur nec „civitatis“ ullam mentionem faciat, patet inde, confirmationem factam esse, antequam ista pars antiqui suburbii in dextera ripa siti atque postea „civitatis“ nomine appellati moenibus cincta est, vel ut idem aliis verbis dicam, ante annum 1235, quo ut Tomek conjicit, moenia aedificari coepta sunt.

Wenceslao etiam tum regnante, atque ideo ante a. 1253 quo rex ille vita decessit, intra pomerium civitatis nova urbis regio exstitit, in qua media S. Galli aedes erat; haec urbis regio „nova civitas circa sanctum Galum“ appellabatur.

Suburbium in sinistra ripa castro Pragensi contiguum, his quoque temporibus ab incolis indigenis tenebatur, usque ad annum 1257, quo rex Premysl Otacarus II. novam civitatem alienigenis frequentatam condidit.

E confirmatione Joannis regis.

In nomini Domini Dei. Amen.

Wenceslaus Dei gratia Boemorum rex IVus, omnibus fidelibus regni sui, quibus hae litterae ostensae fuerint, gratiam et omne bonum.

Noverint universi tam praesentes quam futuri, quod Theutonici Pragenses, cives nostri, ad praesentiam nostram accedentes, praedecessorum nostrorum, vid. Sobizlai illustris ducis Boemiae, et patris nostri recolendae memoriae ejusdem regni incltyti regis Primizil, privilegia demonstrantes, a nobis humiliter postularunt, ut ea, quae in privilegiis ipsis fuerant indulta et concessa, sub regimine nostri temporis dignaremur renovare et similiter confirmare.

Nos vero statuta antecessorum nostrorum dignoscentes ex pia deliberatione et gratia processisse, precibus eorum humilibus exauditis, nihil de his immutantes nec dementes, quae a prima ipsorum vocatione in Boemiam obtinere per principes meruerunt, de litera ad literam, de verbo ad verbum faciemus renovari.

(Sequitur contextus privilegii sub n. 17. excusi.)

Ad haec nos Wenceslaus praedictus rex Boemorum concedimus et irrefragabiliter decernimus observandum, ut eandem libertatem nostris temporibus obtineant, quam hactenus habuerunt.

25. Possessionis emptas vel expositas seu etiam a principibus eis collatas, quas tribus annis et tribus diebus absque querimonia tenuerunt, eas libere omni contradictione postposita possideant cum quiete.

26. Domos eorum et strata, seu in suburbio sive in villis, si aliquam culpam inciderint, nullus ausu temerario invadere vel diripere audeat nec attemptet, ut (nec) in ipsos manus violentas quisquam injiciat, sed fidejussoribus exquisitis coram nobis vel nostro camerario compareant judicandi.

27. Tributum quod mir vocatur, et alias exactiones, quae terrae incolis inferri consueverunt, et pernoctationes, sicut eis a primordio sunt concessa, sic eis in perpetuum indulgemus.

Qui vero concessionem nostras ausus fuerit forsitan violare, praefatos Theutonicos ultra jura statuta contumaciter aggravando, tanquam reum laesae Majestatis regiae se noverit puniendum, insuper maledictionem Dei omnipotentis cum Dathan et Abiron obtineat sempiternam.

---

36.

Statuta ducis Ottonis  
secundum confirmationem provinciae Bresla-  
vensi datam.

1237.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Ego Ulricus, dono dei filius ducis Karinthiae ac nepos nobilissimi et incliti regis Boemorum, tam modernis quam eorum successoribus, suppanis, militibus, totique vulgo Brecizlavensis provinciae ex utraque parte Moravae constitutis in perpetuum.

Quoniam res quae multorum utilitati deserviunt, a mortali memoria oblivionis nubilo facillime subducuntur, nisi scripti fuerint tenacitate firmatae, eapropter ad nostri honoris amplitudinem et animae nostrae perpetuam salutem ac omnium sub nostro districtu commanentium pacis et quietis inviolabilem plenitudinem, ne quis proprio libitu aut ausu temerario, dolis aut calumpnia in parem subditum et inferiorem utriusque sexus quasi licitus efferatur: talia ponimus obstacula et

ei quae in multis scaturire solet negotiis, obviare cupimus improbitati.

Notum sit ergo universis, quod illustris Boemorum rex, avunculus noster, de sua regali auctoritate et potentia principali, quando provinciam Brecizlauensem nobis contradidit regendam ac possidendam, ad violentiae et erroris omnimodam abolitionem, praefatam provinciam nostro nostrorumque nobilium rogatu secundum jura provinciae Brunensis regi et ordinari disposuit, ac de sua regali plenitudine nostro commisit arbitrio, eadem jura distendere et ampliare, ita tamen, ut exinde praesens aetas proficeret et futura, si nostrae placeret discretioni. Legentibus ergo et audientibus nec non praefatis utentibus jusjurandis ut nostra deprecatur serenitas, dubitationis scrupulum et nubilum suspicionis remove cupientes, ipsa iura et venerandorum Boemorum regum gubernatorum, piae videlicet memoriae ducis Conradi nec non inclitae recordationis quondam Boemorum regis, avi nostri Ottakari, et nobilissimi avunculi nostri, Boemorum regis Wenceslai, beneplacito et regali serenitate Brunensi provinciae contradita et ipsorum auctoritate firmiter roborata, de verbo ad verbum praesenti paginae duximus inserenda hoc modo:

§. 1. Omnes hereditates quas viri nobiles tam majores quam minores tempore ducis Conradi sine querela juste et pacifice hucusque possederunt, in bona tranquillitate pacis ammodo possideant.

§. 2. Item nullus camerarius citet aliquem nisi certo sub testimonio eorum quorum interest, et nominatim quilibet eorum debet ducere castellani nuntium, et alium judicis, insuper duos probos viros de circumsedentibus villis; et si camerarius vadit ipse secundus aut tertius sine nuntiis beneficiariorum, si interficitur, nihil de eo respondeatur.

§. 3. Si fuerit fur apud aliquem nobilem vel apud aliquem, cujus est villa, et dederit eum curiae, omnia bona sua sint et collum ejus detur in potestatem principis.

§. 4. Insuper si fur capitur in aliquo loco et suspenditur, omnia sua principis sunt praeter fruges, quae adhuc in agro remanserunt.

§. 5. Item quod dicitur *narok*, hoc non debet esse nisi ubi constet sub certo testimonio, sua bona amisisse, nisi acciderit in silva vel in aliquo loco secreto vel alicui hospiti, et antequam admittatur, debet notificari curiae quorum interest, scilicet judici, castellano cum ceteris.

§. 6. Quando aliquis pauper venit de propria re conquerendo, pallium sibi nullatenus deponatur.



§. 7. Nullus zok aliquem accuset nisi certo sub testimonio vicinorum constet de damno; et si fuerit zok convictus testimonio fori communis, lapidetur.

§. 8. Quando aliquis iudicium aquae debet subire, nullus eum in aquam dimittat nisi sacerdos et ejus cooperatores; si Deus juverit eum, iudici det duos denarios ut sacerdoti XIV; si nudaverit se et iudicium noluerit subire, solvat capellano VII denarios et vetulae duos.

§. 9. Si aliquis nobilis vir et non druho super se habuerit narok, puer pro ipso subeat iudicium, et si non fuerit adjutus, solvat pro eo CC denarios.

§. 10. Quando ducitur quod dicitur zuod, debet adesse castellani nuntius, iudicis et villici et camerarii, et unus vel duo de vicinatu illo, et ultra tres non ducatur, sed in tertio remaneat; et si convictus fuerit, CC in cameram regis reddat denarios et illi qui dicitur powod, satisfaciat.

§. 11. Si quis equos, equas vel boves, vaccas vel aliqua majora subtraxerit, quantitas damni aestimetur sub certa fide etsacramento eorum, quibus iurisdictio est commissa, et secundum hoc accusatores admittantur.

§. 12. Item fures cum sociis et fautoribus eorum pari poena puniantur.

§. 13. Illud etiam quod dicitur zlubni zud, habeant inter se libere et absolute; scilicet de capra et ove et ceteris hujusmodi, praeter vaccam, bovem equum ceteraque majora.

§. 14. Si subtrahuntur aliquae res, pallium aut aliquid tale, hoc curiae non notificetur, sed si bos vel jumentum subtrahitur, curiae notificetur.

§. 15. Et quando aliquis vulneratur de foro veniendo, vel alibi, notificetur curiae.

§. 16. Item quando aliquis nobilis vir capitur in furto et suspenditur et non habet prolem, hereditas ipsius regi cedat, et si aliquis capitur in manifesto furto, uxor ejus habet tertiam partem.

§. 17. Quicumque nobilis vel rusticus occiderit aliquem, CC denarios solvat curiae et alias recedat et quaerat gratiam, et uxor sua in pace sedeat et indemnitas.

§. 18. Si quis non habuerit filios vel filium et filias habuerit, ad illas deveniat hereditas aequaliter; et si non fuerint, hereditas deveniat ad proximos heredes.

§. 19. Si alicui subtrahuntur jumenta aut famuli, apes furantur, debet subire iudicium ferri, scilicet vomeres.

§. 20. Insuper si quis spoliatus fuerit per wiboy, incuset quos vult, et de hirdozt nomet quos vult, et antiquae consuetudines conserventur.

§. 21. Quisquis theloneum pertransierit, a thelonario licentia non obtenta neque theloneo persoluto, non aliter puniatur nisi jus thelonei duplicabit et praeter hoc pro poena solvat LX denarios.

§. 22. Si quis equum proprium currum aliquem trahentem recognoverit, non plus quam LX denarios pro curru et rebus in eo existentibus iudici persolvat.

§. 23. Item si quis equum apud aliquem invenerit vulnerratum, non equum vindicet sibi iudex, nisi solummodo LX denariis sit contentus.

§. 24. Item si quis citatus fuerit et obtinuerit jus suum in iudicio neque wreze neque pohonce, sed solummodo denarios duos persolvat, quod pomocne vulgariter appellatur.

§. 25. Item ad clamorem communem qui nestoite! vulgariter nominatur, nullus currere teneatur nisi de propria voluntate hoc facere voluerit.

§. 26. Item si quis super rebus propriis mobilibus sive immobilibus in iudicio convenitur, eadem bona de quibus fit quaestio, neque iudex neque domini terrae villicus sibi vindicet possidenda, sed idem qui super eisdem bonis convenitur, eadem bona pacifice possideat, donec eadem quaestio per sententiam decidatur.

§. 27. Item si vestigia rei furtivae secus aliquam villam deperierint, eadem villa occasione ejusdem furti nullatenus puniatur.

§. 28. Praeterea nullus de illis qui custodiunt silvam, debet spoliare aliquem in via vel in foro nisi tunc illum spoliet, quando invenit arborem secantem; ad hoc iudex nunquam iudicet in CCC denariis, nisi LX.

§. 29. Insuper nunquam iudex debet iudicare solus nisi praesente castellano aut aliquibus nobilibus; et quando villicus iudicat, non debet ire ad capiendum consilium de iudicio, sed iudicet sedens cum militibus.

§. 30. Item quando tempus est ire ad iudicandum et omnes, sunt et villicus non vult venire, iudex iudicet eum militibus.

§. 31. Et de mane semper et nunquam hora vespertina a iudice vel villico iudicium habeatur.

§. 32. Quando aliquis interficitur in via, sive homo militis sive iudicis sive villici fuerit, confusio magna inde fit; solent apponi denarii, aurum et argentum; ille quis accusat et dominus, debet jurare super sancta sanctorum.

§. 33. Pro debito si quis citatus fuerit, et in primo termino non astiterit iudicio, vendatur, nisi legitimum probare possit (testimonium) impedimentum.

§. 34. Insuper nullus de hominibus nobilium, qui vadit in aliqua vel in propria legatione, sive ad forum, nunquam in novo, nisi in antiquo theloneo solvat.

§. 35. Item ad iudicium nullus accedat, nisi de dono secundum jus primo citetur.

§. 36. Insuper si villicus regis sine iudicio aliquem impignoraverit, rex suo jure corrigat; si villicus camerarii, marcam auri solvat, si dominus, beneficio careat.

§. 37. Praeterea duellum quod in vulgari dicitur kiy, non habeant nisi ad extraneos.

§. 38. In hiis omnibus excipimus privilegia religiosorum virorum a principibus eis concessa, et jura clericorum cum dotibus ecclesiarum, quibus reguntur secundum jus canonicum.

Ne autem ad praesens vel in posterum error aut calumpnia sive contemptus ebulliat in praedictis et ut res dicta firmitatem obtineat in perpetuum, omni novercandi occasione propulsa praesentem paginam nostri sigilli munimine inviolabiliter duximus corroborandam.

Acta sunt haec anno gratiae MCCXXXVII. in Bizinze, pridie Idus Julii.

---

37.

## Jura et libertates civitatis Brunensis.

(Jura originalla.)

1243.

Bruna civitas e numero earum est quae conditae sunt in suburbiis castrorum slavicoꝝ, quorum unum etiam castrum Brunense fuisse constat. Civitas primum a. 1210 „burgus Brunensis“ appellatur. Incolis tenebatur a. 1222 Slavis moraviensibus, Theutonicis, Italis Franconibusque; legitur in diplomate ab a. 1222: Ecclesia S. Jacobi quae est sita in burgo Brunensi, debet habere limites quos tempore Wladislai — marchionis 1197—1222 — consueverat habere, vid. quod omnes Theutonici et Gallici ecclesiae cum decimatione et omni jure ecclesiastico debeant subjacere; in alioque ab a. 1231: Quia cives circa ecclesiam S. Jacobi maxime erant Romani et linguam Moravorum vel Theutonicorum non intelligebant, ideo facta fuit capella S. Nicolai et consecrata. — A. 1229 primum commemoratur iudex Brunensis, a. 1238 „civium“ quoque mentio fit (omnes cives Brunenses, cives de Brenna.)

A. 1243 rex Wenceslaus I. civibus Brunensibus edidit libertates et jura, quod quidem in Moravia et Bohemia primum amplius corpus est juris municipalis. Bipartito dividitur; altera pars, eaque prior, in ipso scripti contextu „Privilegium majus“, nominatur, altera minor inde aptissime „Privilegium minus“ nuncupari potest, attamen utraque unius corporis est.

Pars prior continet jus municipale illi quod in terris theutonicis meridianis usurpabatur consimile; altera complectitur instituta singularia ad usum et consuetudinem gentis et loci accomodata.

Autographum in tabulario civitatis Brunae asservatur, unde primum typis exscriptum est in Habrichii libro: *Jura primaeva Moraviae*, iterum in Boczekii *Dipl.* III. 22, 23; tertium in libro Röslerii, qui inscribitur: *Stadt-rechte von Brünn* (Prag. 1858), quartum in *Regestis Erbenii I.*

### (A. Privilegium majus.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Nos Wenceslaus Dei gratia Rex Bohemiae quartus.

Omnibus posteris tam quam modernis salutem.

Gloria principum per pacem et subditorum quietem largius elucescit, cum fama clementiae ac diligentia protectionis eorum extenditur in posteros, et memoria nominis eorum, quam continuo studio virtutis acquirunt, apud homines permanet immortalis; salutem quoque perpetuam a Domino promerentur, cum subjectos, quibus possunt, bonis consuetudinibus et institutis honestis ab enormitatibus, quibus non solum corpora, sed etiam animae intolerabilia pericula sustinerent, retrahunt et at justitiae tramitem conversationemque probatam et acceptam et utilem universis juris severitate perducunt.

Hinc est, quod nos dilectorum civium nostrorum de Bruna devotionem precesque affectuosas et assiduas advertentes, libertates et jura subscripta, per quae tranquillitati et communi utilitati eorum decrevimus providendum, ipsis et eorum heredibus et posteris de regia clementia indulgemus, quas de gratia speciali nihilominus eisdem scripti praesentis testimonio confirmamus.

1. Statuimus igitur, ut quicumque civium habens infra civitatis ambitum, hoc est infra fossatum et murum, valens quinquaginta talenta, quemquam occiderit, nulla pro se fidejussione indigat, sed iudex ipsum citet tribus edictis, hoc est tribus vicibus infra VI ebdomadas, ita quod cui homicidium impingitur, neget, se idem commisisse, et si se innocentem ostendere voluerit, expurget se VII viris credibilibus et honestis, inter quos videlicet VII sit unus de juratis principis; quem si habere nequierit, acquirat eum per Dei justitiam, id est per aquam.

2. Item, quicumque aliquem de homicidio vel de invasione domus, hoc est *heymsvоче*, vel de quocunque reatu consimili culpaverit, prius *met-secundus* juret coram iudicio, quod nec invidiae nec inimicitiae causa, nisi de culpabili conqueratur; quodsi non fecerit, actor ipse quaeremoniae suae renunciabit coram iudicio, quam contra suspectum habebat.

Si vero suspectus VII se viris praefatis expurgaverit, innocens erit a iudice et actore.

Si vero talem expurgationem habere nequierit, capite puniatur vel secundum gratiam iudicis et juratorum civitatis emendetur.

3. Si autem homicida deprehensus fuerit in ipso actu cum gladio cruentato, et si iudex hoc probare poterit cum VI idoneis et honestis personis et uno jurato, capite puniatur.

Si vero iudex praedictas personas non habuerit ad probandum, probet met- quintus, duobus videlicet juratis et aliis duobus honestis viris, ita ut de praedictis VI viris vel de quatuor sequentibus, nullus inimicus vel aemulus extiterit interfecti, capite puniatur.

4. Si autem homicida legitimis ter vocatus edictis, coram iudicio non comparuerit, iudex eum proscriptum denunciet, et prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tertia vero cedat liberis et uxori.

Verum si liberis et uxore careat homicida, qui proscriptione damnatur, prima pars bonorum suorum iudici, altera actoribus, tertia vero ecclesiis, egentibus et ad vias reformandas de communi consilio impendatur.

5. Igitur quicumque pro homicidio in proscriptionem venerit, in ipsa per annum et diem, omnium interventu destitutus et auxilio, permanebit.

Decrevimus etiam, ut quicumque propter homicidium dampnetur exilio, finito anno et die nequaquam civitatem intrabit, antequam marcam argenti civitati assignet.

6. Sane si homicida non habet infra muros valens quinquaginta talenta, et nihilominus fidejussorem pro se poterit invenire, idem fidejubeat pro eo in summa quinquaginta talentorum, de quibus quinquaginta talentis tertia pars iudici, tertia pars actori, tertia vero civitati solvetur.

Si fidejussorem non habuerit, iudex ipsum capiat et teneat, quousque de ipso iudicet, sicut justum fuerit et ordo postulat rationis.

7. Insuper, si filius aut amicus alicujus quemquam occidat, et pater vel amicus ejus absens fuerit vel praesens manum non apposuerit, si met-tertius virorum fidelium hoc probare poterit, ab omni culpa et poena ipsum decernimus absolutum.

8. Item, si quis de homicidio incusatus confessus fuerit, quod id fecerit vim vi repellendo, id est notwernde, si hoc ipsum probaverit met-septimus probabilium virorum, inter quos VII sit unus de juratis principis, innocens erit; et si juratum habere non poterit, acquirat eum per Dei justitiam, id est, per iudicium aquae; si vero in aqua processum non habuerit, sed defectum, acquirat eum per ignitum ferrum, et talis expurgatio sive iudicium cuilibet indulgetur, qui in homicidio impulsatur.

9. Nunc de vulneribus duximus annectendum. Si quis civium alicui manum amputaverit, vel pedem, aut nasum, aut

aliquod nobile membrum abstulerit: judici pro poena quinque talenta solvet, passo dampnum X talenta componet.

Si vero qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, secundus legem judicetur de ipso: oculus pro oculo, manum pro manu, et sic de ceteris membris.

Si fieri vult inculpabilis, probet innocentiam suam met-secundus probabilium virorum et uno jurato; et si non poterit hos habere, probet met-septimus probabilium virorum, et liber sit.

10. Item, quicumque alteri amputaverit digitum vel ita vulneraverit, quod membrorum patiatur detrimentum, id est lidschert, judici duo talenta, passo dampnum quinque talenta persolvat.

Si vero denarios non habuerit, eo quo praedictum est ordine, puniatur.

Si vero fieri voluerit innocens, probet innocentiam suam met-quintus probabilium virorum; et si hos habere non poterit, probet met-tertius, inter quos de juratis principis erit unus.

11. Si quis autem aliquem temerarie citaverit, poena talis judicio principis reservetur.

12. Si quis aliquem vulneraverit ita, quod vulneratus convalescat sine detrimento membrorum, id est lytschert-wunden: judici unum talentum, vulnerato duo talenta persolvat. Si denarios non habuerit, septimanis sex detineatur pro poena captivus, vel expurget se met-tertius probabilium virorum.

13. Si quis citatus legitime convenitur, quod aliquem plano vulneraverit vulnere sine laesione membrorum nobilium, et ille vice versa proponat, hoc se defendendo fecisse: hoc met-tertius probabilium virorum testimonio comprobabit; sin autem, judici talentum, vulnerato duo talenta persolvat.

14. Si vero quis quocunque tempore fuerit vulneratus, ipsi de quibus habetur suspicio, quod eundem vulneraverint, si bona non habuerint quae sufficiant ad emendandum, vel fidejussoribus careant, a iudice usque in crastinum teneantur, et mane facto vulneratus coram iudicio suspectos conveniat, juramento ab ipso actore prius praestito met-secundo.

Et si vulneratus prae nimia debilitate corporis ad iudicium venire nequierit, duae idoneae personae cum nuntio iudicis ad eum veniant, et in lecto aegritudinis ab eo met-secundo recipiant calumpniae juramentum, quod a nullo recipitur nisi juret met-secundus.

15. Nulli quoque praestabitur idem juramentum, id est voreit, extra iudicium, sed in iudicio tantum; praeterquam, ut supra dictum est, ille qui debet jurare, sit adeo debilis, quod ad iudicium venire non possit, tunc iudex mittet ad illum

duos vel plures honestos viros, coram quibus idem met-secundus praebeat sacramentum.

16. Pro vulnere vero, si quem contigerit proscriptione dampnari, in ipsa extra civitatem sex ebdomadis permanebit; per quod spatium si de causa et culpa sua non composuerit cum iudice et actore, sex aliis ebdomadis extra civitatem commorabitur iterato; et si quidem adhuc componere neglexerit cum eisdem, annum et diem extra civitatem manebit.

Si vero versa vice se suspectus facere voluerit innocentem, expurget se met-quintus probabilium virorum. Quodsi processum non habuerit, intrans domum X talenta, egrediens domum X talenta persolvat, quorum prima pars iudici, altera pars actori, tertia vero civitati solvetur, et si pecuniam non habuerit, manum amittat.

17. Volumus quoque, ut quicumque manens in civitate cum civibus iura tenuerit universa tam in iudicio, quam in colectis, ab omni teloneo debeat esse liber.

18. Praecipimus etiam, quod quicumque ad pugnam vel rixam tenso arcu vel ballista accesserit, iudici tria talenta, civitati vero duo solvat.

19. Omnis quoque, qui die forensi in foro cum forensi populo, quod gladium ad gravamen alicujus nudaverit, convictus fuerit, iudici duo talenta, civitati tria componet; si pecuniam non habuerit, manus ipsius transfodiatur cultello.

20. Si quisquam civium alicui in debito teneatur, tres dies peremptorios solvendi habeat, vel absolvatur.

21. Item quicumque in aliquo furto deprehensus fuerit, quod sexaginta denarios valeat, suspendium patietur; si vero minoris valoris fuerit, non suspendetur, sed ad nofam infamiae ferro ignito consignabitur in facie, ut est moris.

22. Si quis vulneratus fuerit adeo, ut ad iudicium venire non possit et posse evadere non putatur et res hujus facti ad iudicium venerit: iudex teneat ipsum qui fecit captivum donec, si vulneratus possit evadere, videatur; si vero quis pro ipso voluerit fidejussionem praestare, fidejubeat pro talentis quinquaginta, donec vel ille convalescat vel moriatur, et secundum hoc emendet.

23. Statuimus etiam firmissime, quod quicumque mulierem honestam vel virginem vi oppresserit vel rapuerit, et illa infra quatuordecim dies testimonio duorum credibilium virorum se probaverit exclamasse: ille igniti ferri se iudicio expurgavit; si vero ille se non expurgaverit, sententiam capitalem subibit.

Praeterea, si illa infra dies quatuordecim testimonio septem credibilium virorum illum convicerit, nulla sibi conceditur expurgatio, sed capitali sententia punietur.

24. Si vero mulier communis se conqueritur vi oppressam, et si constiterit, iudex ei satisfaciat de oppressore juxta consilium et sententiam juratorum; in potestate quoque iudicis erit, illum si voluerit, puniendi.

25. Si quis convictus fuerit per VII viros credibiles et honestos, quod falsum testimonium perhibuerit, et vel Deum vel sanctos blasphemaverit: excindetur lingua illius, vel redimet eam quinque talentis.

26. Item, apud quemcunque infra ambitum civitatis cultellus longus, qui dicitur „misericors,“ *stechmezzir*, cingulo suspensus deprehensus fuerit: dabit iudici unum talentum et assignabit cultellum, vel manus ipsius transfodiatur cultello; qui vero cultellum talem in caliga latenter portaverit et furtive, iudici det quinque talenta, vel manum amittat.

Sunt et aliae leges, libertates et jura necessaria civitati, quae quoniam praesens pagina fuit insufficientis continere, in hoc etiam dilectorum civium nostrorum de Brunna de gratia speciali preces decrevimus admittendas, ut ea, quae restant, sub nostris possint sigillis in alio volumine plenius annotare. Ut autem conscripta et nihilominus conscribenda robur habeant perpetuae firmitatis, nec heredum aut successorum nostrorum quispiam in praedictae civitatis praedictum et gravamen ea cassare, vel quidpiam de ipsis constitutionibus nostris debeat immutare: praesentem paginam praedictis civibus nostris et eorum heredibus ac posteris cum testimonio subscriptorum in earundem confirmationem duximus exhibendam, nostrorum sigillorum munimine roboratam et perhenniter valituram.

Testes: Withko camerarius de Prybinich, Withko senior, Withko de Novo Castro, Bochko burchravius Znoymensis, Cryho Dapifer, Ratiborius cum filiis Archlevo et Jenchone, Victor, Sifridus et Codoldus orphani et alii quam plures.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCCXLIII. Mense Jan. Indictione secunda.

Datum Pragae per manum curiae nostrae notarii Rembothonis. Anno, mense et indictione praescriptis.

### (B. Privilegium minus.)

Hae sunt libertates, leges et jura, quae in majori privilegio non poterant contineri, quae tamen nihilominus volumus per omnia rata esse et ut praescripta inviolabiter observari.

1. Volumus igitur et irrefragabiliter statuimus, ne quisquam baronum aut nobilium terrae potestatem habeat in civitate Brunensi, vel in ipsa violentiam exerceat, vel aliquem teneat sine lincientia et nuncio iudicis civitatis.



2. Si quidem volumus, ut quicumque civium homines et possessiones extra civitatem habeant, nullam (in) ipsis iudex provincialis vel etiam alii beneficiarii provinciae, ita, ut ab eis nec citentur, nec etiam judicentur, habeant potestatem, sed judicentur a iudice civitatis.

3. Item, statuimus, ut quemcumque post revocationem monetae infra XII ebdomadas invenerint monetarii nostri aurum vel argentum ementem ad aestimationem duarum marcarum argenti: eandem tollant pecuniam, gratia mediante, nec ulterius in persona emptoris nec in aliqua substantia ejusdem habeant potestatem.

4. Decrevimus etiam, ut in civitate proprietates habens, possit easdem vendere absque impedimento quoslibet personae necessitate cogente.

5. Sane praecipimus, ne de cetero sint in civitate aridaria braziorum; alioquin volumus, ut possessores eorum de dampnis quibuslibet, quae ipsorum occasione emergerint, laesis satisfaciant, ut est justum.

6. Inhibemus etiam, ne de cetero sint tabernae extra civitatem ad miliare in bonis alicujus praeter bona et possessiones notarii Brunensis qui capellam S. Procopii habuerit et monetam.

7. Prohibemus etiam, ne quis aliquem proprio pane carentem in ludo deciorum dampnificet, ultra quam sit ejus valor vestium.

8. Item, civibus indulgemus, ut quicumque mercimonia deferentes ad nundinas Brunnenses venerint, tribus ante pentecosten et postea totidem septimanis cum suis mercibus morabuntur.

9. Statuimus insuper, quod quicumque civium moriatur, si uxorem habuit vel liberos, iudex vel advocatus nequaquam intromittat se de bonis ipsorum, sed sint in potestate uxoris et liberorum.

10. In arbitrio quoque sit viduae, non nubere vel nubere, cuicumque velit, absque quolibet impedimento; idem quoque statuimus de filia vel nepte cujuslibet civium, quod et de vidua.

11. Si autem is, qui moritur, non habuerit uxorem vel liberos, et sine testamento et ordinatione rerum suarum decedit; bona, quae relinquit, proximo heredi suo cedant.

12. Item, volumus, ut advena hospes in civitate moriens de rebus suis quidquid ordinaverit, ratum et firmum volumus permanere; si vero moriens nihil ordinaverit, cives custodiant res defuncti per annum et diem, infra quod spatium, si venerit aliquis, qui se socium vel heredem vel creditorem defuncti mettercius honestorum virorum probaverit, eidem absque contra-

dictione assignentur omnia, que contigunt defunctum; sin autem, pars bonorum illorum tertia pro anima defuncti, tertia judici tertia vero cedet in usus civitatis.

13. Liberum quoque habebit arbitrium advena, ubicunque voluerit sepeliri.

14. Placuit etiam celsitudini nostrae, ne advena contra civem, nec civis contra advenam inducat testimonium illorum, qui dicuntur litcoufer, nisi viros honestos habeat cum illis.

15. Volumus etiam, ut nullus hospes ad vena super debito vel quacunque causa possit inducere testimonium advenarum contra cives, nisi cum advenis habeat unum civem vel plures.

16. Decrevimus etiam, ut XXIII civium jurati de mercatu et aliis, quae ad honorem et utilitatem pertinent civitatis, pro ingenio suo debeant fideliter ordinare, quorum ordinationem nec iudex nec cives nec alter quispiam irritabit, quod qui praesumpserit attemptare, solvat judici poenam ab eisdem statutam.

17. Praecipimus insuper, ut apud quemcunque inventa fuerit injusta mensura vel injusta ulna vel aliquod injustum genus ponderis, judici solvat V talenta.

18. Item, volumus, ut quicumque de altero in civitate movens quaerimoniam de quacunque hereditate, sive de domo vel agro, vel molendino vel vinea, fidejussores exhibeat judici pro X talentis, quod eandem quaerimoniam prosequatur.

19. Quicumque bonum hominem, qui non fuit de honestioribus civitatis, caedat fustibus, judici talentum, fustigato II persolvat, vel expurget se met-tertius honestorum virorum.

20. Si aliquis infra septa muri habens XXX talenta, fustibus caesus fuerit, suspectus det judici duo talenta, caeso V talenta, vel expurget, se met-quartum honestorum civium.

21. Si aliqua levis vel inhonesta persona verberata fuerit, quae hoc ipsum forte sua meruit insolentia: si suspectus hoc probare poterit met-tertius viris credibilibus, liber erit a iudice et actore.

22. Item si, aliquis cuiquam civium, qui tamen non est de honestioribus unus, percusserit alapam: judici det dimidium talentum, percusso talentum; et si laesus testimonium producere voluerit contra illum, et si versa vice alter sese voluerit expurgare, expurget se met-tertius credibilibus viris.

23. Quicumque domum alterius armis, ballistis vel arcibus temerarie invadere presumpserit, et si ipsam invasionem passus injuriam cum vicinis suis honestis probaverit: rei tanquam de homicidio puniantur; si vero quaerimoniam suam testibus non poterit comprobare, judici II talenta, unum civitati persolvat; si vero de invasione domus quaerimoniam plane movens, suspectus duabus digitis se expurgabit.

Haec itaque universa praescripta, sicut a nobis, ita etiam a nostris heredibus et successoribus volumus intemerata perhenniter observari.

Acta sunt hoc anno Dominicae incarnationis MCCXLIII mense Januario, Indictione secunda.

Datum Pragae per manum curiae nostrae notarii Rembothonis.

---

38.

Litterae Wenceslai I.  
super decimis per dioecesim Olomucensem.

1248.

E codicibus Cremsiriensi et Olomucensi excusae in Codice dipl. Moraviae III. 129.

Wencezlaus, Dei gratia quartus Boemorum rex, dilecto fideli suo, venerabili in Christo patri, Brunoni Olomucensi episcopo, ejusque successoribus in perpetuum.

Ad promerendam aeternae vitae beatitudinem tanto debent regnorum rectores et provinciarum principes studiosius anhelare, quanto in terris a rege regum aeterno prae ceteris sunt temporalibus divitiis praediti et excellentioris potentiae titulis insigniti; quia dum a suo creatore quam habent potentiam, devote recognoscunt, sua felicitius altissimi virtute regni possident gubernacula et ad regni coelestis gloriam divina suffulti clementia, possunt facilitius pervenire. Inter hujusmodi sane nostrarum considerationum curas, quibus semper altissimo creatori nostro placere praeponimus, pietatis operibus, prout ipsius misericordia nobis permittit, altiori mente revolvimus, qualiter ecclesias divino cultui deputatas et viros ecclesiasticos, qui in ipsis ecclesiis Christi sanguine libertate donatis velut splendor fulgent firmamenti, beneficiorum nostrorum munificentis honoremus, ut tempore messissionis extremae cum multiplicato fructu recolligamur in coelis, quod in terris pia devotionis affectu ab aeterni regis reverentiam seminamus. Sane et si catholicus quilibet universa legis praecepta diligenter attendere debeat, multo fortius hoc facere tenentur principes, qui in se ipsis debent ostendere, qualiter eorum subditi in oculis possint divinae majestatis complacere, et sic per bona transire temporalia, ut aeternae gloriae fructu non priventur.

Cum igitur divinae legis sit praeceptum: Honora Deum de sua substantia, quod de solutione decimarum fore dictum

evidenter intelligit, qui prudenter attendit; Dominus enim ac redemptor noster, qui suis universa misericorditer tribuit creaturis, sibi decimas in signum universalis domini reservavit, quas per totum orbem terrarum in suorum personis servitorum a populo sine contradictione qualibet recipit christiano. Sunt enim decimae tributa egentium animarum et subsidia extollentium organa divinae laudis, quas qui clericis, immo verius ipsi Deo subtrahit vel solvere contradicit, sacrilegium evidenter incurrit et improbum furti crimen non evadit, quia rem contrectat alienam invito Domino dominorum.

Nos igitur, qui ex susceptae dignitatis officio universis ecclesiis in districtu domini nostri constitutis, debitam servare tenemur libertatem et nostros a sceleratis actibus subditos cohibere, vobis et successoribus vestris in perpetuum jus Olomucensis ecclesiae ac omnium aliarum declarando, per praesentes litteras indulgemus, ut per totam dioecesim Olomucensem decimas secundum formam canonum recipiatis et exigatis ex integro, invocato ad hoc si necesse fuerit, auxilio nostrae potestatis, quam ex nunc vobis et successoribus vestris per nos et heredes ac successores nostros dare in fide, qua Deo tenemur, promittimus, quotienscumque fuerimus requisiti, non obstante prava et perversa consuetudine Moravorum, qua se dicunt ad solutionem decimarum non teneri, quia longo tempore non solverunt, non attendentes quod talis consuetudo est perversa corruptela, quia christiani nomen et signum christianitatis abolet, nec temporis in delictis prodest diurnitas, quia tanto graviora sunt crimina, quanto diutius infelices animas detinent alligatas.

Hanc autem nostrae concessionis et declarationis seriem, inspectis vestrae devotionis servitiis, quae nobis et coronae nostrae nec non sanctae Romanae ecclesiae in persona nostra incessanter exhibetis, ut de rebus penitus taceatur, vitae vestrae pro nobis non parcentes, volumus et petimus ad evidentiore[m] cautelam per sedem apostolicam confirmari.

Acta sunt haec in Brunna, praesentibus hiis testibus: Alberto praeposito S. Petri in Brunna, Erkenberto burcrauo de Starkenberch, Borsone marscalco nostro, Jeros pincerna nostro, Jeros et Hugone fratribus de Waldenberch, Hirzone coquinae nostrae magistro, et aliis quam pluribus.

Datum per manum magistri Dyonisii Wissegradensis praepositi, regni nostri cancellarii. Anno domini M. CC. XL. VIII., III. Idus Decembris, indictione secunda.

## Jus Iglaviense.

Cc. 1249.

Iglavia (Jiglava) nomen fluminis antiquitus erat, quod dein translatum est in castrum ad flumen aedificatum. Castrum illud, totius župae i. e. provinciae caput, in solo quidem terrae Moraviae sed ad ipsa confinia erat situm juxta viam quae a Želivo et Habr e Bohemia in Moraviam fert. Župani sive praefecti aut castellani provinciae Iglaviensis, quorum nomina novimus, sunt: Stanimír praefectus de Iglavia 1174, Budiš praefectus de Iglá 1214. Erat igitur Iglavia castrum universi pagi seu župae; neque enim poterant esse župani praefecti, ubi non erat župa.

Premyslao Otacaro I. regnante argentifodinae ibi sunt institutae, atque jam a. 1227 commemoratur „magister montium de Iglá,“ a. 1234 autem „judex, urborarius ceterique jurati montium in Iglá,“ neque dubium est, quin primi praecipuique fossores Theutonici fuerint. Sub Wenceslao I. rege „cives montani“ appellabantur, neque cuiquam nisi ipsis Bohemiae regibus, a quibus illuc acciti erant, parebant. Iisdem temporibus fratres hospitalis S. Mariae de domo Theutonica sacellum S. Joannis Baptistae in sinistra Iglaviae fluminis ripa tenebant.

Ipsa civitas commemoratur iis demum temporibus, quum jam et vita et regimen Wenceslai I. regis ad finem vergeret; tum et nova civitas aedificata moenibusque munita et parochia a sacello S. Joannis B. ad ecclesiam S. Jacobi translata est.

In notissimo illo discidio quod ortum est inter regem Wenceslaum et filium ejus Premyslaum, qui deinde rex ejus nominis secundus in patris locum successit, cives Iglavienses a rege Wenceslao steterunt, cui in oppugnando castro Pragensi a. 1249 quod erant bellicorum tormentorum operumque machinatores sollertissimi, egregiam operam navarunt. Pace autem quae paulo post inter patrem filiumque die 16. Augusti 1249 pacta atque confecta est, plurima commoda civibus Iglaviensibus parta sunt, quorum hoc erat vel maximum, quod uterque princeps Wenceslaus rex et Premyslaus marchio jura ab ipsis conscripta confirmarunt, unde postea plurimum civitatem per Bohemiam atque Moraviam nec non regiones finitimas jura legesque ad rem civilem simul ac metallicam pertinentes quasi e fonte quodam emanarunt.

E prooemio quo uterque princeps jura illa additis insuper aliis libertatibus commodisque confirmat, patet literas quadriennio inter annum 1249 (quo pax inter principes convenit) et annum 1253 (quo rex Wenceslaus I. mortuus est) interjecto esse confectas, fortasse brevi posteaquam Iglavia maxima ex parte Premyslao marchioni concessa est, quod factum est inter diem 16. et 20. Augusti 1249, quo rex marchiam Moraviae cum omnibus attinentiis filio concesserat, media dumtaxat moneta Jiglaviae sibi retenta (Cosm. Cont.).

Jus Iglaviense tribus partibus constat, quae sunt:

Privilegium regis Wenceslai et marchionis Premyslai, complectens libertates civium (I et II).

Statuta civilia (III).

Jura montium et montanorum (IV).

Optimus orationis contextus exstat in autographo quod in tabulario civitatis Iglaviensis asservatur. Ejus exemplum ad fidem autographi accuratissime descriptum legitur in libro Tomaschekii: *Deutsches Recht in Oesterreich im XIII. Jh. auf Grundlage des Stadtrechtes von Iglau* (Wien 1859), qui liber etiam copiosam et perdiligentem juris municipalis explicationem complectitur.

Hunc contextum, cum editione Tomaschekiana, partim etiam cum editione Sternbergiana et Boczekiana collatum, sub litera A exhibentes, adjecimus ei contextum in alio diplomate tabularii Iglaviensis asservatum, littera B inscriptum, originis quidem recentioris et prolixiorem, attamen adhuc ante finem saeculi XIII vel ineunte saeculo XIV conscriptum, quem typis ediderunt Habrichius in libro qui intitulatur: Jura primaeva Moraviae, Dobnerus in Monumentis historicis Boemiae IV. ecc.

## I.

### (Privilegium regis Wenceslai I. et Premyslai marchionis.)

In nomine Domini (B. Domini nostri). Amen.

Nos Wencezlaus Dei gratia rex Bohemiae et (B. et marchio) Moraviae. Omnibus praesentem paginam inspecturis salutem in perpetuum.

Cum regalis dignitas et honestas tanto diligentius suis fidelibus adesse teneatur, quanto differentius prae ceteris, quibus regimen (B. regnum) atque (B. et) culmen terreni dominii est donatum, clare praeferat dignitatis nomine et honore: unde nos qui nostrorum fidelium cavere volumus et tenemur indemnitate et periculis onerosis, ex plenitudine gratiae nostrae et favoris ad memoriam fieri volumus sempiternam, tam viventibus quam victuris, quod nos regia auctoritate nostra et libera voluntate dilectis civibus nostris in Iglavia et montanis ubique in regno nostro constitutis, singulis et universis, libertates, jura nec non et statuta subscripta, per quae tranquillitati et communi utilitati eorum et paci decrevimus providendum, ipsis nihilominus et eorum heredibus, successoribus (B. successivis) et posteris, regia providentia et hilaritate concedimus, indulgemus et confirmamus.

Insuper cum nos dilecto filio nostro Primizloni principatum Moraviae contulissemus (B. principatum contulissemus), dictos cives et montanos nostros sibi paterne donavimus, et in gratiam suae dignitatis speciali dilectionis affectu fideliter et regaliter de manu ad manum commisimus conservandos, et super his omnibus confirmandis et conservandis praesentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Nos Primicil (B. Primislaus) Dei gratia marchio Moraviae, regiam benivolentiam et favorem patris nostri, illustrissimi regis Bohemiae, erga suos fideles cives et montanos et erga alios regiae dignitati obsequium praestantes, suae voluntati et paternitati per omnia decrevimus obedire et praesentem paginam sigilli nostri munimine fecimus consignari.

## II.

### (Libertates civium.)

Ne igitur libertas et gloria Majestatis regiae per aliquos praesumptuosos debeat impugnari vel irritari, una cum filio nostro volumus et mandamus sub obtentu gratiae nostrae et regni:

(I.) Quatinus nullus baronum, nobilium vel militum aut provincialium sive curialium regni nostri aliquam praesumptionem vel violentiam exercere praesumat in aliqua civitate nostra, nec aliquem hominem invadat nec capiat nec in aliquo negotio suo impediat, sine licentia et scitu iudicis civitatis et juratorum.

(II.) Et quicumque cives et montani habent homines (B. habuerint homines subse-des) et possessiones extra civitatem vel infra (B. intra), nullam de ipsis iudex provincialis vel beneficiarii terrae habeant iudiciariam potestatem vel aliquod jus terrae; sed si de aliquo cive vel de aliquo homine civis habent aliquid conqueri, coram iudice et iudicio civitatis conquerantur, sicut ceteri homines iustitiam suam exquirentes.

(III.) Et si aliquis civium alicui baroni sive militi bona sua vel merces suas concesserit sub conditione alicujus diei vel temporis coram juratis vel aliis probis viris, et si dictus baro vel miles illo die vel tempore non solverit: extunc possit ille civis illum baronem vel nobilem aliquem libere pro suis debitis impignorare (B. impugnare.)

(IV.) Ceterum volumus et mandamus, ut quicquid jurati civitatis nostrae et jurati montanorum (B. quicquid iudex civitatis nostrae et jurati cum juratis montanorum) pro bono communi ordinaverint et statuerint, inviolabiliter ab omnibus observari.

(V.) (B. Insuper volumus et mandamus districtius observari, quod si aliquis civium committens homicidium vel alium excessum enormem quemcunque, nec camerarius noster nec provincialis nec aliquis officialium nostrorum nec iudex civitatis seu jurati in bonis suis tam mobilibus quam immobilibus aliquam exercent violentiam, quamvis reus profugus factus fuerit, sed uxor sua cum heredibus rebus suis pacifice perfruantur.)

## III.

### (Statuta civilia).

A.

I. De gloriosorum principum gratia et benivolentia do-

B.

I. De gloriosorum principum gratia et benivolentia do-

minorum nostrorum, videlicet regis Bohemiae et marchionis Moraviae, nos jurati Iglavien-  
ses statuimus: §. 1. Ut quicum-  
que nostrum moritur et uxorem  
reliquerit et heredes, iudex  
sive advocatus nec aliquis alius  
de bonis suis se aliquatenus  
intromittat, sed sint in potestate  
uxoris et heredum. §. 2. Si au-  
tem uxor statum suum mutare  
voluerit, de consilio faciat ami-  
corum; quodsi non fecerit, de  
bonis illis minus habebit. §. 3.  
Et in arbitrio sit uniuscujus-  
que mulieris et virginis, nubere  
vel continere, quia coacta con-  
jugia raro placent. §. 4. Si au-  
tem aliquis moritur sine uxore  
et liberis et testamentum suum  
non fecit, omnia bona sua pro-  
ximo cedent suo heredi. §. 5.  
Et si heredem non habuerit,  
fiat de rebus suis et de bonis  
suis in hunc modum: Una pars  
cedat pro anima sua, alia ad  
vias et pontes, tertia ad nego-  
tia civitatis, et hoc jurati aliqui  
facere teneantur. §. 6. (*De morte*)  
Et ubicumque locorum aliquis  
moritur compos rationis, quic-  
quid de rebus suis ordinaverit,  
ratum erit. §. 7. Si autem ali-  
quis alienus homo moritur in-  
testatus et de rebus suis nihil  
ordinaverit, jurati res suas et  
bona sua sub sigillo civitatis  
per anni spatium observari fa-  
cient, ut (et) si medio tempore  
aliquis amicorum vel sociorum  
suorum cum certis iudiciis ve-  
nerit, bona illius obtinebit jure  
civitatis. §. 8. Si autem nullus  
infra anni spatium venerit et  
ultra, bona sua in tria divi-

minorum nostrorum, videlicet  
regis Boemiae et marchionis  
Moraviae, nos jurati Iglavien-  
ses statuimus: §. 1. Ut quicum-  
que nostrum moritur et uxorem  
reliquerit et heredes, iudex sive  
advocatus nec aliquis alius de  
bonis suis se aliquatenus intro-  
mittat, sed sint in potestate  
uxoris et heredum. §. 2. Si au-  
tem uxor statum ejus mutare  
voluerit, de consilio faciat ami-  
corum; quod si non fecerit, de  
bonis quartam tantum obtine-  
bit partem, cum de jure ter-  
tiam deberet obtinere. §. 3. Et  
in arbitrio sit uniuscujusque  
mulieris et virginis nubere vel  
continere, quia coacta conju-  
gia raro placent. §. 4. Si au-  
tem aliquis moritur sine uxore  
et liberis et testamentum non  
fecerit, omnia bona sua pro-  
ximo cedent suo heredi. §. 5.  
Et si heredem non habu-  
erit, fiat de rebus suis et de  
bonis suis in hunc modum: Di-  
vidantur in tres partes, quarum  
prima cedet pro anima sua, alia  
ad vias et pontes instaurandos,  
tertia ad negotia civitatis; et  
hoc fiat aliquibus mediantibus  
juratis. §. 6. Item ubicumque  
locorum aliquis moritur compos  
rationis, quicquid de rebus suis  
ordinaverit coram viris idoneis  
fide dignis vel juratis vel suo  
plebano, ratum erit. §. 7. Si  
autem aliquis alienus homo mo-  
ritur intestatus et de rebus suis  
nihil ordinaverit, jurati res suas  
et bona sua sub sigillo civita-  
tis per anni spatium observari  
facient, ut (et) si medio tempore  
aliquis amicorum vel sociorum



dentur, sicut ante dictum est. §. 9. Omnis homo, hospes et indigena, cujuscumque generis, liberum arbitrium habeat ubicumque voluerit sepeliri.

II. (*De testimonio.*) §. 1. Volumus etiam, ne aliquis homo extraneus contra aliquem civem vel civis contra eum cum trucelariis vel truffatoribus testimonium producat, sed cum viris idoneis et fide dignis, duobus vel tribus. §. 2. Et nullus cum viro extraneo super aliquem civem pro debitis inducat testimonium, nisi ad minus unum probum virum hujus civitatis secum habeat pro suo testimonio confirmando.

III. §. 1. Jurati unius cujusque civitatis teneantur de mercato et mercibus et mensuris et aliis quibuscumque negotiis, quae ad commune bonum et pacem pertinent, fideliter ordinare, cum iudicis adjutorio. §. 2. Quicquid autem ordinaverint praedicto modo, nulli alii se ullatenus intromittant mutando nec contradicendo; et quamcumque poenam super his posuerint, illa persolvatur.

IV. §. 1. Quod quilibet homo rationis capax cum bonis suis poterit facere, quidquid voluerit; et licet uxor reclamet

suorum cum certis indiciis venerit, bona illius obtinebit jure civitatis. §. 8. Si autem nullus infra anni spatium venerit et ultra: bona sua in tria dividantur et fiat cum eis, sicut ante dictum est. §. 9. Omnis homo hospes et indigena cujuscumque generis liberum arbitrium habeat ubicumque voluerit sepeliri.

II. §. 1. Volumus etiam, ne aliquis homo extraneus contra aliquem civem vel civis contra ipsum cum trucelariis vel truffatoribus testimonium producat, sed cum viris idoneis et fide dignis, duobus vel tribus. §. 2. Item nullus cum viro extraneo super aliquem civem pro debitis inducat testimonium, nisi ad minus unum probum virum hujus civitatis secum habeat pro suo testimonio confirmando.

III. *De mercibus et mensuris.* §. 1. Jurati uniuscujusque civitatis teneantur de mercato et mercibus et mensuris et aliis quibuscumque negotiis, quae ad commune bonum et pacem pertinent, fideliter ordinare cum iudicis adjutorio. §. 2. Quicquid autem ordinaverint praedicto modo, nulli alii se aliquatenus intromittant inmutando nec contradicendo; et quamcumque poenam super hiis statuerint, haec a statutorum transgressoribus persolvatur.

IV. *De libero arbitrio hominis rationabilis.* §. 1. Quilibet homo rationis capax cum bonis suis juxta libitum pote-

et pueri contradicant, tamen dominium in suo stabit arbitrio.

rit facere; et licet uxor reclamet et pueri contradicant, tamen dominium in suo stabit arbitrio; §. 2. si autem uxori suae coram probis viris patrimonium assignavit, quod vulgo morgengabe dicitur, hoc sibi vendere vel alteri dare sine uxoris consensu non licebit; §. 3. verum tamen si maritus infortunio compellente ad tantam devenit inopiam, quod nihil habeat prae manibus, quo se et uxorem et pueros suos nutriet, ne mendicare compellatur, cum scitu parentum uxoris dictum patrimonium poterit ad tempus obligare, licet uxor reluctetur §. 4. Item si quis hominum voluerit proficisci ad limina sanctorum, videlicet Sancti Petri, Pauli, vel Jacobi, seu alias: uxor sua si voluerit, iter suum impedire poterit, voto Ierosolimitano dumtaxat excepto.

V. (*De mensuris.*) Item volumus, ut quicumque hominum virorum vel mulierum cum injusta mensura inventus fuerit, vel mensuram statutam aridorum vel humidorum, vel cum injusta ulna, pondere vel libra: unam marcam dabit juratis; si secundo inventus fuerit, dabit duas; si tertio, manu carebit vel ipsam si vult redimere, det decem marcas, de quibus duae partes cedent iudici, tertia juratis.

VI. (*Libertas domus.*) §. 1. Decrevimus etiam, ne aliquis magister monetae vel aliquis

V. *De mensura et pondere.* Item volumus, ut quicumque hominum virorum vel mulierum cum injusta mensura inventus fuerit, vel mensuram statutam aridorum vel humidorum, vel cum injusta ulna, pondere vel libra: unam marcam dabit juratis; si secundo inventus fuerit, dabit duas marcas; si tertio, manu carebit, vel ipsam si voluerit redimere, det decem marcas, de quibus duae partes cedent iudici, tertia juratis, si non reus veniam consequitur.

VI. *De modo quaerendi falsarios in domo vel alias ubicumque.* §. 1. Decrevimus etiam, ne

hominum in domo alicujus civis aliquid quaerat vel quaerere faciat, §. 2. (*De falsis denariis*) nec etiam falsarios et falsos denarios, nec etiam pro hujusmodi causis domum alicujus intret, nisi mediante iudice et aliquo juratorum; potest tamen, si aliquid talium est, adhibere custodiam, donec iudex veniat et jurati.

aliquis magistrorum monetae, vel aliquis hominum in domo alicujus civis aliquid quaerat vel quaeri faciat, §. 2. nec etiam falsarios vel falsos denarios, nec etiam pro hujusmodi causis domum alicujus intret, nisi mediante iudice, vel aliquo juratorum; potest tamen, si aliquid talium est, adhibere custodiam donec iudex veniat et jurati. §. 3. Si autem magister monetae vel aliquis suorum contra formam praescriptam aliquid in domo alicujus talium invenerit, vel servi sui: nec reus nec hospes sibi in aliquo respondebunt; §. 4. si autem quemquam in foro deprehenderit, et juratos habere non poterit: unum probum hominem vel duos assumat, per eos custodiam adhibendo, ne quid de se projiciat suspectus, vel quid sibi adjiciatur per alios, donec iudex seu jurati adducantur; §. 5. si autem in campis vel silvis magister monetae quemquam deprehenderit, de quo habuerit mali suspicionem, et juratos habere non poterit, sed aliquem alium probum virum vel duos, cum his custodiam adhibeat, sicut dictum est ante; §. 6. si vero suam tantum familiam circa se habuerit, illum quem impetere nititur, ad civitatem duci faciat, et a iudice sibi postulet duos concedi juratos, qui verba illius argute audiant, et quicquid coram illis juratis idem deprehensus professus fuerit, in irritum non poterit revocari. §. 7. Et sic fiat de qualibet causa, cum ju-

rati per preces alicujus inducuntur vel a judice mittuntur ad audiendum aliqua promissa vel verba alicujus; quicquid se audivisse protestantur, revocari non poterit; si vero non vocati nec postulati, in foro seu taberna, quicquam audierint: accusatus ab eis dicta sua coram judicio poterit revocare.

§. 8. Si autem enormes actus alicubi viderint, ut vulnerationes, baculationes sive capillationes et evaginato gladios vel cultellos vel aliquid talium: accusatus ab eis convicetur.

VII. §. 1. Quodsi falsi denarii apud aliquem probum hominem inventi fuerint, et si idem homo dicit, quod alter probus homo dedit ei illos denarios: ille alter homo melius potest se metseptimus expurgare, quam ille primus homo possit eum metseptimus convincere. §. 2. Si autem dicit quod monetarius dederit ei: tunc ipse metseptimus melius potest monetarium convincere, quam monetarius metseptimus se defendere.

VII. *Item, de falsis denariis.* §. 1. Si falsi denarii apud aliquem honestum hominem inventi fuerint, et si idem dixerit, sibi tales denarios esse datos ab alio viro illaesae famae: respondens melius potest se metseptimus expurgare, quam actor possit eum metseptimus convincere. §. 2. Si autem confessus fuerit, se ab monetario tales recepisse denarios: extunc metseptimus melius poterit monetarium convincere, quam monetarius se possit metseptimus expurgare.

VIII. (*De judice.*) Nobis civibus expedire videtur, §. 1. ne in aliqua civitate regni plures sint iudices nisi unus, propter concordiam et pacem. §. 2. Si jurati in matutino colloquio aliquem accusaverint, et si iudex cum ipsis judicare noluerit: jurati innocentes erunt et iudex in culpa remanebit. §. 3. Si autem mora procedente adhuc judicare noluerit, debent jurati ipsum monere, ut iudicet

VIII. *De forma maniloquiorum.* Nobis civibus expedire videtur, §. 1. ne in aliqua civitate regni plures sint iudices, quam unus, propter concordiam et pacem, et quam diu aliquis iudicio utitur, si ante juratus fuerit, loco jurati nullum poterit accusare. §. 2. Item, statim sumpto iudicio iuramentum in sanctuario praestabit, quod justum iudicium, nec propter personas nec propter

et satisfaciat conquerentibus, ne facilitas veniae pariat incentivum delinquenti.

munera corrumpat, sed pauperi sicut diviti judicet secundum formam legis institutam. §. 3. Si jurati in matutino colloquio aliquem accusaverint, et si judex in judicando negligens extiterit, jurati innocentes erunt, et judex in culpa remanebit; §. 4. Si autem mora procedente adhuc judicare noluerit, a juratis moneatur ut judicet et satisfaciat conquerentibus, ne facilitas veniae pariat incentivum delinquenti; §. 5. Item tertia vice moneatur judex a juratis; si tunc judicare noluerit, et causa ad superiorem judicem, ut ad camerarium vel ad regem volutetur, et judex pro negligentia accusatus fuerit: sive parva vel magna causa fuerit, judex pro reo punietur. §. 6. Item si quis accusatus fuerit in maniloquio, judex causam diligenter experiatur, et si talis fuerit, quod accusatus puniri meruit in pecunia, sic intituletur; si in manu puniri meruit, sic inscribatur; si in collo puniri meruit, sic inscribatur, secundum excessum sui enormitatem.

IX. (*De emenda.*) §. 1. Ubi cumque judici cedit aliqua emenda, parva vel magna, induciare debet quatuordecim diebus; et transactis illis diebus cum aliquo jurato accipiat emendam suam; quod si non fecerit, nullam emendam postea superaddere debet. §. 2. Et semper coram aliquo jurato accipiat emendam suam.

IX. *De modo recipiendi emendam.* §. 1. Ubi cumque judici cedit aliqua emenda, sive parva vel magna fuerit, induciare debet reum quatuordecim diebus; quibus finitis aliquo juratorum praesente accipiat emendam suam; quod si neglexerit, illi emendae non tenebitur aliam accumulare. §. 2. Et semper coram aliquo juratorum accipiat emendam suam.

X. §. 1. Si contingat aliquem hominem de aliquo iudice querimoniam facere, iudex aliquem juratum ponat in loco suo, et de omni querimonia respondeat sicut alter homo; si autem respondere noluerit, tunc jurati teneantur dicere sibi, quod ipsum super his coram majori iudicio accusabunt, secundum verbum legis: Tu legem patere, quam ipse tuleris. §. 2. (*De querimonia in genere.*) Omnes querimoniae, quae fiunt ubicumque, revocari possunt, praeter illas, quae coram quatuor sedilibus vel bancis iudicialibus proponuntur. §. 3. Et in omni querimonia, in qua homo astat verbis sui prolocutoris, interrogatus a iudice dicit: „Haec sunt verba mea:“ haec querimonia habebitur rata. §. 4. Et quicumque querimoniam super aliquem fecerit pro dimidia marca et infra, et si citatus fuerit semel, et si negaverit: ab illo die per dies quatuordecim juramento confirmabit negativam suam; si autem fassus fuerit, per dies quatuordecim debitori (sic) solvet; quod si non fecerit, gravius punietur, scilicet iudici in dimidio fertone. §. 5. Et si aliqua querimonia pro debitis super aliquem proposita fuerit, ipse melius potest se in cruce excusare, quam accusator eum convincere. §. 6. Sic de omni simplici querimonia. §. 7. Duo conquentes currunt simul ad iudicem et nemo scit quis illorum primus fuerit; unde cuicumque iudex asti-

X. *De iudicis obedientia.*  
§. 1. Si contingat aliquem hominem de aliquo iudice querimonia in iudicio movere, iudex aliquem ex juratis ponat loco suo et de omni querimonia respondeat sicut alter homo; si autem respondere noluerit, jurati dicant sibi, quod ipsum super his coram majori iudicio velint accusare secundum verbum Legis: Tu patere legem, quam ipse tuleris. §. 2. Omnes querimoniae, quae fiunt ubicumque, revocari possunt, praeter illas, quae coram 4 sedilibus vel bancis iudicialibus proponuntur. §. 3. Et in omni querimonia, in qua homo astat verbis sui prolocutoris, et ininterrogatus a iudice dixerit: „Haec sunt verba mea:“ haec querimonia habebitur rata. §. 4. Et quicumque querimoniam super aliquem fecerit pro dimidia marca vel infra, et si citatus fuerit semel, et si negaverit: ab illo die per dies quatuordecim juramento confirmabit negationem suam; si autem fassus fuerit, per dies quatuordecim creditori solvet; quod si non fecerit, gravius punietur, videlicet iudici in dimidio fertone. §. 5. Et si aliqua querimonia pro debitis super aliquem posita fuerit, respondens melius poterit se in cruce excusare, quam eum possit convincere juramento. §. 6. Et idem fiat de omni simplici querimonia. §. 7. Duo conquentes currunt simul ad iudicem, et nemo scit, quis illorum primus fuerit; unde cuicumque iudex

terit, illius querimonia prae-  
valebit.

XI. (*De hereditate.*) §. 1. Item si aliquis homo obligatus debitis onerosis alicui, et non habens unde solvat praeter hereditatem suam, et si illam hereditatem obligabit pro dictis debitis coram iudicio ad spatium anni et diei, et si debitor tunc non exsolvit: creditor ex tunc eam coram iudicio ter proclamabit. §. 2. Et si post trinam proclamationem debitor non exsolverit: postea iudex hereditatem illam creditori coram iudicio vel aliquibus juratis libere assignabit, qui eam vendere poterit vel exponere secundum conditionem praetaxatam. §. 3. Et si aliquis homo extraneus in aliqua civitate querimoniam fecerit pro hereditate aliqua: pro tribus marcis fidejussores ponat, ut querimoniam suam exsequatur, et si defecerit, culpabilis in tribus marcis erit.

astiterit, illius querimonia prae-  
valebit; item si iudicem domi non invenerit, sed uxorem suam, per ejus testimonium primam querimoniam obtinebit.

XI. *De obligato debitis.* §. 1. Item, si aliquis homo obligatus debitis onerosis alicui, non habens unde solvat praeter hereditatem suam, et si illam hereditatem obligaverit pro dictis debitis coram iudicio: creditor ipsam ad spatium unius anni et diei tenebit, et si debitor tunc non exsolverit obligata: creditor ex tunc coram iudicio ter et in tribus iudiciis successive proclamabit. §. 2. Et si post trinam proclamationem debitor non exsolverit: iudex hereditatem illam creditori coram iudicio vel aliquibus juratis libere assignabit, qui eam vendere poterit vel exponere secundum conditionem praetaxatam. §. 3. Item si aliquis homo extraneus in aliqua civitate querimoniam fecerit pro hereditate aliqua: pro tribus marcis fidejussores ponat, ut querimoniam suam exsequatur, et si defecerit in sua causa vel non exequendo querimoniam, culpabilis in tribus marcis erit. §. 4. Item si aliquis extra terminos regales residens in civitate nostra pro debitis super aliquem querimoniam moverit, infra triduum sibi fiat justitiae complementum. §. 5. Item nullus aliquam hereditatem obligare alteri vel resignare tenetur, nisi coram iudice et juratis; si vero iudex obierit, alio succedente:

XII. Si quis vero alteri hereditatem suam coram judicio rite resignaverit, receptor tenetur dare judici XII denarios, juratis totidem, scriptori duos.

XIII. §. 1. Si quis querimoniam suam ad juratos duxerit, et si sibi coram judice vel juratis astiterint, querimonia sua praevalebit.

§. 3. (*Haec est forma juramenti*): „Ego cum juramento comprehendo, quod feci Domino Deo et domino nostro regi et vobis, domine judex, et meis conjuratis, quod verba illa justa sunt et vera!“

XIV. De omni juramento quod coram judicio jurari debet, si de gratia dimittitur: judici cedent XII denarii, scriptori duo, ab illo qui jurare debuit.

per juratos illos nihilominus, qui obligationem recipit, justitiam suam obtinebit.

XII. *De resignatione hereditatum alicujus*. Si quis alteri hereditatem suam coram judicio rite resignaverit, receptor tenetur dare judici XII denarios, juratis totidem, scriptori duos.

XIII. §. 1. Si quis querimoniam suam ad juratos duxerit, et sibi coram judice vel juratis astiterint, querimonia sua praevalebit, sic videlicet: Si fuerit de actibus enormibus vel de promissis factis coram juratis a judice missis vel precibus obtentis, sed non quibuslibet verbis otiosis in foro vel in tabernis casualiter ventilatis; item si respondens carere noluerit: oportebit juratos obtinere juramento, quod testantur. §. 2. Item si quis juratorum interrogatus pro sententia illam induciare ad maniloquium velit, juramento obtineat, quod illa vice talem sententiam nequeat invenire, et ad hoc a juratis vel a movente querimoniam vel a judice compellatur. §. 3. (*Modus et forma jurandi a juratis*): „Ego, cum juramento comprehendo, quod feci Domino Deo, domino nostro regi et vobis, domine judex, et meis conjuratis, quod verba illa justa sunt et vera!“

XIV. *De remissione juramenti*. De omni juramento, quod coram judicio fieri debet, si de gratia dimittitur, judici cedunt XII denarii,



XV. In omni juramento quilibet homo *erholunge* habere potest, nisi in judicio peremptorio, quod semel fit in anno post festum pascae.

XVI. Si quis homo juramento de aliqua causa vel culpa se expurgare debuerit cum testibus, et si adversarius suus contra aliquem illorum excipere voluerit vel aliquem rejicere: hoc debet facere, antequam manus in cruce ponant;

scriptori vero duo, ab eo qui jurare tenebatur.

XV. *De eo, quod dicitur erholunge.* §. 1. In omnibus causis, quae coram judiciis tractantur, a festo nativitatis Domini usque post octavas paschae proxima feria sexta, qua die judicio peremptorie praesidendum est, quilibet homo iterationem suae causae, quod vulgo *erholunge* dicitur, habere poterit; quam in die judicii peremptorii nullus habere poterit. §. 2. Quatuor autem causas excipimus ab hoc rigore juris, videlicet homicidium, stuprum sive violationem virginum, vitium falsitatis denariorum vel argenti, invasionem domus, quae vulgariter *heimsuch* dicitur; pro quarum qualibet causarum si homo convictus fuerit, in vita dampnatur; si aliqua harum causarum in diem judicii peremptorii judicanda ceciderit, reus causam suam induciare poterit usque in diem proximam sequentem, et iterum ab illa die usque in terciam diem, in quo nullo ulteriori obtento termino oportet vel gratia compositionis vel juris rigore causam terminari. §. 3. Omnes causas hiis similes eodem jure volumus terminari.

XVI. *De vigore testantium.* Si quis hominum juramento de aliqua causa vel culpa se expurgare debuerit cum testibus, et si adversarius ejus contra aliquem eorum excipere habuerit, vel aliquem eorum rejicere: hoc faciat, antequam manus

quod si non fecerit, juramentum illorum stabit.

XVII. §. 1. Si quis juratorum in aliquo deliquerit coram iudice vel iudicio: sicut alter homo respondebit, nec amplius quam secundum suum delictum cum iustitia punietur. §. 2. Et nullus juratorum ab aliquo homine interrogatus per juramentum suum vel per fidem suam teneatur respondere nisi solo domino regi, praeter in causis iudicialibus a suo iudice requisiti. §. 3. Si vero aliquis juratorum alicui pro quacumque causa coram iudicio astare voluerit cum suo juramento, apponantur ei custodes duo iurati vel plures, qui verba sua audiant et dijudicent, et secundum quod ipsi confirmabunt, verba sua sic rata habeantur.

XVIII. Quicumque coram iuratis et iudicio aliquam sententiam latam reclamaverit et dixerit, se meliorem velle invenire vel inducere, et si non fecerit: qualescumque expensae excrescent super hoc negotio, ipse solvet; insuper stabit iudici poena LX solidorum et cuilibet iurato in XXX. Isti solidi debent esse breves.

XIX. Cuicumque coram iudicio et iuratis abundans iustitia facta fuerit et illam contempserit, appellans indebite ad dominum regem: stabit in poena X talentorum; si autem iudex et iurati ipsi non satisfaciunt: ex tunc libere se tra-

cruci imponat; quod si non fecerit, juramentum ejus stabit.

XVII. *De iuratis.* §. 1. Si quis juratorum in aliquo deliquerit vel excesserit coram iudicio: sicut alter homo respondebit, nec amplius quam suum delictum requirat, cum iustitia puniatur §. 2. Item nullus juratorum, interrogatus per (juramentum) suum vel per fidem suam, alicui alteri respondere tenetur, nisi solo domino regi; sed in causis iudicialibus a suo iudice requisitus, testimonium compellitur perhibere. §. 3. Item si quis juratorum alicui pro quacumque causa coram iudicio astare voluerit cum suo juramento, apponantur ei custodes duo iurati, qui verba sua et formam verborum audiant, et dijudicent, et secundum eorum confirmationem verba sua rata habeantur.

XVIII. *De arguente sententiam.* Quicumque coram iuratis et iudicio aliquam sententiam latam reclamaverit, dicens se meliorem velle invenire vel inducere, et si non fecerit: qualescumque expensae excrescent super hoc negotio, ipse solvet et praeterea stabit suo iudici in poena LX solidorum, et cuilibet iurato in XXX, et hi solidi sint breves.

XIX. *De appellante contra jus.* Cuicumque coram iudicio et iuratis habundans iustitia facta fuerit, et illam contempnens appellet indebite ad dominum regem: stabit in poena X talentorum; si autem iudex et iurati sibi non satisfecerint,

hat, ubicumque voluerit, postquam sibi justitiam contradixerint; de praedicta autem pecunia duae partes cedent iudici, tertia juratis.

XX. Volumus, ut nullus coram aliquo iudicio de aliquibus causis incusari possit, quam de tribus.

XXI. §. 1. Si quis aliquem hominem in iudicio pro debitis suis obtinuerit et non habens unde solvat, et si creditor carere noluerit: iudex eum cui solvere tenetur, manu propria creditori tradat; et sic tenebit eum nec in frigore nec in calore, sed ferro manuali, et pascet eum quarta parte panis, qui emptus est pro denario, et cisso aquae. §. 2. Si vero furtim effugerit, ex tunc creditor ubicumque ipsum rapuerit, cum scitu iudicis ipsum captivum tenebit.

XXII. Item volumus, quod duo fratres non possint esse iurati simul, nec pater et filius simul; nec frater fratri in testimonio astabit, nec filius patri suo astare poterit, nec etiam pater suo filio astabit.

XXIII. Si aliquis conquestus fuerit coram iudicio non sub recto nomine respondentis, respondens autem propterea liberari non potest, sed prolocutor poenae subiacebit minori, scilicet XII denariorum.

XXIV. §. 1. Si quis pro aliqua causa praeconi praesentatus fuerit vel suo debitori, nemini medio tempore pro aliqua

extunc libere ad aliquod iudicium appellabit, postquam sibi iusticia fuerit denegata; de praedicta autem pecunia duae partes cedent iudici, tertia juratis.

XX. *De numero causarum.* Volumus, ut nullus coram aliquo iudicio de pluribus causis incusari possit quam de tribus.

XXI. *De debitore.* §. 1. Si quis alium in iudicio pro debitis suis detinuerit, non habentem, unde solvat: si creditor carere noluerit, iudex debitorem manu propria creditori tradat, quem tenebit nec in frigore nec in calore disemperato, sed ferro manuali, et pascet eum quarta parte panis empti pro uno denario, et cisso aquae. §. 2. Si vero furtim effugerit, ex tunc creditor, ubicumque ipsum rapuerit, cum scitu iudicis captivum detinebit.

XXIII. *De movente querimoniam.* Si aliquis conquestus fuerit coram iudicio non sub recto nomine respondentis, respondens propterea liberari non potest, sed prolocutor poenae subiacebit minori, videlicet XII denariorum.

XXIV. *De iure praeconis.* §. 1. Si quis pro aliqua causa praeconi praesentatus fuerit vel suo debitori, nemini medio tem-

causa respondebit, et si effugerit illos, quicumque actor ipsum prius rapuerit, illi utique respondebit.

pore pro aliqua causa respondebit, et si effugerit illos, quicumque actor ipsum prius deprehenderit, illi utique respondebit. §. 2. Item, quilibet praeco testimonium perhibere poterit, si aliquem pro debitis vel res alicujus in domo alterius interdixerit. §. 3. Item si aliquem citaverit interrogatus a iudice, de hoc testimonium perhibebit.

XXV. *De jure notarii.* Item quilibet juratus notarius civitatis quidquid in tabulis suis collegerit, sive sit juramentum, sive proscriptio alicujus vel aliquis incusatus pro vulneribus vel pro aliis causis: interrogatus de his testimonium perhibere poterit, sicut alter juratus nisi tunc ab aliquo juratorum suum testimonium cassum et vanum comprobetur.

XXVI. Expedi enim, ut quicumque faber alicui viro vel mulieri falsas claves vel uncas vel clavos fecerit, et si cum tribus testibus victus fuerit, manu carebit, ut supradictum est; et si expurgare voluerit, mettertius in cruce se expurgabit; de ista poena cedet tertia pars actori, tertia iudici, tertia juratis.

XXVI. *De fabro faciente falsas claves.* Expedi etiam, ut quicumque fabrorum alicui viro vel mulieri falsas claves vel uncas fecerit, et si cum tribus testibus victus fuerit, manu privetur, vel eam redimet cum X marcis; sed si se expurgare voluerit, mettertius in cruce praestabit juramentum; de ista poena cedet tertia pars actori, tertia iudici, tertia juratis.

XXVII. Deinde ab universis ratum habeatur: Si alicui privilegium aliquod fuerit datum super quicumque, hoc est si privilegium rectum fuerit, utatur; si autem falsum fuerit, nihil plus perditur, nisi illud super quo privilegium illud est donatum.

XXVIII. Omnes decrevimus unanimiter et devote, ut quicumque Dominum Deum vel Dominum Ihesum Christum vel beatam Mariam vel sanctos Dei vel sacramenta ecclesiae blasphemaverit, statuto papali puniatur, videlicet, septem diebus dominicis cum corrigia circa collum nudipes trahatur ante processionem circa ecclesiam parochialem et his diebus, sex diebus jejuret in pane et aqua, nullam ecclesiam medio tempore ingressurus; si autem poenitentiam contempserit, sepultura carebit; si autem se redimere voluerit, det ad opus ecclesiae XXXX solidos vel triginta vel secundum posse suum.

XXIX. Item volumus, §. 1. ut quicumque aliquem iudicem vel juratum coram iudicio arguerit, stabit in poena iudici in LX solidis, cuilibet jurato in XXX, tribus testibus convictus vel solo jurato. §. 2. Si autem iudicem vel juratum aliquem praesumptuose vituperaverit, dicendo eum vilissimum vel traditorem vel hereticum: tunc tribus dominicis ibit ad parochiam in publica statione stans in alto coram omnibus, dicet: „Si talia dixi de iudice vel de jurato, mentitus sum sicut vilissimus“, percutiendo se manu propria tribus vicibus in os suum. §. 3. Si autem aliquis alicui suo pari vel suo concivi fecerit: poenae solidorum subiacebit convictus, sicut ante dictum est. §. 4. Si autem scurro vel lotarus alicui

XXVIII. *De blasphemante.* Omnes decrevimus unanimiter et devote, ut quicumque Deum vel beatam Mariam vel sanctos Dei vel sacramenta ecclesiae blasphemaverit, statuto papali, videlicet septem dominicis cum corrigia circa collum nudipes trahatur ante processionem circa ecclesiam parochialem, et his sex diebus jejuret in pane et aqua, nullam ecclesiam medio tempore ingressurus; si autem hanc contempnens moriatur, sepultura carebit; si vero pecunia satisfacere voluerit, det ad opus ecclesiae XXXX solidos, vel triginta vel secundum posse suum.

XXIX. *De arguente iudicem vel juratum.* Item volumus, §. 1. ut quicumque aliquem vel iudicem vel juratum coram iudicio arguerit, stabit in poena iudici in LX solidis, cuilibet jurato in XXX, tribus testibus convictus vel solo jurato. §. 2. Si autem iudicem vel juratum aliquem praesumptuose vituperaverit, dicendo eum vilissimum vel traditorem vel hereticum: tunc tribus dominicis ibit ad parochiam in publica statione stans in alto coram omnibus, dicet: „Si talia dixi de iudice vel de jurato, mentitus sum sicut villissimus“, percutiendo se manu propria tribus vicibus in os suum; si talem satisfactionem contempserit, si iudici et juratis placuerit: super collum suum proscribatur. §. 3. Si autem aliquis

fecerit, ad statuam flagelletur et de civitate et de terminis ejus pellatur.

XXX. §. 1. Si quis de spolio vel de furto incusatus fuerit, et nihil apud (ipsum) inventum fuerit: simplici juramento expurgabitur; si autem secundo, met-tertius; si tertio metquartus; si quarto, accusantium testimonio subjacebit. §. 2. Si aliquis praeconi praesentatus fuerit et ibidem pernoctaverit, dabit praeconi quatuordecim denarios, et nihil de rebus suis amplius accipiet; si autem non pernoctabit, dabit ei sex denarios et libere exhibit.

XXXI. §. 1. Pro incendio si quis captus fuerit, igne peribit; si vero incendium fecerit et recesserit, et si postea deprehensus fuerit et si minas incensionis antea fecit: cum septem viris vincetur; si autem in judicio comparuerit, met-septimus expurgabitur; si vero in fuga detentus fuerit, iterum cum septem viris vincetur. §. 2. In incendio si quis furtum fecerit valens LX denarios, suspendatur. §. 3. Et si quis facto incendio alium vulneraverit, victus tribus testibus decollabitur; si quis vero evaginato gladio in incendio aliquem vulnerare voluerit, victus duobus testibus, manu carebit.

alicui suo pari vel suo convici fecerit, poenae solidorum subjacebit, convictus sicut ante dictum est. §. 4. Si autem scurro vel lotarus alicui fecerit, ad statuam flagelletur, et de civitate et de terminis ejus pellatur.

XXX. *De incusato spoliis.* §. 1. Si quis de spolio et furto incusatus fuerit, et nihil apud ipsum inventum fuerit: simplici juramento expurgabitur; si autem secundo, met-tertius, si tertio, met-quartus, si quarto, actorum testimonio subjacebit. §. 2. Si quis praeconi praesentatus fuerit, et apud ipsum pernoctaverit, dabit praeconi XIV denarios, et nihil de rebus suis amplius accipiet praeco; si autem non pernoctaverit, dabit ei sex denarios et libere exhibit, nullam in rebus suis sustinens laesionem.

XXXI. *De incensibus.* §. 1. Pro incendio, si quis captus fuerit, igne peribit; si vero incendium fecerit, et effugerit, et postea deprehendatur, et si minas incensionis antea fecit: cum septem viris vincetur; si autem in judicio voluntarie astiterit, met-septimus expurgabitur; et si in fuga detentus fuerit, iterum cum septem viris vincetur. §. 2. In incendio si quis furtum fecerit, valens LX denarios, suspendatur. §. 3. Et si quis facto incendio aliquem vulneraverit, victus tribus testibus decolletur; si quis vero evaginato gladio in incendio aliquem vulnerare voluerit, victus duobus testibus manu pri-

§. 4. Et si aliquis alicui minatur incendium coram honestis viris qui audiunt, ille cui minas fecit, si vult, potest eum convincere met-tertius; si autem non vult, quia non audivit, per alios tres viros qui audiverunt, potest eum convincere.

XXXII. Item omnis sacrilegus qui in ecclesia furtum fecerit, rotali poena subiacebit.

XXXIII. Statuimus, ut nullus mercator, institor, tabernator vel Judaeus nec aliquis, aliquas res ecclesiasticas in pignore vel ad servandum recipiat, nisi sub certo testimonio; et si quis contra fecerit, poena condecienti punietur.

XXXIV. §. 1. Si quis alicui indignanter alapam dederit, vel in dentes percusserit: tribus testibus convictus, marcam argenti dabit; tres fertones laeso, judici cedit unus.

vetur. §. 4. Et si quis alteri minatur incendium coram honestis viris, qui audiunt, ille cui minas incussit, si vult, potest eum convincere met-tertius; si autem non vult, quia non audivit, per alios tres viros, qui audiverint, potest eum convincere.

XXXII. *De sacrilego judicium.* Item omnis sacrilegus, qui in ecclesia furtum fecerit, rotali poenae subiaceat.

XXXIII. *De rebus ecclesiae.* Statuimus, ut nullus mercator, institor, tabernator vel Judaeus nec aliquis alter aliquas res ecclesiasticas in pignore vel ad servandum recipiat, nisi sub certo testimonio, et si quis contra hoc fecerit, poena punietur; si res fuerit juxta valorem unius marcae, marcam solvet; si juxta X marcas, illas solvet vel manu privetur; si ultra X marcas, collo privetur; de X autem marcis tertia pars cedit ecclesiae, tertia judici, tertia juratis.

XXXIV. *De alapizante alium.* §. 1. Si quis alteri indignanter alapam dederit, vel ad dentes percusserit: tribus convictus testibus marcam argenti dabit (tres fertones) laeso, judici marcam, juratis mediam marcam. §. 2. *De vigore pacis indictae.* Qui pacem sibi a iudice indictam verbis violaverit, actori in LX solidis respondebit. §. 3. *De gladio evaginato.* Qui gladium coram juratis evaginaverit super aliquem, convictus, actori cedit una marca. §. 4. *De vulnere facto a pari.* Si quis alium vulnaverit, et eidem satisfacere non poterit,

§. 5. Si quis aliquem hominem baculis et fustibus percusserit, vel crinibus ad terram projecerit et conculcaverit: victus duobus testibus manu carebit.

XXXV. §. 1. Districte volumus, ut si quis virginem vel mulierem aliquam violenter oppresserit, decollabitur §. 2. Tali autem modo vincetur: Si virgo vel mulier conquesta fuerit, se oppressam in campo, sufficit ei unus testis, sive sit pastor sive alter homo; in civitate vero duo sufficiunt. §. 3. Si autem virgo vel mulier laniata vestibus et sanguinolenta conquesta fuerit, non habens testes aliquos: incusatus coram judicio duobus testibus expurgabit; si autem non laniata vestibus nec sanguinolenta conquesta fuerit, incusatus se solus expurgabit. §. 4. Et si mulier communis se oppressam conqueritur, et oppressor comparuerit: iudex ei satisfaciat de consilio aliquorum.

XXXVI. §. 1. Si quis alteri uxorem suam legitimam deduxerit et si cum septem testibus victus fuerit: sententia pali subiacebit. §. 2. Et si aliquis aliquem juxta uxorem suam deprehenderit et si ambos interfecerit: vocatis iudice et juratis ambo ita mortui palo trucidentur. §. 3. Si autem unus illorum interfectus fuerit, sive vir sive mulier, et alter effugerit: interfecto hoc met-tertius in cruce probabit et nulli exinde poenae

pro vulnere duelli amputetur sibi manus. §. 5. *De baculante.* Si quis alium baculis aut fustibus percusserit, vel crinibus ad terram projecerit, vel pedibus conculcaverit: victus duobus testibus manu privetur, vel ipsam redimat cum X marcis.

XXXV. *De violatione virginum et stupro.* §. 1. Districte volumus, ut si quis virginem aut mulierem violenter oppresserit, decolletur. §. 2. Tali autem modo vincetur: Si virgo vel mulier conquesta fuerit se oppressam, in campis, sufficit ei unus testis, sive sit pastor sive alter homo; in civitate vero duo sufficiunt. §. 3. Si autem virgo vel mulier laniata vestibus vel sanguinolenta conquesta fuerit, non habens testes aliquos: incusatus coram judicio duobus testibus expurgabit; si autem non laniata vestibus nec sanguinolenta conquesta fuerit, incusatus se solus expurgabit. §. 4. Sed si mulier communis se oppressam conqueritur, et oppressor comparuerit: iudex ei satisfaciat de consilio aliquorum.

XXXVI. *De adulterante cum alia muliere.* §. 1. Si quis alteri uxorem suam legitimam deduxerit et si cum septem testibus convictus fuerit: sententiae pali subiacebit. §. 2. Et si aliquis alium juxta uxorem suam legitimam deprehenderit et si utrumque interfecerit: vocato iudice et juratis ambo sic mortui palo trucidantur. §. 3. Si autem una personarum interfecta fuerit, altera effugiente: interfecto hoc met-tertius in cruce



postea subjacebit. §. 4. Si vero vir aut mulier cum vulnere effugerit et postea aliquis illorum detentus fuerit: si septem testibus victus fuerit, convictus vero capitali sententia subjacebit. §. 5. Si aliquis legitimam habuerit et ipsa vivente in aliis locis aliam superduxerit: si convictus fuerit, decollabitur. §. 6. Et si quis legitimam suam sine justo judicio interfecerit: spirituali judicio respondebit.

XXXVII. Si quis infamatus fuerit quod nocivos homines teneat, fures et latrones et alios qualescumque: prima vice ammonitus solus excusabitur, secunda mettertius, tertia metquartus, quarta si inventus fuerit, consimili sententia puniatur.

XXXVIII. Si quis alicui filiam suam deduxerit, et cum ipsa detentus fuerit, tali modo judicabitur: Judex vocatis juratis civibus et amicis, filia in medio statuatur libera, nullis sibi minis impositis, viro tamen praesente, ut cum voluntate sua vadat ad quem voluerit; si ad virum ibit, nullum erit iudicium, si autem ad amicos ierit, vir decollabitur.

XXXIX. Si filius vel filia alicujus hominis religionem intraverit et professus fuerit: post mortem parentum de bonis ipsorum nihil habebit, nisi sicut alii pauperes Jesu Christi.

XL. Quicumque filium vel filiam vel amicum alicu-

probabit, et nulli exinde poenae subjacebit. §. 4. Si vero vir aut aliqua personarum cum vulnere effugerit, et postea detenta fuerit: septem testibus convicta, capitali sententiae subjacebit. §. 5. Item si quis legitimam habuerit, et ea vivente in alio loco aliam superduxerit, convictus decolletur. §. 6. Item si quis legitimam suam sine justo judicio interfecerit, spirituali judicio respondebit.

XXXVII. *De malo infamato.* Si quis infamatus fuerit, quod nocivos homines teneat, fures et latrones et alios qualescumque: prima vice admonitus, solus expurgabitur, secundo met-tertius, tertio metquartus, quarto si inventus fuerit, consimili sententia puniatur.

XXXVIII. *De recessu filiae alicujus.* Si quis alteri filiam suam deduxerit, et cum ea detentus fuerit, tali modo judicetur: Judex vocatis juratis civibus et amicis, filia in medio statuatur libera, nullis sibi minis impositis, viro tamen praesente; et propria voluntate vadat ad quem voluerit; si ad virum ierit, nullum sequitur iudicium; si ad amicos ierit, vir decolletur.

XXXIX. *De intrante religionem.* Si filius vel filia alicujus religionem intraverit, et professus fuerit: post mortem parentum de bonis eorum nihil habebit, nisi sicut alii pauperes Jesu Christi.

XL. *De seductoribus.* Quicumque filium vel filiam,

jus seduxerit ad vendendum vel alio modo alienaverit: rotali poenae subiacebit.

XLII. §. 1. Nullius hominis filius, servus et amicus, qui suo pane vescitur, plus detesserare possit, quam sub suo cingulo continetur; et qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nihil habebit. §. 2. Et si aliquis cum falsis tesserebus vel aliquo falso ludo lucratus fuerit aliquid ab aliquo, et convinci poterit duobus testibus: et ille qui perdidit, in nullo sibi respondebit, sed pro deceptore amplius habebitur et iudici in X solidis respondebit.

XLII. (*De equis.*) §. 1. Si quis equum suum cum justitia apud aliquem detinuerit, quod dicitur *aneuanc*, iudici cedent triginta denarii, scriptori duo. §. 2. Si autem ille dicit, se equum apud alium emisse, et ad illum vult deducere, quod dicitur in vulgari *schuben*: sic deducetur, donec verus venditor inveniatur, et tunc cum justitia equus obtinebitur. §. 3. Et si quis in aliquo loco equum suum obtinere voluerit, ipse-met cum duobus vicinis suis juramento super equum facto obtinebit. §. 4. Si autem aliquis civis equum suum obtinere voluerit, cum solo concivi suo et alio proba viro met-tertius obtinebit, consimili juramento.

XLIII. (*De invasore domus*). Omnes unanimiter ratum habere volumus, §. 1. ut

vel amicum alicujus seduxerit ad vendendum, vel alio modo alienaverit: rotali poenae subiacebit.

XLII. *De tesserantibus.* §. 1. Nullus hominis filius, servus et amicus, qui suo pane vescitur, plus detesserare potest, quam sub suo cingulo continetur; et qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nihil habebit. §. 2. Et si aliquis cum falsis tesserebus vel alio falso ludo lucratus fuerit aliquid ab alio, convictus duobus testibus: hic qui perdidit, in nullo sibi respondebit, sed pro deceptore amplius habebitur, et iudici in X solidis respondebit.

XLII. *De aneuanc equorum perditorum.* §. 1. Si quis equum suum apud aliquem detinuerit cum jure, quod dicitur *aneuanc*, iudici cedent triginta denarii, scriptori duo. §. 2. Si autem ille dixerit, se equum apud alium emisse, et ad illum vult deducere, quod dicitur in vulgari *schuben*: sic de uno ad alium deducetur, donec verus venditor inveniatur, et tunc cum justitia equus obtinebitur. §. 3. Et si quis in aliquo loco equum suum obtinere voluerit, ipse-met cum duobus vicinis suis juramento super equum praestito obtinebit. §. 4. Si autem aliquis civis equum suum obtinere voluerit, eum cum solo concivi suo et alio proba viro, met-tertius obtinebit consimili juramento.

XLIII. *De hoc quod dicitur heimsuche.* Omnes unanimiter ratum haberi volumus, §. 1. ut

omnis inuasor domus capite puniatur. §. 2. Tali autem modo vincetur: Domesticus qui inuasus est, ex utraque parte domus suae duos vicinos suos habebit testes; quos si habere non potest, unum habeat trans viam, alium vero vicinum suum et alios probos viros. §. 3. Et si eundem inuasorem vivum vel mortuum hospes in domo sua retinuerit: praedictis testibus convictus vel uno jurato, capitali sententia puniatur. §. 4. Si autem inuasor quoquo modo effugerit, et post haec innocens esse voluerit, cum probis viris in cruce se metseptimus expurgabit, vel uno jurato. §. 5. Si vero simplex querimonia de aliquo inuasore facta fuerit, solus in cruce se poterit expurgare.

XLIV. (*De homicidio.*) §.

1. Quicumque pro homicidio incusatus fuerit cum simplici quaerimonia, in cruce se solus expurgabit. §. 2. Et quicumque civium habet infra murum civitatis de hereditate ad triginta marcas, pro homicida fidejuberere potest. §. 3. Si quis autem pro homicidio incusatus fuerit et se expurgare voluerit, metseptimus in cruce se cum viris idoneis expurgabit; tamen in hunc modum. §. 4. (*Juramenti modus.*) Accusatus primo jurabit, se esse innocentem, alii tres jurabunt, se vidisse innocentiam suam; ultimi tres jurabunt, illos quatuor juste jurasse. §. 5. Similiter jurabunt, qui vitam suam defendendo alium occidunt. §. 6. Et si accusa-

omnis inuasor domus capite pri-  
vetur. §. 2. Tali autem modo vincetur: Domesticus, qui in-  
vasus est, ex utraque parte domus suae duos vicinis suos habebit testes; quos si habere non potest, unum habeat trans viam, alium vero vicinum suum et alios probos viros. §. 3. Et si eundem inuasorem vivum vel mortuum, hospes in domo retinuerit: praedictis testibus convictus vel uno jurato, sibi inferat sententiam capitalem §. 4. Si autem inuasor quocumque modo effugerit et post hoc innocens esse voluerit, cum probis viris in cruce se metseptimus expurgabit, vel uno jurato. §. 5. Si vero simplex querimonia de aliquo inuasore proposita fuerit, solus in cruce se expurgabit.

XLIV. *De simpliciter accusato.* §. 1. Quicumque pro homicidio incusatus fuerit per simplicem querimonia, in cruce se solus expurgabit. §. 2. Et quicumque civium habet infra muros civitatis de hereditate ad XXX marcas, pro homicidio fidejuberere potest. §. 3. Si quis de homicidio incusatus fuerit, volens se expurgare: metseptimus suam innocentiam comprobabit cum viris fide dignis in hunc modum: §. 4. *Forma jurandi.* Accusatus primo jurabit se esse innocentem, alii tres jurabunt se videsse innocentiam suam, ultimi tres jurabunt, illos quatuor juste jurasse. §. 5. Similiter jurabunt qui vitam propriam defendendo aliquem occidunt. §. 6. Et

tus fugam dederit, vel comparere noluerit, de praedictis triginta marcis cedent inimicis XXIII marcae, judici quinque marcae, juratis duae marcae.

XLV. (*De proscriptis.*) §. 1. Pro homicidio si quis proscriptus fuerit, sine omni contradictione civitatem anno et die vitabit. §. 2. Si vero transacto anno gratiam inimicorum habuerit, antequam civitatem intret, juratis marcam argenti dabit et judici dimidiam. §. 3. Quicumque in una civitate domini regis proscriptus fuerit vel in alio aliquo loco, in omnibus civitatibus et locis regni et terris proscriptus habeatur, et nullus baro vel nobilis vel miles regni vel provincialis ipsum tenere vel defendere praesumat. §. 4. Et si quis proscriptus fuerit et postea detentus, justo iudicio condemnabitur.

XLVI. (*De duello.*) §. 1. De duello pro vulnere judici cedet dimidia marca; si autem ille qui vulneratus est, duellum indixerit et adversarius suus componere voluerit: judici cedet una marca; si autem circulum intraverint et super sedes sederint et adhuc placari voluerint: judici cedent duae marcae; si vero ad arbores vel ad valangas pervenerint et gladios super eas posuerint et si adhuc componere voluerint: iudex tres marcas habebit; si autem gladios suos extenderit et contra se pugnaverint, et si adhuc adversarius componere voluerit: judici quatuor marcis respondebit. §. 2. De duello

si accusatus fugam dederit, nolens comparere, de praedictis XXX marcis cedent actoribus XXIII marcae, judici V marcae, juratis 2 marcae.

XLV. (*De proscriptis.*) §. 1. Pro homicidio si quis proscriptus fuerit, sine omni contradictione civitatem anno et die vitabit. §. 2. Si autem transacto anno gratiam inimicorum habuerit, antequam civitatem intret, juratis marcam dabit et judici dimidiam. §. 3. Quicumque in una civitate domini regis proscriptus fuerit vel in alio aliquo loco, in omnibus civitatibus et locis regni et terris proscriptus habeatur; et nullus baro vel nobilis, vel miles regni, vel provincialis ipsum tueri vel defendere praesumat, §. 4. Et si quis proscriptus fuerit, et postea detentus, justo iudicio condemnabitur.

XLVI. (*De vulnere duelli.*) §. 1. Pro vulnere duelli judici cedet dimidia marca; si autem vulneratus coram iudicio duellum indixerit, et adversarius componere voluerit: judici cedet marca; si vero circulum intraverint, et ad sedes venerint, et adhuc componere voluerint, judici cedent duae marcae; si vero super flangas pervenerint adhuc componere volentes: iudex tres marcas habebit; si autem flangis extractis pugnantes congressi fuerint adhuc componere volentes: iudici in III marcis reus respondebit. §. 2. Pro homicidio antequam duellum indictum fuerit, judici cedet marca; si autem

pro morte, antequam duellum indictum fuerit, iudici cedit una marca; si autem indictum fuerit, iudici cedent duae; si autem circulum intraverint et super sedes sederint et adhuc placari voluerint, iudici cedent tres marcae; si vero super arbores vel valangas gladios posuerint, et si adhuc componere voluerint, iudex quatuor marcas habebit; si autem pugnaverint aliquo tempore et adhuc componere voluerint, iudici cedent quinque marcae.

indictum fuerit, iudex II marcas habebit; si circulum ingressi ad sedes venerint componentes adhuc, iudici cedent tres marcae; si ad flangas venerint, et adhuc compositionem admittant, iudex IV marcas habebit; si flangis extractis pugnando congressi fuerint, compositionem adhuc admittentes, iudici cedent V marcae. §. 3. *De forma indicendi duellum.* Postquam vulnus aut homicidium a juratis rationabiliter accusatum fuerit, duellum sic est inducendum: Causidicus actoris sic dicat: „Conqueror Deo et domino regi et vobis, domine iudex, et juratis civibus universis, tam pauperibus quam divitibus, omnibus qui pace et gratia uti desiderant, quod (talis vel talis) venit ad locum illum, ubi meus amicus (talis vel talis) pacem et gratiam habere debuerit, et in eo violavit pacem Dei, regis et terrae, et percussit ei manifestum vulnus duelli, quod jurati perviderunt, et pro vulnere duelli accusaverunt.“ Si autem fuerit pro homicidio, sic est dicendum: „Percussit ei manifestum vulnus duelli, per quod de vita migravit ad mortem, quod jurati perviderunt, et pro vulnere duelli accusaverunt; quod si profiteri voluerit, a vobis iudicium super eo requiritur; sed si negaverit, ipsum profiteri compellet cum suo corpore contra corpus ejus; cum suo propugnatore contra suum, cum omnibus attinentiis, quod de jure ad duellum perti-

XLVII. §. 1. Quicumque alicui aliquod membrum nobile praeciderit vel amputaverit vel ejecerit, videlicet oculum, nasum, linguam, manum, pedem vel aliquod membrum occultum, et si incusatus fuerit: metquartus cum viris idoneis se in cruce expurgabit; si autem ceciderit, poenae quatuordecim marcarum subjacebit; laeso cedent X marcae, judici tres, juratis una marca. §. 2. Et si quis alicui membrum aliquod inhabile fecerit, quod dicitur lemede, gladio vel cultello vel fuste vel lapide vel aliquo alio instrumento, et si se expurgare voluerit, met-tertius se expurgabit. §. 3. Et si pro volleist incusatus fuerit, in cruce se solus expurgabit.

XLVIII. Et si quis super aliquem vulnus quod dicitur blutrünst, in judicio obtinuerit, laeso in dimidia marca respondebit, judici et juratis in dimidia.

XLIX. §. 1. Si quis pro volleist alicujus interfecti incusatus fuerit, solus in cruce se poterit excusare; et si ceciderit, conquerenti marcam dabit, judici et juratis dimidiam. §. 2. Si quis vero vulneratus

net ipsum profiteri compellet, hodie, die et judicio secundum quod jurati dictaverint et consules consenserint, et requirit a vobis, domine iudex, justam sententiam sibi fieri: Si duello taliter ipsum salutaverit, quod duello sibi respondere teneatur.“

XLVII. *De eo, quod dicitur lemede.* §. 1. Quicumque alteri aliquod membrum nobile deciderit vel amputaverit vel ejecerit, videlicet oculum, nasum, linguam, manum, pedem, vel aliquod membrum occultum, si incusatus fuerit: metquartus cum viris idoneis se in cruce expurgabit; si autem jurando defecerit, poenae quatuordecim marcarum subjacebit; laeso cedent X marcae, judici tres, juratis una marca. §. 2. Et si quis alicui membrum aliquod inhabile fecerit, quod dicitur lemede, gladio vel cultello vel fuste aut lapide vel aliquo alio instrumento, et si se expurgare voluerit, met-tertius jurabit. §. 3. Et si pro volleist incusatus fuerit, in cruce se solus expurgabit.

XLVIII. *De eo quod dicitur blutrünst.* Si quis super alium vulnus, quod dicitur blutrünst, in judicio obtinuerit, laeso in dimidia marca respondebit, judici et juratis in dimidia.

XLIX. *De volleist interfecti.* §. 1. Si quis pro volleist alicujus interfecti incusatus fuerit, solus in cruce se poterit expurgare; et si ceciderit, conquerenti marcam dabit, judici et juratis dimidiam. §. 2. Si

vel alio modo laesus fuerit, et infra triduum neminem nec pro vulnere nec pro volleist accusaverit, postea neminem de tali facto incusare potest. §. 3. Si quis aliquem praesumptuose vel arroganter invaserit et laeserit vel vulneraverit vel alio modo male tractaverit, et si invasus se et sua defendens invasorem interfecerit in domo vel extra: veritatem invasionis et defensionis met-septimus approbabit. §. 4. De omni vulnere vel laesione, de quibuscumque jurati super fidem suam dixerint, quod sit *le mede*, ratum habeatur; si autem percussor se excusare voluerit, met-tertius in cruce se poterit excusare.

L. §. 1. Item si alicui vel aliquibus pro aliquo excessu vel quacumque causa a iudice coram juratis coram juratis vel aliis probis viris pax data fuerit vel edicta: si quis illam infregerit vulnere vel vulneribus vel alio quocumque modo, protestantibus probis viris vel uno jurato, capite punietur. §. 2. Si autem praedictam pacem verbis infregerit contumeliosis et inhonestis, pecunia punietur, videlicet iudici LX solidos, et cuilibet jurato XXX solidos pagabit; subiutellige breves solidos. §. 3. Eidem poenae subiacebit, qui concivem suum verbis afficiet vituperosis; laeso autem satisfaciet secundum consilium iudicis et juratorum.

LI. §. 1. (*De pace.*) Item quicumque pacem in die forensi in-

quis vulneratus vel alio modo laesus fuerit, et infra triduum neminem nec pro vulnere nec pro volleist accusaverit, postmodum neminem de tali facto accusare poterit. §. 3. Si quis alium praesumptuose vel arroganter invaserit, et laeserit, vel vulnerarit, vel alio modo male tractaverit, et si invasus se et sua defendens invasorem interfecerit, in domo vel extra: veritatem invasionis et defensionis met-septimus probabit. §. 4. De omni vulnere et laesione, de quibuscumque jurati super fidem suam dixerint, quod sit *le mede*, ratum habeatur; si autem percussor se excusare voluerit, met-tertius in cruce se poterit excusare.

L. *De pace servanda.* §. 1. Si quis pacem sibi indictam a iudice in directis operibus, sicut vulnere aut verberibus, protestantibus probis viris vel uno jurato, capitalem subibit sententiam, si hanc praesumpserit violare. §. 2. Si verbis eandem violaverit inhonestis, pecunia punietur, videlicet iudici LX solidos, et cuilibet jurato XXX solidos, qui sint breves; §. 3. Eidem poenae subiacebit, quicumque concivem suum verbis offenderit vituperosis, laeso autem satisfaciet duplici poena solidorum, quos iudici persolvebat.

LI. *De pace diei forensis.* §. 1. Quicumque pacem in die fo-

fregerit, victus tribus testibus manu carebit vel redimet eam cum X marcis; et si quis eadem die gladium evaginaverit et neminem laeserit, si tribus testibus victus fuerit, poenae unius marcae subjacebit, judici in  $\frac{1}{2}$  marca et juratis in  $\frac{1}{2}$  marca; si autem unus juratorum viderit, convictus erit et gratiam illius inveniet quem offendit, sicut potest. §. 2. Item si quis gladium suum coram juratis vel aliquo juratorum evaginaverit, solvat  $\frac{1}{2}$  marcem; judici cedent duae partes et tertia juratis. §. 3. Si quis cum praeacuto gladio detentus fuerit, in marca argenti punietur et gladius judici remanebit; si vero fuerint tres gladii, duo cedent judici et juratis unus; si autem communis gladius post interdictum apud aliquem inventus fuerit, ille respondebit in  $\frac{1}{2}$  fertone; si autem praeacutus cultellus fuerit, respondebit in fertone. §. 4. Si aliquis pauper aliquem vulneraverit vel laeserit, cui satisfacere non poterit, sex septimanis in trunco punietur.

LII. (*De aneuanc.*) §. 1. De jure quod dicitur *aneuanc*, judici cedent XII denarii de bove vel de vacca, et de quolibet pecore minori quatuor denarii. §. 2. Si aliquis bovem vel vaccam vel porcum vel aliquod simile furtim mactaverit, si deprehensus fuerit et datorem suum monstrare non poterit: met-tertius se purgabit,

rensi vulneribus infregerit aut vulnere, victus tribus testibus manu privetur, vel redimat eam cum X marcis; et si quis eadem die gladium evaginaverit ad malum alterius, sed tamen non laedat, poenae unius marcae subjacebit, judici in dimidia marca et juratis in dimidia marca; si autem unus juratorum viderit, convincetur, et gratiam ejus inveniet quem laedere voluit, sicut potest. §. 2. Item si quis gladium suum coram juratis vel aliquo juratorum evaginaverint, solvat dimidiam marcem; judici cedent duae partes et tertia juratis. §. 3. Si quis cum interdicto praeacuto gladio detentus fuerit, in marca punietur, et gladius judici remanebit; si vero fuerint tres gladii, cedent duo judici, tertius juratis; si autem communis gladius post interdictum apud aliquem detentus fuerit, ille respondebit in dimidio fertone; si praeacutus cultellus fuerit, respondebit in fertone. §. 4. Si aliquis pauper aliquem vulneraverit aut laeserit, cui satisfacere non poterit, sex septimanis in trunco punietur.

LII. *De aneuanc pecorum.* §. 1. Si quis alterius bovem vel vaccam aut taurum magnum impetierit jure, quod dicitur *aneuanc*, judici dabit XII denarios; item de quolibet parvo animali IV. §. 2. Item si quis aliquod animal parvum vel magnum furtim mactaverit, et deprehensus datorem suum ostendere nequiverit: met-tertius in cruce



et si ceciderit, pro qualitate culpae iudicio punietur.

LIII. Quicumque carnes ad forum duxerit vel portaverit, ejusdem carnis cutem secum ducat; quod si non fecerit, in XII denariis respondebit.

LIV. §. 1. Si quis manipulos cujuscumque segetis de agris alienis violenter vel furtim acceperit: si deprehensus fuerit, illi cujus agri sunt, in fertone respondebit, iudici vero in  $\frac{1}{2}$  fertone; si autem nocturno tempore aliquis deprehensus fuerit in facto simili, pro fure condemnabitur. §. 2. Et quotcumque pecora in segetibus aligenis inventa fuerint, quot pedes pecorum, dominus eorum in tot denariis respondebit domino segetum. §. 3. In prato vero qui deprehensus fuerit nocte vel die cum pondere graminum, ad iudicem vel ad iudicium duci debet et statim de civitate fugari, nec ictibus nec jactibus, in anno non reversurus; et si cum equo raptus fuerit cum pondere graminum, iudici respondebit in lotone et laeso in duobus. §. 4. Si quis autem tempore nocturno in civitate vel extra civitatem inventus fuerit evagari, iudici praesentetur, et si justam causam non habuerit, de consilio juratorum puniatur.

se expurgabit, et si ceciderit, pro qualitate culpae iudicio puniatur.

LIII. *De carnibus diei fori.* Quicumque carnes ad forum duxerit aut portaverit, ejusdem carnis cutem secum recipiat; quod si non fecerit, iudici in XII denariis respondebit.

LIV. *De manipulis.* §. 1. Si quis manipulos cujuscumque segetis de agris alienis violenter vel furtim acceperit: si deprehensus fuerit, domino agri in fertone respondebit, iudici vero in dimidio fertone; si vero nocturno tempore deprehensus fuerit in facto simili, pro fure condempnetur; §. 2. Item si alicujus pecora in agro et in fructibus aut segetibus alterius deprehensa fuerint, quot pedes pecorum, in tot denariis respondebit. §. 3. In prato vero alterius, si quis deprehensus fuerit nocte vel die cum pondere graminum, ad iudicium ducatur, et statim de civitate pellatur nec ictibus nec jactis, infra annum non reversurus; et si cum pondere graminum in equo ducto raptus fuerit, iudici respondeat in lotone et laeso in I fertone; §. 4. Item si quis tempore nocturno in civitate vel extra vagabundus inventus fuerit, iudici praesentetur, et si justam causam non habuerit, consilio juratorum puniatur.

LV. *De jure silvarum.* §. 1. In silvis alterius, si quis violenter aut furtim ligna secuerit, raptus et iudicio convictus super quemlibet truncum magna-

rum arborum actori LXXII denarios ponet et iudici in LX denariis respondebit. §. 2. Si vero ramos aut virgas in curru abducere voluerit, raptor detentus equos aut boves currum trahentes pro dimidio fertone redimat, aut qualiter apud actorem poterit, gratiam invenire.

LVI. *De jure theolonareis.*

Quicumque theolonareorum injustum accipit theoloneum, duobus honestis viris convictus iudici LX solidos, et cuilibet jurato XXX solvet, et pecuniam contra jus acceptam vero restituet possessori; secunda vice convictus iudici et juratis X talenta solvet, et illi personaliter ducet pecuniam, cui accepit, ubicumque terrarum terminis commoretur; tertio vero convictus se et sua redimat, secundum quod gratiam a iudice et juratis inveniet, et ab eo, quem contra justitiam condemnavit.

LVII. *De tributario alicujus.*

§. 1. Quilibet homo sine iudice et juratis in sua hereditate pignora recipiet. §. 2. Si autem tributarius vadium redimere noluerit, dominus iudici et uni juratorum significet, se pro (tali) censu (tale) vadium accepisse, et extunc libere vendat et ad usus suos convertat, et hoc ea de causa, ut si post elapsum temporis spatium tributarius pro majore pignore aut valore dominum impetere voluerit, per iudicem et juratum causam possit annihilare. §. 3. Item si tributarius tres census dare negle-

xerit, de hereditate sua dominus se libere intromittat. §. 4. Si vero legitima terrae necessitas tributarium fugaverit, dominus secundum gratiam et animae necessitatem et proborum virorum consilium cum tributario complanabit.

*LVIII. De Judaeis.* §. 1. Nullus Judaeorum in parascheve quicquam communionis cum christianis habere tenetur toto die. §. 2. Et si aliquis Judaeorum cum christiana muliere adulteratus fuerit, raptus et duobus viris convictus ambo vivisepe liantur. §. 3. Similiter fiat, si christianus cum Judaea commisceatur, et raptus vincatur uno christiano et duobus Judaeis.

*LIX. Item de falsis denariis deprehensis.* Si aliquis virorum vel mulierum cum falsis denariis deprehendatur, et coram judice et juratis profiteatur, alium sibi dedisse tales denarios, et si ille super quem fatetur, profugus factus fuerit: culpabilem se reddit, et hic vel haec absolvitur jure civitatis.

*LX. Statuta et sententiae communes.* §. 1. Item volumus, ut quicumque judiciaria frui desiderat dignitate in civitate Iglaviensi, quod sit civis civitatis habens hereditatem, et hoc ideo, ut profectum civitatis eo melius prosequatur, et propter unum annum vel duos non conrodatur cives et pauperes civitatis.

§. 2. Item nullus homo communis aliquem accusare

potest, nisi tunc a iudice et juratis eligantur duo vel tres vel quatuor in aliquo vico civitatis, quorum fidei committatur, ut quaelibet civitatis nociva compescatur; illi quoslibet excessus accusare possunt, sed eorum potestas accusandi nisi sex durabit hebdomadis, et hoc ideo, ne loco juratorum tales habeantur; sex autem hebdomadis finitis tales iudici et juratis suum resignent officium, et si necesse fuerit, alii vel iterum illi pristino officio instaurentur; et si in officio suo ab aliquo indecenter redarguti fuerint, qualemcunque poenam illi electi statuerint, hanc ab eis accusatus patiatur.

LXI. *De die iudicii peremptoria.* §. 1. Cuicumque dies peremptoria pro aliqua causa fuerit assignata coram iudicio comparendi, si non comparuerit, testante iudice et juratis, adversarius ejus jus suum obtinebit. §. 2. Si autem absentiam suam legitima necessitate praepeditam probare voluerit, tali modo procedet: Si fuerit residens infra terminos terrae, in primo suo adventu iudicem et juratos adeat, causam suae absentiae ipsis lucidius declarando. Cui iudex diem proximam iudicii statuet et suo adversario, in quo iudicio causam absentiae (per evidens testimonium) tenetur comprobare. Si vero testimonium quo procedere nititur, propter vias remotas illo die habere non poterit, iterum ad proximam diem iudicii induciabitur, et ibi finaliter cau-

sam suae absentiae (vel jus suum) tenetur comprobare. Si autem residens fuerit extra terrae terminos, infra VI septimanas protestabitur legitimam causam absentiae suae, vel jus suum perdet, omni dubio procul moto. §. 3. Haec autem sunt causae, quibus necessitas legitima probari habetur, primo: Princeps terrae vel potens ejus camerarius impedit. Secundo: Ignis vel diluvium. Tertio: Generalis guerra terrarum. Quarto: Captivitas vel spoliū infra viam procedendi factum. Quinto: Infirmitas non ficta. Sexto: Mors uxoris legitimae vel patris.

LXII. Praeter haec praedicta quicquid jurati civitatis Iglaviae pro commodo et profectu civitatis invenerint et prolatum in judicio vel in colloquio confirmatum fuerit, ratum ab omnibus teneatur.

#### (IV. Jura montium et montanorum).

I. Statuimus, §. 1. ut quicquid urborarii de consilio juratorum Iglaviensium in montibus vel in stollonibus aliquibus concesserint vel dederint sub sigillo eorum et urbariorum: ratum habeatur absque ulla quaestione.

§. 2. Et ubicumque mons vel stollo inventus vel elaboratus fuerit: de jure habebit in eo quod dicitur hanghende, quartum dimidium laneum, et in eo quod dicitur lighende, unum laneum, altitudo et profundum in aequali statura.

§. 3. Si quis autem novum

I. *De jure montanorum et montium.* Statuimus, §. 1. ut quicquid urborarii de consilio juratorum Iglaviensium in montibus vel stollonibus aliquibus concesserint vel contulerint sub sigillo eorum et urbariorum: ratum habeatur absque ulla quaestione. §. 2. Et ubicumque mons vel stollo inventus vel elaboratus fuerit, de jure habebit in eo, quod dicitur hangunde vulgaliter, III<sup>1</sup>/<sub>2</sub> laneum, et in eo, quod dicitur liegunde, unum laneum, altitudo et profundum in aequali statura. §. 3. Si quis autem

montem invenerit: mensurentur ei septem lanei ex utraque parte, domino regi unus ex utraque parte, burgensibus unus.

§. 4. Inventores vero montis dabunt hiis qui mensurant montem, VII solidos breves.

## II.

novum montem invenerit, mensurentur ei septem lanei ex utraque parte, domino regi unus ex utraque parte, burgensibus unus. §. 4. Inventores vero montis dent mensuratoribus VII solidos breves.

II. Hanc tamen mensuram his praemissis conditionibus quilibet novus mons obtinebit: §. 1. Si montis inventor meatum suum a concessore jure debito suscepit: licet alii circa ipsum metallum inveniant vel habeant, tamen primus meatum susceptor jus suum obtinebit, in eo videlicet, quod meatus ejus primo a juratis secabitur. §. 2. Sed si meatus ejus mensura dignus non fuerit, extunc secundo meatum susceptori, vel tertio in eodem minere laborantibus, eodem jure, quo primo, secabitur meatus. §. 3. Et quicumque illorum plures foveas in fundo per amfractus contiguatas habuerit: si laborantes contra ipsum carere noluerint jus et ille qui est loco urborariorum, ipsum compellent juramento in medio instrumento, quod dicitur *r u n b o u m* praestito, obtinere, quod illum meatum ex tali fovea suscepit, et per hoc obtinebit, quod jurati secent meatum suum. §. 4. Et si jurati super fidem suam receperint, quod in profunditate et in stollone tale metallum viderint et reliquerint, quod sit mensura dignum et examinatum super omnes expensas casae det ad minus una cale-

§. 8. Item quicumque laboraverit in meatu, in eo quod dicitur stollo, et metallum invenerit: mensurabuntur ei de ipso loco ubi metallum invenit, VII lanei et jus aliorum montium.

§. 9. Si vero ex consensu et de scitu iudicis et illius qui montes porrigit, aliquis laborare incoeperit in eo quod dicitur stollo, et metallum invenerit: ab illo loco nemo ipsum per tres laneos et dimidium ante eum vel post eum impedire debet.

III. Item si mons vel stollo qui mensurati fuerint et postea deserti, sex diebus dominicis proclamari debet, ut hi quorum montes sunt, laborent; si vero sexto die dominico transacto non laboraverint, tunc urborarii assumptis juratis proclamatos montes ascendere debent, et si ipsos desertos invenerint, praedicti urborarii montes illos libere porrigere possunt cui volunt.

factio unum fertonem: ex tunc mensuram, sicut dictum est ante, debitam obtinebit. §. 5. Item quilibet mons mensuratus XVI areas de jure obtinebit. §. 6. Item quilibet mons in VII laneis ad minus tres foveas, in quolibet laneo tres acies, in qualibet concessione unam aciem pro jure suo requirit, nec ulterius compellatur. §. 7. Et haec jura servantur in novis montibus et stollonibus non hereditariis. §. 8. Item quicumque laboraverit in latere unius stollonis non hereditarii, et metallum invenerit: mensurentur ei de ipso loco inventionis metalli VII. lanei ad jus aliorum montium. §. 9. Si vero ex consensu et scitu porrectoris meatuum et montium aliquis laborare incoeperit in eo quod dicitur stollo, et metallum invenerit: ab illo loco nemo ipsum per tres laneos et dimidium ante eum et post eum impedire potest.

III. *De stollonibus derelictis.* Item, mons vel stollo, qui mensurati fuerint et postea deserti visi fuerint, sex diebus Dominicis proclamari debent, ut hi, quorum montes fuerint, laborent in eis; si vero VII. die dominico transacto non inventi fuerint laborantes: ex tunc urborarii assumptis juratis proclamatos montes ascendant, et si ipsos desertos invenerint, urborarii montes illos libere porrigere possunt, cui volunt, absque omni impedimento.

§. 2. Item si quis mons alium montem per aquam impediverit, iudici tribus diebus pronuntiari debet; illis tribus diebus finitis secundum justitiam mons impediens impedito monti resignetur.

§. 3. Item si quis in stollone de consensu iudicis et civium laboraverit et ad mensuratum montem sive laneum civium pervenerit, et ibidem laborantes invenerit: sine consensu ipsorum non transibit.

§. 4. Si autem consenserint, ad mensuram unius claffter transibit, salvo tamen jure suo, videlicet quantum ipse cum stollone suo in laneo civium super se secaverit et quantum eo lucri habuerit, absolute tenebit.

§. 5. Ita si prius in praedicto laneo fuerit laboratum, in medio etiam lanei super profundius sedebit, et quicquid lucri ferro mediocri subtus se contrahere poterit, ad usus suos cedet. §. 6. Item si burgenses postmodum vel quicumque stol-

IV. *Modus obtinendi stollonem.* §. 1. Tali autem modo stollo hereditarius jus suum obtinebit: Si cultor stollonis aquaeductum, quod volgo wazzerseige dicitur, sui stollonis rationabiliter elaboret, et foveas suas debito modo purgaverit, et infra anni spatium ad quantitatem unius mensurae, quod claffter dicitur, in capite stollonis sui laboraverit, et hoc demonstrare testibus poterit: extunc stollonem suam omni jure obtinebit. §. 2. Item, si quis mons alium montem per aquam impediverit, iudici et magistro montis tribus diebus continue pronuncietur; quibus finitis, si non fuerit interceptum, mons impediens impedito monti approprietur justitia requirente. §. 3. Item si quis in stollone de consensu iudicis civium et magistri montis sive porrectoris meatuum laboraverit, et ad mensuratum montem, sive ad laneum civium pervenerit, et ibidem laboratores invenerit: sine consensu eorum non transibit. §. 4. Si autem consenserint, ad mensuram unius claffter transeat, salvo tamen jure suo, videlicet quantum ipse in laneo civium cum stollone suo super secaverit, et quantum eo lucri habuerit, absolute tenebit. §. 5. Ita si prius in praedicto laneo fuerit laboratum, in medio etiam lanei super profundius sedebit, et quicquid lucri ferro mediocri subtus se contrahere poterit, ad usus suos cedet. §. 6. Item si burgenses postmodum stollo-



lonem suum necessarium habuerit: quartam partem expensis elaborabit et obtinebit.

§. 7. Item ubicumque mons mensurandus fuerit, impediente laneo montis civium, quod ad minus tres laneos et dimidium obtinere non poterit: praedicta mensura novi montis in metis lanei civium sumet initium, et sic mensuram debitam obtinebit septem laniorum; postea domino regi duos, juratis duos mensurabunt.

§. 8. Si autem infra duos montes mensuratos novus mons mensurabitur et debitam mensuram obtinere poterit, scilicet omnium laniorum, tunc mensuretur; et si habita mensura alii quid superfuerit, scilicet duobus laneis quod dicitur u b e r s c a r, ad usum cedet burgensium.

§. 9. Item si quis ut superius dictum est, per consensum iudicis et juratorum et illius qui montes porrigit, stollonem initiaverit, et alter superveniens ante ipsum extra debitam mensuram trium laniorum et dimidii per alium stollonem vel per quamcumque foveam prior metallum invenit: datis testibus et examinatis causis mensuram VII laniorum prior obtinebit.

V. Volumus etiam, ut quicumque inventor novi montis meatum et metallum primus debito modo iudici praesentaverit vel qui montes porrigit: nemo ante ipsum vel post ipsum in spatio unius lanei laborare praesumat; qui autem contrafecerit, omnis lucri expers erit

nem suum necessarium habuerint, vel quicumque alii, quartam partem expensis suis elaborans obtinebit. §. 7. Item ubicumque mons mensurandus fuerit, impediente laneo civium, quod ad minus tres laneos et dimidium obtinere non poterit: praedicta mensura novi montis in metis lanei civium sumat initium, et sic mensuram debitam obtinebit septem laneorum; postea domino regi duo, juratis duo mensurentur. §. 8

Si autem infra duos montes mensuratos novus mons inveniat, et debitam mensuram obtinere possit, scilicet omnium laneorum, tunc mensuretur; et si habita mensura aliquid superfuerit, scilicet duobus laneis civium, quod dicitur oberschar, ad usum cedat civium. §. 9. Item si quis, ut dictum est supra, de consensu iudicis, juratorum et correctoris montium stollonem initiaverit, et alter superveniens ante ipsum extra debitam mensuram trium laneorum et dimidii per alium stollonem vel per quamcumque foveam prior metallum invenit: datis testibus et examinatis causis mensuram VII laneorum prior obtinebit.

#### V. De mensura angulari.

§. 1. Si circa aliquem montem vel stollonem in ea parte, quae dicitur hangundez aut ligundez, metallum inventum fuerit, de quo sit dubium, utrum infra mensuram VII laneorum, vel extra fuerit, et inter utroque cultores suboriat, con-

et primus in omni jure suo et in justitia manebit.

VI. Item quicquid urborarii cum scitu juratorum de juris (sic) montium disposuerint, hoc ratum habeatur.

(Sigilla appensa duo, minus Wenceslai I. regis bilaterale, circumscriptum in averso: IN MANU SANCTI WENCESLAI PAX WENCESLAI, in reverso: SANCTUS WENCESLAUS BOEMORUM DUX; alterum majus Premyslai marchionis cum inscriptione: S. PREMISL FILII REGIS BOEMORUM MARCHIONIS MORAVIE.)

certatio de illo metallo obtinendo: eligi debent III honesti viri, qui nec hiis nec illis in partibus communicent, et quartus ex parte urbariorum, et hi III in cespite superius mensuram angularem deferant et justa discernant, si litem subortam discutere possint. §. 2. Quod si fieri non poterit, oportebit, quod circa profundius illi duo meatus contiguentur per anfractum, et illo anfractu per dictos IV electos mensura trahatur angularis, et secundum eorum judicium illorum cultorum concertatio terminetur. §. 3. Medio autem tempore tam novi metalli inventores, quam alii pro metallo laborent, quod tamen reservari debet sub custodia, ut quibuscunque jure per saepedictos electos adjudicatum fuerit, illi obtineant, lite qualibet posttergata.

VI. §. 1. Item civitatis Iglaviensis jus exstat, ut quicquid in montibus circumquaque contigerit, iudex montis in causis parvis judicare habet. §. 2. Si autem quisquam vulneratus fuerit vel interfectus, iudex montis gladiis aut cultellis tantum acceptis, alias omnes causas civitati resignabit judicandas. §. 3. Item quicquid jurati montis juramentis suis iudici et juratis civitatis confirmaverint (praesentaverint), efficaciam obtinebit. §. 4. Item urborarii in aliquo stollone hereditario sine consensu et scitu cultorum magistrum montis non instaurent.

## Locatio villarum in formam lhotarum.

1250.

Exeunte saeculo XII. in Bohemia Moraviaque coloniae novae conditae sunt, quae lhotae vocabantur, a libertatibus quae conditoribus a dominis in locatione concedebantur. Literae hic appositae de isto coloniarum genere agunt, quod postmodum celebrabatur adeo ut etiam apud confines Bohemiae populos, in Polonia atque Hungaria, frequentaretur, ut testatur maximus numerus villarum quae Lhota, Lgota, Elgota, Lehota, Na Lhotě, Ve Lhotě, dicuntur.

Lhota quam ex literarum monumentis primam novimus, est Lhota cum ecclesia S. Georgii, condita a. 1199 prope Altam Mutam.

(Boczek Dipl. Mor. III. 158. ex Ann. Gradic.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Notum sit omnibus, praesentem paginam inspecturis, quod nos Robertus, abbas sancti monasterii beati Stephani in Gradiss, contulimus jure hereditario duobus fratribus uterinis Welizio et Stedroni in Uhrez villa residentibus, silvam quandam circa fluvium qui vocatur Skrypouy, jacentem, pro qua videlicet silva saepissime certavimus cum domino Hermanno de Letouicz; et ne ulterius certamen oriretur, dedimus auxiliante divina misericordia, 1. ut praedicti duo servi nostri locarent ibidem villam, ipsis, ipsorum filiis et posteris ad utilitatem, et ut eadem villa Veliczyna-Lhota nuncuparetur, 2. et ut libertatem haberet villa supradicta annis triginta minus duobus, 3. et quotquot ibidem laneos compararent, semper decimus laneus liber esset et non censuaret.

4. Si autem noster successor, quem Deus eligeret, villam sibi vellet usurpare, tunc pro quolibet libero laneo quinque marcas eisdem servis vel ipsorum posteris reddet, et ipsi servirent cui libere vellent.

Et hoc fecimus de consilio conventus nostri et fratrum et testium qui nunc nominabuntur: Andreas prior, subprior Zirak, Twrczan sacrista, Swatosius claviger, Gregorius camerarius, Thomas plebanus de Naklis, Bohdalcius laicus camerarius, Simon pincerna, Mathias carpentarius.

Datum in claustro Gradiscz, anno Domini MCCL.

## De terris antiquae Sribiae super Albim commemoratio.

Regio hodierni Saxoniae regni quae in utraque Albis fluminis ripa inter Salam et Bobravam panditur, a Bohemis saec. XI. et XII. Sribia appellabatur, etsi non soli Srbi (Surbi, Sorbi), sed aliae quoque gentes slavicae

eam tenebant, veluti Glomači vel Daleminci cum castro Glomači et altero recentiori Mišeň, Milčani cum castro Budišin et Nišani, qui propius fontes fluminis Nisae in utraque ejus ripa sedebant (diversi a Nižicis, inferiorem partem Mlidavae accolentibus.)

Bohemos totam illam regionem Sribiam appellasse, testatur Cosmas Pragensis, Chronographus Siloensis, testanturque diplomata: Altera via qua itur per Zribiam et est exitus de silva in illam terram per castrum Hlumeč (Cosm. 1041); rex Wratislaus collecto exercitu intrat Zribiam et quoddam castrum nomine Guozdec prope urbem Missen reaedificat (1087); iterum rex Wr. intrat Zribiam cum suo exercitu (1088); Boziej de gente Wrseuici relegatus est in Zribiam et inde perexit in Poloniam (1096); Soběslaus tenuit viam volens per Zribiam transire in Poloniam (1113); Conradus jussu regis Henrici Zyrbiam vastavit et fere totam delevit (Chron. Sil. 1189); Henricus dux profectus est in Zyrbiam jussu imp. Henrici, qui offensus fuerat marchioni illius terrae Alberto (Id. 1196): navem per Albiam in Swrbiam educant et reducant (Dipl. 1226 Erb. Reg. I. 705).

Tempore quo episcopatus Pragensis Misnensisque conditus est, Bohemiae et Sribiae sive utriusque dioeceseos confinia tractum montium sequebantur; saeculo X. et XI. Sribia erat in ditione principum Theutonicorum; jamque eodem saeculo XI. singulae partes ejus cum Bohemia pro se quaeque consociari incipiebant. Quam rem si nobis plane liquere volumus, meminerimus oportet, nomina istarum regionum saeculo XI. et XII. esse immutata, ita ut regio Glomačorum vel Daleminciorum „Misnia“ regio Milčanorum „terra Budissinensis“, et regio Nišanorum ex parte „Zagozd“ nuncuparetur.

Sribia quum et Misniam et regiones Milčanorum (Budišinensem), Nišanorumque (Zagozd) complecteretur, in ditionem Wratislai II. Bohemiae ducis venit, idque donatione Henrici IV. imperatoris: Duci Boemorum Misnam civitatem cum omnibus ad eam pertinentibus promisit imperator Henricus, et sic eum et suis partibus adjutor esset, adacivit (Bruno de bello Sax.). At Egbertus II. marchionis Egberti I. filius, ab imperatore propter infidelitatem remotus, a. 1077 urbem Misnam suis militibus occupavit. Wratislaus nihilominus a. 1086 Felicem episcopum Misnensem in locum Benonis ex auctoritate sedis apostolicae substituit, exiguoque temporis spatio interposito bis regionem Misnae civitati contiguam visit, anno nempe 1087 et 1088, quo collecto exercitu intravit „Zribiam quam olim imp. Henricus in perpetuum sibi habendam tradiderat“ (Cosm.), et castrum Guozdec aedificavit „in ripa Mlidavae fluminis prope urbem Missen.“ (Cosm.)

A. 1123 Henricus V. imp. „marchiam in Misne Wigberto comiti Groicensi, Judithae Wratislai II. filiae marito, tradidit“ (Ann. Saxo), vel ut Cosmas Prag. ait, „marchionis Dedii extrema stirpe fato extirpata, Dedii marchionatum dederat Wigberti sub potentiam“, Conrado Saxonibusque defendentibus, qui quidem Wigbertus jam anno proximo sequenti 1124 vita defunctus est.

Ille tractus antiquae Sribiae qui ab Albi fluvio occidentem versus ad Mlidavam porrigitur atque a castro Donin regio Doninensis appellari potest, post Wratislai II. regis obitum iterum sub potestate caesarum erat. Prima ejus castri mentio fit in Cosmae Chronicis ad a. 1107 et 1113. (Metati sunt castra circa castellum Donin, Erkembertus praefectus caesaris in castro Donin.) Attamen jam Wladislaus I. dux a. 1121 dominium in castro Donin adeptus est, quod et successores ejus tenuerunt: 1121 Wladislaus reaedificat oppidum Donin; 1126 Soběslaus cepit Bracislaum catenatumque dux in castellum nomine Donin; 1139 idem dux uxori Wigberti contulit tertium denarium in castro Donin (Cosm.); 1160 Henricus praefectus urbis Donin in comitatu Wladislai II. regis fuit (Erb. Reg. I. 306). Subsequenti tempore Donin castrum de novo in ditionem caesaris pervenit, marchionique Misnensi obligatum est, ut testantur literae Friderici II. imp. regi Premyslao I. a. 1212 datae (n. 25, VI.).

Regio castro Lapidi Regio adjacens, pars Bohemiae constitutiva permansit et finibus dioeceseos Pragensis eodem modo includebatur, ut regio Nišanorum Žitaviensis; Lapis Regius, Königstein, a rege Wenceslao I. ut videtur, conditus, Reinardivilla (Reinharts), Henrici-villa (Hennersdorf), Rosenthal, Markersbach, Olešná (Oelsen), Strupin et Gottleube decanatu Ustensi adnumerata leguntur.

Alia bohemicus territorii trans montes pars fuit regio Zavidovensis, župae Belinensae contigua, ubi a. 1209 županus seu comes Belinensis Slavko qui coenobium Oscense considerat, eidem coenobio „decimam septimanam in Zawidow“ (Erb. Reg. 1207, I. 504), „in Zawidow telonei et iudicii decimam“ (Ib. 1209, I. 509), „nec non jus patronatus Zawidowensis parochiae“ contulit habendumque statuit (Ib. 1209). Ibi sita erat villa Fridbach, ubi duos mansos Slavko contulit coenobio, ibi arx Borsenstein, cujus nomen nos reducit in memoriam Boressii comitis, sive illius qui Slavkonis pater (1188—1209) sive illius qui ejusdem frater patruelis fuit (1231—1250). Anno 1251 rex Wenceslaus Henrico I. marchioni Misnensi Agnetis filiae suae (quae usperat a. 1244) marito, regionem Zavidovensem concessit, ut testantur litterae Alberti regis Romanorum a. 1300 hunc in modum conscriptae: Quondam rex Bohemiae oppidum Sadoviae et castrum Borschenstein, sita in terra Misnensi, in recompensam quorundam bonorum terrae Austriae, super quibus actionem marchio Misnensis tunc temporis sibi petiit, a regno suo alienavit.

Regem Premyslaum I. a Friderico II. a. 1212 aliquot castris et regionibus in partibus antiquae Sbiae intra Mladavam et Elstram fluvios, ut castro Schwarzenberg, provincia Milin, castro Richenbach, castro Lichtenstein donatum esse, ex literis sub n. 25 a nobis allatis patet.

Nunc ad regionem Nišanorum et Milčanorum revertamur. Nišanorum regio adiacebat ad superiorem alveum Nisae fluvii, eratque silvis horrida et tantum ad ripas Nisae incolis aliquanto frequentior. Prima ejus mentio fit in antiquissimis literis episcopatus Misnensis: A capite Albeae deorsum in occidentalem partem, ubi divisio confinium duarum regionum est, Behem et Nisenen. In ejus finibus erant villae Brochotina sedla, Liubitovo, Kosobodi, Jaselice, Vosice, Lusevice, Hermannivilla, Nikradevice, Pulzice, Ludgerovice, etc. Nišanorum territorium pertinebat usque ad castrum Drenov (Zgorčica), quod jam in terra Milčanorum sive in agro Budisinensi erat (in partibus Milesko 1126). Villa Sifridesdorf juxta oppidum Ostritz, cum coenobio Cisterciensis ordinis monialium, Vallis S. Mariae dicto anno 1238 dioecesi Misnensi, anno 1245 autem jam dioecesi Pragensi adscribebatur (Erb. Reg. I. 935 et 1132). —

Milčanorum provincia pone Nišanos pandebatur; in ea media castrum Budišin erat, a quo regio Budišinensis saeculo XII. nomen duxit. A priscis Boboranis Milčanos sejungebat latissima silva (Boborane, Dedosei usque ad mediam silvam qua Milčanorum occurrunt termini, 1089), quam etiam anno 1124 inter Saxoniam et Poloniam fuisse legitimus (Cosm.). Septemtrionem versus regio Budisinensis usque ad Lusatiam i. e. ad Slavos Lužici dictos pertinebat; a. 1245 confinia tendebant per ea loca ubi nunc vicos Königswartam (Konecy) et Wartam (Stráža) reperimus. Provincia Milčanorum seu Budisinensis in universum complectebatur castra villasque Godov, Ostruzna, Trebiste 1006, 1071, Drenov postea Izgorelic appellatum 1131, Prezez (in pago Milzana 1165, in pago Budišin 1160), Zockowa 1238, Dobranovice, Kobllice, Kanovici-Konecy 1245, Myslešovići, Kupšici 1249.

„Pagos Nisen et Budessin“ Wratislavus II. rex Wigberto genero suo dotis nomine tradidit, Wigberti autem filius, Henricus, anno 1128 in exitu vitae suae promisit totum feudum suum Soběslao filio Soběslai I. Bohemorum ducis, astantibus ibidem primatibus Saxonum, favente rege Lothario, qui eun-

dem filium de fonte baptismatis levaverat" (Cosm. Cont.). A. 1131 dux Soběslaus aedificavit castrum „in partibus Milesko juxtaflumen Niza appellavit-que nomine Izgorelic (i. e. urbs combusta), quod antea et Drenov vocabatur" (Cosm. Cont.). A. 1139 ab uxore Wigberti aliquot castra DCC marcis argenti redemit confirmavitque milites qui castra custodierunt. (Id.) — Wladislaus II. dux a. 1142 misit fratrem suum Henricum in regionem Budisin pro colligendo exercitu contra Conradum Moraviensem. — A. 1157 Fridericus I. imp. Wladislaum quodsi et in persona sua et militia sua ad obsequendum Mediolanum auxilium praebere promiserit, regio diademate decorare eique in augmentum honoris castrum Budisin in beneficium reddere promittit (Vinc. Chr.); quod et factum est, nam Wladislaus a. 1160 ecclesiae Misnensi villam Prezez in pago Budisin sitam in proprium tradidit, cui donationi Fridericus imp. assensum suum non denegavit 1165 (Erb. Reg. I. 306, 312).

Ex hoc tempore castellani a ducibus regibusque Bohemiae creati in castro Budisinensi sedem habuerunt: 1176 Wok praefectus de Budisin, 1195 Jaroslaus castellanus de B., 1217 Beneš, 1234 Henricus, 1245 Benisius.

Anno 1224 Wenceslaus, filius Otakaris I. natu maximus, dux Budensis est appellatus, qui postquam patri suo in regno successit, regia potestate provinciam Budišinensem gubernavit. Regnante demum Premyslao Otacaro II. provincia Budišinensis et Zgorelicensis sub dicionem marchionum Brandeburgensium pervenerunt.

Žitaviensis autem regio i. e. antiqua sedes Nišanorum (Zagodz), cum nova civitate Žitavia, a. 1238 primum commemorata, Bohemiae adnexa esse non desiit. Civitati regionique Žitaviensi praefuerunt castellani: 1238 Castolans, 1241 Henricus, 1249 Henricus junior, 1249 Smil de Žitavia.

Ejus regionis foibus saec. XIV. continebatur decanatus Žitaviensis, dioecesi Pragensi adscriptus, cum hisce pagis: Hennesdorf (Weisskirch), Hronburg (Rumburk), Warnsdorf, Reichenberg, Rokytnica (Rochlitz), Wetzwalde, Chrastava, Schönlinde, Gradek (Grottau), Žitava (Zittau); Hennesdorf, Seifersdorf, Ruppersdorf, Hennewalde, Herwigsdorf, Friedersdorf, Gross-Schönau, Witichendorf, Ostritz, Grünau, Königshain, Seitendorf, Klein-Schönau, Wetawia, Bertrami, Villa, Conradi-Villa, Odrenovici, Sirchow, Advocati - Villa (Vogtsdorf), Henrici-Villa Scriptoris (Schreibersdorf).

## 42.

### Systema feudale Brunonis episcopi Olomucensis.

1251.

Bruno comes a Schaumburg et Holstein quum autea praepositus Lubecensis et capellanus papae Innocentii IV. fuisset, a. 1245 episc. Olomucensis factus est et dioecesi isti usque ad annum 1281 praefuit. Ejus tempore in praediis episcopatus Olomucensis et orta et stabilita sunt instituta feudalia, quorum ille et auctor et amplificator acerrimus fuit, qua in re secutus est jus vasallorum ecclesiae Magdeburgensis. Primi vasalli maximam partem Theutonici erant, populare episcopi e Germania septemtrionali oriundi.

(Boczek Cod. Mor. e cod. arch. Cremsir. III. 166.)

Bruno Dei gratia episcopus Olomucensis, dilecto sibi Bertholdo, famulo suo et heredibus suis, in perpetuum.

Digne agimus et ratione movemur, ut eorum qui se nobis serviles exhibent et fideles, recompensemus servitia favore ac

gratia speciali, ut ferventius nostris insistant servitiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse.

Hinc est, quod inspectis sinceritatis tuae servitiis, quae nobis in ecclesiae nostrae necessitatibus et utilitatibus non parcendo rebus et personae, promptitudine grata jam diutius inpendisti et intendas in hujusmodi persistere servitiis incessanter: quoniam ergo in primo introitu episcopatus nostri, cum intraremus Moraviam, te in cujusdam villae possessione dictae Hirsitz, quae octo laneos obtinet, invenimus et eandem villam ostendisti per sufficiens documentum te rationabiliter possidere: nos tibi qui te tam fidei puritate, quam servitiorum exigentia retributionis praemio dignum reddis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum, capituli nostri accedente consensu, praedictam villam in Hirsitz cum octo laneis, cum omnibus juribus, censu, decimis, iudicio, tewris, vecturis, proventibus, attinentiis, silvis, pratis, pascuis et utilitatibus, quae eisdem bonis insunt vel inesse poterunt in futurum, et eandem villam nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas, ac ratione ipsius feodi jus vassallorum ecclesiae Magdeburgensis habeas in omnibus indistinctum, quod omnibus infeodatis a nobis concedimus, quodque heredes tui, filii tantum sicut praemissum est, gaudeant ipso jure.

Datis etiam in recognitionem bonorum eorundem annis singulis canonicis nostris Olomucensibus de quolibet manso tibi serviente mensuram tritici, quemadmodum alii infeodati dare tenentur.

Non dabis etiam mensuram tritici de agris quos ad usum tuam agriculturae ac famulorum tuorum duxeri deputandos.

Quod autem omnia praemissa robur obtineant perpetuae firmitatis, nos ad rei memoriam sempiternam praesentem paginam inde conscribi, nostrique sigilli jussimu munimine roborari, testibus ad cautelam nichilominus subnotatis.

Testes autem qui aderant sunt: Herbordus dapifer noster de Wllmsteyn, Johannes filius ipsius, Hellembertus marschalcus noster, Gebhardus de Gels, Ludwicus de Meduiz, Radslaus advocatus noster de Hozenpla, Albertus Snypir Conradus de Bruks, cives Opavienses.

Et nos capitulum Olomucense: Bartolomeus decanus, Herbordus praepositus, Stephanus archidiaconus, Conradus scolasticus, Symon custos et alii praesentes, praemissis omnibus consensum nostrum praesentibus expressum liberaliter adhibentes sigillo nostri capituli ad majorem evidentiam appendi fecimus huic scripto.

Datum in Hocemploz, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, Kalendis Augusti.

### **Recht der Dynstmanne to Magdeborch.**

(Jus vassallorum vel ministerialium ecclesiae Magdeburgensis).

Dyt is der dynstmanne recht des godes- huses to Magdeborch.

1. Dyt ys dat erste, dat dy dinstlude van Magdeborch gewonnen hebben, dat nemen ordele vppe sy vinden en mach, he sy to dem herscilde geboren.

2. Aftt jennich ordel wert besculden, dat schal men brengen an dy palentze, vnd dy biscop scal dat scheiden med den vyr amethmannen.

3. Dy dinstman scal geuen dem biscope to wedde eyn pund, vd dy dinstmenne scholen vnder ein geuen dry punde to bute.

4. Dat houe-leen schal eruen vppe den sonen, dochter, bruder, suster vader vnd muder.

5. Uppe dat houe-leen der dinstlude heft dy biscop neyn angevelle.

6. Aft eyn dinstman sterue, sin negeste des swerdes schal syner kinder vormunder sin.

7. Dy bisscop mach nenen dinstman voruesten, he en hebbe irsten verloren sin houerecht med rechte.

8. Aftt yennich dinstman vppe den auderen heft eyne gemeyne clage, dy bisscop schal jenem bescheiden eyne dach ouer virceyn nacht, in welke stad he wil, dy des biscopes is.

9. Aftt dy bisscop sprykt vppe jennich gut, dat dy dinstman vnder em heft, vnde in syner walt, dy bisscop scal em bescheiden eyne dach yn eyne stad vor to komende.

10. Aftt eyn dinstman gud heft in siner walt, dy bisscop mach des em nicht nemen ane ordele.

11. Ayn dinstman dy-wyle he eyn kint is, mach nicht vorkopen sin gut ane synes vormunders willen.

12. Aftt jennich dinstman wyf nymmet, dy dinstwyf ys, id sy to Magdeborch edder to Alsleue edder to Engeres edder to Beuera edder to Berga: dy kindere volgen dem vadere vnd behalden doch in beyden haluen ere recht.

Gaupp, Das alto Magdeburgische und Hallische Recht. Breslau 1863; Fürth, Die Ministerialen. Cöln. 1836.

---



43.

Locatio monetae regni Bohemiae.

Cc. 1253.

Bohemia atque Moravia post hominum memoriam generosorum metallorum auri argentique uberrimae erant. Ars monetam cudendi ibi a longa antiquitate repeti potest, quod primitivum nomen „ob-raz“ de nummo (münze) usurpatum demonstrat. Primus nummus cum aperta notatione temporis pro-cussus est sub Wratislao I. duce. Saeculo X. signati sunt nummi aurei (denarii aurei) atque argentei. Aurum pendebatur libris sive grivnis, grivna autem idem est quod marca. Temporibus Cosmae annalium scriptoris sive ex-cunte saeculo XI. et ineunte XII. e grivna duceni nummi (udebantur (mar-cam nostrae monetae CC nummos dicimus).

Nummos cudendi jus arbitriumque penes principes terrae erat, quorum camera „moneta“ erat adjuncta (XII marcae de moneta nostrae provinciae 1088, addo a moneta marcam 1135. dux dedit ducenos denarios de moneta 1143).

Saeculo XIII. haec nummorum genera commemorantur: Obolus Pra-gensis monetae 1249, solidi 1249, solidi breves 1250 denarii 1278. In magna mercatura grivnis seu marcis numerabatur; argentum autem Pragae ponderis examine banc ad rem instituto pendebatur, inde dicebatur: 20 marcas argenti et fertonem ad pondus Pragense 1222, 27 marcas boni argenti in pondere Pragensi 1253.

Primi quorum nomina exstant monetarii, sunt aetatis Premyslai I., et quidem: Driloth monetarius 1207, dein temporibus Wenceslai I. Bruno mon-etarius regis Brunae 1234, nisi hoc nomine negotiatores argentarii intelli-gendi sunt, cujus generis „monetarii opulentissimi“ saeculi XI. in suburbio Pragensi et vico Wysegradensi erant.

Qui magistri monetae proprie vocantur, primum apparent sub rege Wenceslao I. et quidem: 1247 Henricus dictus Cruciburgensis, magister monetae, 1253 Eberlinus seu Eherhardus montarius, magister mone-tae per Bohemiam, civis Pragensis, 1253 Henricus Crancburgarius vel Cruz-burgarius (idem qui iste Cruciburgensis), civis Pragensis.

Eberlinus regnante etiam tunc Otacaro II. vixit annoque circiter 1270 diem supremum obiit, duobus filiis Jarossio et Ekhiarto relictis. Vir ille non solum praefectus seu magister monetae, sed etiam mandator seu porrector argentariorum in Boemia erat (1259), regibusque quum Wenceslao I. t. m Otacaro II. multam operam et utilem praebuit, summam autem claritudinem sibi paravit nova civitate circa S. Gallum condita, quae nunc Pragae Ma-joris seu Veteris pars est.

Isti igitur Eberlino rex Wenceslaus I. monetam regni Bohemiae in duos annos locavit, ut testantur literae infra allegatae quae in libro comitis de Sternberg: „Urkundenbuch zur Geschichte der böhm. Bergwerke“ e codice formul-arem Zdenkouis de Trebez depromptae, sub n. 13 leguntur. Haec literis edocemur, quomodo res monetaria priori dimidio saeculi XIII. instituta fuerit.

Nos Wenceslaus Dei gratia rex Bohemiae et marchio Mo-raviae.

Notum fieri cupimus evidenter:

1. Quod monetam regni Bohemiae Eberlino magistro monetae locavimus pro quatuordecim millibus marcarum argenti, a festo beati Petri nunc venturo per annum, judiciis nostris in (loco) et in (loco) pariter inclusis.

2. Dabit autem nobis dictus magister monetae in quatuor anni temporibus mille talenta denariorum in parata pecunia de summa superius annotata, et residuam partem in equis, vestibus, victualibus ac aliis servitiis nobis solvet; in vestimentis vero solvet taliter vel serviet: In festo paschae LX milites et in festo S. Jacobi quinquaginta milites debet in vestibus expedire.

3. Item si denarii Pragenses in (loco) cursum non habuerint, suo jure concessimus ipsi, ut ibidem ratum denarium debeat fabricare.

4. Item statuimus, quod idem E. viginti sex solidos breves et quatuor denarios de marca argenti usque ad festum... operari debeat sine vara; sed post festum dictum XXX solidos breves et quatuor denarios operabitur sine vara.

5. Item in Praga de voluntate magistri monetae quatuor examinatoria tantum erunt, in quibus et per totam terram examinabitur argentum, et non aliud quoque modo.

6. Statuimus etiam, ut expensae causarum atque montium de monetae nostrae denariis solummodo comparentur; quicumque vero secus fecerit, rebus et persona in gratia nostra stabit.

7. Ad haec volumus, ut nullus nobilium aut civium juratorum magistrum monetae nostrae vel suos provisores de pravis denariis convincere valeat, nisi iidem denarii in camera vel juxta ferrum monetati fuerint; judicium et emenda de talibus pertineat ad nostrum dominium speciale.

8. Praeterea nullus in aurifodinis debet cambium exercere vel aliquem campsorem substituere, nisi qui de voluntate magistri monetae nostrae ad hoc officium fuerit deputatus.

9. Promittimus insuper praefato magistro monetae, si quid campsoribus seu provisoribus in cambiis violentiae illatum fuerit, quod probare poterit evidenter, quod pro iisdem denariis vadia aequalentia assignabimus, vel de summa nostra taxatio damni hujuscemodi rescindetur.

10. Item statuimus, quod omne genus negotiandi de nostrae monetae denariis tantum fiat, et nemo marcham argenti per circulum anni carius quam pro talento emere seu vendere audeat vel attentet; si quis vero miles vel civis vel mercator nostro mandato contrarius extiterit in hac parte, viginti marchas argenti nostrae camerae assignabit; si vero servus vel humilis persona eandem culpam inciderit, nostrae dabit camerae decem marchas argenti.

11. Ad haec si nobilis vel aliquis iudex seu aliqua persona quaecumque ceperit falsarium, tertia pars de rebus capti ei

qui ipsum ceperit, cedit, et reliquae duae partes camerae nostrae cedent; sin autem quemquam falsarium magister monetae nostrae vel sui provisores ceperint, omnis ejus facultas mobilis et immobilis ipsi cedit.

12. Item volumus, ut nullus ex parte nostra affundat, nisi Ho . . . et id ipsum quod affusum fuerit, de nostra summa modo debito rescindatur.

Et ut haec rata permaneant ac robur obtineant debitaefirmitatis, saepedicto magistro monetae dedimus praesentem paginam, sigillorum nostrorum munimine consignatam, testibus qui aderant subnotatis, qui sunt . . .

Datum . . .

---

44.

### Confirmatio libertatum ecclesiae Pragensis.

1253.

Excusum apud Pontanum et Balbinum (Misc. hist. Bohem. VI. 15).

Przemysl Dei gratia heres regni Bohemiae, dux Austriae, dominus Styriae, Moraviae marchio, ad rei memoriam sempiternam.

Pro humani redemptione generis aeterni regis filius ab altis coelorum ad ima descendens, ne sententiam perpetuae damnationis exciperet homo, incarnari de virgine voluit gloriosa et ex innata pietate suae compatiens creaturae quam ceteris fecerat digniorem, crucis subire tormentum et mortis amaritudinem non expavit. Post suam itaque resurrectionem a mortuis per mundum instituit ecclesias universum, quibus ad remedium schismatis praefecit unum, super quem aedificavit ecclesiam et ipsum Petrum a petra nominavit, dans ei in traditione clavium regni coelestis in signum dilectionis specialissimae singularis privilegii potestatem, ut quoscumque ligaret vel solveret super terram, ligati haberentur in coelis vel soluti; cujus etiam dicioni praefatas commisit ecclesias effusione sui pretiosissimi sanguinis, perpetuae donatas libertati. Ad quarum conservationem tanto debent regnorum rectores et terrarum principes universi studiosius anhelare, quanto damabilius est coelestis regis gratiam homini violare christiano, tali praecipue, cui a Deo gladii est potestas in terris collata, ad laudem bonorum et perversorum juxta suorum exigentium meritum ultionem, ac ratione dominicae potestatis humanam tenentur audaciam coercere. Nam etsi cujuslibet christiani sit hominis, finalis diem judicii formidare, praecipue tamen potentes terrores debent, cum plus exigatur ab eo cui plus com-

mittitur et gradus altitudinem sequi casus gravitas soleat. Inter hujusmodi sane nostrarum considerationum curas, quibus altissimo creatori nostro, de cujus misericordia vitam et omnes dignitates nostras seu honores, quibus temporaliter fungimur, possidemus et aeterna speramus placere, quantum ipsius permittit gratia, laetantes proponimus, suprema mente revolvimus et devotione debita cogitamus: qualiter inprimis matrem fidei, magistram divinae legis, sacrosanctam Romanam ecclesiam, quam cultu sacro corde pariter et corpore veneramur, honore debito et dignis in dominio servitiis honoremus, deinde ceteras in nostro praecipue dominio constitutas congruis favoribus tanquam princeps catholicus attollamus.

Sane ad honorem Dei omnipotentis, cujus spiritu totum corpus ecclesiae regitur, et beatorum martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti, in quorum honore sancta Pragensis ecclesia episcopali cathedra decorata fundata dinoscitur, de cujus etiam corpore suscepturi sumus Deo propitio nostri capitis diadema, et plenam regiae dignitatis adepturi potestatem; nec non honorabilem Wissegradensem ecclesiam, capellam nostram specialem, nullo medio in spiritualibus ecclesiae Romanae subjectam, ad honorem beati Petri apostolorum principis a nostris pia devotione progenitoribus institutam et nobilibus munitam privilegiis; ecclesiam etiam sacratissimae virginis Mariae matris Domini nostri Jesu Christi, per quam post Deum totus vivit orbis terrarum, in monte Syon fideliter institutam et venerabili Praemonstratensi ordini deputatam; pium insuper Brzewnovense monasterium ordinis Sancti Benedicti in vicinis campis feliciter constructum et dotatum, ac omnes alias ecclesias regni Bohemiae, tam seculares quam religiosas, quocumque nomine censeantur, perpetua et irrefragabili gaudere volumus libertate, ita videlicet, ut ab omnibus sordidis muneribus sint exemptae, ab angariis et parangariis universis immunes, ab actionum vexationibus alienae.

Ceterum ut illa, ad quae sunt divinitus institutae, quietius peragere valeant et telam prolixi narratus texat sermo brevis: sic cunctas Domini nostri ecclesias ab omnibus esse volumus vexationibus immunes, ut ipsarum orationibus, quae pro nobis jugiter interpellant apud Deum, et mundi cursus pacifice nostris actibus dirigatur et earum meritis in aeterni regis palatio desiderata nobis mansio praeparetur.

Omnia etiam eis privilegia a nostris antecessoribus pia consideratione concessa, sive sint realia sive personalia, ad res seu jura pertinentia, dummodo appareant in prima figura et authenticis sigillis sigillata, non vitiata, non cancellata, non aliqua sui parte abolita, rata habemus et firma et ea authori-

tate praesentis scripti confirmamus, nolentes illa tractu temporis a malevolis aliquibus ausu temerario violari.

In cujus rei testimonium praesentes de communi consilio baronum nostrorum universis venerabilibus ecclesiis seu quibuslibet aliis piis locis concedimus literas pro memoria praefatorum omnium sempiterna, sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Ad majorem vero fidem et evidentiolem cautelam hujus nostrae donationis seu confirmationis seriem per dominum et patrem nostrum sanctissimum Petri successorem et Jesu Christi vicarium, confirmari volumus et rogamus.

Actum Praegae anno Domini MCCLIII., XII. Kal. Decembris, praesentibus his testibus: Domino Conrado venerabili Frisingensi episcopo, fratre Velasco de ordine minorum, papae poenitentiario et nuntio, Borsone camerario regni Bohemiae, Jarossio burgravio Praegensi, Vitcone de Novo Castro, Bavaro et Conrado castellanis de Klingeberk, Borzuta castellano Luthomericensi, Jarozlao castellano de Netolicz, Gallo de Lemberg, Olrico castellano de Loketh, Czech pincerna aulae regiae, Marquardo subcamerario, Pomneno summo aulae regiae giudice.

Datum per manum Magistri Gwilhelmi prothonotarii, Praegensis ecclesiae canonici, die et loco praefatis.

---

45.

## Lex Judaeorum.

1254.

Judaei jam antiquissimis temporibus, quorum aliqua memoria ad nos propagata est, in Bohemia atque Moravia sedes stabiles et domicilia habuerunt. Jam in diplomate Raffolstettensi anno circa 903 conscripto mentio eorum fit, ubi mercataram facere dicuntur: „Judaei et ceteri mercatores, undecumque venerint de ista patria vel de aliis patriis (ut de Baemanis vel Moravia), justum theloneum solvant tam de mancipiis, quam de aliis rebus, sicut semper in prioribus temporibus regum fuit.“ De S. Wenceslao duce nec non de S. Adalberto episcopo vitarum quae vulgo legendae appellantur, scriptores praedicant, plurimos tenerae aetatis pueros puellasque quae in servitutem ad Judaeos devenerant, ab illis esse redemptas: „Václav kupuje děti krtiéže“ (Dalimil); „pohanské a porobné děti kupuje Bohu je dědil“ (Leg.); „captivos et mancipia christianorum, quos mercator Judaeus infelici auro emerat emptosque tot episcopus Adalbertus redimere non potuit;“ „mancipia christiana perfidis et Judaeis vendebant“ (Vita). Auctore Cosma existimare licet, Podivin oppidum uti ad hunc diem, ita ante mille annos sedem Judaeorum fuisse: „Castrum Podiivin dictum a conditore suo Podiua Judaeo, sed postea catholico.“ Praecipuae autem eorum sedes erant suburbia Praegense et Vyssegradense: „Ibi in suburbio Praegensi et vico Wissegradensi Judaei auro et argento plenissimi“ (Cosm. 1091.) In diplomate ecclesiae Lutomericensis a

1057 inter mercatores in Albi negotiantes una cum Graecis Judaei commemorantur: „Quicumque nobilis sive ignobilis, servus et ingenuus, Graecus aut Judaeus, sal sive alia quaecumque adduxerit, de theloneo — decernimus.“

Judaeorum erat colonia in suburbio castris Pragenses in dextra ripa Vltavae fluminis, ubi eam hodie quoque esse videmus; synagoga eorum, cujus jam ad a. 1124 apud Cosmam fit mentio, a. 1142 combusta est. Judaei Pragenses a majoribus natu gentis suae secundum leges suas regebantur.

Ex opinione medii aevi uti apud ceteras gentes, in Bohemia quoque Judaei servi esse regiae camerae et regis captivi putabantur. Inde existit patrocinium singulare, quod iis principes praestabant, quamquam nec hoc quidem modo neque ab exactionibus principum neque ab odio plebis tuti erant.

De Judaeis bohemicis et moraviensibus optime est meritis Premyslaus Otacarus II. edita lege, quam Judaeis illis Chartae magnae instar aestimandam fuisse arbitramur.

Lex ista constat duabus partibus quae sunt:

A) Duae bullae Innocentii II. papae (1243—1254) in favorem Judaeorum editae, quas rex per omnes terras dicionis suae ratas esse jubet.

B) Statuta Judaeis in Austria data a. 1244 Friderici II. ducis temporibus, quae et sub rege Bela (1235—1270) Judaeis hungaricis edita sunt; idcirco potissimum memorabilia, quod ea primas leges fuisse apparet, quae communes essent terris nunc imperii Austriaci: Austriae, Hungariae nec non Bohemiae Moraviaeque.

Legem Premyslai Otacari II. novimus ex literis Caroli IV. a. 1356 datis, quibus illa confirmatur. Statuta Judaeis Brunensibus separatim a. 1268 edita conservata sunt in tabulario civitatis Brunensis.

In nostra editione primum exhibetur paginus per longitudinem dimidiatis, exemplum Statutorum Fridericianorum ad verba legis in Hungaria editae adornatum, quibus adjunguntur Statuta Otacarensia ad verba legis Brunensis conformata.

Ottokarus, qui et Przyemysl, Dei gratia dux Austriae et marchio Moraviae, universis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Recognoscimus et praesentibus publice protestamur, quod literas summi pontificis sub sigillo reverendi patris et domini Hermanni venerabilis Erbpolensis episcopi, Judaeis concessas, non vitiatas, non cancellatas, ut asseruit, nec in aliqua sui parte diminutas, de verbo ad verbum vidimus et audivimus in hunc modum continentes.

## A.

### Constitutiones papales.

#### I.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis fidelibus christianis salutem et apostolicam benedictionem.

1. Sicut Judaeis non debet esse licentia in synagogis suis ultra quam permissum est lege, praesumere: ita in his quae concessa sunt, nullum debent praesudicium sustinere. Nos ergo, licet in sua magis velint duritia perdurare quam prophetarum verba et suarum scripturarum arcana cognoscere atque ad christianae fidei et salutis notitiam pervenire, quia tamen de-

fensionem nostram et auxilia postulant, et christianae pietatis mansuetudinem praedecessorum nostrorum, felicitatis memoriae Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Coelestini, Innocentii, Honorii et Gregorii, \*) Romanorum pontificum, vestigiis inhaerentes, ipsorum petitionem admittimus, eisque protectionis nostrae clypeum indulgemus.

2. Statuimus etiam, ut nullus christianus invitos vel nolentes ad baptismum venire compellat; sed si eorum quilibet sponte ad christianos fidei causa confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, christianus absque aliqua efficiatur calumpnia; veram quippe christianitatis fidem habere non creditur, qui ad christianorum baptismum non spontaneus, sed invitatus cognoscitur pervenire.

3. Nullus etiam christianus eorum personas sine iudicio potestatis terrae vulnerare aut occidere vel suas illis pecunias auferre praesumat, aut bonas quas hactenus in ea in qua habitant regione habuerunt consuetudines immutare.

4. Praeterea in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus non perturbet, neque aliquis ab eis coacta servitia exigat, nisi ea, quae ipsis praeteritis facere temporibus consueverunt.

5. Ad hoc malorum hominum pravitate, avaritiae obviantes, decrevimus, ut nemo cimiterium Iudaeorum inutilitatem vel minuire audeat, sub obtentu pecuniae corpora humata effodere.

6. Nec etiam aliquis eis objiciat, quod in ritu suo humano utantur sanguine, cum tamen in veteri testamento praeceptum sit eis, ut de humano sanguine taceamus, quod quolibet sanguine non utantur; cum apud Fuldam et in pluribus aliis locis propter huiusmodi suspicionem multi Iudaei sint occisi, quod auctoritate praesentium ne deinceps fiat, districtius inhibemus.

7. Si quis autem decreti huius tenore cognito, temere quod basit, contrarie temptaverit, honoris et officii sui periculum patiat ac excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Nos autem dumtaxat huius protectionis praesidio volumus communiri, qui nihil machinari praesumpserint in subversionem fidei christianae.

## II.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio decano Erbipolensi, salutem et apostolicam benedictionem.

---

\*) Calixtus II. (1119—1124) Eugenius III. (1145—1153), Alexander III. (1159—1181), Clemens III. (1187—1191), Coelestinus III. (1191—1198), Innocentius III. (1198—1216), Honorius III. (1216—1227), Gregorius IX. (1227—1241), Innocentius IV. (1143—1164.)

1. Obviare non credimus ecclesiasticae honestati, si sedes apostolica, pia mater, Judaeos, quos inter filios sui uteri sub propriis ritibus, eorundem salutem expectans, misericorditer patitur, conversari, sui expertes favoris et praesidii non relinquat.

2. Sane sicut Judaeorum civitatis et dioeceseos Herbipolensis petitio nobis exhibita continebat, venerabilis frater noster Herbipolensis episcopus, considerans quod nonnulli christianorum ejusdem civitatis et dioeceseos dictos Judaeos indebitis molestiis et exactionibus contra indulta privilegii dictae sedis inhumaniter affligebant, ac pia super hiis gestans viscera erga eos, volensque ipsorum quieti consulere in hac parte ac dictorum christianorum providere saluti in civitate et dioecesi praedictis, per subditorum suorum loca duxit generaliter statuendum ac etiam inhibendum :

3. Ne aliquis subditorum suorum, clericus vel laicus, in quos ipse spiritualem vel temporalem jurisdictionem obtinet, Judaeos ipsos in parte aliqua, in personis, rebus vel familiis eorundem aliquatenus audeat laedere, invadere, vel etiam in aliquo molestare, prout in literis confectis exinde ac ipsius episcopi sigillo munitis plenius dicitur contineri.

4. Nos itaque praedictorum Judaeorum partibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hoc proinde factum est, ratum habentes, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eosdem Judaeos contra praedictorum statuti et inhibitionis tenorem, non permittas super hiis ab aliquibus indebite molestari;

5. Molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod absque nostro speciali mandato excommunicari aut interdicti nequeant aut suspendi.

Datum Asissii VII<sup>o</sup> Kalend. Octobris, pontificatus nostri anno undecimo.

Igitur cum sanctorum patrum concessionem et statuta nobis, qui titulos dignitatis nostrae sub principio hujus paginae duximus exprimendos, documenta certa sint merito et exempla universis fidelibus regni nostri per Bohemiam baronibus, supanis, villicis, iudicibus et aliis a nobis habentibus iudicariam potestatem, damus gratiae nostrae sub obtentu, rerum quo et personarum conservatione firmiter in praecipis, ut et ipsi una nobiscum firmiter custodiant et observent universa



et singula, quae in hac pagina sunt expressa de Judaeis in praedicto regno nostro constitutis et cimiteriis eorum, synagogis, rebus quoque et personis perpetuo indebite non laedendis.

Ut autem quae in hac pagina continentur, perpetua sint et firma, ipsa sigillorum nostrorum munimine roborari mandavimus, cum testibus subnotatis, qui sunt: Bavarus summus camerarius regni nostri, Witko de Novadomo, Smilo de Luchtemburch, Jerossius burgravius Pragensis, Sdeslaus dapifer Moraviae, Chadoldus Orphanus, Marquardus subcamerarius, Andreas subdapifer et alii quam plures. Actum in Satesca anno gratiae MCCLIV, decimo Kalendas Novembris.

B.

Statuta Judaeorum.

(Contextus Fridericianus et Belaenus.)

(Contextus Otacarensis et Brunensis.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Nos Otakarus Dei gratia rex Boemiae, dux Austriae et Styriae et marchio Moraviae omnibus in perpetuum.

Quum uniuscujusque conditionis homines in nostro dominio commorantes volumus gratiae et benevolentiae participes inveniri, universis Judaeis in regno nostro et dominio constitutis haec jura statuimus inviolabiliter observari:

1. Statuimus itaque primo, ut pro pecunia mobili aut pro re immobili aut in causarimoniali quae tangit personam aut res Judaei, nullus christianus contra Judaeum nisi cum christiano et Judaeo in testimonium admittatur (*Bela*: nisi factum adeo sit notorium et manifestum, ut in dubium nequeat revocari et nulla egeat probatione, et istud temperamentum in quolibet capitulo hujus privilegii volumus observari).

§. 1. Primum quidem statuimus, ut pro pecunia mobili aut pro re immobili, aut in causa criminali, quae tangit personam aut res Judaei, nullus christianus contra Judaeum nisi cum christiano et Judaeo in testimonium admittatur.

2. Item, si christianus Judaeum impetit, asserens, quod ei sua pignora obligavit, et Judaeus hoc diffitetur: si christianus Judaeo simplici verbo fidem adhibere noluerit, Judaeus jurando super aequivalente sibi oblato suam intentionem probabit et transiet absolutus.

3. Item, si christianus obligaverit pignus Judaeo, affirmans, quod Judaeo pro minori pecunia obligavit, quam Judaeus confiteatur: jurabit Judaeus super pignore sibi obligato, et quod jurando probaverit, christianus ei solvere non recuset.

4. Item, si Judaeus christiano testibus non assumptis dicat se pignus mutuasse (*Bela*: se pignus obligasse), et ille negaverit: super hoc christianus sui solius juramento se expurget.

5. Item, Judaeus recipere poterit nomine pignoris omnia quae sibi fuerint obligata, quocumque nomine vocentur, nulla de hiis requisitione facta, exceptis sanguinolentis et madefactis, quas nullatenus acceptabit. (*Bela*: exceptis indumentis ecclesiasticis, nisi obligantur per praelatum ecclesiae et sacris vestibus . .)

6. Item, si christianus impetiverit Judaeum, quod pignus quod Judaeus habet, ei furtim aut per violentiam sit ablatum: Judaeus juret super illo pignore, quod cum recepit, furtim esse ablatum aut raptum ignoravit, hoc in suo juramento implicito, quanto sit ei pignus

§. 2. Item, si christianus Judaeum impetit asserens, quod ei pignora sua obligaverit, et Judaeus hoc diffitetur: si christianus Judaei simplici verbo fidem noluerit adhibere, Judaeus jurando super aequivalente sibi oblato (obligato) pignore suam intentionem probabit et transeat absolutus.

§. 3. Item, si christianus obligaverit pignus Judaeo, affirmans, quod Judaeo pro minori pecunia obligaverit, quam Judaeus confiteatur: jurabit Judaeus super pignore sibi oblato (obligato), et quod jurando probaverit, christianus ei solvere non recuset.

§. 4. Item, si Judaeus christiano non assumptis testibus dicat se pignora mutuasse, et ille negaverit: super hoc christianus solius sui juramento se expurget.

§. 5. Item, Judaeus recipere poterit nomine pignoris, omnia, quae sibi fuerint oblata, quocumque nomine vocentur, nulla de his requisitione facta, exceptis vestibus sanguinolentis et madefactis et sacris vestibus quas nullatenus acceptabit.

§. 6. Item si christianus impetierit Judaeum, quod pignus, quod Judaeus habet, ei furtive vel per violentiam sit ablatum (*Br.* ablatum vel raptum): Judaeus juret super illo pignore, quod cum recepit, furtim ablatum vel raptum ignoraverit, hoc suo juramento

hujusmodi obligatum, et sic probatione facta, christianus sortem et usuras ei persolvat medio tempore accrescentes (*Bela*: christianus debitum pro quo obligatur, sine diminutione persolvat.)

7. Item, si aut per casum incendii, aut per furtum aut per vim res suas cum obligatis sibi pignoribus amiserit et hoc constiterit, et christianus, quod obligavit, nihilominus eum impetit: Judaeus juramento proprio absolvatur. (*Bela*: absolvatur, nisi factum fuerit notorium et manifestum, ut est ante dictum.)

8. Item, si Judaei de facto inter se discordiam moverint aut guerram: judex civitatis nostrae nullam sibi jurisdictionem vendicat in eosdem, sed ipse dux aut summus terrae suae camerarius judicium exercebit (*Bela*: sed nos aut summus noster cancellarius); si autem vergit in personam: soli duci (*Bela*: soli nostrae personae) hic casus observabitur judicandus.

9. Item, si christianus Judaeo vulnus quaecumque inflixerit: reus duci solvat duodecim marcas (*Bela*: reus nobis solvat poenam secundum consuetudinem regni, XII marcas) auri suae camerae deferendas, vulnerato XII marcas argenti et expensas, quas pro suimet curatione impenderit medicinae.

10. Item, si christianus Judaeum interemerit, morte digno judicio puniatur et omnia

implicito, quanto sit ei pignus obligatum hujusmodi, probabit, et sic expurgatione facta, christianus sortem et usuras ei persolvat, quae medio tempore accreverint.

§. 7. Item, si aut per casum incendii aut per furtum aut per vim res suas cum obligatis sibi pignoribus amiserit et hoc constiterit, et christianus qui hoc obligaverit, nihilominus impetit eum: Judaeus juramento proprio se absolvat.

§. 8. Item, si Judaei inter se discordiam de facto moverint aut guerram, judex civitatis nostrae nullam jurisdictionem sibi vendicat in eosdem, sed rex aut dux aut summus terrae vel regni camerarius judicium exercebit; si autem reatus vergit in personam, soli regi sive duci casus reservabitur judicandus.

§. 9. Item, si christianus Judaeo vulnus quaecumque inflixerit, reus regi vel duci solvat XII marcas auri suae camerae deferendas, et vulnerato XII marcas argenti et expensas, quas pro sua curatione impenderit medicinae.

§. 10. Item, si christianus Judaeum occiderit, digno judicio puniatur, et omnia rei

rei mobilia et immobilia in ducis transeant proprietatem.

11. Item si christianus Judaeum ceciderit, ita tamen, quod sanguinem ejus non effuderit: solvet duci IIII marcas auri, percusso IIII marcas argenti (*Bela*: solvet nobis iudicium secundum consuetudinem regni); si pecuniam habere non potuerit, per detruncationem manus satisfaciatur pro commisso (*Bela*: si pecuniam habere non potuerit, alia poena, quae nobis videbitur, puniatur).

12. Item, ubicumque Judaeus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum praeparabit, nec molestiam inferat, nec gravamen; sed si aliquas merces aut alias res duxerit, de quibus muta debeat provenire, per omnia mutarum loca (*Bela*: per omnia tributorum loca) nonnisi debitam solvat mutam, quam solveret unus civium illius civitatis, in qua Judaeus eo tempore demoratur.

13. Item, si Judaei juxta suam consuetudinem aliquem ex mortuis suis aut de civitate ad civitatem, aut de provincia ad provinciam, aut de una terra in aliam deduxerint: nihil ab eis a mutariis nostris (*Bela*: ab eis per tributarios nostros) volumus extorqueri; si autem mutarius aliquid extorsit, ut praedatio mortui, qui vulgariter *veraub* dicitur, puniatur (*Bela*: ut praedo mortui puniatur).

mobilia et immobilia in regis sive ducis potestatem transeant.

§. 11. Item, si christianus Judaeum ceciderit, ita tamen quod sanguinem non effundat, solvat regi vel duci IIII marcas auri, et percusso seu laeso IIII marcas argenti; si vero pecuniam habere non poterit, per detruncationem manus satisfaciatur pro commisso.

§. 12. Item, ubicumque Judaeus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum praestabit aut molestiam inferat nec gravamen; sed si aliquas merces aut alias res duxerit, de quibus muta debeat provenire: per omnia mutarum loca nonnisi debitam solvat mutam, quam solveret unus civium civitatis illius, in qua Judaeus eo tempore commoratur.

§. 13. Item si Judaei juxta suam consuetudinem aliquem ex mortuis suis aut de civitate ad civitatem, aut de provincia ad provinciam, aut de una terra ad aliam terram deduxerint: nihil ab eis per mutarios nostros volumus extorqueri; si autem mutarius aliquid (*Br.* ab eis) extorsit, ut praedo qui vulgariter *berawber* (sic) dicitur, puniatur.

14. Item, si christianus cimiterium Judaeorum quacumque temeritate dissipaverit aut invaserit: in forma judicii moriatur, et omnia sua proveniant camerae ducis, quocumque nomine nuncupentur. (*In Belae edicto hic articulus desit.*)

15. Item, si aliquis temerarie jactaverit super scholas Judaeorum: judici Judaeorum duo talenta volumus ut persolvat.

16. Item, si Judaeus judici suo in poena pecuniari, quae dicitur wandel reus inventus fuerit: nonnisi XII denarios solvat ei (*in Belae edicto verba: „quae dicitur wandel“ desunt*).

17. Item, si Judaeus per edictum sui judicis primo et secundo non venerit: pro utraque vice solvet judici IIII denarios; si ad tertium edictum non pervenerit, solvat XXXVI denarios judici memorato.

18. Item, si Judaeus Judaeum vulneravit, suo judici duo talenta in poenam quae wandel dicitur, solvere non recuset.

19. Item, statuimus, ut nullus Judaeus juret super rodali (*Bela: ut nullus Judaeus pro re modica juret super librum Moysi, qui rodale appellatur*), praeterquam ad nostram praesentiam evocatus.

§. 14. Item, si christianus cimiterium eorum quacumque temeritate dissipaverit aut invaserit: in forma judicii moriatur, et omnia sua proveniant camerae regis sive ducis, quocumque nomine nuncupentur.

§. 15. Item, si aliquis temerarie jactaverit super scholas Judaeorum, duo talenta volumus ut persolvat.

§. 16. Item, si Judaeus judici suo in poena pecuniaria (poenitentiarum) quae wandel dicitur, reus inventus fuerit, nonnisi XII denarios ei solvat.

§. 17. Item, si Judaeus per edictum sui judicis vocatus ad judicium, primo et secundo non venerit: pro utraque vice judici IIII denarios solvet; si ad tertium edictum non venerit, solvat XXXVI denarios judici memorato.

§. 18. Item, si Judaeus Judaeum vulneraverit, suo judici in poenam quae wandel dicitur, duo talenta solvere non recuset.

§. 19. Item statuimus, quod nullus Judaeus juret super rodali, nisi sit pro magnis causis quae se extendunt ad L marcas argenti, praeterquam ad nostram praesentiam evocatus; pro minoribus vero causis jurare debet ante scholas ad ostium dictae scholae. (*Br.: Item statuimus, quod nullus Judaeus juret super rodale,*

20. Item, si Judaeus clam fuerit interemptus, ut per testimonium constari non posset amicis suis, quis eum interemerit: si post inquisitionem factam aliquem suspectum habere coeperint, nos Judaeis contra suspectum pugilem volumus exhibere (*Bela*: hujusmodi negotium duello volumus terminare).

21. Item, si christianus alicui Judaeae manum injecerit violentam: manum illius volumus detruncari.

22. Item, judex Judaeorum nullam causam ortam inter Judaeos in judicium deducat, nisi per querimoniam fuerit invitatus.

23. Item, si christianus a Judaeo pignus absolverit ita, quod usuras non persolverit (*Bela*: ita quod pecuniam impositam non persolverit), si easdem usuras infra mensem non dederit, illis usuris accrescant usurae.

24. Item, in domo Judaei nullum volumus hospitari.

25. Item, si Judaeus super possessiones aut literas magnatum terrae pecuniam mutuaverit, et hoc per suas literas et sigillum probaverit: nos Judaeo possessiones assignabimus obligatas, et ei eas contra violentiam defendemus (*Bela*: defendemus et faciemus eum percipere fructus provenientes, donec christianus appareat, qui velit redimere vel omnes possessiones

praeterquam ad nostram praesentiam evocatus.

§. 20. Item, si Judaeus clam fuerit interemptus, ut per testimonium contestari (constare) non possit amicis suis, quis eum interemerit: si post inquisitionem factam aliquem suspectum habere coeperint Judaei (*Br.*: Judaei *deest*), Judaeis pugilem contra suspectum volumus exhibere.

§. 21. Item, si christiani alicui Judaeo manum injecerint violentam, manum illorum volumus detruncari.

§. 22. Item, judex Judaeorum nullam causam ortam inter Judaeos ad judicium deducat, nisi per querimoniam fuerit invitatus.

§. 23. Item, si christianus a Judaeo pignus suum absolverit, ita quod usuras non persolverit, easdem usuras si infra mensem non dederit, illis usuris accrescant usurae.

§. 24. Item, nullum in domo Judaei volumus hospitari.

§. 25. Item, si Judaeus super possessiones aut literas magnatum terrae pecuniam mutuaverit, et hoc per suas literas et sigillum probaverit: nos Judaeo jure aliorum pignorum possessiones assignabimus obligatas, et eis eas contra violentiam defendemus.

taliter obligatas; super christianis tamen in eisdem possessionibus existentibus Judaeum aliquam jurisdictionem nolumus exercere).

26. Item, si aliquis vel aliqua puerum Judaei abduxerit, ut fur volumus condemnari.

27. Item, si Judaeus receptum a christiano pignus per spatium unius anni tenuerit, si pignoris valor mutuatam pecuniam et usuram (*Bela*: et poenam) non excesserit: Judaeus judici suo pignus demonstrabit, et postea vendendi habeat libertatem; si quod pignus per annum et diem apud Judaeum remanserit, nulli super hoc postea respondebit (*Bela*: si quod pignus apud Judaeum ultra terminum conventionis absque protestatione remanserit, nulli super hoc postea respondebit).

28. Item, volumus, ut nullus Judaeum super solutione pignorum in sua feriali die audeat coercere.

29. Item, quicumque christianus Judaeo per vim abstulerit pignus suum, aut violentiam in domo ejus exercuerit, ut dissipator camerae nostrae graviter puniatur.

30. Item, contra Judaeum nisi coram suis scolis, nusquam in judicio procedatur, nobis exceptis, qui eos possumus ad nostram praesentiam evocare (*Bela*: Contra Judaeum super causis inter se exortis, nusquam — nisi? — per

§. 26. Item, si aliquis vel aliqua puerum Judaei abduxerit, ut fur volumus condemnari.

§. 27. Item, si Judaeus receperit a christiano pignus et per spatium unius anni tenuerit, si pignoris valor mutuatam pecuniam non excesserit: Judaeus pignus judici suo demonstrabit et postea habeat vendendi libertatem; si quod (*Br.*: sed postquam) pignus apud Judaeum diem et annum remanserit, nulli postea super eo respondebit.

§. 28. Item, volumus, ut nullus Judaeum super solutione pignorum in sua feriali die audeat coarctare.

§. 29. Item, quicumque christianorum Judaeo (*Br.*: christianus per vim) per vim abstulerit pignus suum aut violentiam in domo sua exercuerit: ut dissipator nostrae camerae graviter puniatur.

§. 30. Item, contra Judaeum nonnisi in scolis in judicio procedatur, nobis exceptis, qui eos possumus ad nostram praesentiam evocare.

suum judicem in judicio procedatur).

31. Item, statuimus ut et Judaci de talento per singulas hebdomadas nonnisi octo denarios participant in usuris.

§. 31. Item, juxta constitutiones papae in nomine sancti patris nostri districtius prohibemus, ne de cetero Judaei singuli in nostro dominio constituti culpari debeant, quod humano utantur sanguine, cum juxta praeceptum legis ab omni prorsus sanguine se Judaei contineant universi. Sed si aliquis Judaeus de occisione alicujus pueri christiani per christianum fuerit inculpatus, tribus christianis et totidem Judaeis convinci debet; et postquam convictus fuerit, tunc ipse Judaeus tantummodo poena quae sequitur, puniatur crimine pro commisso; si vero ipsum testes supradicti et sua innocentia expurgabit, poenam christianus quam Judaeus pati debuerat, non immerito sustinebit.

(*Bela*: Statuimus etiam quod si judex civitatis in qua Judaci morantur, noluerit eosdem secundum tenorem hujusmodi nostri privilegii judicare, sed contra statuta consuetudinis et libertatum ipsorum hactenus observatas aggravare voluerit: priusquam nobis per ipsos innotuerit, removeatur et alius de nostra scientia constituatur.)

§. 32. Item statuimus, ut quocquid Judaeus mutuaverit, sive aurum fuerit, denarii vel argentum: idem ipsi solvi et reddi debeat cum usura debita, quae accrescit.

(*Br.* §. 33. Nullus Judaeus moram trahens in civitate Brunensi pignus quodcunque post occasum solis a personis quibuscunque, notis vel ignotis, recipiat, etiam de die nec de equis, bobus, vaccis seu rebus aliis de quibus suspicio subtractionis habetur, se nullatenus intromittat, nisi sub duorum civitatis testimonio juratorum.)



(Br.: §. 34. Judaei etiam pro reparatione murorum et fossati civitatis debent contribuere quartam partem.)

Et ut omnia quae praemissa sunt, perpetuae obtineant firmitatis robur, praesens instrumentum cum testium annotatione ipsos dedimus, cum sigilli nostri caractere pro cautela.

Testes vero sunt hii: Benessius camerarius Moraviae, Jenczo de Doblin, Hartlebus frater suus, Cuno marschalcus de Welbezin, Smilo de Brumowe, Dietricus filius Hruttonis, Bsnata dapifer, Nezamysl pincerna, Bohussius filius Chironis, Bohussius de Tasow, Nicolaus frater Bononis, Hymlo de Belcowe, Jeroscius frater suus, Markwardus Longus, Wikardus de Tyrna, Milota frater Benessii, Laczlaus, Hartlebus filius Wyerene, Johannes de Wsaczenow, Radslaus de Herolticz, Andreas frater Benessii, Woczlaus de Lublich.

Item servientes: Ratiborius frater Nezamyslini, Uncones de Tasow ambo, Przedbor et Radmir filii Ydiconis, Wilhelmus filius Slawiborii, Marquardus de Byelkow, Unssik Drahoslaus, Wolbramus, Kaytynarius, Wilhelmus filius Wolbrami, Mertlo frater suus, Hersso cognatus Wicardi, Eberhardus frater suus, Pardicz, Lutschmannus, Woless, Wenez, Seboth et alii quam plures.

Actum in Praga anno Domini MCCLIII<sup>o</sup>. Datum Viennae per manum nostri prothonotarii, magistri Arnoldi III., Kalend. Aprilis.

46.

Privilegium episcopatus Olomucensis confirmatum et auctum.

1256.

Privilegium quod hic exhibemus, duabus partibus constat; complectitur nempe diploma Premyslai I. regis a. 1206 episcopatus Olomucensi super libertatibus ecclesiae collatum et a papa Innocentio III. a. 1207 confirmatum (n. 23), adjectis quibusdam constitutionibus, quae in primo diplomate desiderantur (A); accedunt constitutiones a Premyslao II. noviter collatae (B).

Boczekio, hocce privilegium a Premyslao II. a. 1256 confirmatum atque amplificatum in Codice suo III. 234 exhibenti, ignotum fuit, diploma, cujus originale in archivo archiepiscopali Cremsirii extat, introductione omnino carere.

(A.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Premisl Dei gratia rex Bohemorum tertius, venerabili episcopo Olomucensi Roberto ejusque successoribus et Olomucensi ecclesiae in perpetuum.

Cum regiae dignitati cedat ad gloriam, quotiens sanctam veneratur et sublimat ecclesiam, nostrae placuit serenitati ejus providere necessitati, ita ut nostrae benignitatis experiatur beneficia et nobis inde proveniant divini muneris emolumenta.

I. Noverit itaque tam praesens aetas quam futura posteritas, quod antiqua Olomucensis ecclesiae renovantes privilegia, omnes possessiones ejus, habitas vel habendas, sive sint in Bohemia sive in Moravia, ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum, aliarumque omnium exactionum esse absolutas decrevimus, adjicientes, ut nullus pro castrorum aedificatione vel reaedificatione sive pro aliqua ingruenti expeditione, secundum quod in antiquis continetur privilegiis, homines episcopatus et ecclesiae audeat inquietare, seu ad fossata circa castra vel oppida facienda, seu etiam pontes aedificandos violenta coactione compellere, praecipue cum a gravaminibus hujusmodi, privilegiorum beneficio ex antecessorum nostro-

rum et nostro tali liberalitatis munere sibi collato, ecclesia Olomucensis penitus sit exonerata.

2. Jus quod datur pro capite sive pro fure vel pro swod vel pro eo quod vulgo dicitur chistotne, principi sive ejus beneficiatis, venerabili patri nostro Ruberto episcopo et ejus successoribus et ecclesiae concessimus perpetuo obtinendum.

3. Hoc statuentes de fure, si in maleficio fuerit deprehensus, manens in praediis ecclesiae, sive capiatur et coram judicio convincatur, ejus bona, sc. furis, remaneant ecclesiae, ipse vero secundum quod placuerit principi, puniatur.

4. Si vero homines episcopatus et ecclesiae in aliquo coram judicio culpabiles inveniuntur, nec nobis nec iudicibus nostris curialibusque vel inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, sed apud episcopum et ejus successores culpae perseveret satisfactio, nisi in quo tenetur satisfacere adversario.

5. Inhibentes firmiter, venditionem illam ab hominibus episcopatus exigi, quae fieri solet propter viae gravis dispendia, ubi de communi strata disgressio fit secus viam propter evitacionem mali transitus, nec spolia ab ipsis recipi.

6. Similiter in occupatione metarum, si aliqui in iudicium fuerint vocati et iudicati, ad ecclesiam venditio redeat simul cum eo quod vulgo dicitur mezní wol, et conquerenti satisfaciat. —

(Sequuntur ea quae in superiori privilegio N. 23. sub 5, 6, 7, 8, 9 leguntur, haece loci statuentes 7, 8, 9, 10, 11.)

(B.)

12. „Et quia dominus papa confirmavit privilegium avi nostri et transgressores excommunicavit, nos illud volumus habere ratum et firmum tenere; ampliori autem nostrae devotionis affectu matrem nostram Olomucensem venerari ecclesiam omnimodis cupientes, hanc gratiam eidem, ex mera nostrae benignitatis liberalitate conferimus, ut quascunque possessiones emerunt episcopi vel canonici nomine ecclesiae, praescripta gaudeant libertate; si vero episcopus vel aliqui ex canonicis emerunt in usus proprios, respondeant principi secundum jus terrae. Quod si temporis processu per illorum bonam voluntatem qui eas emerant, contigerit, ut ecclesiae assignentur, decrevimus eas subjacere praefatae libertati et volumus ut ecclesia in ipsarum gaudeat tranquilla possessione.

13. Habentes praeterea in animae nostrae desiderio, ad plenum ecclesiam Dei, a quo et per quem nobis universa prosperitatis manant commoda, ab impetitionibus indebitis exonerare et paci canonicorum providere: hanc libertatem ipsis concedendo statuimus, ut nullus camerariorum vel quorum-

libet nuntiorum per beneficiarios transmissorum audeat villas canonicorum et ecclesiae ingredi, ad iudicium evocandos ipsorum homines seu pro aliqua culpa gravandos; non enim volumus admittere, ut domus pauperum ipsorum pervideantur a camerariis vel a quibuslibet per iudicem seu beneficiarios a castro ad hoc deputatis; sed si ex eventu contigerit, coram iudicio, ut accusentur, decrevimus, ut ad dominos ipsorum mittantur beneficiarii, quatinus per eos citentur, qui fuerint accusati, et iudicio assistant tempore et loco determinato, per iudicem vel beneficiarios super sibi objectis responsuri. In promptu autem causa est, quare violentias huiusmodi fieri prohibemus, quia sine gravi pauperum laesione exerceri non possunt, et praecipue cum omnis venditio hominum ecclesiae ad episcopum permaneat et canonicorum transeat utilitatem, et nihil nobis commodi importet vel beneficiariis augeat aliquid emolumenti.

13. Ceterum quia beneficia assecuti per principem noviter vel ex antiquo soliti sunt interrumpere decimam episcopalem septimanam et canonicorum detrahentes utilitati ecclesiam damnificant, in periculum animarum suarum jus decimale impediunt: firmiter hanc violentiam fieri inhibentes per nobiles nostros statuimus, ut quisquis hanc fecerit violentiam ecclesiae, sine nostra offensa ecclesiasticae subiaceat ultioni quam meruit, nec dedecus quod incurrit, audeat coram nobis per inanem querimoniam propulsare, sed sciat se tanquam nostri transgressor mandati privandum beneficii honore, nisi festinet delictum suum corrigere digna satisfactione pro ea, quam fecit ecclesiae, gravi laesione.

(Sequuntur donationes praediorum et villarum.)

14. Inhibemus etiam, a canonicorum plaustris in theloniis cum vina sua vel salem, segetem vel humulum seu alia quae libet deducunt, sine quibus substistere non possunt, ne ab ipsis thelonium exigatur vel aliqua violentia inferatur eis indebitae exactionis, statuentes hanc poenam, ut quicumque mandati nostri statutum violaverint et non statim satisfecerint super illo gravamine, extunc vindictam in eos debitam exercent ecclesia, et carceris nostri maceretur gravi custodia.

15. Decrevimus etiam hoc observari secundum iura canonum, ut clerici non trahantur ad iudicium seculare, nec iudicentur per seculares personas, sed ecclesia cuius interest, discutiat clericorum iudicia et eorum, qui contra ipsos procedunt in qualicumque querimonia,

16. adjicientes hoc, ut benefici(arii) nostri nihil habeant iudicare de divortio vel de matrimonio discutere inter virum et mulierem, cum omne tale iudicium soli sit ecclesiae speci-

aliter auctoritate apostolica concessum; hujusmodi enim iudicia venditione non indigent, sed poenitentia et spirituali iustitia.

Ut autem haec omnia rata et inconcussa permaneant, hanc nostrae serenitatis paginam nostro sigillo fecimus roborari et a venerabili patre nostro Roberto (sic) in die Pasche publice excommunicari. Si quis autem contra hanc nostram venerit constitutionem, rerum suarum gravi multetur dispendio, et Deum cum sanctis suis sibi adversum in extremo sentiat iudicio.

Hujus rei testes sunt: Pardus camerarius Olomucensis, Egidius castellanus Olomucensis, Johannes sudarius Olomucensis, Beneda *lowchi*, Marquardus camerarius Bohemiae, Wolkmarus camerarius reginae, Benesius camerarius Moraviae, Sudomirus camerarius Brechyslaviensis, Smilo castellanus Preroviensis, Jenchzo castellanus Gradicensis, Kuno camerarius Brunensis, Radozlaus de Heraltich, Johannes de Wisnow, Budislaus iudex Oppaviensis, Zlauiborius, Bohuslaus filius Rathmiri, Ulricus filius Protivae, Chastolaus cum Harthmanno fratre suo, Milota et Rupertus filii Wokkonis, Wilhelmus filius Slaviborii, Nezamizl et frater ejus Rathiborius de Ramur, Gallus de Levnberk, Bohuzlaus dapifer cum fratre suo Predborio, Ruzs et Wilhelmus filius Prothivae, Theodoricus Albus, Weseborius et Grabisse filii Egidii, Dominus Gregorius custos Olomucensis, Alexius et Davit canonici ejusdem ecclesiae et alii quam plures.

Acta sunt hoc anno gratiae MCCLVI et publicata in colloquio generali in Oppavia celebrato XVII. Kal. Augusti.

Data per manus notariorum domini Wilhelmi et domini Arnoldi virorum illustrium et proborum, et qui hanc nostram libertatem sancto factam et traditam Wenceslao impugnaverit, anathema sit. Amen.

47.

## Immunitates civitatis monasterialis.

1259.

In castro župae Litomyšlensis conditum est saec. XII. monasterium ordinis S. Benedicti, quod paulo post transformatum est in coenobium ordinis Praemonstratensium.

Suburbium veteris castri ex concessione Premyslai I. in formam civitatis, monasterio subditae, redactum est, quod tunc primum evenit.

(Boczek Cod. Dipl. Mor. ex orig. mon. Litomyšl. III. 281.)

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Nos Othacarus qui et Premisl, Dei gratia dominus regni Bohemiae, dux Austriae et marchio Moraviae, omnibus per regnum Bohemiae constitutis gratiam suam et omne bonum.

Licet illius favente clementia, per quem reges regnant et principes imperant, ad hoc terreni principatus suscepimus moderamen, ut ex nostrae serenitatis officio debeamus universa pia et religiosa loca, sub nostro dominio constituta, nostrae protectionis dextera defensare ac eorum jura et libertates, ne a malignantibus infringantur, cura pervigili conservare: illis tamen ecclesiis, quas progenitorum nostrorum sincera fundavit devotio, sumus et esse volumus specialis beneficentiae debitores, quatinus ipsarum libertatem liberaliter ampliando ampliataque conservando, post amministrationem terrenae dignitatis ascribi numero supernorum civium mereamur.

Noverint igitur universi tam moderni temporis quam futuri Christi fideles, quod nos consilio pietatis inducti, pro remedio animarum parentum nostrorum ac nostrae, ecclesiae Luthomisslensi nec non et abbati et fratribus, ibidem Deo et beatæ Mariæ famulantibus, talem concedimus libertatem, videlicet:

1. Quod civitas ipsorum, quæ Luthomisl dicitur, quæ et ipsi ecclesiae adjacet, jure fori, jure civili, jure judicii ceterisque juribus ac libertatibus gaudeat, quibus civitas nostra Grecz et aliae civitates nostrae per regnum Bohemiae sunt contentae.

2. Et quod homines dictae civitatis et ubique per abbatiam constituti nullius castri nullorumque judicum vel officiorum seu beneficiariorum astent judicio, sed Pragae coram nobis vel nostro vicario judicentur.

3. Et sint liberi et exempti ab omni jugo servitutis seu exactionis et gravaminis, tam ab his quæ vulgariter dicuntur narok seu swode, quam ab hiis quæ vocantur narez aut nozleh et a retibus ad venationem ducendis et a victualibus canibus dandis ac ipsorum custodibus, qui holoti vocantur; ab eo etiam quod dicitur ozzep atque ab sex denariis quod dicitur seztne, qui dari debent magistro venatoriae dignitatis.

4. Statuimus etiam, ne homines memoratae ecclesiae graventur in hoc, quando aliquis occisus seu strangulatus fuerit, quod materna lingua hlaua nuncupatur, sive se invicem seditiose vulneraverint, sive a latronibus vulnerentur, quod dicitur rannik, liberi sint et absoluti, abbati tamen de culpis hujusmodi responsuri.

5. Si vero aliquis hominum dictae civitatis et ecclesiae suspensus fuerit vel suspendendus, quod wiselec dicitur boemice, ipsos penitus decernimus absolutos, arbitrio abbatis nihilominus relinquentes, ut pro hiis et aliis culpis homines

suos poena debita puniat, in usus monasterii, quicquid ex culpa provenerit, convertendo.

6. Decernimus etiam, quod quicquid emolumenti vel utilitatis de molendinis praefatae ecclesiae provenerit, abbas dumtaxat et nullus alter recipere teneatur.

Ad majorem praeterea nostrae liberalitatis concessionem omnia privilegia praedictae ecclesiae a nostris antecessoribus pia consideratione concessa, sive sint realia sive personalia, ad res seu jura pertinentia, dummodo appareant in prima figura et authenticis sigillis sigillata, non vitiata, non cancellata, non in aliqua sui parte abolita, rata habemus et firma, et ea auctoritate praesentis scripti confirmamus, nolentes illa tractu temporis a malivolis aliquibus ausu temerario violari.

In cujus rei testimonium praesentes literas supra dictae ecclesiae pro memoria praefatorum omnium sempiterna concedimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas, testibus, qui aderant subnotatis: Bawarus camerarius regni Boemiae, Gerosius castellanus Pragensis, Chez judex terrae, Cezama de Costumlath, Poto de Bodenstein, Ulicus de Dudleu, Stiborius de Loschan, Zawicz et alii quam plures.

Actum Pragae, anno Domini MCCLVIII. Datum per manus magistri Arnoldi prothonotarii, sexto Kalendas Augusti apud Pragam.

---

48.

## Litterae Alexandri IV. papae super coronatione Premyslai Otacari II.

1260.

Premyslaus Otacarus II., qui patri suo Wenceslao I. a. 1253 in Bohemiae regno successit, anno demum 1262 coronam regum Bohemiae capiti suo imponi curavit. Quia tunc temporis archiepiscopus Moguntinus, qui hoc munere de jure fungi solebat, usu sacrorum prohibitus erat et in custodia tenebatur, suffraganis autem archiepiscopi jus coronam imponendi non erat, Alexander papa episcopis Pragensi et Olomucensi potestatem coronae regi imponendae tribuit, ita vero, ne hac re archiepiscopi Moguntini quidquam praejudicii paterentur.

Nilominus tamen festo Nativitatis Domini regem corona ornavit ipse archiepiscopus, quum impedimenta quibus antea prohibebatur, essent remota. (Boczek Cod. Dipl. Mor. III. 292 ex tab. Vatic.).

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus . . . . . Pragensi et . . . . . Olomucensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam ad subsistentiam multorum et regimen praeesse oportet unum singulare praecipuum, quia pluralitas in persistentia scissuram induceret et solidam gubernaculi disrumperet firmitatem: praesentem quidem ob hoc singulis regnis et mundi provinciis singula regnantium solia et singulae principantium potestates; quia dum reges populis imperant et populi regibus reverenter intendunt, dum hi humiliter subsunt et illi benigne praesunt, dum congruis illi praeceunt jussibus et devotis isti animis obsequuntur, viget ex hoc in eisdem populis concordium unitas animorum, misericordia et veritas sibi obviant et justitia et pax se ad invicem complectuntur.

Ideo namque a summo illo rege, per quem singuli reges regnant et principes principantur, temporalis gladii ad malorum vindictam laudemque bonorum terrenis est regibus attributa potestas, ut assumpto ab eis dominandi officio judicent in aequitate populos et dirigant in terris subjectas sibi gentium nationes, quatenus sit voluntas eorum in executione justitiae ac meditatio in lege rectitudinis et observantia sanctae pacis. Ad quae utique perfectius exercenda iidem reges unctionis sacrae virtute, quam per venerabiles Christi ministros antiquo more suscipiunt, donum gratiae recipiunt potioris, ut et in prosecutione justae regiminis fortius convalescant et tam in se quam in eorum subditis prudentiori et sanctiori spiritu dirigantur. Nam etsi differat principis unctio a pontificis unctione, quia in capite pontifex ungitur, princeps autem in brachio sive humero vel in armo, in quibus principatus congrue designatur, quia etiam illius caput consecratur crismate, brachium vero istius oleo delinitur: vehemens tamen est in ipsis regibus hujus efficacia sacramenti, quoniam inuncto Saule insiliit spiritus Domini super eum et in virum alterum est mutatus, et in David unctione suscepta spiritus Domini est directus; ad insinuandum quoque, quod in regibus esse debeat plenitudo virtutum, quodque in eis est integra domini temporalis auctoritas, capiti principis honorabile ac venerabile sub circulari forma imponitur diadema; a quo siquidem principe, qui talibus decoratur insigniis et titulis praesignitur, tamquam a capite subditis velut membris recte vivendi modus indicitur et modestiae regula componitur et dicitur.

Sane carissimus in Christo filius noster illustris rex Boemiae, devotissimus ecclesiae filius, praemissa veluti princeps catholicus diligenter attendens, ac sperans per hujusmodi unctionem spiritualis gratiae rore perfundi, nobis humiliter supplicavit, ut cum progenitores sui, reges Boemiae, inuncti et coronati in reges exstiterint per archiepiscopos



Maguntinos, qui fuere pro tempore, ac ipse per dilectum filium . . . Maguntinum electum pro eo quod nondum est ejus electio per sedem apostolicam confirmata, inungi et coronari non possit, eum in regem inungi et regale diadema suo imponi capiti faceremus.

Nos igitur dicti regis devotionem multimodam attendentes et considerantes, quod progenitoribus suis, qui fuerunt ardentis catholicae fidei zelatores, non solum derivatione sanguinis, sed et puritatis ac bonitatis imitatione succedit, ac cupientes ob hoc eum in his specialiter honorari, ipsius supplicationibus benignius inclinati, fraternitati vestrae mandamus, quatenus vos alter vestrum, adhibito vobiscum decenti episcoporum numero tum propter ejusdem regis honorificentiam, tum propter reverentiam sacramenti, sibi auctoritate nostra hujusmodi unctionem impendere et capiti ejus imponere regale diadema curetis.

Volumus autem atque statuimus, ut nullum ex hoc in posterum pontificibus Maguntinis qui erunt pro tempore, et ecclesiae Maguntinae praejudicium generetur, quin circa ipsius regis successores exequantur libere, quod ad eos pertinet in hac parte. Ea vero quae exhibiturus esset idem rex archiepiscopo Maguntino, si inungeret et coronaret eundem, integre ab eodem rege recipiatis, illa dicto electo, si eum confirmari contingat, alioquin ei, qui praedictae Maguntinae ecclesiae regimini praefuerit, fideliter transmissuri.

Actum Anagninae II. Nonas Octobris, pontificatus nostri anno sexto.

---

49.

### Litterae Premyslai II. regis libertates ecclesiae Pragensis confirmantis.

1262.

Premyslaus Otacarus II. paulo post coronationem suam in die Nativitatis Dominicae 1262 factam de novo confirmavit libertates ecclesiae Pragensis literis hiece exhibitis, quorum tenor paucis exceptis, congruit cum confirmatione a. 1253 data et sub n. 44 allata.

(Pontanus Bohemia Pia, Balbinus Misc. hist. Boh. VI. 16.)

Ottogarus Dei gratia V. rex Boemorum, dux Austriae, Moraviae marchio, ad rei memoriam sempiternam.

Pro humani redemptione generis aeterni regis filius ab altis coelorum ad ima descendens, ne perpetuae damnationis sententiam exciperet homo, incarnari de Virgine voluit gloriosa et ex illibata pietate suae compatiens creaturae, quam ceteris fecerat digniorem, crucis subire tormenta et mortis amaritudinem non expavit. Post suam itaque resurrectionem a mortuis per mundum instituit ecclesias universum, quibus ob remedia schismatis praefecit unum, super quem aedificavit ecclesiam, et ipsum Petrum a petra nominavit, dans ei in traditione clavium regni coelestis in signum dilectionis specialissimae singularis privilegii potestatem, ut quoscumque ligaret vel solveret super terram, ligati haberentur in coelis vel soluti; cujus etiam ditioni praefatas commisit ecclesias effusione pretiosissimi sanguinis perpetuae donatas libertati. Ad quarum consummationem tanto debent regnorum rectores et terrarum principes universi studiosius anhelare, quanto damnable est coelestis regis gratiam homini violare christiano, tali praecipue, cui a Deo gladii est potestas in terris collata, ad laudem bonorum et perversorum juxta suam exigentiam meritorum, ultionem, ac ratione dominicae potestatis humanam teneatur audaciam coercere. Nam etsi cujuslibet christiani sit hominis, finalis diem judicii formidare, praecipue tamen potentes terreri debent, cum plus exigatur ab eo, cui plus committitur et gradus altitudinem sequi soleat casus gravitas.

Inter hujusmodi sane nostrarum considerationum curas, quibus altissimo creatori nostro, de cujus misericordia vitam et omnes dignitates nostras seu honores, quibus temporaliter fungimur, possidemus et aeterna speramus placere, quantum ipsius permittit gratia, laetantes proponimus, suprema mente revolvimus et devotione debita cogitamus: qualiter inprimis matrem fidei, magistram divinae legis, sacrosanctam Romanam ecclesiam, quam cultu sacro corde pariter ac corpore veneramus, honore debito et dignis in Dominio servitii honoremus, deinde ceteras in nostro praecipue dominio congruis favoribus tanquam princeps catholicus attollamus.

Sane ad honorem Dei omnipotentis, cujus spiritu totum corpus ecclesiae regitur, et beatorum martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti, in quorum honore sancta Pragensis ecclesia episcopali cathedra decorata fundata dignoscitur; de cujus etiam corpore suscepimus Deo propitio nostri capitis diadema, et plenam regiae dignitatis adepti sumus potestatem, perpetua et irrefragabili gaudere volumus libertate. Ita videlicet, ut ab omnibus sordidis muneribus sit exempta, ab angariis et parangariis universis immunis, ab exactionum vexationibus aliena.

Ceterum ut illa, ad quae est divinitus instituta, quietius peragere valeat et telam prolixi narratus texat sermo brevis: sic ipsam venerabilem Pragensem ecclesiam ab omnibus esse volumus vexationibus immunem, ut ipsius orationibus, quae pro nobis jugiter interpellant apud Deum, et mundi cursus pacifice nostris actibus dirigatur et ejus meritis in aeterni regis palatio desiderata nobis mansio praeparetur.

Omnia enim ei privilegia a nostris antecessoribus pia consideratione concessa, sive sint realia sive personalia, ad res seu jura pertinentia, dummodo appareant in prima figura et authenticis sigillis sigillata, non vitiata, non cancellata, nec in aliqua sui parte abolita, rata habemus et firma et ea auctoritate praesentis scripti confirmamus, nolentes illa tractu temporis a malevolis aliquibus ausu temerario violari.

In cujus rei testimonium praesentes de communi consilio baronum nostrorum eidem Pragensi ecclesiae concedimus literas pro memoria praesentium omnium sempiterna, sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Ad majorem vero fidem et evidentiolem cautelam hujus nostrae donationis seu confirmationis seriem per dominum et patrem nostrum sanctissimum Petri successorem et Jesu Christi vicarium, confirmari volumus et rogamus.

Actum Pragae anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, Idibus Januarii, praesentibus his testibus: D. Joanne ven. episcopo, Jacobo praeposito, Prziznoborio scholastico Pragensibus, D. Andrea aulae regiae summo camerario, D. Jarossio burgravio Pragensi, D. Checcone judice, D. Hermannno subcamerario, Olrico burgravio de Loket, Olrico de Novadomo, Wilhelmo de Podiebrad, Zezema de Kostomlat, Sdislao submarscalco, Zdeslao Sternberch, Jaroslao castellarario de Boleslaw, Benessio subcamerario Moraviensi.

Datum per manus magistrorum Arnoldi et Wilhelmi prothonotariorum, Pragensis eccl. canonicorum, die et loco praefatis.

---

50.

## Investitura regis Premyslai II.

1262.

Insigni regio ornatus rex Premyslaus Otacarus II. literis Richardi Romanorum regis, nona die Augusti 1262 Aquisgrani perscriptis, accepit infeudationem de regno Bohemiae, de Moravia, Austria et Styria.

Istarum literarum auctoritate utitur Carolus IV. imperator, quum iu diplomate marchionatus Moraviae quod VII. Idus Aprilis datum 1348 est, ait: „Literae divi Richardi olim Romanorum regis, qui auctoritate sua sicut protestatur in literis, regem Ottakarum proavum nostrum, dum adhuc vitam ageret in humanis, de regni Boemiae et marchionatus Moraviae principatibus et omnibus feudis ad eadem spectantibus investivit“ (Chytil Cod. Dipl. Mor. VII. 775), unde colligamus oportet, Richardi literas in tabulario publico regni Bohemiae fuisse asservatas neque ut quidam historici affirmaverunt, suppositas et subditiicias esse.

Insuper Carolus IV. literas Richardi regis ddo. Aquisgrani nona die Augusti 1262 in optima forma juris confirmavit, eas literis suis ddo 7. Aprilis 1348 inserendo, quarum contextum exhibet Goldastius in Append. Documentorum n. XXXIII.

Richardus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, universis Christi et sacri imperii romani fidelibus, ad quos praesentes literas pervenire contigerit, habere notitiam rei gestae.

Cum regalis dignitas potestatis quandam quodammodo divinae in terris majestatis imaginem repraesentet, et quanto quis divinae voluntati magis innititur, tanto copiosioribus gratiae suae donis et insignioribus illustratur: decens et congruum aestimamus, ut ad imitationem illius, qui omnibus dat et nulli impropert, illi nostra benignitas gratiosior atque benignior semper illuceat, qui nostrae beneplacito voluntatis cum majori liberalitate et promptitudine se conformat. Hinc est, quod cum illustris Ottogarus Bohemorum rex, nullius gratificationis muneribus, sed propriae duntaxat virtutis et liberalitatis instinctu plectus, liberaliter ad nostri cultum dominii sit conversus et promittat legaliter deinceps nostrae devotionis obsequiis et mandatis constanter et fideliter adhaesurum: nos ipsum ob hoc condignioribus honoribus et gratiosioribus beneficiis prosequi cupientes, nosse nos volumus universos, quod eundem regem de principatibus regni Bohemiae et marchionatus Moraviae ac omnibus feudis, dictis duobus principatibus attinentibus, quos et quae clarae memoriae pater et progenitores ejusdem juste et rationabiliter ab imperio tenuerunt, autoritate praesentium investimus, eique dictos principatus et feuda simpliciter autoritate regia confirmamus.

Et quia non multum gratiae tantae potentiae et claritatis viro per ista videmur impendere, quae constat claros progenitores suos officiosis laboribus et gloriosis actibus meruisse, nos ipsum pro suae devotionis meritis, plenius et insignius honorare volentes, eidem regi et suis legitimis heredibus, qui ei in bonis feudalibus secundum jus et consuetudinem sacri imperii de jure poterunt et habebunt succedere, pro nobis et nostris successoribus, imperatoribus et regibus Romanorum, illos duos nobiles principatus, ducatum vid. Austriae et mar-

chionatum Styriae ad manum imperii et ad nostram de jure libere devolutos, cum omnibus feudis ad dictos duos pertinentibus principatus, ab imperio debitis et consuetis teneri, integraliter et simpliciter in feudum concedimus, eique et hujusmodi suis heredibus in perpetuum praesentis scripti patrociniio stabilimus, ab ipso et suis heredibus quemadmodum est praescriptum, jure et titulo feudali perpetuo possidendos.

Nulla igitur persona sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana, praesumat hujus nostrae investitionis, confirmationis et concessionis nostrae paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, ipso facto se noverit bannum imperii et nostrae offensam celsitudinis incurrisse.

In istorum autem omnium testimonium et evidentiam plenioram, praesens scriptum exinde conscribi et sigillo majestatis nostrae jussimus communiri.

Datum Aquisgrani, nona die Augusti, Indictione quarta, Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, regni vero nostri sexto.

---

51.

## Forma locationis civitatum regiarum.

Cc. 1262.

Regem Premyslaum Otacarum II. plurimas civitates condidisse notum est, qui ideo civitatum conditor auctorque jure appellandus est. Quo autem planius fiat atque intellectu facilius, quibus juris conditionibus primitus usae sint civitates regiae, diploma de civitate Chrudim Nova condeuda e Codice formularum Regiomontano exhibemus.

(Voigt, Urk. Formelbuch, 113.)

Inter multas et arduas sollicitudinis curas et mordaces instantias, quae continuo in nostri pectoris aula versantur, illud nos attigit potissime, illud praecipue nos compellat, ad illud maxime nos dirigimus aciem mentis nostrae, huic solerti studio intendimus et vacamus, qualiter regnum nostrum Bohemiae, nostrae majestatis hereditas pretiosa, stabilis firmitatis robore fulciatur, ut dum in suis membris decenti dispositione componitur, variis et decoris praeradiet ornamentis.

In praesentis igitur instantia temporis hac sollicitudinis commoniti ratione, cum tempus se ultro afferat, subsit causari magna nostri potentia culminis nostrae serenitatis aequipolleat voluntati: ad ipsius regni nostri decus perpetuum et decorem ipsius stabilemque firmitatem:

1. Civitatem novam apud Crudin antiquam, eidem loco proximitate contiguam et vicinam, fundare volumus et mandamus.

2. Universos et singulos qui suas contraxerint mansiones ibique fixerint incolatum, tamquam fideles et devotos celsitudinis nostrae cives sub alis nostri favoris et gratia salubriter protegentes, longaevae usibus consuetudinis approbatis et demum jure Yglawiensi vivere decernimus, praesentis tenore privilegii firmiter et statuimus.

3. De habundationi etiam gratia et benignitatis cumulo pleniori omnes ipsius civitatis cives ad tempus libertatis solatio volumus congaudere, illo modo videlicet, ut a festo beati Michaelis usque per duos annos ab omni census onere sint immunes; in quorum fine annorum expiranti census cedit solutio libertati, pro modo, quo eam civitates solent alias facienda.

4. Eisdem etiam civibus, qui dictam habitaverint civitatem, centum duximus laneos concedendos, pro quibus hiidem cives mille marcas argenti certis et distinctis temporibus camerae nostrae solvent, videlicet, quod modo statim XX marcas dabunt, in festo Martini primo futuro CLXXX, in pascha CCC, in festo Johannis quadringentas nostro aerario applicabunt.

5. Et quum rationi consonat et congruit aequitati, ut dignis praemientur stipendiis laborantes et maxime qui fuerint agendis regalibus onerati, cum Conradus pondus ipsius ordinationis civitatis et status susceperit suis humeris hoc gerendum, ut injunctum sibi onus alleviari sentiat: ex honore ipsum in praedicta nova civitate statuimus judicem perpetuum a praesenti, duos etiam laneos inter illos C minime numerandos, unam archam in ipsa civitate, unum balneum, macella duo, duas mensas panis eidem Conrado et heredibus suis dedimus, et concessimus de gratia speciali ut ipse Conradus et heredes sui teneant et possideant dicta bona libere et quiete et sit eis licitum et facultas libera, posse dicta bona vendere, donare, alienare, ac de ipsis omnibus facere, quidquid eorum placuerit voluntati.

6. Et quia nos, qui aliorum jura illaesa et intemerata servari volumus, non decet fisci nostri compendia sub silentio praeterire, quod nobis placuerit eligere inter alia molendina, habere unum volumus molendinum, ceteris aliis censum solventibus constitutum.

## Decretum comitiorum regni Bohemiae.

Cc. 1266.

Lex quam hiece exhibemus, decreto comitiorum quae circiter festum S. Andreae Pragae sunt habita, nititur atque de rebus quatuor agit: I. De iis, qui monetam adulterinam exercebant, II. De damnis in expeditionibus bellicis ab exercitu illatis, III. De proscriptis, IV. De onerosa coenobiorum hospitacione.

Annum in quem hae comitia atque populi scita cadant, facile constitui posse arbitramur, quum meminerimus, a. 1265 et 1266 ab exercitu regio contra Bavaros proficiscente damna ingentia in agris vicisque esse facta (cf. Cosmae Cont.), illud autem populi scitum eo pertinere videtur, ut talis militum licentia in posterum cohibeatur.

Contextus in Codice formularum Regiomontano, Henrico Italio notario regum Bohemiae adscripto, legitur, quem typis exscriptum dedit Joh. Voigt: Das urkundliche Formelbuch des k. Notars Heinrichs Italicus aus der Zeit der K. Ottokar II. und Wenzel II. von Böhmen, 136 (Archiv zur Kunde öst. Gesch. Quellen XXIX. Band CXXXVI).

Otakarus dei gratia rex Bohemiae omnibus in perpetuum.

Regiae nobis dignitatis claritate fulgentibus illud praecipue cedere non imprudenter opinamur ad gloriam, si ad ea diligenter nostrae mentis dirigimus aciem, per quae regni nostri habenas rationis liberamine moderandas, non casibus, felici valeamus regimine salubriter gubernare. Provida igitur meditatione pensantes, quod hoc laudabilius in actum produci non potest, quam si falce justitiae hominum sceleratorum recidatur perversitas, qui communes excessibus in statu tranquilli perniciem moliantur, et illa effrenis temeritas, quae dum hactenus quasi dormiente vindicta vagabatur impunis, facinora libere perpetrabat enormia, strictis poenarum limitibus arceatur, ut sic quasi evulsis radicitus degeneris conditionis vitibus, quae terram inutiliter occupantes perniciose luxuriabant in palmitum dispendia electorum, appareat nostrae reipublicae facies fertilis et decora: regni nostri barones ad nostram convocari praesentiam fecimus et ab ipsis in beati Andreae nunc instante Pragae coram nostrae majestatis culmine praesentialiter constitutis diligentius quaesivimus, quibus poenarum talionibus esset falsariorum detestanda nequitia, qui in generale regni nostri dispendium adulterinam pecuniam fabricant et alias falsitates committunt, ac noxia proscriptorum malignitas punienda, nec non et quibus obviandum esset cursibus damnorum calamitatibus, quas illi nostris infestant subditis, quos ad expeditionem procedere contingebat.

I. Qui siquidem barones habito perpensae deliberationis consilio, in *falsarios* primitus proferentes sententiam, contra ipsos procedi debere taliter decreverunt: §. 1. Quod si fama forsan aut suspicio haberetur seu comperiretur aliquomodo, in bonis seu hereditate alicujus baronis falsam monetari pecuniam, vel aliqua alia falsitas exerceri: ille baro in cujus bonis hujusmodi falsitas diceretur, per septem barones sibi compares debet convinci, qui jurati deponent, quod in bonis ejus id scelus fuerit perpetratum; et tunc postquam illi septem juraverunt contra ipsum, statim de persona et bonis omnibus ipsius convicti tamquam jam dampnati disponemus et faciemus, nostrae potestatis exequentes officium, pro nostrae arbitrio voluntatis. §. 2. Quodsi miles vel alicujus baronis servus de falsitatis crimine suspectus habitus fuerit, et ejusmodi reus sceleris impetatur, per septem viros, etiam in conditione ipsis accusatis aequales, sive miles accusatus fuerit sive servus, qui quidem viri etiam de veritate dicenda juraverint, convinci debet, et quod vera sit de ipsis accusatis suspicio excitata, probari; et tunc statim de personis et bonis ipsorum convictorum faciemus juxta nostrae beneplacitum voluntatis. §. 3. Hoc specialiter expresso, quod per humilioris conditionis homines quam sint accusati, probatio ipsius suspicionis vel accusationis non debet fieri vel admitti; et si per altioris conditionis viros fiet, eo magis efficax mota contra reos suspicio est habenda. §. 4. Eodem jure valituro in cive quolibet, qui suspectus vel infamis de simili crimine haberetur, scilicet, ut per septem aequales sibi vincatur compares et de ipsius convicti persona et bonis, quidquid nobis placuerit, faciamus. §. 5. Nec non et in examinatione quolibet argenti similiter observando. §. 6. De magistris autem monetae per Bohemiam sic est specialiter diffinitum, quod si magister monetae deprehensus fuerit in aliqua falsitate argenti, vel in falsitate excessus numerum denariorum, qui fabricari rectius de marca argenti diceretur super marcā argenti, vel plures scilicet quam concessum sit, faciat fabricari: cameraarius et subcameraarius regni nostri, qui pro tempore fuerint, tractabunt de causa hujus et discernent.

II. De hominibus Bohemiae, qui *ad expeditionem* processerunt, taliter est decretum: §. 1. Quod nullus ad expeditionem procedens in prima dieta procinctus sui, in loco viciniore domui suae quam ad duorum miliarium spatium, audeat pernoctare, nec pullos nec anseres, equos pro curribus suis vel pro aliis utilitatibus quibuscunque, boves, porcos, oves, capras vel aliquod animal, vestes vel alias res aliquibus in via residentibus auferre praesumat, et omnino nihil praeter pabulum tantummodo pro equis suis violenter attemptet. §. 2. Si



vero aliquis in temeritatis prorumpens audaciam aliquid ultra pabulum, quod sibi pro equis libere recipere est permissum, auferre attemptaverit alicui et illud quod violenter accepit, aestimatione competenti habita ad X marcarum argenti summam se in tantum extendet vel circa ipsius summae resedit quantitatem, et tunc ille cui hoc ablatum fuerit, ad vicioniores sibi beneficiarios et iudices pro consequenda iustitia de illata sibi violentia ire debet et coram ipsis illum qui sibi violentiam intulerit, convenire. §. 3. Beneficarii autem causa vel intentione illius qui passus est violentiam, intellecta, eum qui talia praesumpsit facere, et de quo passus violentiam exigit sibi fieri rationem, uno edicto tantummodo pro omnibus peremptorie citari faciant, ut coram eis facturus rationem de hiis super quibus impellitur, debeat comparere. §. 4. Qui siquidem conventus, si se ac suos homines coram eisdem beneficiariis expurgaverit per proprium iuramentum ab impetitione huiusmodi, absolvatur; verum si probabitur, quod sacramentum ab ipso reo praestitum falsum fuerit, tunc nobis adjudicabitur et rebus condemnabitur et persona. §. 5. Si autem reus vel accusatus ad expurgandum se vel suos homines praestare noluerit sacramentum, actori condemnabitur ad integram restitutionem eorum omnium, pro quibus conventus fuerit ab actore. §. 6. Praeterea tamen idem solvet ipsis beneficiariis pro offensa et nihilominus nostrum intrabit carcerem, in quocumque loco sibi deputaverimus, ibidem per octo septimanarum spatium detinendus. §. 7. Sed si quae recepta fuerunt, se ultra X marcarum quantitatem extendunt, tunc reus ad praesentiam beneficiariorum Pragensium uno tantummodo edicto pro omnibus citabitur peremptorie responsurus, et de ipso simili modo fiet iudicium et vindicta sumetur, prout superius est expressum.

III. De *proscriptis* vero sententiatum est taliter et decretum: §. 1. Quod quicumque sive baro sive miles sive qualiscumque, proscriptum aliquem receptaverit, foverit, sive victualia ei ministraverit, secum equitaverit, vel homines suos miserit, aut in aliquo ipsum promoverit, (et) de ipsius receptatione, fomento seu victualium ministracione, equitacione atque promotione, baronem, militem vel alium qualemcumque civitatum consules profitendo criminabuntur: ille cui praemissa vel praemissorum aliquod opponetur, per civitatum consules ut est dictum, nobis addicetur vel adjudicabitur in persona et rebus suis omnibus, ut de ipso ac de bonis omnibus ipsius pro nostrae faciamus arbitrio voluntatis.

IV. Praeterea quum non videtur esse sufficiens solummodo, quae aliquo causentur ex scelere, obice cautelae reme-

dio ad salutem rei publicae obviare, nisi et in aliis communi utilitati circumspicte ac provide consulatur, per eosdem barones nostros decretum est hoc etiam et statutum: §. 1. Ut nullus in claustris aut in bonis claustralibus aliqua placita vel venationes cervorum, leporum, avium aut qualiumcumque ferarum audeat exercere, sed si aliquis voluerit placitare, ea in nostris civitatibus celebret et pertractet.

53.

## Primordia juris vinetorum.

1266.

Vitium cultura in Bohemia Moraviaque ab antiquissimis, quorum memoria aliqua exstat, repeti potest temporibus. Etenim jam coenobium Břevnovense a. 993 conditum, donatum est vico Veleslavin prope Pragam sito „cum omni familia ad vineas excolendas“; saeculo XI. mercatura vinaria per naves in Albi fluvio navigantes exercebatur (de vino quod ducitur superius sive inferius 1057).

Vineae erant in Bohemia circa castrum Pragense, circa castrum Vyšegradense (in vico Psary 1178), circa castrum Lutomicense (Zasadí, Pokratici, Žitenici 1057, 1088), circa burgum Pontem 1207, in Moravia apud Zuoymam castrum et Lúkam villam 1222, 1252, ad villam Miroslava 1222, ad castrum 1253, circa castrum Strachotin 1252 (in Skalice, Puzdran, Zaječí, Paulovic, Načeradic, Pfitluk, Stiboric, Popovic), in confiniis castrum olim Velogradensis 1261 (Polešovic, Brestek, Maratici 1253).

Primordia juris montium i. e. vinearum in Moravia temporibus Brunonis episcopi Olomucensis reperiuntur, ut testantur literae hic allatae. (Boczok Cod. Mor. e cod. Kremsir. III. 377.)

Bruno Dei gratia episcopus Olomucensis, omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum.

Cum rerum gestarum certissima repraesentatio sit scriptura, quae de verborum serie redactorum in eam nihil minuit aut mutat, notum esse cupimus praesentium tenore tam posteris quam modernis, quod apud oppidum nostrum Cremsyr vineas locandas dedimus et plantandas ac omnibus qui vineas ibidem receperint et plantaverint, per decem annorum spatium conferimus libertatem, quibus completis solvent nobis de ipsis vineis, ut in locis aliis, in quibus etiam habentur vineae, obtinet consuetudo, eodemque gaudebunt jure, quo et alii qui vineas in Moravia tenent et possident, gaudere noscuntur et ad Conradum de Landisberg, famulum nostrum dilectum, oppidanum nostrum in Cremsyr, cui locationem vinearum commisimus, quemque per kmaister fecimus ibidem et constituimus, in quo et heredes sui succedent eidem, in suscipiendis vineis

et super juribus suis respectum habebunt in omnibus et recursum.

Quod autem super praemissis nullus processu temporis dubietatis vel calumpniae scrupulus emergat, praesentem paginam ad rei memoriam sempiternam inde conscribi nostrique sigilli jussimus munimine roborari.

Datum apud Modericz in die circumcisionis Domini, anno incarnationis suae MCCLXVI, praesentibus Heydolfo praeposito de Cremsy, Heydenrico decano, magistro Heinricho de Kalcowe custode, canonico in Cremsy, Conrado notario nostro, Arnaldo advocato nostro in Cremsy et aliis quam pluribus.

---

54.

## Litterae Premyslai II. super privilegiis civium Egrensium.

1266.

Slavi Bohemi saeculo IX. ipsos Ograe fluminis fontes accolebant, ita ut regio posterioribus temporibus „regio Egire“ dicta Bohemorum esset; inde Slavi in regiones Moeno adjacentes usque ad coenobium Milicense excursiones faciebant (cc. a. 800); ibi vicinum habuerunt Tacholfum „comitem de Boemia“, Sorabici limitis custodem, „cui praeceteris credebant quasi scienti leges et consuetudines Sclavicae gentis.“

Tacholfi temporibus regio ista Bohemiae adempta et regno Francorum atque diocesi Ratisbonensi adjuncta est, unde etiam christiana religione est imbuta.

Saeculis X, XI et XII usque ad saec. XIII. regio Egrensis in ditione Germanorum mansit; praefuerunt ei primum comites palatini de Vohburg, dein saec. XII. eam obtinuit Fridericus Suevicus ducta in matrimonium Adelaïda, e gente comitum de Vohburg. Fridericus I. imp. Egram curiam suam (curia nostra apud Egare 1179), Philippus rex civitatem suam (civitas nostra Egra) appellat; Fridericus II. frequenter ibi commorabatur (1213, 1214, 1215); annis insequentibus regionem Egreensem tenuit Conradus Friderici II. filius, Conradi autem filius, sororius ducis Bavariae, a. 1265 una cum duce Bavarico eam possedit.

Novae necessitudines inter dictam regionem et inter Bohemiae regnum intercedere coeperunt, quum rex Wenceslaus I., qui Cunigundam Philippi regis filiam a. 1207 uxorem habebat, eam regionem tanquam uxoris dotem ad se vindicaret, unde etiam Přemysl Otacarus II. regionis Egrensis possessionem repetebat, ut apparet ex epistola ejus ad Rudolphum I. regem a. 1276 missa.

Utumque se ea res habuit, Bohemi Moravique a. 1265 „Egram civitatem cum suis pertinentiis duci Bavariae et sororio suo, filio Conradi, filii Friderici II. quondam imperatoris, hostiliter abstulerunt et eam cum suis incolis possidendam regi Boemiae tradiderunt“ (Pulkava).

Otacarus II. rex non cunctatus est quin Egrensibus eorumque civitati varia jura confirmaret, ut diploma quod hicce exhibemus demonstrat, neque

tamen Egreensis regionis ad Bohemiam adjunctio inde stabilis et perpetua erat.

Hicce legentem admoneamus oportet, regionem, quae nunc Aschensis dicitur, saeculo XII. župa Sedlecensi praeterebatur, maximis ad caput Elstrae fluvii silvis tum consitam fuisse et a. 1165 sub Wladislao II. Bohemiae partem esse habitam: Ultra provinciam Sedlec ambitus quod sclavonice Ujezd dicitur 1181, ambitus Ujezd boemice appellatus, theutonice vero meringen, 1196, ultra provinciam Sedlitz provinciam meringen cum villis, silvis et omnibus terminis suis. — Dioecesis Pragensis in hac regione, usque ad hunc diem duos habet pagos in Saxonia sitos, quorum alteri Rait, alteri Stuhl nomen est.

Ceterum secunda uxor Wladislai I. Richsa, marchionis a Vohburg filia, dotis nomine possessionem quandam in župa Sedlecensi accepit, eodem modo, ut postea Ludmila, Friderici I. ducis filia, marito suo comiti de Bogen curiam Sušice vel Schüttenhofen pro dote adtulit (v. 63.). Quum autem possessiones Vohburgenses ad Fridericum I. imp. pervenissent, factum est, ut imperatores gentis Hohenstaufensis dominium in parte župae Sedlecensis quae Bohemiae pars erat, exercebant.

Litterae regis Premyslai Otakari II., quibus libertates civium Egrensium confirmantur, insertae sunt literis Caroli IV. imp., ad hunc diem in archivo civitatis Egrae asservatis, quarum contextum primus typis edidit Pelzelius in libro: K. Karl d. Vierte (Urk. XLVIII.)

In nomine Domini. Amen.

Nos Ottokarus Dei gratia Bohemiae rex, dux Austriae et Styriae ac marchio Moraviae, omnibus in perpetuum.

Ad memoriam gestorum regalium exemptis calumniarum quarumlibet scrupulis perpetuo observandam expedit, ut eadem juxta consuetudinem approbatam antiquitus et inductam scripturarum vocabulis mancipentur. Hinc est, quod scire volumus universos et singulos, tam posteros quam praesentes:

(I.) Quod fidelibus nostris civibus Egrensibus universis, omnes libertates et jura, quibus temporibus inclytae recordationis imperatorum regumque Romanorum hactenus sunt gavisivi, quae possunt rationabiliter edocere, immutabilia volumus conservare.

(II.) It. infeodationes ipsis civibus factas titulo infeodationis quocumque per imperatores, reges Romanos, palatinum Rheni, comitem Ludwicum et Chunradum filium regis Chunradi, eisdem immutatas conservabimus et intactas.

(III.) It. dictos cives nostros gratia speciali ipsis facta per nos, videlicet quod per regnum nostrum et omnium terrarum nostrarum districtus cum suis mercimoniis quibuscunque sine theloneorum et mutarum solutionibus et exactionibus libere debeant pertransire, volumus libere congaudere.

(IV.) It. thelonea, statuta indebite ac de novo, pariter et conductus pronunciamus irrita atque cassa.

Et ut praemissa singula robur perpetuae teneant firmitatis, et ne infringi valeant ut in aliqua sui parte, praesens

scriptum privilegium sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.

Actum in Egra anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, nona Indictione, testibus qui praesentes hiis aderant, annotatis: Jerossio de Wtpch, Zimelone de Luchtenburg, Jeroslao fratre Galli, Andrea camerario, Ulrico de Nova Domo camerario, Gallo pincerna et aliis pluribus fide dignis.

Datum ibidem Nona Maji, per manus magistri Petri, praepositi Wissegradensis, regni nostri cancellarii, regni nostri anno quinto.

---

55.

## Premyslai II. regis in heredem Ulrici ducis constitutio.

1267, 4. Dec.

Ulricus Carinthiae dux, ex Wenceslai I. regis sorore natus, ideoque Premyslai Otacari II. regis consanguineus, qui ex donatione Wenceslai I. tenuit posseditque provinciam Brezslavensem in Moravia, quum heredibus carebat, Premyslaum regem in eventum heredem sui constituit.

Litterae super hoc negotio confectae apud Balbinum in Miscellaneis hist. Boem. VIII. 15. leguntur.

Nos Ulricus Dei gratia dux Carinthiae, dominus Carniolae et Brzecsclaviae etc.

Cum ex divina dispositione heredibus careamus, dominum Ottocarum serenissimum regem Bohemorum, ducem Austriae, Styriae ac marchionem Moraviae etc., praesertim cum sit nobis consanguinitatis vinculo alligatus, multaque amicitiae beneficia ac indefessae diligentiae argumenta perceperimus ab eodem, heredem nostrum constituimus, ita quod post mortem nostram, si sine filiis et filiabus decesserimus, per nos legitime generatis, terras nostras, proprietates ac feuda seu alia bona nostra quaecumque nunc possidemus, possidere debeat libere et quiete etc.

In cujus rei testimonium ipsi dedimus praesentes litteras sigilli nostri munimine roboratas.

Testes autem sunt: Albericus comes Goritiae et Tirolis, magister Petrus praepositus Wissehradensis, regni Bohemiae cancellarius, Ulricus comes de Hornenberg, Henricus comes de Hardek, Ulricus de Rosenberg, Jaroslaus frater Galli, Smilo de Brumov, Harchleb camerarius Moraviae, Conratus praepositus Brunensis et alii plures fide digni.

Datum in Podiebrad Anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, pridie Nonas Decembris, Indictione XI.

---

56.

## Literæ civium de Igla de jure montanorum.

Cc. 1267.

Archetypum harum literarum simul eum literis confirmatoriis ducis Boleslai ab a. 1268 asservantur in archivo provinciali silesiaco Wratislaviae, unde exscriptum typis edidit comes a Sternberg in libro qui inscribitur: *Urken-denbuch zur Geschichte der Bergwerke*.

Reverendo in Christo patri ac domino suo N., abbati Lubensi, M. iudex et jurati cum universitate civium in Igla atque urborarii domini nostri regis in Boemia et Moravia, promptam in omnibus serviendi voluntatem.

Dominationi vestro tenore praesentium innotescat, quod nos secundum justitiam nostram atque nobilium terrae quam habemus in montibus de illustrissimo domino nostro rege, vobis remandamus:

1. Ubi cumque in hereditate domini abbatis uniuscujusque claustrum vel aliorum nobilium terrae novus mons inventus fuerit, si est in hereditate domini abbatis, in primis septem laneis mensuratis, tricesimam secundam partem dominus abbas obtinebit, quod in vulgari *ackers-teil* nuncupatur.

2. Ex urbura quae datur domino terrae, datur sibi tertia pars metalli.

3. Et in laneo domini regis de urbura tertiam partem dominus abbas obtinebit.

4. Item in laneo domini abbatis datur sibi tertia pars de urbura, et de septima parte tertiam partem metalli obtinebit in eodem laneo et non in aliis tantum.

5. Insuper de iudicio ipsius montis et de aliis diversis, quae sunt in monte, dominus ipsius terrae se intromittit.

6. Et silvam ipsorum fratrum montanis ad ipsorum necessaria nequaquam inhibere debent praedicti fratres nec dominus ipsius terrae.

---

57.

## Pactio de confinio inter Moraviam et ducatum Opoliensem.

Cc. 1267.

Regio quae nunc Tessinensis vocatur, fluminibus Ostravica et Ostrava a Moravia dirimitur atque saeculo XIII. pars ducatus Opoliensis erat, adhuc

autem ad episcopatum Wratislaviensem pertinet. Regnante rege Otacaro II. pactio de confinio super Ostravam, ne in posterum ambigatur, cum Wladislao duce Opolensi facta est, cujus tenorem literae a nobis allatae exhibent. At jam a. 1297 inter episcopum Olomucensem, qui praedia in sinistra Ostravae ripa possidebat, et inter Mesconem Tessinensem alia facta est pactio „super metis et terminis apud Ostraviam in finibus bonorum episcopatus Olomucensis et ducatus Tessynensis pro eo, quod fluvius idem Ostravia qui deberet metas Poloniae et Moraviae distinguere, non perpetuo cursu per unam viam ducitur, sed fluctuans aliquando, antiquum locum sui transitus deserens, invenit novum cursum, et aliquotiens agros, campos, prata et rubos aut silvas spectantes in Moraviam vel Poloniam derelicto antiquo meatu et transitu circumambit, ita quod frequenter ex hoc non solum provinciarum, sed et possessionum termini confunduntur, et magnae portiones terrae cum dampnoso praepjudicio dominorum accedent alteri et perduntur priori, et possessionis commodum alteratur.“

Pactionis de confinio inter Otacaram et Wladislaum factae exemplum anno incerto conscriptum legitur in libro Formularum reginae Cunegundia (Palacký Formelbücher 89).

In nomine Domini. Amen.

Nos Otthacarus Dei gratia Bohemiae rex etc.

Omnibus in perpetuum.

Ut inter nos et illustrem principem, dominum V. inclytum ducem de Opol, carissimum compatrem nostrum, vigeat debita dilectionis sinceritas, concordiae unio, perpetuaeque pacis stabilitas, omni rancoris ac dissensionis symptomate resecato: ecce limites sive metas terrarum, super quibus inter nos et ipsum et clarissimos progenitores utriusque nostrum, jam dudum vertebatur materia quaestionis, taliter duximus distinguendas, videlicet:

Quod metae terrae Moraviae et ducatus Opoliensis a terminis episcopatus Wratislaviensis, scilicet in villa quae Lypa nuncupatur, incipiunt, et abinde usque in villam Bogun nominatam praedicti ducis Opoliae protenduntur. A qua siquidem villa eaedem metae fluvium qui Odra dicitur, transeunt versus villam Grussene, et abinde in Ostravam fluvium, qui usque ad terminos terrae Hungariae protenditur, discurrentes.

Et licet hujusmodi metarum distinctio cujuslibet dissensionis scrupulos sufficienter inter nos et dictum dominum ducem sopire videatur, tamen ad superabundantem cautelam et rerum gestarum clariorem (lacuna) atque etiam ut concordiae unio qua cum praedicto principe sumus invicem cuncti, stabilibus amicitiae ligamentis ad utriusque nostrum posterum transferatur: villas quas metae continent supradictae, propriis vocabulis duximus exprimendas. Quae sunt hae etc. et aliae plures villae, quas distinguunt limites supradicti.

Metas equidem supradictas inviolabiliter intendimus ser-

vare, juxta quod ipsas distinguit et specificat series praescriptorum.

In cujus rei testimonium etc.

---

58.

## Locatio monetæ per Moraviam.

Cc. 1267.

Monetam Moraviae rex Otacarus circa a. 1267 Eberhardo vel Eberlino, magistro quondam monetæ per Bohemiam, demum circa a. 1270 mortuo, locavit, ut apparet ex literis in Codice formularum (Sternberg Urkundenbuch I. 28) contentis.

Notum facimus etc., quod dilecto fideli nostro E (berhardo), magistro quondam monetæ per Bohemiam, monetam Moraviae cum juribus et judiciis pertinentibus ad eandem, locavimus a dato praesentium usque ad festum beati Petri primo futurum et a festo beati Petri usque per unius anni circulum revolutum, pro quinque millibus talentorum (*Cod. Zdenk.* pro decem millibus marcarum) nostrae camerae in subscriptis quatuor anni temporibus exsolvendis: Dabit enim in festo Pentecostes primo venturo ducenta et quinquaginta talenta (*Cod. Zd.* mille marcas), in festo Nativitatis Dominicae succedente etc. Dabit insuper in carnisprivio proxime affuturo decem (*Cod. Zd.* duos) husiones, in festo autem Paschæ secuturo decem (*Cod. Zd.* quatuor) vasa vini et duo stamina de skarleto rubeo et octo baldekinos, et Dominae reginae, carissimae conjugii nostrae, unum stamen de skarleto et duos baldekinos.

Conditiones autem locationis ipsius sunt tales, videlicet:

1. Quod idem E. emendet et emendare teneatur argentum taliter, ut facta comparatione istius argenti quod modo currit, ad illud argentum quod curret anno sequenti, marca illius argenti quod tunc curret vel currere debebit, sit melior quam marca quae nunc currit, uno lotone, ita quod argentum futuri anni in ea quantitate bonitatis per depurationis remedium seu correctionem nunc currente argento sit melius, quod marca cursuri argenti uno lotone sit melior marca in instanti currentis.

2. Volumus etiam quod super marcam argenti fabricetur tertium dimidium talentum denariorum moravicalium et duo-



decim denarii; et si ultra istius numeri quantitatem aliquid fabricatum fuerit, pro falso debeat opere reputari.

3. Bis autem infra annum renovabuntur denarii, videlicet in ipsius anni principio, hoc est in festo beati Petri, et in festo Purificationis tunc proxime affuturo; et quod omnes emptiones et venditiones fieri debeant cum denariis monetae praedictae, et non cum auro vel argento.

4. Volumus etiam, ut nulli liceat habere pondera ad aurum vel argentum ponderandum sine voluntate ipsius magistri monetae, et si quis praeter ipsius voluntatem pondera habuerit, in viginti talentis eum volumus condemnari.

5. Placet etiam nobis, quod nullus audeat auri vel argenti cambium exercere praeter praedicti magistri monetae licentiam et mandatum; specialiter inhibentes, ne quis audeat cum antiquis denariis metere, sed cum novis.

6. Volumus etiam quod hi qui fabricas monetae a nobis tenuerint vel comparaverint jure hereditario possidendas, nihil amplius juris quam prius in moneta habuerint, sibi usurpare praesumant, et magistris monetae obediant in licitis et honestis.

7. Et generaliter omnibus juribus quibus magistri monetae Moraviae hactenus sunt usi, qui eandem monetam conduxerint a nobis, et quae ad ipsam monetam spectare noscuntur rationabiliter, ipsum uti volumus et gaudere, strictissime prohibentes, ne quis eundem magistrum monetae vel camposores ipsius in juribus vel agendis monetae impedire praesumat aliquatenus vel gravare.

8. Promittimus praeterea eidem magistro monetae, quod si guerrae aliquae emergerint in Moravia, propter quas dictus magister monetae lucrum de ipsa moneta habere non posset, sibi pro modo vel quantitate damni quod occasione guerraerum pateretur, volumus de debitis quibus nobis tenetur, sicut expediens fuerit et nobis videbitur, defalcare.

---

59.

## Renovatio ponderum et mensurarum.

1268.

Rex Otacarus a. 1268, testantibus Cosmae Continuatoribus, praecepit renovari pondera et mensuras et insigniri signo suo, quod antea non fuerat.

---

## Creatio principatus Oppaviensis.

Cc. 1269.

In diplomate Caroli IV. imp. ddo. 7. Aprilis 1348, quo marchionatus Moraviae, episcopatus Olomucensis et ducatus Oppaviae feudum coronae regni Bohemiae promulgantur, inter alia commemoratur „Donatio clarae memoriae illustris Ottakari secundi, quondam Bohemiae regis, quam patri illustris Nicolai ducis Oppaviae praesentis, fecisse dinoscitur, dum terram Moraviae dividens ducatum sive principatum Oppaviensem creavit ex novo, ipsumque ducem Oppaviae, quem de mera sua benignitatis gratia sublimavit in principem, heredes et successores suos una cum ducatu seu principatu praefato, sibi, heredibus et successoribus suis Bohemiae regibus et ejusdem regni coronae voluit immediate subesse.“

Quae quidem donatio minime commenticia est; rex enim Premyslaus Ottacarus II. dederat Oppaviam filio suo Nicolao suscepto extra matrimonium ex filia domini a Chuenring, dicta Palcéfk, quem circa annum 1256 natum, fecit (ut Pulkava in Chron. suo ad a. 1252 affert) „ducem Oppaviensem“ (nam antea spectavit Oppavia ad Moraviam). Data autem fuit Nicolao, ut a regno Bohemiae in feudum dependeat perpetuis temporibus affuturis.

Id factum est circiter a. 1269, nam in literis inde ab a. 1269 Nicolaus „dominus Oppaviae“ appellatur. Mortuo Premyslao superstes ejus vidua Cunegundis a. 1279 et 1280 Oppaviam possedit, at Nicolaus ab anno 1281 usque ad a. 1290 „Oppaviae dux“ nominatur.

Anno 1290 rex Wenceslaus II. Oppaviam recepit, teste Pulkava, qui scribit: „Rex Wenceslaus ducatum Oppaviae quam olim Premysl rex pater ejus, de parte marchionatus Moraviae creaverat et Nicolao suo filio naturali in insigne vasallagium dederat, ab eodem Nicolao repetiit et ipso depulso pro se ducatum retinuit supradictum.“ Antecesserant a. 1286 quidam conatus, ut rex atque dux inter se conciliarentur, qui tamen quantum ex rebus deinde consecutis judicare licet, ad irritum ceciderunt (vid. 78).

Post obitum Wenceslai III. regis, postremi regis ex stirpe Premyslidarum, Nicolaus de novo possessionem Oppaviae adeptus est, scripsitque sese: „Dei gratia dux, dominus et verus heres terrae Oppaviae“ (1306, 18. Dec.).

Territorium Oppaviense antequam ducatus Oppaviensis est constitutus, pars Moraviae antiquitus fuit, župasque Golasicensem et Gradecensem cum castris ejusdem nominis complectebatur.

Ducatus Oppaviensis a Oppavia civitate nomen traxit, quae in transitu Opavae fluvii posita jam a. 1198 emporium teloniumque erat, donec initio saeculi XIII. oppidum vel civitas facta est. Ducatus Oppaviensis anno 1306 complectebatur civitates Oppaviam, Hlubčic (Lobaszec), Jaegerdorf et Freudenthal (Vřovdintal).

---

## Jus Hlubčicense.

1270, 28. Aug.

Moraviae fines septemtrionem sive Polonos Silosiacos versus usque ad alveum fluminis Pština (Zinna) pertinuerunt, ubi ad ipsum confinium in provincia Golasicensi juxta viam quae ab Oppavia ad castrum Glogoviam superiorem fert, a. 1183 coloniam Glubčicie fuisse constat. A. 1224 theloneum in Glubčicie (in Lupechiz) commemoratur.

Illis temporibus Glubčicii civitatem esse constitutam testatur antiquum privilegium, cujus in hisce literis mentio fit. Antiquum illud privilegium dumtaxat prima novem capita quae in hisce literis leguntur, continebat; reliqua a rege Premyslao Otacaro II. addita esse videntur.

Glubčicie vel Hlubčice facta est oppidum soli regi subjectum, cujus incolae majori ex parte Theutonici erant. Jus Hlubčicense existimatores docti praecipuum fontem municipalis juris germanici esse autumant.

Archetypum repositum est in tabulario civitatis Hlubčicensis (Leob-schitz); typis exscriptum est in Tschoppe und Stenzel Urkunden p. 371.

(Boczek Cod. dipl. Mor. IV. 43)

Otakarus dei gratia rex Boemiae, dux Austriae, Styriae, Karinthiae, marchio Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus-Naonis, omnibus in perpetuum.

Regalis excellentiae majestatem petitiones fidelium congruas et honestas audire benigne decet et eas auditas benignius exaudire; sic enim aequitas exsolvit debitum, sic fideles in fide corroborat, sic alios ad sibi serviendum allicit et inducit.

Praesentis igitur tenore privilegii noscat tam praesens aetas quam successura posteritas aliorum, quod nos, justis supplicationibus universorum civium in Lubsiz, fidelium nostrorum, de consueta mansuetudinae annuentes, antiquatum quoddam ipsorum privilegium et jam prae senio maceratum eis a nostris concessum praedecessoribus, renovari fecimus et ipsum de speciali gratia duximus confirmandum.

Erat autem ipsius antiqui privilegii continentia talis:

1. Inprimis statutum est ipsis civibus, ut de quolibet manso ipsius civitatis solvere teneantur dimidium fertonem argenti.

2. Item quod de quatuor granibus frumenti, tritico scilicet, siligine, avena et ordeo decimam in ipsis agris nobis solvere teneantur.

3. Item quilibet mansus debet apud eos habere triginta sex jugera.

4. Item de qualibet curia sex denarios in festo Sti. Martini nobis dicti cives quolibet anno solvent vel poenam quinque solidorum luet, quicumque non dederit ipso die.

5. Item ut in eodem festo omnes stantes ad forum et vendentes res super mensas, in alveolis, vel capisteriis, vel mensuris quibuscunque, solvant in censu tres donarios.

6. Item, ut quatuor molendina, civitati adjacentia, in eodem festo solvant talem censum: Unum fertonem et dimidium argenti, aliud fertonem unum, tertium dimidium fertonem, quartum lotonem.

7. Item ut silvas et pascua eidem attinentia civitati ipsi cives cum omni possideant libertate.

8. Item, ut infra milliare circa Lubsiz nullus audeat braseum praeparare, vel braceare, vel aliquod manuale officium exercere.

9. Item, quod scolas, officium campanatoris et pastoris pecorum cum consilio civium semper conferat advocatus.

10. In judiciis autem haec jura teneant judicando.

11. Primo quidem, si quis pacem Dei et domini regis et ipsius civitatis violando, quenquam vulneraverit: expurgare se non poterit, sed potius legitimum contra se testimonium sustinebit. Si laesus cum septem viris idoneis se laesum ab illo probaverit, ille sic convictus debet decollari. Sin autem laesus quod objicit, probare non poterit, reus liber erit, sed pro vulnere met-tertius jurabit vel satisfaciet laeso et judici.

12. Si quis autem eandem pacem violando, pugno, baculo, clava, cultello vel gladio extracto cuiquam fuerit comminatus, et per tres testes idoneos de hoc convictus: vel manu truncabitur, vel judici solvet poenam decem talentorum, et nihilominus placare debet laesum.

13. Si quis autem verbo probroso pacem infregerit et de hoc legitime convictus fuerit, solvat poenam triginta solidorum.

14. Si quis autem manu armata cujusquam domum violenter invaserit, et de hoc per septem vicinos idoneos convincitur, debet decollari; quodsi de hoc non convincitur, et nullus ab eo fuerit vulneratus, reus se purgabit proprio juramento; sin autem fuerit aliquis ibi vulneratus, licet actor non possit probare, reus se tamen expurgavit jure vulnerum supradicto.

15. Si quis autem stupraverit virginem, vel vi oppresserit aliquam mulierem, et deprehensus fuerit in facto cum clamore stupratae, debet decollari. Sin autem effugerit, et ad mandatum judicis vocatus non comparuerit, statim proscribetur. Sin autem comparuerit, et clamore convictus non fuerit, propria se manu expurgabit.

16. Si quis hominem interfecerit, et inventum fuerit in manu ejus instrumentum, per quod mortem intulit, decolletur;

si autem apud ipsum non fuerit inventum tale instrumentum, jure suo fruatur pars utraque.

17. Quodsi per duellum amici occisi reum negantem volunt convincere, et pervenerunt ad annos viriles, propria manu pugnabunt; si vero minores annis fuerint, pugilem poterunt pro se dare.

18. Quodsi amici occisi non per pugnam, sed per querelam simplicem procedant contra reum, et ipse reus cum septem viris idoneis se poterit expurgare, liber erit; sed si defecerit, insufficienter se expurgando, decollabitur.

19. Item si quis aliquem membro mutilaverit, et mutilatus non provocet ad pugnam, reus se septima manu viro- rum idoneorum expurgavit; in quo si defecerit, manu truncabitur, vel decem marchas exsolvet pro emenda, cujus emendae duae partes cedunt judici et tertia laeso, et reus emendabit ipso laeso ad arbitrium proborum virorum.

20. Item si vulnus inflixerit, quod est dignum pugna: vel tertia manu se reus expurgabit, vel jura vulnerum praedicta patietur.

21. Item si quis aliquod membrum fregerit cujusquam sine sanguinis effusione, et ipsum membrum fuerit postmodum resanatum: cum tribus viris idoneis reus se purgabit, vel judicem et actorem debito modo complacabit.

22. Item si vulneratus a quocunque prae superbia non conqueritur laesionem suam in proximo judicio post acceptum vulnus: eo ipso suam perdet in posterum actionem, et satisfacet judici, prout ipse laesor et reus facere debuisset convictus.

23. Item si quis aliquem baculaverit vel colaphizaverit aut aliter male tractaverit sine sanguinis effusione, et laesus in primo judicio non conqueritur: totam in posterum perdidit actionem.

24. Item si quis aliquem ex proposita malitia debaculaverit, vel aliter male tractaverit, et actor probare non poterit, sed reus negaverit: propria manu se purgabit; sed si convictus fuerit a tribus idoneis testibus, quinque talentaolvere debet judici et satisfacet laeso.

25. Item in quacunque honesta causa vir aliquis vita vel rebus meruerit condemnari: tertia pars omnium bonorum suorum legitimae cedet suae uxori, IV criminibus exceptis: praeda, seu incendio, homicidio et crimine falsi.

26. Item sunt in anno tria judicia publica, quae pronuntiabuntur in ecclesia et in foro; primum post Natales Domini, secundum post Pascha, tertium post festum Sancti Michaelis.

27. Ad quae judicia si quis non venerit, si nulla contra eum movetur querimonia, viginti denarios dabit pro poena; si vero aliqua contra eum querimonia fuerit, IV solidos dabit iudici.

28. Si quis verbis excesserit in eisdem judiciis, VIII solidos in poenam dabit.

29. Omnes autem poenae, quae dantur in istis et in omnibus judiciis, mediae relaxabuntur, et mediae iudici persolventur.

30. Item in die forensi tanta est libertas fori publici in Lubsicz:

31. Ut quicquid emerit quisquam in hoc foro et hoc poterit legitime comprobare, etiam si illa res impetatur ab aliquo nomine furti vel rapinae: ipsi emptori nihil ex hoc deperiet in rebus suis aut honore;

32. Sed si in platea vel in domo extra forum aut non in die forensi quicquam emerit sub testimonio honesto: ipse quidem innocens erit in fama, si res illa impetatur et etiam convincatur, sed perdet res suas, quas dedit pro eadem.

33. Si vero non probaverit, se talem rem emisit: de furto tenebitur respondere, si res evincatur, et poenam legitimam sustinebit.

34. Item si fur aliquis capitur cum re furtiva, dimidium fertonem valente vel ultra, et ille qui furem insequitur, de ipsa sit provincia: cum tribus viris idoneis ipsum convinctet; si autem de terra fuerit aliena, cum septem viris idoneis ipsum prosequetur.

35. De praedonibus vero idem fiat.

36. Si autem res furtiva minus quam dimidium fertonem valuerit, et reus antea non fuit infamis: non suspendetur, sed juxta statuum in publico virgis caedetur.

37. Si vero antea fuit infamis, suspendatur.

38. Item si quis a sua hereditate discesserit, et nullam inde justitiam fecerit ut tenetur: si iudex eum provocaverit ut satisfaciat, et ipse hoc neglexerit, ad primum praeceptum tenebitur iudici ad poenam quinque solidorum; si vero secundo jussus non satisfecerit, dabit VIII solidos; si vero nec tertio satisfecerit, triginta solidos dabit. Tandem iudex praecipiet ei, venire infra annum et diem, et satisfacere; quod si neglexerit, ipsa hereditas ad iudicabitur nobis et iste cadet ab omni deinceps actione.

39. Item si quis prosequitur equum sibi sublatum, et ipsum voluerit sententialiter obtinere: ipsum equum usque ad septimum guaranditorem prosequetur, et tunc equum perdet, vel sententialiter obtinebit.

40. Item compromissio, facta per viros idoneos et soluta, praejudicat omni juri, dummodo contra justitiam non fiat vel communem honestatem.

41. Praeterea civibus ejusdem civitatis de speciali gratia duximus concedendum, quod si quando advocatus eorum et consules, qui pro tempore ipsi praefuerint civitati, aliquam sententiam tulerint de aliquo articulo, qui non sit praedictis insertus, sed de novo emerit ex ignota causa: volumus eam sententiam ratam et illibatam servari, ac si superius esset scripta, dummodo eadem sententia non sit contra justitiam vel contra communem honestatem; alioquin si contra justitiam fuerit vel communem honestatem, eam irritam esse volumus et inanem.

In cujus renovationis, confirmationis et concessionis nostrae testimonium et robur perpetuo valiturum, praesens privilegium fieri et sigillis Majestatis nostrae jussimus communiri.

Actum et datum in Krenenhicz anno Domini millesimo ducentesimo Septuagesimo, V. Kalendas Septembris, IV. indictionis.

62.

Tractatus pacis inter Premyslaum Boemiae et Stephanum Hungariae regem.

1271, 14. Jul.

E Regesto Gregorii X. in tabulariis Vaticanis. (Boczek Dipl. IV. 52.)

Otacharus Dei gratia rex Boemiae, dux Austriae, Styriae, Carinthiae, marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae et Portus Naonis.

Universis praesentium notitiam habituris salutem in salutis auctore.

Licet aeterni regis imperio generali post coeli et terrae transitum teste veritate evangelica duraturo parere deceat universos, specialius tamen personas sublimitate regia decoratas ipsius praeceptum in pace, quae caritatis est vinculum, observanda mentis suae habere continue convenit in archivis, subtili considerationis liberamine attendendo, quod ex ea et per eam eisdem quies corporis, animi tranquillitas et subjectis votiva opulentia praebetur; praesertim cum aeterni regis filius in sinum patris unde venerat, regressurus apostolici ordinis coetui, per quem orbem instrui voluit universum, post salutaria praecepta pacem servandam reliquerit et tenendam, quae etsi ex mandati coelestis latitudine ad universos et in

universos intentionis suae extendere soleat incrementa, tamen eo ampliori sinceritate inter eos eandem decet esse radicatum, quos multiplicis attinentiae unio copulat et connectit.

Proinde noverint universi, quod post longa guerrarum discrimina, quae inter dominum Stephanum regem Ungariae illustrem, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Cumaniae et Bulgariae, ducem totius Sclavoniae, carissimum cognatum nostrum, ex una parte, et Nos ex altera suscitata fuerant, suggerente humani generis inimico, cum nos pro votivae pacis puritate reformanda dilectos fideles nostros, D. Brunonem venerabilem episcopum Olomucensem, fratrem Hartpernum ministrum ordinis fratrum Minorum per Austriam, Hartlibum camerarium, Bohuschonem marschalcum, Nezamislonem pincernam Moraviae, barones regni nostri, misissemus, dato eisdem pleno, sufficienti et legali mandato, ut convenientes cum praelatis et baronibus regni Ungariae, D. Paulo venerabili episcopo Vesprimiensi, Egidio summo camerario, Rolando bano et M. Benedicto praeposito Oradiensi vicecancellario, a praedicto rege Ungariae similiter cum pleno mandato destinatis, tractare, ordinare et diffinire possent omnia ad reformationem pacis facientia, quae nos ipsi, si praesentialiter cum ipso rege Ungariae convenissemus, ordinare et diffinire possemus, pro nostri quiete animi et nostrorum tranquillitate subjectorum :

Idem barones nostri, consententes cum praedictis baronibus regni Ungariae, ordinaverunt et assumpserunt juxta mandati traditi sibi formam :

## I.

Ut de cetero perpetua pax inter regem Ungariae ac nos debeat observari; nec eidem regi vel suis turbationes vel molestias inferemus, vel inferri per nostros pateremur.

Includentes eisdem paci et eadem vallentes regnum nostrum Boemiae, terrasque nostras Austriam, Styriam, Carinthiam, Moraviam, Carniolam, Marchiam, Egram et Portum Naonis cum omnibus attinentis eorundem, secundum signa, distinctiones et metas antiquas prout etiam progenitores nostri reges Boemiae et marchiones Moraviae, nec non antecessores nostri, duces Austriae, Styriae et Carinthiae, domini Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus Naonis usque tempus vitae D. Belae inclytae recordationis patris dicti D. Stephani regis Ungariae possederunt ac tenuerunt.

Verum si termini hinc inde fuissent avulsi vel mutati, venerabiles patres D. archiepiscopus Strigoniensis et episcopus



Olomucensis, Deum et justitiam habentes prae oculis, super ipsis terminis et limitibus cognoscent, et id, quod legitime definiverint, per censuram ecclesiasticam partes facient observare.

Hoc adjecto, ut occasione terminorum seu limitum, de quibus dicti archiepiscopus et episcopus cognoscent, pacis puritas inter regem Ungariae et nos non turbabitur, nec nos cum eodem rege relabemur in guerrarum discrimina recidiva.

## II.

Pace igitur hujusmodi inter ipsum regem et nos reformata et cautionibus tam literarum authenticarum quam jurjurandi religione firmata, ut eadem robore subsistere valeat firmiori, infra terminum inter illustrem regem Ungariae et nos statuendum seu moderandum pro pacis multiplici firmitate eidem regi Ungariae dari procurabimus et faciemus literas magnificorum virorum D. Henrici Misenensis et D. Ottonis Brandenburgensis inclitorum marchionum, cognatorum et amicorum nostrorum, praesenti pace ex parte nostra inclusorum, super eo quod eidem paci, conventioni seu compositioni nunc factis per nos et barones adhibebunt consensum, conniventiam et opitulationem omnimodam inviolabiter observandam.

Eo expressim cauto, tam in literis marchionis Henrici Misenensis, quam D. Ottonis marchionis Brandenburgensis praedictorum, ut si nos pacem contigat, quod absit, infringere vel turbare, ex tunc iidem marchiones nobis non assistant auxilio, consilio vel favore, sed se a nobis penitus separabunt.

Rex autem Ungariae sub eadem seu consimili forma nobis dari faciet literas magnifici D. Caroli illustris regis Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae et comitis Fulcalquerii; nec non literas D. Heinrici inclyti ducis Bavariae amicorum suorum, sub ea forma, ut si rex Ungariae aliquid contra pacem fecerit vel attentarit, violando seu infringendo eandem, ex tunc iidem rex et dux a societate et amicitia regis Ungariae se penitus retrahentes eidem contra nos non impertientur consilium, auxilium et favorem, et hoc expressim continebitur in eorundem regis et ducis patentibus literis, sigillis eorum authenticis pendentibus consignatis, quae ut dictum est, infra terminum per D. regem Ungariae et nos moderandum nobis debent similiter assignari.

## III.

Ceterum quaedam castra intra limites regni Ungariae constituta, quorum principale dominium ad ipsum regem per-

tinet, Keuwzeg videlicet, de Monte S. Viti, Zloyruk, Pernstaeyn, de Kertus ac castrum Farcasii de Zaguria, quae Henricus, et duo castra Strigo vocata, quae Johannes filius ejusdem Henrici, ac castrum Dobra, quod Nicolaus et Stephanus filii Pauli, et castrum Row vocatum quod Merk filius Gyanwr, qui a rege Ungariae transfugientes, se ad nos transtulerunt, detinent occupata, juxta ordinationem baronum nostrorum et ipsius regis Ungariae recuperanda et habenda de nostra bona voluntate deseruimus.

Adjiciendo et expresse cavendo, quod detentores praedictorum castrorum nec per Teutonicos nec per Boemos juvabimus, nec juvari aliquatenus permittemus, palam vel occulte, et nominatim non patiemur eos juvari contra regem Ungariae in ipsis castris detinendis per homines, quos ipsi Henrico scilicet et Johanni filio ejusdem, Nicolao et Stephano filiis Pauli et Laurentio filio Petri concessimus, postquam se a rege Ungariae ad nos cum ipsis castris transtulerunt.

Promittendo firmiter juxta eorundem baronum ordinationem, quod de castris nostris nullum nocumentum hominibus regni Ungariae inferri patiemur per supradictos Henricum, Johannem filium ejusdem, Nicolaum et Stephanum filios Pauli et socios eorundem ac adhaerentes eisdem.

Hoc expresse declarato, quod si iidem damna, injurias, insultus vel depraedationes aliquas hominibus regni Ungariae quolibet ingenio, fraude vel machinamento inferre praesumpserit, et super hoc nobis per Hartlibum camerarium nostrum, qui secundum formam compositionis impraesentiarum factae ad investigandum et inquirendum hominem suum, cui super praemissis credi possit, transmittere tenetur, facta fuerit certa fides: extunc eosdem omnibus possessionibus in quacumque parte regni nostri et terrarum nostrarum a nobis concessis et datis spoliabimus et privabimus, nullo regressu ipsis ad possessiones easdem reservato.

Et ut expresse appareat, eosdem per nos in sua malitia non foveri, ipsos sic privatos praedictis possessionibus ubicumque a nobis datis et concessis de regni et ducatum nostrorum terrarumque nobis adhaerentium partibus excludere tenebimur, utpote pacis necessariae turbatores.

Promisit etiam rex Stephanus saepedictus secundum ordinationem praedictorum baronum, quod (non) recipiet in gratiam suam Henricum, Johannem, Stephanum Nicolaum et Laurentium filium Petri ac complices eorundem supradictos cum castris et munitionibus a nobis eisdem traditis et concessis in regno et terris nostris vel in posterum concedendis.

IV.

Sane quia per infideles et transfugas huc illucque inter mundi principes discurrentes seminari solent pestifera, pacis turbantia puritatem, quae interdum ipsis principibus non tam temporalis tranquillitatis commodum, quam vitae futurae subsidia per guerrarum discrimina adimunt opportuna: promittimus juxta ordinationem praedictam non receptare infideles ex parte ipsius regis Ungariae ad nos transfugientes, nec eis subsidium vel benignitatem aliquam impertiemur, sed ipsos potius tamquam male meritos excludemus, nec per amicos nostros ve subditos receptari vel foveri aliquatenus patiemur.

V.

Porro quia multiplex tam consanguinitatis quam affinitatis affectio ad correlativum amorem nos possunt et debent mutuo incitare, pro observatione pacis nunc factae et in posterum duraturae promittimus et assumimus, ut si aliqua temporum processibus successivis contingeret suboriri hinc inde, quae turbare possent pacis et concordiae unionem: pace eadem nunc facta in suo robore permanente super gravioribus quae ex parte hominum nostrorum contra homines regis Ungariae attentata fuerint sive facta, episcopus Olomucensis tam ex ordinaria jurisdictione quam ex ipsius jurisdictionis in eos, qui eidem episcopo subjecti non sunt, prorogatione nunc facta cognoscet, et quae judiciaria maturitate servata invenerit peperam attentata seu facta in praedictum regis Ungariae et hominum suorum, prolata diffinitiva sententia reformabit, postquam de causae meritis cognoverit, ut est juris; et quae diffiniverit, per censuram ecclesiasticam faciet observari, cum id ipsius regis Ungariae et nostri barones ordinaverint juxta traditam sibi formam, et ipse rex Ungariae ac nos assumpserimus, approbaverimus et emologaverimus praemissa omnia et singula spontanea voluntate.

Si vero aliqua graviora per homines regis Ungariae vel barones ejusdem attentata fuerint sive facta, per quae nobis et hominibus regni terrarumque nostrarum posset praedictum generari: super iis venerabilis pater D. Ph. Strigoniensis archiepiscopus ex ordinaria jurisdictione, quam omnes barones et homines regni Ungariae in se prorogaverunt, cognoscet juxta formam articuli proxime expressi, et quod diffiniverit, executioni mandabit, contradictores per censuram ecclesiasticam districtus compescendo.

Et in hujusmodi cognitionibus, diffinitionibus et executionibus causarum procedent iidem archiepiscopus et episcopus,

Deum et justitiam habentes prae oculis, postpositis gratia, timore, odio et favore.

Iidem quoque archiepiscopus et episcopus in personam regis Ungariae atque nostram singuli singillatim promulgandi excommunicationis sententiam plenam habeant facultatem, cum ipse et nos in praemissis subjecerimus personas nostras jurisdictionibus eorundem.

In minoribus vero causis, quae hinc inde inter ipsius regis et nostros homines emeruerint circa confinia Moraviae: duo ex parte ipsius regis Ungariae, videlicet comes Posoniensis et comes Nitriensis, ex parte nostra camerarius Moraviae et purchravius de Brumove; circa confinia Austriae ex parte regis Ungariae comites Supruniensis et Musuniensis, ex parte nostra castellanus de Haselowe et castellanus Novae Civitatis iudices provinciales; circa confinia Styriae ex parte regis Ungariae comites Castri Ferrei et de Zala, ex parte nostra capitaneus et notarius Styriae; circa confinia Karinthiae, Carniolae, Marchiae ex parte regis Ungariae banus totius Sclavoniae, ex parte nostra capitaneus Karinthiae, Carniolae deputabuntur, qui querelantibus hinc inde iustitiae facient complementum; et id quod fecerint, tam ipsius regis Ungariae quam nostra auctoritate facient observari.

Quod si aliqui ex ipsis fuerint diem functi, successores ipsorum dignitatis hereditarii vel per alterutrum regum substituti fungentur vice et partibus eorundem.

## VI.

Item si inter amicos regis Ungariae et nostros aliqua fuerit discordia suscitata pro causa huiusmodi: contra pacem promittimus non venire, sed discordantes studebimus, si poterimus, ad pacem et concordiam revocare; alioquin causa inter ipsos discordantes exorta archiepiscoporum et episcoporum iudicio vel ordinationi reliquetur, quam ipsi recipient et eidem parebunt sive stabunt.

Quodsi amici nostri haec renuerint adimplere, nullum consilium et auxilium eisdem impendemus contra regem Ungariae supradictum.

Si vero (quod absit) rex Ungariae pacis violator ex quacumque causa propria vel amicorum suorum ac hominum regni sui inventus fuerit vel turbator: ipso facto incidet in sententiam excommunicationis, quam ex nunc venerabiles patres archiepiscopi Strigoniensis et Colocensis, eorumque suffraganei episcopi Ungariae tulerunt in scriptis solemniter, et quod eadem sententia teneat et astringat violatorem pacis et

concordiae cum effectu, ipse rex Ungariae subiecit se jurisdictioni ipsorum archiepiscoporum et episcoporum, non obstantibus aliquibus literis, indulgentiis seu privilegiis a sede apostolica impetratis vel in posterum impetrandis.

## VII.

Praeterea ut multiplicatus funiculus pacem faciat plenior, venerabiles patres electus Salzeburgensis, Pataviensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pragensis, Olomucensis et Seccoviensis, episcopi regni terrarumque nostrarum, juraverunt, quantum in eis est, pacem praesentem inter ipsum regem et nos ordinatam tenere ac servare et nos inducere juxta promissionis a se factae formam, ad eandem mutuo observandam et tenendum ea, quae inpraesentiarum promisimus et promittimus, spondimus et spondemus, sicut in ipsorum literis plenius continetur.

Promiserunt etiam per idem juramentum et promittunt, quod si nos (quod absit) pacem infringere contingeret vel ea, quae in praesens placitum sunt deducta, violare: iidem Salzeburgensis electus ecclesiae et episcopi nominati regnique nostri barones nos deserent et regi Ungariae adhaerebunt ex debito praestiti juramenti.

Verum si regem Ungariae pacem vel ea quae in placitum devenerunt, infringere contigerit vel turbare: archiepiscopi et episcopi regni sui et barones ac comites ejusdem juxta formam praesentis compositionis et ordinationis eum deserent et nobis adhaerebunt similiter ex debito praestiti juramenti, sicut in ipsorum patentibus literis continetur.

Item electus Salzeburgensis et venerabiles patres Pataviensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pragensis, Olomucensis, Seccoviensis episcopi de nostra et baronum nostrorum voluntate ex nunc sententiam excommunicationis promulgarunt, quam si nos (quod absit) pacem transgredi contigerit, ipso facto incurremus, et nihilominus iidem electus et episcopi totum regnum terrasque nostras ecclesiastico subjicient in suis dioecesibus interdicto, non obstantibus literis seu indulgentiis impetratis vel imposterum impetrandis.

Archiepiscopus etiam Strigoniensis, qui ordinarius regis Ungariae existit, et archiepiscopus Colocensis ipsius cancellarius ac suffraganei eorundem, praelati regni Ungariae, consimilem excommunicationis sententiam in scriptis solemniter tulerunt, quam ipse rex Ungariae ipso facto incurret, si transgressor pacis existeret vel turbator.

Et si in hac parte archiepiscopi et episcopi praedicti tam regnorum, regni Ungariae quam regni nostri et terrarum nostrarum negligentes in exequendis praemissis extiterint vel remissi, punientur a dominis cardinalibus, quorum jurisdictioni se in hac parte subjecerunt, tanquam juramenti praestiti transgressores.

### VIII.

Barones insuper regui nostri, videlicet camerarius Boemiae, Yeroschius de Vvhsberch, Jaroslaus de Lewnberch, Borso de Risemburch, Zbizlaus purchravius Pragensis, Iarrso de Waldemberch, Dytricus subcamerarius Boemiae, Bawarus de Straconicz, Hynko de Luhtemburch, Stenko frater Zmylonis, Zlavko filius Borschonis, Hartlibus camerarius Moraviae; Bohusch mareschalcus, Bzneta dapifer, Nezamizlaus pincerna Moraviae, Milota frater Benessii, Chuno frater Zmizlonis, Otto de Haselowe, Otto de Perhtoltsdorf, Heutef de Howuelde\*) et alii quam plures juraverunt, quantum in eis est, pacem nunc factam fideliter observare et nos inducere juxta posse, bona fide, ad promissa nostra et sua servanda, suis super hoc regi Ungariae literis traditis et concessis.

### IX.

Ad haec ut concordiae et amoris dulcedo inter ipsum regem Ungariae et nos propagines suas faciat largiores, ordinatum exstitit a praedictis baronibus regis Ungariae et nostris ad tractatum praesentis pacis specialiter deputatis, ut idem rex Ungariae Philippum electum Aquilegenssem et nos Stephanum Lombardum nepotem marchionis Estensis excludere a nostra societate et amicitia deberemus. Nos itaque juxta placitum et ordinationem baronum nostrorum juramento firmata excludimus et exclusimus a nostra societate et amicitia omnimodis eundem Stephanum, promittentes eum non receptare nec fovere in nostris et amicorum nostrorum finibus sive terris, sed excludere et excludi facere penitus de eisdem, cum rex Ungariae Philippum electum similiter excluserit de

---

\*) Ex parte regis Ungariae barones hi nominantur: Mois palatii comes, comes Supruuiensis et judex Comanorum, Egidius summus camerarius aulae regiae, comes Simigiensis, Joachimus banus totius Slavoniae, Matheus woywoda Transsilvanus et comes de Sonuz et Laurentius banus de Zeurino et comes de Doboka, Rolandus banus, Petrus magister dapiferorum, comes de Sweke, Albertus magister agazonum, comes Szibiniensis, Philippus magister pincernarum, Ernerius banus, comes Worosdiensis, Porach banus, comes Zaladiensis, Michael comes Nitriensis, Paulus banus, comes Bachiensis, Dionysius comes de Morocha, magister Andreas comes de Reuche et Petrus comes de Zana.

sua societate, familiaritate et amicitia omnimodis, non obstantibus literis concessis eidem et promissionibus sibi factis, imo penitus removerit, et omnino et specialiter assumpserit non receptare vel fovere eundem in suis et amicorum suorum finibus sive terris, promittens eum excludere et excludi facere de eisdem.

Exclusit etiam rex Ungariae supradictus Wilhelmum de Scharfenberch et Nicolaum de Leumberch, terrarum nostrarum profugos, a suo servitio, gratia et favore, promittens in defendendis et detinendis castris ipsorum eos contra nos et nostros homines non juvare.

## X.

Insuper D. Stephanus rex Ungariae renuntiavit omni juri et actioni, quod et quae sibi videbantur competere seu etiam competebant in ducatus Styriae, Karinthiae et dominiis Carniolae, Marchiae, nullam de cetero suo vel heredum suorum nomine contra nos et heredes nostros super illis moturus materiam quaestionis.

Renuntiavit etiam rex Stephanus Ungariae saepedictus juri et actioni sibi et suis heredibus competentibus de insigniis regalibus, corona videlicet, gladio, monili, sella, scutellis et aliis clenodiis ac thesauro, delatis per D. Annam socram nostram, in regnum Bohemiae.

## XI.

Item praedictae ordinationi et paci includi volumus et includimus excellentes dominos et illustres regem Hispaniae regem Angliae, D. Richardum fratrem regis Angliae, electum Romanorum in imperatorem, cum filiis eorundem; venerabiles, patres dominos archiepiscopum Maguntinum cum suis suffraganeis, archiepiscopum Magdeburgensem cum suis suffraganeis, archiepiscopum Salzbergensem cum suis suffraganeis, D. Ludovicum comitem palatinum Rheni, D. Henricum marchionem Misnensem, D. ducem Saxoniae cum fratribus et filiis suis, ducem Brunsvicensem et fratrem suum, D. ducem Brabantiae, D. ducem de Lympurch, D. Albertum landgravium Turingiae, D. Theodoricum marchionem de Lantsberg, D. Ottonem marchionem de Brandenburg cum fratribus suis carissimis avunculis nostris, filios D. Joannis marchionis, videlicet D. Joannem marchionem Brandenburgensem cum fratribus et filiis suis, D. Woleslaum ducem Silesiae et suum, ducem (sic) Henricum ac alios filios suos, D. Chunradum ducem Slesiae cum pueris

suis, D. Henricum filium ducis Henrici de Wratislavia, D. Lezkonem et fratrem ejus duces Cuiaviae, aliosque fideles, fautores et familiares nostros, cum filiis omnibus, terris, regnis, ducatibus, juribus ac possessionibus eorundem \*).

## XII.

Insuper promisimus et promittimus juxta ipsorum baronum nostrorum ordinationem, quod a dominis cardinalibus vacante nunc sede apostolica obtinebimus transmissis nostris nunciis confirmationem pacis nunc factae, hoc adjecto, quod ipsius regis Ungariae et nostri nuntii circa festum S. Michaelis nunc venturum iter arripient et in festo Omnium Sanctorum proxime subsequenti se dominorum cardinalium conspectui praesentabunt, et confirmationem nostris sumptibus et expensis obtentam faciemus ipsi regi Ungariae assignari.

Idem etiam rex per suos proprios nuncios impetrabit consimiles confirmationis literas, suis expensis et sumptibus nobis dandas.

Creato vero papa confirmationem eandem sub simili vicissitudine alterutri nostrum dandam faciemus largiente Domino impetrari.

## XIII.

Damna autem illata hinc inde compensatione mutua sunt sublata, juxta ordinationem saepius memoratam.

Ut igitur praemissa universa et singula per nos inviolabiliter observentur nec successorum temporum mutatione infringi valeant vel aliquid vacillare, juravimus et juramus tactis corporaliter sacrosanctis evangeliiis, multorum sanctorum reliquiis et vivificae crucis ligno, adjicientes ut transgressor praemissorum praeter infamiae notam, quam ex transgressione juramenti incurret, divinae acrimoniam sentiat ultionis

---

\*) Eidem paci ex parte regis Ungariae inclusi hi nominantur: Philippus Francorum et Karulus Siciliae reges, Karulus junior primogenitus ipsius regis Karuli gener Stephani regis, Michaelis Angelus Paleologus imperator Graecorum, Andronicus junior imperator Graecorum gener Stephani regis, Bouslaus Cracoviae et Sandomeriae, Boislaus majoris Poloniae, Hoinricus Bavariae duces, generi Stephani regis, Bela dux de Machow et de Bosna frater regis, Urossius rex Serviae et Stephanus filius ejus junior rex Serbiae gener Stephani regii, Swetizlaus imperator Bulgarorum et Leo gener Stephani regis, Rutenorum dux, Mitislaus frater ejusdem et Wazul filius Wazulae ducis Rutenorum, aliique fideles, fautores et familiares regis.



et cum Chore, Datan et Abiron recipiat portionem, Dei omnipotentis et gloriosissimae Virginis ac sanctorum omnium suffragiis destitutus.

In cujus rei testimonium et perpetuam memoriam ac munimen praesentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas.

Datum et actum Pragae Anno Domini MCCLXXI, coronationis nostrae anno decimo, II. Idus Julii.

---

63.

## Pactum de bonis comitum olim de Bogen.

1273.

Ludmila, Friderici Bohemorum ducis filia, in matrimonium data est Adalberto III. comiti de Bogen; dein postquam hic a. 1198 mortuus est, Ludovico, Bavariae duci, nupsit. Ex priori matrimonio natus est Adalbertus IV. comes de Bogen, ex altero Otto dux Bavariae et palatinus comes Rheni.

Quum comiti de Bogen nuberet, Ludmila aliquot praedia in Boemia sita dotis nomine accepit, quorum numero erat villa Sušice (Schüttenhofen) et, quae ad eam pertinebant, praedia de Podmokel. Schüttenhofen in possessione Adalberti IV. permansit, qui ecclesiam ibidem cum villa adjacente Podmokel dicta ecclesiae Windbergensi, cuius advocatus erat, testamento suo a. 1233 contulit (Erb. Reg. I. 796, 807.)

Postquam gens comitum de Bogen a. 1242 extincta est, Otto ex posteriori matrimonio ortus istam hereditatem appetivit, atque certe reperitur eundem Ottonem a. 1246 monasterio de Altaich inferiori donasse „decimas omnium bonorum in cellariis et granariis Schüttenhofen perpetuo colligendas“ (Erb. Reg. I. 1150.)

Ipsa Ludmila a. 1240 mortua est. Jam sub rege Wenceslao I., majorem autem in modum regnante Premyslao Otacaro II. gravissimae lites inter Bavariam et Boemiam, partim propter possessiones, quas olim comitum de Bogen in Bavaria fuerant, exortae sunt; Otacarus quidem pace Cham-bensi a. 1257 oppidis et castris Ried, Schärding, Neuburg et Schüttenhofen renuntiaverat, at litis compositio demum a. 1273, ut Palacký affert, facta est.

Forma hujus compositionis legitur in Codice Regiomontano (Voigt Urk. Formelbuch LXL.), unde locum, ad controversiam de castris et villis spectantem, depromptum hicce exhibemus.

— — — — —  
Praeterea ut fecus, fermentum et fomentum discordiarum inter nos hactenus habitatum evacuetur penitus seu etiam expurgetur, renuntiamus et renuntiavimus omni juri et actioni nobis et heredibus nostris competentibus in comitatibus Pogen, Tekkendorf et in castris Scherdingen, Flosz, Bartensteyn et in omnibus aliis castris, bonis et possessionibus ab ipso domino duce Bavariae nunc possessis.

Item quoque dominus dux renuntiavit et renuntiat omni juri et actioni sibi et heredibus suis competentibus in castris,

possessionibus atque bonis dictis Shutenhoven, Gresensteyn, Erensprune et aliis omnibus juribus sibi hereditibusque suis competentibus in regno Bohemiae, ducatus Austriae, Styriae et Karinthiae, marchionatu Moraviae, dominatu Carniolae atque Marchia, Egra, exceptis dumtaxat quibusdam possessionibus in Wachov in Austria situatis.

64.

### Confirmatio systematis feudalis episcopi Brunonis.

1274, 8. Jan.

Rex Premyslaus Otacarus II. systemati feudali ab episcopo Brunone a. 1251 in bonis episcopatus Olomucensis introducto, literis anno 1274 datis assensum suum regalem praebuit; omnia fere bona episcopatus et capituli Olomucensis, quae in hunc diem jure feudali gaudent, sub temporibus Brunonis hoc jure constituta sunt; a. 1251 Hirsice, a. 1255 Glesin, Thomaz, Rudolfeswald, Godefridesdorf, Slavkov, a. 1256 Slavičín, Bllovice, Biskupice, Práškice, a. 1263 Choriň, Milotice, a. 1268 Želeč, Žatčany, Modřice, a. 1270 Komarovice, Nová Ves, Bráneč, Babice, Tučapy, Pačetulky; Špičky, Nová Ves druhá; Tlustomosty; Kovalovice; a. 1272 Bělá; 1273 Krakovice, Mošany; Ketře etc. etc.

(Ex originali in arch. capituli Olomuc. Boczek Cod. Dipl. Mor. IV. 78.)

Otacarus Dei gratia Bohemiae rex quintus, dux Austriae, Styriae, Karinthiae, marchio Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus Naonis.

Omnibus praesentem paginam inspecturis in perpetuum.

Pium est et honestum ac consentaneum rationi, ut quorum devotionis constantia, fideique puritas tam probabilibus argumentis, quam veris experiri potest indicis, eorum speciali praerogativa favoris et gratiae coronetur fidelitas, ut ubi fides est per operis evidentiam, ibi remunerationis dignissimae praemium sit paratum, ceterique ipsorum exemplo ad devotionis et fidelitatis constantiam fortius invitentur.

Cum igitur venerabilis in Christo pater, dominus Bruno episcopus Olomucensis, ad honorem et utilitatem ecclesiae suae indefessa sollicitudine diligenter intendens, statum ejus quibus potest promotionibus erigendo, militibus et famulis suis, qui tam nobis in defensione terrarum nostrarum et ad resistendum inimicis nostris, quam etiam ipsi domino episcopo, nobis semper exposito et parato, jam multis retroactis temporibus non sine magnis laboribus et personarum periculis, fideliter servierunt et serviunt incessanter, de bonis et possessionibus episcopalibus unicuique juxta suorum exigentiam obsequiorum, nomine feodi bona duxerit aliqua conferenda,

pleno capituli sui accedente consensu: nos considerantes et plenius advertentes, quod eidem ecclesiae Olomucensi non modicus in hoc facto profectus et honor accrescit, quodque dominus Bruno episcopus tam per industriam suam quam per nostram etiam largitionem Olomucensi ecclesiae — temporibus suis bona plurima acquisivit, tales etiam qui militaria nobis praestent obsequia, pro defensione terrarum nostrarum et ad resistendum adversariis nostris, ut temporis conditio praesentis exposcit, volentes habere mansione stabili infra domini nostri rete, consensum nostrum super infeodationibus hujusmodi favorabiliter et liberaliter adhibemus.

Et ut praefati milites ac famuli, necnon et heredes suorum feodorum, prout in privilegiis episcopi et capituli Olomucensis, sibi concessis, plenius est expressum, stabili et perpetua gaudeant firmitate, ipsique et eorum posteri, qui bonis eisdem feodalibus de jure successerint, episcopo qui praetempore fuerit et ecclesiae Olomucensi obsequiis militaribus perpetuo sint astricti: nos adjicientes celsitudinis nostrae robur, quod per eundem dominum Brunonem episcopum et capitulum suum in hac parte factum est, ratum habentes et firmum, id potestate regia confirmamus, inhibentes districte ac firmiter ex nostrae plenitudine potestatis, ne quis dictam infeodationem pie ac provide factam, praesumat infringere, vel ei aqualiter contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem regiam se noverit graviter incursum.

Datum Pragae per manum magistri Petri Wissegradensis praepositi, regni nostri cancellarii. Anno Domini Millesimo ducesimo LXXIII. VI. Idus Januarii, Indictione secunda.

## Privilegium Theutonicorum Pragensium confirmatum.

1274, 26. Nov.

Regnante Premyslao Otacaro II. Theutonicorum qui Pragae debebant, numerus novis advenis auctus est, quippe quum rex dictus anno 1257 novam civitatem in suburbio ad ripam sinistram posito condidit, ubi antiqui incolae Bohemi novis colonis cedere coacti sunt (Premysl dominus regni Bohemorum tertio anno sui ducatus 1257 in principio veris pepulit Bohemos de suburbio et locavit alienigenas. Cosm. Cont.). Castrum Pragense munivit diligenter et civitatem etiam minorem Pragensem muris et fossatis firmando ad ipsum castrum continuavit (Franc.). Arcae monasterii S. Georgii in suburbio Pragensi sitae, cum nova civitas plantaretur, per cives ejusdem civitatis indebite fuerant occupatae (Dipl. 1262.).

Civitas haec primo „nova civitas sub castro Pragensi“ appellabatur (1262—1310), postea demum nomen „minoris civitatis“ increbruit. Ut testat-

tur diploma a. 1312 scriptum, civitas haec usum juris Magdeburgensis obtinuit, quo etiam civitas Lutomericensis jam inde a temporibus Wenceslai I. utebatur.

Urbs quae in dextera ripa erat, quo a nova civitate quae ripam sinistram occupabat, distingueretur, vulgo „civitas major“ dicebatur; „civitatis antiquae“ nomen a. 1282 primum apparet.

Antiquum privilegium quod Soběslaus II. Theutonicis in vico Theutonicorum habitantibus dederat (n. 17.) quodque dein rex Wenceslaus I. iisdem incolis, cives jam eos appellans (n. 35.) confirmaverat, rex Premysl Otacarus II. „civibus majoris“ illius „civitatis Pragensis“ confirmavit; isti enim erant, qui hoc privilegium possederunt, ut testatur confirmatio, quae ei postea a rege Joanne Lucemburgensi accessit: „Nostris cives majoris civitatis nostrae Pragensis nobis exhibuerunt quoddam privilegium illustris domini Ottakari quondam regis Boemiae, praedecessoris nostri, cum instantia postulantes, ut privilegium ipsum et singula contenta sub ipso dignemur confirmare.“

(E confirmatione Joannis regis.)

Nos Ottakarus, Dei gratia rex Boemiae, dux Austriae, Carinthiae, marchio Moraviae, dominus Carniolae et Portus Naonis. Tenore praesentium devenire cupimus in publicam notionem, quod nos quoddam privilegium Theutonicorum Pragensem a patre olim nostro domino Wenceslao, illustri quondam rege Boemiae, concessum vidimus in haec verba:

(Sequitur privilegium Wenceslai I. regis cc. 1231 renovatum et auctum. N. 35.);

Nos autem Ottakarus, Dei gratia rex Boemorum, hoc privilegium jam praescriptum sicut rite et rationabiliter factum est, sic ipsum auctoritate regia confirmamus. In cujus confirmationis nostrae testimonium et robur praesens scriptum fieri etc.

Actum et datum Pragae per manus magistri Henrici prothonotarii regni nostri et plebani in Chors. Anno Domini millesimo CCXXIII., VI. Kal. Decembris, III. indictionis.

---

66.

## Infeudatio Premyslai Otacari II. de Bohemia et Moravia.

1276, 25. Nov.

Belli quod Rudolphus Romanorum rex atque Otacarus rex Bohemiae a. 1276 summa contentione inter se gesserunt, eventus is fuit, ut Otacarus Austria, Styria, Carinthia, Carniola decedere sit coactus, eique tantum Bohemia et Moravia possidendae a rege romano ritu solenni traditae sint, quod factum est die 26. nov. 1276 in castris ante Viennam: „Rex Otacarus Rudolpho electo obtulit vexilla quinque in signum subjectionis.“ — „Rudolphus regi Otacaro vexilla duo restituit cum terris Bohemiae et Moraviae.“

Rudolphi literae super hoc confectae in c. r. archivo aulico Vindobonae asservantur.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Universis sacri Romani imperii fidelibus praesentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Tenore praesentium recognoscimus, publice profitentes, quod nos illustrem Ottacarum Bohemiae regem, principem nostrum charissimum, de regno Bohemiae suisque attinentiis, nec non de marchionatu Moraviae, ceterisque omnibus, quae a nobis et imperio in feudum obtinere de jure dinoscitur, ex regali dignitate consueta investimus, ac eidem principatus praedictos cum omnibus ipsorum obtinentiis duximus concedendos a nobis et imperio in feudum perpetuo obtinendum.

In cujus rei testimonium praesens scriptum Majestatis nostrae sigillo jussimus communiri.

Datum in castris ante Viennam, VII Kalendas Decembris, Indictione V., Anno Domini MCCLXXVI, regni vero nostri anno IV.

67.

Depactio inter Rudolphum et Otacarum facta.

1277, 6. Maji.

Eodem die quo Otacarus rex a Rudolpho in castris prope Viennam super regno Boemiae atque marchionatu Moraviae est investitus, qui dies fuit VI. ante Cal. Dec. a. 1276, pacis quoque pactio, quae jam XI. ante Cal. Dec. inter utrumque regem convenerat, confirmata est. Neque tamen id pactum diuturnum fuit, quippe cum jam anno post alius pactionis necessitas exorta est, quam rem a Rudolpho Fridericus burgravius Norimbergensis, ab Otacaro Bruno episcopus Olomuensis, Smil a Bielkov atque Ulricus cancellarius transegerunt. Quod pactum die VI. pridie Nonas Majas 1277 Vindobonae confirmatum est.

Ejus pacti argumentum ad exemplum Vindobonense ut in Pertzii Mon. IV. nec non apud Boczekium in Cod. dipl. Mor. IV. 139 et 140 literis exscriptum est, exhibemus.

Nos Ottacharus, Dei gratia Boemiae rex, notum facimus universis praesentes literas inspecturis, simpliciter et publice nihilominus profitentes, quod formam pacis inter serenissimum dominum nostrum Rudolphum illustrem Roma-

Nos Rudolphus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, notum facimus universis, praesentes literas inspecturis, simpliciter et publice nihilominus profitentes, quod formam pacis inter nos ex una et inclytum Otacarum re-

norum regem semper augustum, ex una et nos ex altera parte, per venerabilem Olomucensem episcopum, Zmylonem purchravium Vetoviensem, magistrum Ulricum notarium nostrum et nobilem virum dominum Fridericum purchravium de Nurnberch, provide ordinatam, in omni sui parte et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata :

I. In primis siquidem obsoles et captivi, ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti, a proxima die dominica nunc instante infra quindecim dies debent restitui pristinae libertati, ab omni prorsus obligatione, fidejussione seu exactione pecuniae indempnes penitus et immunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinationem aliquid sit solutum, ad cujus restitutionem is cui solutio facta fuit, minime obligatur.

II. Item ut inter praedictum dominum nostrum et nos specialis amicitiae foedera fortiori vinculo solidentur, filium nostrum carissimum ejusdem regis filiae dare promittimus in maritum, cui idem rex civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinentiis suis, castris, possessionibus, hominibus et aliis quibuscumque, quae nos ad praesens tenere dinoscimur, pro decem millibus marcarum argenti nomine dotalitii sive dotis, titulo pignoris obligabit.

gem Boemiae ex altera parte, per venerabilem Olomucensem episcopum, Zmilonem purchravium Vetoviensem, et magistrum Ulricum notarium ejusdem regis, et nobilem Fridericum purchravium de Nurnberch provide ordinatam, in omni sui parte et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata :

I. In primis siquidem obsoles et captivi, ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti, a proxima die dominica nunc instante, infra quindecim dies debent restitui pristinae libertati, ab omni prorsus obligatione, fidejussione seu exactione pecuniae indempnes penitus et immunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinationem aliquid sit solutum, ad cujus restitutionem is cui solutio facta fuit, minime obligatur.

II. Item ut inter nos et regem praedictum specialis amicitiae foedera fortiori vinculo solidentur, filiam nostram ejusdem regis Boemiae filio dare promittimus in uxorem, et ei civitatem Imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinentiis suis, castris, possessionibus, hominibus et aliis quibuscumque, quae dictus Bohemiae rex ad praesens tenere dinoscitur, pro decem millibus marcarum argenti, nomine dotalitii sive dotis, titulo pignoris obligamus.

III. Praeterea ea omnia castra, munitiones, possessiones et oppida, ad ducatum Austriae pertinentia, quae per nos vel fautores seu adjutores nostros haecenus occupata fuerunt, restituemus ipsi domino nostro, regi et suis fautoribus et etiam adjutoribus, cum integritate plenaria, metis Boemiae, Moraviae et Austriae in eo statu manentibus, quo tempore clarae memoriae regum Boemiae et marchionum Moraviae, nec non Leupoldi et Friderici, ducum Austriae, ab eisdem dominis sunt possessae.

IV. Ipse etiam dominus noster rex similiter omnia castra, munitiones, possessiones et oppida, ad regnum Boemiae et marchionatum Moraviae spectantia, quae per ipsum vel suos nobis et nostris per injuriosam violentiam sunt subtracta seu occupata, nobis et nostris restituet integre et faciet restitui vice versa, excepto dumtaxat Nykolspurch, in cujus possessione Fr. de Liechtenstain cujus feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete; praeterea Chrumnowe ei ad quem de jure pertinet, assignari debet; insuper castrum Mertenycz Alexio militi nostro, et nobis castrum Durrenholtz debet restitui sive reddi; si quam tamen nos pecuniam debemus Hainrico de Chunring marschallo Austriae vel ipsius uxori, filiae nostrae dilectae, illam exsolvemus eisdem, et si idem H. vel uxor

III. Praeterea omnia castra, munitiones, possessiones et oppida, ad ducatum Austriae pertinentia, quae per ipsum regem Boemiae vel fautores seu adjutores ipsius haecenus occupata fuerint, restituentur nobis et nostris fautoribus et etiam adjutoribus cum integritate plenaria, metis Boemiae, Moraviae et Austriae in eo statu manentibus, quo tempore clarae memoriae Leupoldi et Friderici, ducum Austriae, ab iisdem ducibus sunt possessae.

IV. Nos etiam similiter omnia castra, munitiones, possessiones et oppida ad regnum Boemiae et marchionatum Moraviae de jure spectantia, quae per nos vel nostros eidem regi et suis per injuriosam violentiam sunt subtracta seu occupata, ipsi regi et suis restituemus integre, et faciemus restitui vice versa; excepto dumtaxat Nicolspurch, in cujus possessione F. de Liechtenstain, cujus feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete; praeterea Chrumenaw ei, ad quem de jure pertinet, assignari debet; insuper castrum Maertnitz Alexio militi ipsius regis Boemiae, et castrum Durrenholtz debet restitui ipsi regi; si quam tamen praedictus rex Boemiae pecuniam debet Heinricho de Chunringen, marscalco nostro per Austriam vel ipsius uxori, illam exsolvet eisdem, et iisdem Heinrichus vel uxor

ipsius contra nos super jam dicto castro Durrenholtze habuerit aliquam actionem, nos ad dictum Olomucensis episcopi et purchravii praedictorum, qui sub juramenti debito quaestionem hujusmodi diffinient, exhibebimus eisdem justitiae complementum.

V. Praeterea hujusmodi compositioni et paci generaliter includimus quoslibet servitores nostros et adjuutores, et nostris de Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia adjutoribus et servitoribus, compositioni praesenti includi et stare volentibus, saepedictus dominus noster rex restituet omnia, quae ante guer-ram vel post de eorum hereditatibus, alodiis et feudis notorie occupavit. — Si vero hujusmodi injuriosa occupatio dubia fuerit, per praedictos Olomucensem episcopum et purchravium sub juramenti debito, decidetur hujusmodi quaestio justitia vel amore. — Ipsos etiam nostros de praedictis terris Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia servitores et quoslibet nostros alios adjuutores ipse dominus rex plene gratiae suae restituet et donabit. — Nos etiam vice versa omnibus adjutoribus et servitoribus domini nostri regis per Boemiam et Moraviam plenae nostrae gratiae restitutis, omnia quae in hereditatibus, feudis et alodiis ipsis notorie per nos vel nostros abs-

ipsius contra praedictum regem super jam dicto castro Durrinholz habuerint aliquam actionem, idem rex ad dictum Olomucensis episcopi et purchravii praedictorum, qui sub juramenti debito quaestionem hujusmodi diffinient, exhibebit eisdem justitiae complementum.

V. Praeterea hujusmodi compositioni et paci generaliter includimus quoslibet servitores nostros et adjuutores, et nostris de Bohemia et Moravia adjutoribus et servitoribus, compositioni praesenti includi et stare volentibus saepedictus rex Boemiae restituet omnia, quae ante guer-ram vel post de eorum hereditatibus, alodiis et feudis notorie occupavit. — Si vero hujusmodi injuriosa occupatio dubia fuerit, per praedictos Olomucensem episcopum et purchravium sub juramenti debito, decidetur hujusmodi quaestio justitia vel amore. — Ipsos etiam nostros de Boemia et Moravia servitores et quoslibet alios nostros adjuutores ipse rex Boemiae plene gratiae suae restituet et donabit. — Nos etiam vice versa omnibus adjutoribus et servitoribus dicti regis Boemiae per Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam et Marchiam, plenae nostrae gratiae restitutis, omnia quae in hereditatibus, feudis et alodiis ipsis notorie per nos vel nostros abstulimus, plene restituemus et restitui faciemus.



tulimus, plene restituemus et restitui faciemus. In dubio vero quicquid Olomucensis episcopus et purchravius saepedicti, nos facturos, sub juramenti debito pronuntiaverint, faciemus.

VI. Praeterea si, quod absit, nostrorum aliquis servitorum per ipsum dominum nostrum regem vel adjuutores ipsius gravabitur, ipsum dominum nostrum, si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuntios nostros super revocatione et retractatione hujusmodi gravaminis interpellare tenebimur. — Qui dominus noster rex, si interpellatus gravamen hujusmodi notorium et per rei evidentiam manifestum non revocaverit nec fecerit retractari, nos adjuutores nostros hujusmodi passos injuriam, possumus et tenebimus juvare. — Quod in casu converso circa servitores serenissimi regis Romanorum, domini nostri, erit per omnia observandum. — Si vero gravamen nostris illatum dubium fuerit, Olomucensis episcopus et purchravius supradicti super hoc a nobis interpellati perquirent causae plenius veritatem. Qui si sub juramenti debito dixerint, ipsum dominum nostrum vel adjuutores ipsius gravamen vel injuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nihil ipsi domino nostro vel suis imputabimus. — Si autem invenerint dominum nostrum regem vel suos culpabiles, et rex ipse requisitus ab ipsis

— In dubio vero qui Olomucensis et purchravius saepedicti, nos facturos juramenti debito pronuntiaverint, faciemus.

VI. Praeterea si, quod absit, nostrorum aliquis servitorum per ipsum regem nostrum vel adjuutores ipsius gravabitur, ipsum regem si vamen notorium et evidens fuerit, per nuntios nostros super revocatione et retractatione hujusmodi gravaminis interpellare tenebimur. — Qui rex, si interpellatus gravamen hujusmodi notorium et rei evidentiam manifestum non revocaverit, non fecerit retractari, nos adjuutores nostros hujusmodi passos injuriam, possumus et tenebimus juvare. — Quod in casu converso circa servitores regis Bohemae erit per omnia observandum. — Si vero gravamen nostris illatum dubium fuerit, Olomucensis episcopus et purchravius saepedicti super hoc a nobis interpellati perquirent causae plenius veritatem. — Qui si sub juramenti debito dixerint, ipsum regem vel adjuutores ipsius gravamen vel injuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nihil ipsi regi vel suis imputabimus. — Si autem invenerint eum vel suos culpabiles et rex ipse requisitus ab ipsis, rex ipse requisitus ab ipsis

Olomucensi episcopo et purchravio, non emendaverit: adju-  
tores nostros juvabimus, prout  
superius est expressum. Quod  
circa regem Romanorum, do-  
minum nostrum, vice versa per  
omnia observari debbit.

VII. Praeterea, si Olomucen-  
sem episcopum vel purchra-  
vium saepedictos migrare con-  
tigerit ab hac luce, ipse do-  
minus noster vel nos alium in  
defuncti locum subrogabimus,  
qui omnia et singula, quae su-  
perius sunt expressa, fideliter  
exequetur.

VIII. Insuper inclytus rex Un-  
gariae et ipsius frater sic in-  
cluduntur in pace, quod quic-  
quid in castris, munitionibus  
sive praediis circa metas reg-  
norum hactenus fuit hinc  
inde injuriose occupatum, in-  
tegre debeat utrobique resti-  
tui; sic quod alteruter plene  
gaudeat suo jure.

IX. Praeterea nulli notario-  
rum, capellanorum seu clerici-  
corum nostrorum super benefi-  
ciis, quae in terris praedic-  
tis Austria, Styria et Karin-  
thia possident, laesionem seu  
injuriosam molestiam dominus  
noster inferet; et si ab aliis  
violentiam patientur, si de  
hoc ad ipsum dominum no-  
strum delata quaestio fuerit,  
faciet, quod de jure fuerit fa-  
ciendum.

X. Insuper quicquid praeter  
praemissa universa et singula  
venerabiles Herwipolensis et  
Olomucensis episcopi et illu-  
stres L. comes palatinus Reni,  
O. marchio Brandenburgensis

VII. Praeterea si Olmucensem  
episcopum vel purchravium  
saepedictos migrare contigerit  
ab hac luce, ipse rex vel nos,  
alium in defuncti locum sub-  
rogabimus, qui omnia et sin-  
gula, quae superius sunt ex-  
pressa, fideliter exequetur.

VIII. Insuper inclytus rex  
Ungariae et ipsius frater sic in-  
cluduntur in pace, quod quic-  
quid in castris, munitionibus  
sive praediis circa metas reg-  
norum hactenus fuit hinc inde  
injuriose occupatum, integre  
debeat utrobique restitui, sic  
alteruter plene gaudeat jure  
suo.

IX. Praeterea nulli notariorum,  
capellanorum seu clericorum  
praefati regis super beneficiis  
quae possident, laesionem seu  
injuriosam molestiam infere-  
mus; et si ab aliis violentiam  
patientur, si de hoc ad nos  
delata quaestio fuerit, faciemus,  
quod de jure fuerit faciendum.

X. Insuper quicquid praeter  
praemissa universa et singula  
venerabiles Erbipolensis et  
Olomucensis episcopi et illu-  
stres L. comes palatinus Rehni,  
O. marchio Brandenburgensis et

et lancravius Hassyae vel si eorum copia haberi non poterit, omnium hii de praedictis vel alii, quos praefati Olomucensis episcopus et purchravius de Nurnberch ad hoc elegerint, inter nos et regem praefatum dominum nostrum, infra proximum festum beati Michaelis pro solidanda firmiter inter dominum nostrum et nos concordiae unione statuerint vel decreverint, bona fide servabimus inconcussum. Pronuntiatione vero ab ipsis principibus inter dominum nostrum et nos facta, dictorum Olomucensis episcopi et purchravii auctoritas et jurisdictio exspirabit.

Quod autem haec omnia et singula supra scripta dominus noster et nos debeamus inviolabiliter observare, Olomucensis episcopus, Zmylo et magister Ulricus praedicti, pro nobis ex mandato nostro, purchravius vero super hoc plenum habens mandatum, in animam domini nostri regis fide data sollempniter promiserunt.

In quorum testimonium et perpetuam firmitatem praesenti scripto sigilla nostra antiqua, cum nova nondum fabricari fecerimus, apponenda duximus, protestantes, quod ex aliis titulis in eodem sigillo contentis, praeter titulos regni Boemiae et marchionatus Moraviae nihil juris possumus nobis aut intendimus vindicare.

Datum Viennae pridie Nonas Maji, indictione V, anno Domini MCCLXX septimo.

lantgravius Hassyae, principes dilecti, vel si eorum copia haberi non poterit, omnium hii de praedictis vel alii, quos praefati Olmucensis episcopus et purchravius de Nurnberch ad hoc elegerint, inter nos et regem praefatum infra proximum festum beati Michaelis ordinaverint, et etiam pro firmiter solidanda inter nos et ipsum regem concordiae statuerint vel decreverint unione, bona fide servabimus inconcussum. Pronuntiatione vero ab ipsis principibus inter nos et dictum regem Boemiae facta, dictorum Olmucensis episcopi et purchravii auctoritas et jurisdictio exspirabunt.

Quod autem haec omnia et singula supra scripta, nos et ipse rex Boemiae debeamus inviolabiliter observare, purchravius mandato nostro pro nobis, Olmucensis vero, Zmilo et magister Ulricus praedicti, super hoc plenum habentes mandatum, in animam ipsius regis Boemiae fide data sollempniter promiserunt.

In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum.

Datum Viennae, pridie Nonas Maji, indictione V, anno Domini MCCLXX septimo, regni vero nostri anno quarto.

68.

## Pacis conventio inter Rudolphum et Otacarium renovata.

1277, 12. Sept.

Ex autographo c. r. archivi aulici Vindobonae (Mon. Germ. Hist. IV. Boczek Cod. Dipl. Mor. IV. 146.)

Otacarus Dei gratia rex Boemiae. Universis praesentes literas inspecturis notitiam subscriptorum.

Tenore praesentium recognoscimus et publice profiteamur, quod nos juxta praeceptum dominicum diligentes pacem et ejus observantiam cum quibuslibet christianae religionis cultoribus, et praecipue cum serenissimo Domino nostro, domino Rudolfo, inclyto Romanorum rege semper augusto, omni promptitudine operis affectantes: per pacem et concordiam inter ipsum dominum nostrum regem ex una et nos ex parte altera, domino B(runone) venerabili Olomucensi episcopo, Zmilone purchravio de Vetow, magistro Ulrico prothonotario nostro, et nobile viro domino Friderico purchravio de Nuremberch, novissime ordinatam, conscriptam et etiam a praefato domino nostro rege atque a nobis approbatam, pro solidiori et puriori ipsius pacis et concordiae fundamento formam assumpsimus infrascriptam:

I. Inprimis quidem promittimus, quod promissam pacis ordinationem inter dictum dominum nostrum regem et nos per praedictos Olomucensem episcopum, Zmilonem, magistrum Ulricum et purchravium de Nuremberch initam seu statutam, in singulis suis articulis servabimus illibatam.

Salvis tamen omnino terrarumstrarum limitibus sive juribus, ut eadem terras et homines earundem, sub eisdem omnino teneamus juribus et conditionibus, sicut umquam nos vel progenitores nostri tenuerunt eosdem.

Hoc idem praefatus dominus noster rex quantum ad pacem pertinet, faciet vice versa.

II. Insuper etiam ipse dominus noster rex nos contra quoslibet nobis molestiam inferentes seu irrogare volentes, manutenebit ac etiam defensabit; et nos in sinceram devotionis evidens argumentum, contra quoslibet dicto domino nostro regi prout de jure tenemur, cum nostro auxilio egerit, sibi exhibebimus auxilium manuale.

III. Praeterea, si pro imperii necessitate dictus dominus noster rex, nostrum auxilium petiverit, illud sibi exhibebimus,

prout nos decuerit. Si vero, ut cum ampliori militiae comitiva ipsi domino nostro regi pro imperii necessitate serviamus, nos interpellaverit dictus dominus noster rex, extunc nobis consideratis servitii nostri meritis, prout aliis principibus faciet, respondebit.

IV. Item si pro recipiendo imperialis fastigii diademate dictus dominus noster, ut eum associemus, nos requisiverit, nos eum associabimus, prout ad hoc juris debito obligamur; quodsi causa rationabili seu legitima praepediti hoc facere nequiverimus, sibi pro nobis nostros, prout honorem nostrum decuerit, curabimus destinare.

V. Ipse autem dominus noster rex nobis hanc gratiam faciet, quod nos infra terminum, quem praedicti Olomucensis episcopus et F. purchravius fuerint moderati, invitos ad curiam suam indictam solemniter, non compellet.

VI. Praeterea supradictae paci et concordiae omnes terras nostras, adjutores, consanguineos, servitores, homines et amicos nostros, et praecipue dominum Al. inclytum lantgravium Thuriugiæ, et dominum Th. inclytum marchionem de Landesperch, comites, barones, milites et ministeriales, nobiles et alios servitores et adjutores nostros includimus. Specialiter autem includimus dominum L. inclytum regem Ungariae, nostrum consanguineum et affinem, et dominum H. inclytum ducem Wratislaviae, ac ceteros principes Poloniae, qui nostri sunt consanguinei et amici.

VII. Circa restitutionem quoque gratiae et jurium suorum, omnia secundum tenorem priorum privilegiorum, super concordia editorum, adjutoribus et servitoribus ipsius domini nostri regis et nostris plene fient.

VIII. Praeterea illos qui de terris nostris domino nostro praedicto, durante praesentis guerrae tempore astiterunt et auxilium praebuerunt, plene nostrae restituimus gratiae et favori, et promittimus, praestito juramento, quod hujusmodi culpam, quam in nos commiserunt, nunquam ad animum revocabimus temporibus vitae nostrae, nec eisdem aliquam violentiam contra justitiam inferemus; verum si in posterum excesserint, extunc contra ipsos non aliter quam contra alios regni nostri homines, jure praevio procedemus, juxta jura et consuetudinem regni nostri.

IX. Ut autem praedicta omnia et singula et pax etiam inter dictum dominum nostrum regem et nos ordinata, in singulis suis juxta praefatum tenorem articulis inviolabiliter observentur, pro parte dicti domini nostri clarissimus dominus Albertus primogenitus ejus pro ipso domino nostro rege, no-

mine et mandato ipsius domini nostri regis et in animam ejus juravit, et nos corporale praestitimus juramentum.

X. Praeterea dictus dominus noster rex suas et nos nostras metas sic custodiemus et observabimus, quod hinc inde idem dominus noster rex et nos, terrarum nostrarum incolae, dispensionibus injuriis non graventur. Et si per nostros homines, quos in metis habemus vel alibi, ipsi domino regi vel ejus hominibus dampna aliqua inferentur, post monitionem ipsius domini nostri regis infra quindenam, eos qui dampna hujusmodi intulerunt, ad satisfaciendum per coactionem suorum bonorum et jurium atque occupationem compellemus, et de bonis ipsorum laesis integre dampna sua resarciemus et nihilominus ipsos temeratores et castra ipsorum obsidebimus, et si necesse fuerit, nos mox proscriptionis et loci episcopus excommunicationis sententias, infra sex septimanas a dampni dati tempore numerandas, proferemus in eos, nullatenus relaxandas, nisi prius laesis de dampnis satisfecerint, et pro banno centum libras Pragenses camerae nostrae solverint. Hoc etiam saepedictus dominus noster rex Romanorum, si per suos nos et nostri turbati fuerimus vel gravati, per omnia observabit. Quod si non fecerit, fideles ejus, comes (nomina) La intrabunt, ante satisfactionem plenariam abinde nullatenus recessuri. Verum si per nos steterit, quominus illata per nos injuria juxta modum expressum superius retractetur, tunc fideles nostri Bavarus (nomina) Znoymam pro nobis intrabunt, exinde ante satisfactionem plenariam nullatenus recessuri. Et de his fideliter observandis et etiam faciendis tam ipsius domini nostri regis, quam nostri fideles praedicti praestiterunt corporaliter juramentum.

XI. Et haec ita procedent, si in communibus, ut in praedis, spoliis parvis et aliis minutis, et non in principalibus articulis, pax a nostrum aliquo sive nostris fuerit violata. Si vero in majoribus, ut in occupationibus munitionum seu castrorum solennium et insignium, et similium, vel occisione personae solennis et gravis, per ipsum dom. nostrum regem Romanorum vel ipsius homines pacis ordinatio fuerit violata, nec idem dominus rex illata infra terminum expressum superius emendaverit vel retractaverit juxta modum supra notatum: extunc ven. Pataviensis episcopus et illustres principes, D. L. comes palatinus Reni, dux Bavaria et D. Al. dux Saxoniae, ac alii duodecim, quos de ipsius domini nostri regis comitibus, nobiles et ministerialibus dictus Olomucensis episcopus elegerit, postquam per nos moniti fuerint per literas vel per nuntios nostros, Nuremberch intrabunt, abinde nullatenus recessuri, nisi prius per ipsum dominum regem plenaria satisfactio impendatur. Et super eo praedicti tres

principes domini nostri regis se jam datione fidei et literis astrinxerunt, et ad hoc cum principes qui pro parte nostra sunt nominati, juraverint super casu consimili, se juramenti vinculo corporaliter praestito obligabunt. De aliis etiam duodecim vid. adjungendis a dicto domino nostro rege jam novem, sc. F. (nomina) juraverunt; tres vero residui hoc idem jurabunt, postquam per dom. Olomucensem nostro nomine fuerint nominati. Si autem per nos et nostros in dictis gravibus et majoribus articulis pacis ordinatio fuerit violata, extunc praedictus Olomucensis episcopus et illustres principes, D. Otto marchio Brandenburgensis et H. dux Wratislaviae, et duodecim, quos praedictus purchravius dicti nostri regis nomine de servitoribus nostris elegerit, postquam per dictum dominum nostrum regem moniti fuerint, Egram infra quatuor septimanas intrabunt, abinde nullatenus ante satisfactionem commissorum plenariam recessuri; de quibus jam juraverunt octo, vid. Bavarus (nomina), quatuor vero residui, qui tunc non erant in nostra praesentia constituti, vid. Theodoricus (nomina) similiter juramentum praestabunt.

XII. Item nec dictus dom. rex nostros sine nostro beneplacito et consensu, nec nos dicti dom. regis servitores aut homines sine ejus consensu, fovebimus et recipimus.

XIII. Praeterea si de dicto domino rege nobis talia referentur contraria vel sinistra, quae merito animum nostrum moveant et ad credulitatem inducant, nos relatores hujusmodi et quid nobis retulerit, nuntiabimus ipsi regi, quod et ipse dominus noster rex nobis faciet vice versa.

XIV. Praeterea quicquid infra epiphaniam Domini, Herbiopolensis et supradictus Olomucensis episcopi et illustres principes D. L. comes palatinus Reni, dux Bavariae, D. Otto marchio Brandenburgensis praedicti, H. lantgravius Hassiae et dictus F. de Nuremberch, vel si dicti principes aut eorum aliqui haberi non potuerint, quos ex illis vel aliis iidem Olomucensis et purchravius pro solidiori et utiliori amicitia et concordia firmiori inter dictum dominum nostrum regem et nos invenerint, similiter dictus dom. noster rex et nos tenebimur inviolabiliter observare.

In quorum omnium testimonium et robur praesens scriptum fieri et sigillis nostris fecimus communiri.

Dat. Pragae A. D. millesimo CC Septuagesimo septimo, pridie Idus Septembris, sextae Indictionis.

---

## Infendatio castri Friedland.

1278, 7. Febr.

Corona regni Bohemiae plurima feuda possidebat, quod literae olim in arce Karlstein inter privilegia terrae asservatae testantur, quarum antiquissimae ad tempora regis Premyslai Otacari II. referuntur. Literis a. 1278 datis Bulco de Biberstein castrum Friedland in septentrionali plaga Bohemiae situm feudi nomine accepit (Balb. Misc. VIII.)

Citatur quidem jam a. 1277 Niclasburg Moraviae castellum ut feudum Henrici a Lichtenstein, at non erat illud primitus feudum, sed beneficium, rýsluha dictum, quod ex consuetudine juris bohemicici a rege tribui iis solebat, qui de eo optime erant meriti, uti aperte demonstrant literae, quibus Premyslai marchionis donatio continetur, a. 1249 perscriptae (Dobner Mon. IV. 262.).

Ego Bulco de Biberstein, istius tenore paginae notum facio universis, tam praesentibus quam futuris, quod castrum Friedland cum omnibus juribus et attinentiis ipsius castri emi a serenissimo domino nostro, domino Ottogaro illustri rege Bohemiae, pro octingentis marchis Nürnbergensis ponderis et argenti hereditarie possidendum; ita tamen, quod ego et heredes mei legitimi teneamus et possideamus dictum castrum a domino rege Bohemiae praetaxato ad jura et constitutiones regni Bohemiae, et quod ego et heredes mei de dicto castro dicto domino regi et heredibus suis fideliter serviamus et obsequia devota impendamus et jura exsolvamur quaelibet secundum consuetudinem regni Boemis et quod ego et heredes mei ad expeditiones ipsius domini regis vel heredum suorum veniamus et venire teneamur, muniti armis, equis et ceteris armorum necessariis sicut decet, quoties ipsum dominum regem eas facere contigerit vel ejus heredes, contra provincias vel homines qualescunque, et breviter universa alia quaecunque in judiciis, steuris et expeditionibus ac aliis conditionibus quibuslibet juxta regni ipsius consuetudinem impenduntur et solvuntur ab aliis fidelibus ipsius regni, eadem et singula ego et heredes mei dicto regi et heredibus suis impendamus et impendere teneamur.

Testes autem, qui interfuerunt, sunt isti: Dominus Nicolaus filius dicti domini regis, Damaczlau camerarius Bohemiae, Mstidruzius burggravius Pragensis; Theodoricus Spatzmanus camerarius Bohemiae; Hinc de Liechtenburg; Hinc dapifer; Czenco de Lippa; Wilsz de Luticz; Hinc de Duba; Jeros de Waldenberg; Gregorius camerarius dominae reginae, et alii quam plures.



In cujus rei testimonium et robur praesens scriptum fieri et sigillo meo feci muniri.

Actum Pragae Anno Domini 1278. Septimo Idus Februarii, sextae indictionis.

70.

Libertates et jura civium in Broda.

1278, 8. Jun.

Semita antiquissima quae a castro Časlaviensi per Habr ad castrum Iglaviense ferebat, Sazavam flumen in mediis silvis densissimis, ubi saeculo XIII. condita est civitas Brod Smilonis seu Theutonicalis, transgrediebatur. Ipsum nomen brod, i. e. vadum, demonstrat, fluminis transitum ibi fuisse.

Priore dimidio saeculi XIII. in finibus Brodensibus lapis argentarius inventus est, jamque a. 1234 urburarius in Broda, a. 1258 Eberhardus magister monetae super argentifodinas in Broda commemoratur. Regio montium Brodensium erat potentissimae gentis Hronidarum, qui jam saeculo XIII. arce Lichtenburg a. 1251 in Montibus Ferreis condita, sese a Lichtenburg nuncupabant, quo factum est, ut civitas a metallicis in praediis Hronidarum condita a dominis de Lichtenburg possideretur, rei metallicae studiosissimis.

Quatuor fratres Hronidae a. 1278 jura et immunitates confirmarunt, quibus metallici Brodenses praedicabant se praeditos esse jam a domino Smilone, illorum patre, cujus nomen temporibus 1243—1269 notum est et ex quo ipsa civitas primum „Brod Smilonis“ appellabatur, donec nomen „Broda Theutonicalis“ increbruit (alia est Broda Hungaricalis in Moravia, alia Broda Boemicalis in interiori Bohemia).

Literarum quas hic exhibemus, autographum ad nostros dies in tabulario civitatis Teutobrodensis exstat; typis accuratissime exscriptum est in libro comitis de Sternberg: Urkundenbuch zur Geschichte der böhmischen Bergwerke.

Heiman a Lichtenburg jura civitatis Brodae confirmavit anno incerto inter a. 1278 et 1290 interjecto (Boček Codex dipl. Mor. V. 270).

Detrimentum pati poterint gesta sive pactio mortalium, nisi valido litterarum et testium vigore fulcita roborentur. Nos igitur Henricus, Zmilo et Ulricus nec non Reinmundus, germani sive fratres de Luchtenburch, innotescere volumus praesentibus et victuris, praesens scriptum inspecturis, quod nos dilectorum civium nostrorum in Broda preces affectuosas advertentes et assiduas: libertates et jura subscripta, quibus ex antiquo concedente dilecto domino et patre nostro Zmilone, felicis memoriae, et aliis nostris praedecessoribus annuentibus gavisus sunt, per quae et nos communi eorum utilitati decrevimus providendum perpetuo, ipsis et eorum posteris ex nostra providentia aucta et emendata pio prosequimur favore et indulgemus, nihilominus eisdem eadem conscripta sigilli nostri caractere tradimus consignata.

1. §. 1. Si quis pro violatione convictus fuerit, decollabitur; tali vero modo vincetur: §. 2. Si fuerit virgo deflorata sive mulier violata in campo, uno teste, in civitate, duobus indigebit. §. 3. Si vero conquesta fuerit virgo sive mulier pro violatione, et testes non habuerit, sed sanguinolenta et vestibus laniata, incusatus expurgabitur duobus testibus idoneis. §. 4. Si autem nec sanguinolenta nec vestibus laniata, solus in cruce se expurgabit. §. 5. Si autem convictus fuerit, iudici satisfaciat in quinque marcis argenti, inimicis vero placatis.

2. §. 1. Qui convictus fuerit pro invasione domus, decollabitur; tali vero modo vincetur: §. 2. Testibus duobus idoneis ex utraque parte domus vicinis suis, quos si habere non potest, causa obstante legitima, trans viam unum habeat, sive alios honestos cives civitatis aut unum juratum; hii autem testes in cruce jurabunt: Invasor primo, postea testes separatim, salvo tamen jure jurati. §. 3. Si autem invasor ibidem interfectus fuerit, quamvis mortuus, decollabitur. §. 4. Si autem convictus fuerit, inimicis placatis, iudici, ut supra.

3. §. 1. Qui accusatus fuerit pro interfecto, posito coram iudicio, si duello, sex testibus expurgabitur, sive uno jurato; si autem jurato incusatur, reus erit. §. 2. Si vero nec jurato nec duello incusatur, solus juramento expurgabitur.

4. §. 1. Qui iudici emendare voluerit, pro interfecto tres marcas solvet, inimicis primo placatis. §. 2. Si autem aliquis prae superbia duello se excusare voluerit, et ad pugnandum circulum intraverit, quatuor marcas. §. 3. Si aliquis pugnaverit, quinque marcas dabit iudici, inimicis primo placatis.

5. §. 1. Qui aliquem vulneraverit vel vulnerare voluerit et ille econtrario se defendendo aliquem vulneraverit, aut interfecerit, teste idoneo, hospite civitatis aut aliis duobus civibus viris idoneis, non iudicabitur. §. 2. Si autem ille superbus illum vulneraverit, convictus, manu truncabitur. §. 3. Si autem interfecerit, decollabitur, testibus tamen praemissis, inimicis placatis, iudici ut supra.

6. §. 1. Qui aliquem pro defloratione virginis vel violatione mulieris vel invasione domus vel homicidio vel pro hiis similibus, coram iudicio in querimoniam traxerit, et in ipsum praedictos articulos probare non poterit testimonio antedicto: iudici in poena LX solidorum subjaebeat, respondenti in XXX solidorum, cuilibet juratorum in XV sol., nihil relaxandum. §. 2. Si autem sine testimonio querimoniam praedictorum articulorum quis in alium moverit, respondens se una manu expurgabit, actor quoque nulli poenae subjaebeat.

7. §. 1. Qui aliquem vulneraverit vel interfecerit et fugam dederit et iudicio astare noluerit, a iudice legitimo vocatus, proscribatur; bona vero sua nec iudex nec magister monetæ auferet, sed si redire noluerit, uxor ejus et pueri sui venditis bonis suis ipsum sequentur. §. 2. Si vero uxorem et pueros non habuerit, proximi heredes se intromittent de bonis suis absque omni impedimento. §. 3. Si autem heredes non habuerit, de prædictis bonis secundum consilium juratorum dispensetur.

8. Nemo aliquem duello potest incusare, nisi jurati viderint mortuum aut vulnus.

9. §. 1. Si quis aliquem vulneraverit et fugam dederit in domum aliquam, amici vulnerati domum non intrabunt sine iudice et juratis, sed stando ante domum mittent pro iudice et quaerent fidejussores; quos si non habuerit, iudici præsentetur. §. 2. Si autem inimici eundem in domo vulneraverint temerarie, rei erunt sicut de invasione domus, iudici ut supra. §. 3. Et si ille cujus domum intravit, eum potenter aut aliquo alio subtili modo coram iudice tuebitur, donec effugerit, convictus tribus idoneis testibus loco ipsius respondebit; sed ipse melius approbabit suam innocentiam met tertius, quam possit convinci.

10. §. 1. Si quis aliquem vulneraverit quinque aut sex vulneribus, solo tantum duello respondebit; pro aliis vulneribus solo respondebit iuramento. §. 2. Si autem pro eisdem vulneribus alii inculpantur, quot sunt personæ, tot duellis respondebunt.

11. §. 1. Si quis querimoniam pro homicidio moverit, primo die incusatum proclamabit, secundo die iudicii si non comparuerit, iterum eum proclamabit, et proclamatus tertio die iudicii si non comparuerit, proscribatur.

12. Si quis pro vulnerato amico suo conquestus fuerit, trium dierum spatium obtinebit, et si tertio die non comparuerit, proscribatur.

13. §. 1. Si quis proscribitus fuerit, infra anni spatium non emendabit. §. 2. Si vero placatis inimicis anno transacto iudici emendare voluerit, pro homicidio dabit tres marcas, pro vulnere quod dicitur le m de, duas marcas, pro vulnere duellari unam marcæ, juratis unam marcæ.

14. §. 1. Si quis pro homicidio fidejussor esse debet, hereditatem debet habere triginta marcarum infra munitiones civitatis. §. 2. Si autem ille pro quo fidejussio facta est, subterfugerit, fidejussor placabit inimicos cum triginta marcis, iudicem in quinque. §. 3. Ille vero proscribatur ex parte fidejussoris.

15. §. 1. Si quis fidejusserit pro vulnere duellari, et si ille pro quo fidejussit, subterfugerit, fidejussor placabit inimicos cum decem marcis, judicem vero cum tribus marcis. §. 2. Si proscriptus redire voluerit, termino statuto placatis inimicis et fidejussore, salvo jure civium, sane revertatur.

16. §. 1. Quicumque pacem in die forensi violaverit, manu truncabitur aut poenae decem marcarum subjacebit, habito testimonio duorum vel trium testium; de praedicta pecunia cedent duae partes judici, juratis vero tertia.

17. Si quis accusatus fuerit pro furto, et conquerens ipsum convincere noluerit nec collo suo quidquam ligatum ante judicium ductus fuerit, sed simpliciter conqueratur: prima vice incusatus una se manu poterit expurgare; secunda vice in casu simili accusatus, met tertius expurgabitur; si tertia vice in casu simili accusatur, met septimus se expurgabit; si quarta vice, omni postposita occasione furis sententiam patietur.

18. Omnis homo fide dignus nullius vitii passus improprium, si fuerit culpatus de homicidio vel de quacumque causa accusatus, melius se cum probis hominibus expurgabit quam vincatur, praeter incendiarios et monetarios et adulteros, legitimis concumbentes, easque de viris suis abducentes, qui potius convineuntur, quam cum hominibus se defendant.

19. Quicumque de aliquo crimine convictus quod pertinet ad dampnationem corporis, et de consensu judicis et civium liberatus fuerit pecunia, ulterius juris careat honore; accusatus autem postmodum de aliquo crimine suspendatur.

20. Si quis pro hospitalitate furum accusatus fuerit, prima vice una se manu expurgabit; secunda vice accusatus, met tertius se expurgabit; tertia vice accusatus, sententiam furis patietur.

21. Nec magister monetae nec judex sine juratis nec in campo nec in domibus quaerent falsos denarios nec furtum.

22. §. 1. Si vendentis alicujus argentum cupro aut stagno fuerit mixtum, idem poenae falsarii subjacebit, de praedicto autem falso duae partes cedent judici, tertia vero juratis. §. 2. Quicumque falso denario deprehensus fuerit rationabiliter, omni semota occasione poenae ignis subjacebit.

23. §. 1. Quicumque hospitem in domibus burgensium hospitati fuerint, et si in auro vel in argento vel in falso denario deprehensi fuerint in civitate vel in campo, poenae ignis subjacebunt. §. 2. Si autem falsarius idem ex instinctu alicujus professus fuerit hospitem suum in cujus domo mansit, de eodem falso aliquam partem reservasse: judex assumptis juratis domum praedicti civis accedat, cive ad se vocato dicat,

praedictum falsarium confessum fuisse, sibi partem ejusdem falsi commisisse. §. 3. Si tunc civis ille rationabiliter requisitus de praedictis, et professus fuerit eandem partem pecuniae in custodia se habere, immunis erit ab omnia poena. §. 4. Si vero negaverit et pars pecuniae ejusdem quaesita apud eum inventa fuerit, poenae falsarii subjacebit, ita scilicet, si eadem pecunia falsa fuerit; si autem munda, poenae LX solidorum subjacebit. §. 5. Si vero burgense absente hospita quaesita fuerit et negaverit, salvo jure hospitis immunis permanebit.

24. Pro vulnere duellari justitia judicis est una marca et pro vulnere quod dicitur lemde, justitia judicis duae marcae, pro duello, si quo modo jurati deliberaverunt.

25. §. 1. Si quis aliquod pondus sive gravius sive levius habuerit quam in moneta, manu truncabitur aut poenae X marcarum subjacebit. §. 2. Si quis victus fuerit cum falsa ulna vel cum mensura quae dicitur strich, manu vel poena X marcarum punietur, et duae partes hujusmodi judici, tertia cedet juratis.

26. Qui gladium coram juratis evaginaverit, solvet mediam marcam judici absolute.

27. De omnibus gladiis quos acceperit judex rationabiliter, semper tertius cedet civitati.

28. Si quis juratorum culpabilis fuerit pro aliquo excessu, sicut alter homo punietur.

29. Si duo properaverint ad conquerendum judici, qui primum ad domum judicis familiae pronuntiaverit, primam querimoniam obtinebit, quamvis alter in monte coram magistro montis conquestus fuerit, vel si judicem in foro vel in via vel in quacumque domo praeterquam in propria invenerit, ille tamen obtinebit ratione juris praecedente.

30. Qui pro aliqua querimonia judici praesentatus fuerit, et fidejussores non habuerit, infra captivitatem pro aliis querimoniis nulli respondebit.

31. Qui aliquem pro homicidio vel pro vulnere quod cedit ad duellum, in querimoniam traxerit, et si conquerens in eum probare non poterit, judici satisfaciet in LX solidorum et cuilibet juratorum in XV et liber dicatur.

32. §. 1. Pro quibuslibet LX solidis judex placabitur in dimidio fertone in minoribus causis, et si satisfaciens fuerit certus, sinatur abire; sin autem, requirantur ab eo fidejussores. §. 2. Transactis autem quatuordecim diebus si placatus non fuerit judex, poena praedictae culpae non duplicetur nec triplicetur, sed assumptis secum juratis impignoretur reus sive fidejussor. §. 3. Quicumque autem in praedictis articulis rebellus extiterit, judici in poena LX sol. subjacebit, cuilibet

juratorum in XV solid., gratia non sequente. §. 4. Si autem rebellus ille evaginato gladio vel vulnere percusso visus fuerit, non pecuniae poena, sed capite truncabitur.

33. Omnes articuli in cruce confirmandi holunge obtinebunt.

34. §. 1. Qui conquestus fuerit coram iudice non sub justo nomine conquerentis vel respondentis: respondens propterea liberari non potest, advocatus vero ejus poenae minori subiacebit, scilicet XIII denariorum. §. 2. Si autem prolocutoris sive advocati verbum denessit ex ore conquerentis, conquerens praedictae poenae subiacebit, salvo tamen jure suo.

35. Sub quocumque nomine respondens respondere voluerit, sub eodem nomine causa finiatur.

36. Si quis aliquem pro debitis parvis aut magnis in querimoniam coram iudice traxerit, et respondens confessus fuerit, spatium XIII dierum ad solvendum eadem debita obtinebit; si tunc non solverit, tres dies obtinebit; si tunc non solverit, omni semota occasione quarto die iudice praesente debita persolvat creditori et iudici poenam, videlicet dimidium fertonis.

37. §. 1. Quicumque spreto iudice nostro et iudicio civitatis nostrae coram nobis querulatus fuerit, nobis et iudici et juratis in X talentis respondebit. §. 2. Et si iudex et jurati nostri alicui justitiam negaverint, ita quod eundem coram nobis oportet querelari, idem iudex cum juratis nobis in X talentis respondebunt.

38. Quicumque vel propter multitudinem hospitem aut qualitercumque mensuram pabuli vel vini vel cujuscumque rei vendibilis infregerit, convictus iudici in X talentis teneatur.

39. §. 1. Si aliquis praeconi praesentetur ibique pernoctaverit, dabit praeconi XIII denarios, et de rebus suis nihil amplius accipiet. §. 2. Si autem non pernoctaverit, dabit tantum VI denarios.

40. §. 1. Pro incendio si quis captus fuerit, igne peribit. §. 2. Si vero incendium fecerit et recesserit et postea detentus fuerit, et si minas incendii antea fecit: cum VII viris vincetur. §. 3. Si autem in iudicio comparuerit, met septimus expurgabitur. §. 4. Si in fuga detentus fuerit, cum VII viris vincetur.

41. §. 1. Si quis infra incendium furtum commiserit, valens LX denar., suspendatur. §. 2. Et si quis facto incendio aliquem vulneraverit, victus tribus testibus decollabitur. §. 3. Si quis vero evaginato gladio infra incendium vulnerare voluerit, victus duobus testibus manu carebit.

42. §. 1. Qui alteri minatur incendium coram honestis viris, qui audiunt: ille cui minas facit, si vult, potest eum convincere met tertius. §. 2. Si autem non vult, quia forte non audivit, per alios tres viros qui audierunt, ipsum convincet.

43. Qui alicui alapam indignanter dederit vel ad dentes percusserit, tribus testibus convictus actori dabit marcam, judici marcam, juratis dimidiam marcam.

44. Si quis habens legitimam, in alia terra aliam superduxerit, convictus decollabitur.

45. Si filius aut filia alicujus religionem intraverint et professi fuerint, post mortem parentum de bonis suis nihil habebunt.

46. Nullus hominis filius, servus vel amicus, qui suo vescitur pane, plus non potest detesserare, quam quod sub cingulo suo continetur; et qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nihil habebit.

47. Qui cum falsis tesseribus vel cum aliquo falso ludo aliquid lucratus fuerit ab aliquo, victus duobus testibus, ille qui perdidit, in nullo sibi respondebit, et habebitur amplius pro deceptore, et judici in X solidis respondebit.

48. §. 1. Si quis equum suum apud aliquem detinuerit cum justitia quae dicitur *anevan*: judici dabit XXX denar. §. 2. Si autem ille dicit, se equum apud alium emisse, et ad illum vult deducere, quod vulgariter dicitur *schieben*, tandiu deducetur, donec verus venditor inveniatur, et tunc cum justitia equus obtinebitur. §. 3. Et qui sic equum suum obtinere voluerit, ipse met cum duobus vicinis suis juramento super equum facto obtinebit; si fuerit civis cum solo suo concive et alio probo viro, met tertius obtinebit simili juramento.

49. Si quis contra aliquem vulnus, quod dicitur *blutrünst*, obtinuerit in judicio, laeso in dimidia marca, judici in LX solidis, et cuilibet juratorum in XV solidis respondebit.

50. Si quis pro *volleist* alicujus interfecti incusatus fuerit, solus se in cruce expurgabit, etsi ceciderit, conquerenti marcam, judici et juratis dimidiam marcam.

51. §. 1. Si quis diurno tempore manipulos cujuscumque segetis de agris alienis violenter vel furtim acceperit, si raptus fuerit, illi cujus agri sunt, in fertone, et judici in dimidio fertone respondebit. §. 2. Si autem nocturno tempore deprehensus simili facto fuerit, pro fure judicabitur.

52. §. 1. Qui in prato deprehensus fuerit nocte vel die, ad judicem vel ad judicium ducetur, et statim de civitate nec ictibus nec jactibus fugabitur, infra annum non reversurus.

§. 2. Et si cum equo raptus fuerit cum pondere gramium, iudici respondebit in lot. et laeso in dimidio fertone.

53. Nullus baronum vel nobilium aut militum aut provincialium sive curialium aliquam violentiam vel praesumptionem in eadem civitate nostra contra aliquem exercere praesumat nec capiat sine scitu iudicis nostri et juratorum.

54. Quilibet homo sui compos cum bonis suis faciet quidquid vult, quamvis uxor sua contradicat et pueri reclamant.

55. Propter concordiam et bonum pacis unus tantum erit iudex in eadem nostra civitate et non plures.

56. Si iurati in maniloquio aliquem accusaverint et si iudex cum ipsis iudicare noluerit, iurati innocentes erunt et iudex erit in culpa.

57. §. 1. Si quis honerosis implicatus debitis non valens rebus mobilibus persolvere, et si habet hereditatem quam illi pro debito obligabit: ille cui obligat, infra sex septimanas coram iudicio eandem hereditatem ter proclamabit, et post trinam proclamationem si non exsolverit, iudex sibi ad annum et ad unum diem tenendum praesentabit. §. 2. Quo finito si nullum inde fructum percepit, iudex sibi eam proprie subjugabit; si autem aliquem inde fructum percepit, tamdiu tenebit donec debitor liberabit.

58. §. 1. Cui debitor suus cum manu per iudicem fuerit praesentatus, tenebit eum in temperato nec frigore nimio nec calore, ferro manuali, et pascet eum quarta parte panis pro denario empti et cipro aquae. §. 2. Si autem talem evaserit captivitatem, in quocumque loco ipsum invenerit, mediante iudicio ipsum tenebit. §. 3. Si autem cum suo consensu captivitatem evaserit, nisi iudicio mediante amplius si vult de eisdem debitis sibi non respondebit, et iuramento si vult se postmodum expurgabit pro eodem debito.

59. Omnes montes qui in hereditate nostra et in bonis militum et aliorum hominum nostrorum inventi fuerint, ad eandem civitatem et cives nostros pertineant cum mensura et iure totali, praeterquam in tribus civitatibus nostris, scilicet Slapans, Bela et Chotebors, ad quos omnes montes inventi in laneis ipsorum quod vulgariter dicitur hueben, qui eis sunt mensurati, cum mensura et omni iure suo pertinebunt.

60. §. 1. Qui praesumptuose tabernam aliquam intraverit ratione rixae, et si ibidem moverit aliquam insolentiam, antequam portato sibi potu semel biberit, convictus pro invasione domus iudicabitur. §. 2. Si autem intrans requisito potu semel biberit, et postea insolens fuerit, non iudicabitur pro invasore domus.



61. §. 1. Statuimus, ut de omnibus agris mensuratis pertinentibus ad nostram civitatem, de quolibet laneo nobis dimidia marca puri argenti pro censu persolvatur. Hii vero sunt agri qui ad eandem nostram pertinent civitatem, videlicet Shenkeldorf, Hrushenstein, curia Wernheri ibidem, curia Hamanni Rufi, curia Heinrici Bihusschen, curia Pabonis, unus laneus Eccehardi, alter dimidius laneus Arnoldi Ganchower, quatuor lanei Wernheri Etch, curia Cunradi albi, agri domini Eberhardi antiqui, curia Conradi Herstul et villa nomine Poywa, curia Wernheri in Wezzels, et curia Beronis ibidem, Gobeltdorf cum agris Claritii, scilicet quartomedio laneo et dimidio quartali, et curiae Ulmanni et relictæ Wilhelmi, et unus laneus Lesshers, et curia Reinoldi in Gerungestorf. Isti et omnes agri mensurati et non mensurati ad nostram civitatem pertinentes in omnibus collectis et aliis servitiis communibus servient cum civitate.

62. Insuper omnes piscaturas statuimus liberas, et quicumque eas fecerit censuales, solvat tria talenta.

63. Praeterea omnes aliae hereditates sive in civitate, sive extra civitatem, quas possident iidem cives nostri, in domibus, molendinis et macellis carniū sive panis, in apothecis institarum et in ortis, liberae sint ab omni censu, praeterquam cum incumbit necessitas civitati generalis; tunc secundum taxationem juratorum debent subvenire civitati in collecta et in aliis servitiis opportune.

64. §. 1. Si quis de militibus aut de familia nostra excesserit, usque ad nostram praesentiam detineatur, quia salvo jure iudicis nostri tales personaliter mediantibus juratis nostris volumus iudicare. §. 2. Et si iudex vel jurati nostri aut aliquis de familia nostra offensus aut laesus vel occisus fuerit, salvo jure iudicis, mediantibus juratis personaliter hujusmodi causam rite volumus iudicare.

65. Volumus, ut nullus aliquam hereditatem alicui ecclesiae conferat pro animae suae remedio, sed solum de promittis et mobilibus rebus suis unusquisque prout Deus sibi inspiraverit, pro salute animae suae debeat ordinare.

66. §. 1. Quicumque uxorem suam legitimam contumaciter et innocenter sine causa legitima vulneraverit, aut aliquo gravi modo laeserit aut occiderit: coram iudicio iudicabitur seculari. §. 2. Si autem propter aliquem excessum gravem aut causam evidentem, sicut est fornicatio, adulterium et hiis similia, in praedictos articulos quis inciderit, iudicio iudicetur spirituali.

67. Si quis invenerit novum montem, mensurentur sibi septem lanei et ex utraque parte mensuretur domino regi la-

neus, postea domino Henrico et fratribus suis primo dictis, postea juratis laneus unus sicut regi.

68. Mensuratoribus montis dabuntur quatuor solidi pro pretio mensurationis.

69. In iure mensurati montis volumus habere in eo quod dicitur *imme hangenden*, tres laneos et dimidium, in eo quod dicitur *immeligenden*, unum laneum, altitudinem et profundum in aequali statura.

70. Quicumque laboraverit in eo quod dicitur *stollo* et metallum invenerit, mensurabuntur ei septem lanei de ipso loco et jus aliorum montium; si vero ex consensu et de scitu iudicis vel illius qui montes porrigit, in eo quod dicitur *stollo*, quis laboraverit: nemo per tres laneos et dimidium ante eum et post eum impedire praesumat.

71. Si mons vel *stollo* qui fuerint mensurati, deserti relinquuntur, die dominico coram populo proclamabitur, ut hii quorum sunt partes, laborent; quod si non fecerint, transactis XIV diebus iterum proclametur. Si vero tunc non laboraverint, die dominico sexto pro iure domini regis detur tali modo, si nemo dictum montem pro quarta vel quinta vel sexta vel septima parte suscipere voluerit.

72. Si quis mons alium montem per aquam impedit, post tres dies mons impediens impedito monti praesentetur, iudici ante ter pronuntiatio.

73. Si quis de consensu et scitu iudicis laboraverit in eo quod dicitur *stollo* et in monte mensurato et deserto, si ad laneum burgensium sine consensu ipsorum pervenerit, transitus ipsius *stollonis* in voluntate burgensium consistit.

74. Si autem de consensu ipsorum illuc pervenerit, sub mediocri hominis statura qui nec longus nec brevis possit adverti, apposita longitudine manus pertransibit, salvo iure videlicet, quantum transeundo super de se secare potuerit, sine expensis absolute tenebit.

75. Ita si in praedicto laneo fuerat prius laboratum.

76. In medio etiam lanei super profundius sedebit et quidquid lucri ferro mediocri subtus se habere potuerit, ad usus suos cedet absque omni impedimento.

77. Si autem burgenses postmodum vel quicumque sit, *stollonem* suum necessarium habuerit, quartam partem expensis suis elaborabit et obtinebit.

78. Ubicumque mons aliquis mensurae adjudicatus fuerit, impediens mensura alterius montis, videlicet laneo burgensium, ita quod tres laneos et dimidium ad minus obtinere non possit, praedicta mensura novi montis in metis lanei burgensium sumet initium et sic mensuram debitam obtinebit VII

laneorum, postea regi duos, domino Heinrico cum fratribus suis antedictis duos, juratis duos mensurabunt.

79. Si autem inter duos montes mensuratos novus mons mensurae adjudicatus fuerit. et debitam mensuram habere potuerit, scilicet omnium laneorum, mensuretur. Si autem habita mensura aliquid superfuerit, scil. minus duobus laneis quod dicitur *vbershar*, ad usus cedat juratorum. Si vero duo lanei aut plures, inventores qui in eis laborant, libere possideant mensura prius habita.

80. Si quis per consensum iudicis et illius qui montes porrigit, stollonem initiaverit, et alter superveniens ante ipsum extra debitam mensuram, sc. trium laneorum et dimidium, per alium stollonem vel per quamcumque foveam prior metallum invenerit: datis testibus et examinatis mensuram VII laneorum prior obtinebit.

81. Quicumque inventorum novi montis metallum et metatum debito modo iudici primus praesentaverit, nemo ante ipsum vel post ipsum in spatio unius lanei laborare praesumat. Qui autem contra hujusmodi statutum infra praedictam mensuram laborare praesumpserit, omnis lucri illius foveae expers permanebit, primus autem omnem justitiam obtinebit.

Cujus rei testes sunt: Gallus de Lipoltiz, Buslaus de Zobiduch, Jursicus de Jenicow, Petrus de Hay, Wintherus de Mahlec, Budislaus de Crumatsbingen, Beneda de Marquartitz, Benek de Dlussin, Natshawei de Tupadel.

Acta vero sunt haec anno gratiae MCCLXXXVIII., VI. Idus Junij.

---

70.

## Pactio inter Rudolphum regem et Boemos facta

1278, m. Oct.

Mense Octobri anni 1278 inter Rudolphum regem qui Premisla<sup>o</sup> II. in acie caeso cum exercitu usque ad urbem Caslaviam in Boemia accesserat, ex una et Boemorum barones parte ex altera pax est pacta, cujus quidem perscriptionem ignoramus, summam vero hanc fuisse in Palackii Historiis legimus: 1. Wenceslai II. tutelam et Boemiae administrationem Otto marchio Brandenburgensis cui cognomen erat Longo, in quinquennium recepit. 2. Rudolpho regi ad sumptus belli sarcientos marchionatus Moraviae in idem quinquennium est concessus. 3. Henrico Wratislaviae duci provinciae Gladcensis libera dum viveret, possessio tradita est. 4. Wenceslao II. Gutta Rudolphi filia, Rudolphi autem filio Agnes Wenceslai soros desponsa est.

5. Hedwica Rudolphi filia altera, desponsa est Otticone, qui Ottonis marchionis frater natu minor erat.

Ad hanc pactionem referenda sunt, quae apud Cosmae Continuatores in hunc modum scripta leguntur: „Circa Wilelmow monasterium rex Rudolphus cum omni sua potentia bis stetit et Brandenburgensis marchio et duces Poloniae convenerunt. Facta est autem distractio regni Boemiae et divisio juxta placitum et voluntatem regis Rudolphi electi Romanorum. Bramburiensis marchio obtinuit Pragense castrum cum majori parte Boemiae, dux Poloniae Kladsko provinciam, regina partem cum filio Wenceslao; Moravia etiam in plures partes fertur esse distracta.“

72.

## Privilegium Rudolphi Romanorum regis civitati Egrenci datum.

1279, 7. Junii.

Supra (sub n. 54) retulimus, Bohemos a. 1265 regionem Egrencem suae ditionis fecisse, dein (sub n. 63) Bavariae ducem jus suum quod in regionem Egrencem habuit, regi Otacaro II. cessisse. Neque ideo lis de regione illa ad finem est perducta. Ludovicus comes palatinus Rheni apud regem Rudolphum commodis Premyslai Otacari II. maxime adversabatur; res tandem ita peracta est, ut Rudolphus pactione Vindobonensi (n. 67, II.) pollicitus sit se oppignoratarum esse regionem Egrencem ab Otacaro ei traditam pro dote filiae suae filio Otacari desponsae, quam regionem tamen ut provinciam Romanorum regni mortuo Otacaro occupavit.

A. 1279 Rudolphus rex jura civitatis Egrencis confirmavit, ut edocemur literis in tabulario civitatis asservatis et a Gauppio in libro „Deutsche Stadtrechte des Mittelalters“ accuratissime typis exscriptis.

Rudolphus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, omnibus imperpetuum.

Regalis throni sublimitas sublimatur sublimius et in salutarium solio solidius solidatur, quotiens in subjectos exuberat gratia pietatis ipsis se exhibens et in justitia facile et in gratia liberale. Noverit igitur praesens aetas et futuri temporis successura posteritas, quod nos fidei purae zelum et sincerae devotionis constantiam dilectorum fidelium nostrorum, civium de Egra, qui fidei naturalis qua nobis et Imperio constringuntur, fervore succensi, ad nostrum et Romani Imperii suave dominium sunt reversi, benignius intuentes et propter hoc magnopere cupientes eorum tranquillitati et commodo liberaliter aspirare: universas gratias, privilegia, libertates et jura ipsis a divis Imperatoribus Romanis et regibus, ducibus et aliis imperii principibus indulta benignius et concessa, auctoritate praesentis decreti de benignitate regia confirmamus, quasdam tamen ex gratis et libertatibus ipsis indultis confirmatas praesentibus annotantes.

1. Primum quidem statuimus, ut quicumque se ad alias terras transferre voluerit, absque coactione et impedimento rerum et corporis libere transeat et secure; bona sua in civitate et in partibus Egreñsibus habita ipsi liberaliter servienda.

2. Quicumque civium ab aliquo quocumque feoda a nobis sibi porrecta vel a successoribus suis acquisiverit, si ante judicem civitatis in resignatione susceperit, ita firma manebunt, tamquam a nobis personaliter sint porrecta.

3. Universa, quae a nobis et imperio in feodo possident, tam a filiis quam a filiabus et consanguineis suis hereditarij justitia non carebunt.

4. Nullus extraneorum aliquem civium super duello pulset, sed ipsi cives omnem extraneum de duello peroptime infestabunt.

5. Nullus judicum civem nominatum nisi super sola mortis occasione captivitatis vinculo detinebit.

6. Si aliquis pro homicidio vel manifesto vulnere accusatus fuerit, et si in veritate facti deprehensus non fuerit, ulterius non infestabitur, nisi quod cum septem viris nominatis innoxium se probabit.

7. Quicumque alium ad judicium septem virorum compellit, actor per se jurabit primitus, quod in reum propriam non exercent voluntatem.

8. Si aliquis in homicidio absque negatione deprehensus fuerit, facultatum suarum tertia pars uxori suae, reliquae duae partes judici adhaerebunt, quas ipse non infestet, quousque videat, si ad compositionem dignam secum studeat et laboret.

9. Pro omni vulnere manco laeso quinque talenta et tria talenta judici persolvantur.

10. Pro omni vulnere simplici laeso sex solidos et dimidium talentum judici et unicuique senatorum duodecim denarii persolventur.

11. Pro omni querela sine homicidio et vulnere reus se duobus digitis expurgabit. Et si reus convictus fuerit, hospiti vel hospitaee gravatae septuaginta duos denarios, servienti vel ancillae triginta sex denarios, judici vero sexaginta denarios retribuet et exsolvet.

12. Pro omni contumacia in praesentia judicis et a sexta feria post meridiem usque ad vespertinum tempus Sabbati perpetrata solutio duplicatur.

13. Si quis alium contumaciter in domo sua quaesierit, decem solidos judici in domum et extra domum, et septuaginta duos denarios in domum et extra domum persolvet; et si de tali inquisitione negaverit, semet septimus expurgabit.

14. Adversus nominatum et approbatum virum nullus poterit in detrimentum honoris sui vel corporis approbare.

15. Quando iudex provincialis iudicio praesidet, primo monachis, deinde civibus iudicabit.

16. Quicumque proprius alicujus domini civitatem subintraverit, quamdiu in civitate manere voluerit, dominus suus ipsum de proprietate minime infestabit.

17. Quicumque civitatem mansurus ingreditur per spatium unius anni, non erit dominorum servitiis obligatus.

18. Quicumque civium aliquem extraneum nobilem vel ministerialem seu alium cujuscumque conditionis quocumque loco, tamen coram suo iudice convenerit, ibidem sibi tenetur respondere; et si forte ipsum civem reconvenerit, nisi forte voluerit, coram iudice civitatis sibi tenetur tantummodo respondere, nisi forte de feodalibus bonis querimonia sit exorta.

19. Ubi cumque civis debitorem, praeterquam in ecclesia, balneo et taberna, convenerit, iudex tenetur sibi ibidem pro debitis iudicare, ipsum fidejussoribus vel quocumque modo certificando.

20. Quicumque extranei, nobiles seu ministeriales, vassalli vel alii inferioris status, civi pignus licentia verit, idem pignus absque licentia iudicis poterit occupare.

21. Omnes causae in civitate exortae ad iudicem civitatis spectant dijudicandae, nisi forte quaedam inter nobiles, ministeriales et tales extraneos causae specialiter ventilentur.

22. Aedificia ad indigentiam civium spectantia in nemoribus nostris rescent, quos forestarii minime infestabunt.

23. Quicumque super stratam provincialem cum curru suo venerit, nullus forestarius ipsius pignora detinebit.

24. Quicumque lignorum congeriem, que dicitur floz, a nemore duxerit, persolvat sex denarios ultra quodlibet firmamentum.

25. Hospites non tenentur pannos incidere neque potum in mensuris propinare, nisi forte apud Egram dominorum curiae celebrentur.

26. Hospes ab hospite non minus quam centum pelles aspiolinas et totidem vulpinas et leporinas vel alias quascumque totidem in numero pariter et quartale corii emere praesumat; et si quis in hoc transgressor exstiterit, civitati dimidium talentum retribuet et exsolvet.

27. Ex affluentia quoque gratiae specialis memoratis nostris civibus liberaliter indulgemus, ut ubique per terras et districtus Imperii nostri cum suis mercimoniis quibuscumque a cujuslibet exactione thelonei sive mutae liberi transeant et immunes.

28. Praeterea infeodationes Imperatorum et Regum Romanorum ac aliorum quorumlibet principum ipsis factas, ratas tenentes et gratas, ipsas de benignitate regia confirmamus, innovamus et praesentis decreti munimine communitimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, concessionis et innovationis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostrae Majestatis offensam se noverit incursurum.

In cujus rei testimonium et robur perpetuo valiturum praesens scriptum exinde conscribi et Majestatis nostrae sigillo jussimus communiri.

Datum Viennae VII. Idus Junii, Indictione septima, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri anno VI.

---

73.

### Tractatus inter Cunegundim dominam Oppaviae et Wladislaum ducem Opoliensem.

1279.

Post funestum proelium in campo Marchensi commissum, in quo Premyslaus II. rex fortissime pugnans ceciderat (26. Aug. 1278), Nicolaus ejusdem regis filius legitimatus, Oppaviae dux (v. n. 60) captus et cum aliis captivis baronibus, comitibus et militibus in Hungariam abductus est. Brevi autem postea, mense Octobri 1278 pactione Rosicensi inter Cunegundim, regis Premyslai II. viduam, et inter Rudolphum regem bello victorem ita convenit, ut regina vidua Oppaviam ad victum cultumque suum teneret, cujus regionis annui redditus ternis millibus marcarum sunt aestimati. Regina quum ex arce Bezděz, ubi ab Ottone marchione Brandeburgensi in custodia habebatur, evasisset (quod ineunte vere a. 1279 factum est), primum in Moraviam, inde aestate in provinciam Oppaviensem se contulit, ubi Hradec castrum antiquissimum, quod olim župae caput fuerat, sedem sibi elegit.

Eodem tempore Cunegundis reginae Boemiae et dominae terrae Oppaviae pactionem fecit cum Wladislao duce Opoliensi, quam hicce exhibemus exscriptam ex libro formularum reginae Cunegundis (Palacký Formelbücher p. 314.). Non ita multo post (a. 1281) Oppavia ad Nicolaum recidit.

Noverint universi et singuli, praesentem paginam inspecturi, quod nos Ch(unigundis) Dei gratia ecc. post diversas et varias ordinationes habitas cum compatre nostro carissimo domino W(ladislao), inclyto duce Opoliensi, taliter ad concordiae venimus unionem:

1. Quod ex nunc dictus compater noster nec aliquis filiorum suorum seu baronum vel militum sibi subjectorum, nos et terram nostram non debent aliquatenus conturbare, sed

potius ejusdem terrae nostrae quemadmodum terrae suimet, pro viribus fidelis debet esse gubernator.

2. Et si, quod absit, quispiam in nostro residens dominio, terram ipsius affecerit spoliis seu rapinis clandestinis vel apertis quandocumque per nuntios dicti ducis ammonitae fuerimus, de ipsis maleficis secundum terrae nostrae consuetudinem h. e. post ternae citationis edictum, quodlibet continens duas septimanas, faciemus justitiae complementum.

3. Si autem is qui accusatus fuerit, juri parere noluerit, ipso proscripto, quemadmodum ipse dux eum persequendum decrevit, persequamur; et si munitionibus propriis vel alienis se incluserit, juri parere subterfugiens, tam ipse dux suis hominibus, quam etiam nos nostris hominibus ipsum debemus hostiliter impugnare.

4. Insuper de . . . . . saepedictus compater noster spondit, quod quarto die post receptionem praesentium ubicumque cum nostro condixerit nuntio, nobis circa metas terrae utriusque nostrum faciet justitiae complementum, secundum quod principes ab aeterno servare consueverunt.

5. Omnes autem causae, quae emergere videbantur ante festum paschatis, priusquam treugae per dominum H. Wratislaviensem ducem, ponerentur inter nos et compatrem nostrum saepius nominatum, mediante ipso duce Wr(atislaviensi) inter nos et ipsum amicabilem decidentur; nam ipsius arbitrio in praemissis ex utraque parte nos decrevimus committendos.

6. Ceterum ad robur amplioris firmitatis mutuo spondimus bona fide, quod nullus militum nostrorum nec etiam ducis jam praetacti, castrum novum ex nunc construere permittetur, ut sic latronum insidiis eo melius obvietur; nos autem si placuerit, in dominio nostro ubi voluerimus, construemus, sed illa nostris militibus debemus committere gubernanda. Et id ipsum dux saepius adnotatus de castris novis, si quae facienda decreverit, cum suis omnibus filiis sicut etiam et universa annotata observabit.

7. Demum neuter ex nobis proscriptum alterius in contemptum sui, postquam sufficienter intimatum fuerit, in suo morari dominio permittat.

Et ut haec omnia praehabita perhenniter maneant incon-  
vulsa, praesentem ecc.



## Sententia Rudolphi regis de exactionibus ab Ottone marchione Brandenburgensi in Boemia vi extortis.

1283, 23. Aug.

In colloquio infra Nativitatem Domini et circumcisionem 1281 Prage celebrato inter Ottonem marchionem Brandenburgensem, tutorem Wenceslai II. et nobiles terrae Boemiae foedus fuit initum sub hac forma, videlicet, quod in festo Apostolorum Philippi et Jacobi ejusdem anni nobiles Boemiae de collecta generali totius terrae deberent dare marchioni XV millia marcarum argenti ponderis Pragensis et marchio reducto ducello Wenceslao in Pragense castrum ad sedem patris sui committat ipsum ad custodiendum episcopo Pragensi et aliis nobilibus terrae.

Marchio finito officio tutoris et dudum accepta pecunia XV milliam marcarum argenti de collecta generali, adhuc stimulo cupiditatis accensus, exegit a rege Boemorum XX millia marcarum argenti pro absolute sue tuitionis, detinuitque pro eadem summa pecuniae ratione pignoris munitiones firmissimas, vid. Drenov, Dieczin, Ustie, Pontem, Ronow, Besdiezie cum civitatibus, donec praedictae pecuniae summa solveretur ex integro (Cosm. Cont.) Králevce s Sas dobychu, vše miestá zálabská i hrady zaň sastavichu (Dalemili Chron.).

Wenceslaus II. Ottonem de hac violenta pecuniarum exactione apud Rudolphum regem accusavit, rogans simul ut dijudicaret, utrum ipse praestare deberet ea quae Otto ab ipso et a Boemiae regno exigeret.

Rudolphi sententia continetur literis, quas hic edimus, quae olim cum aliis regni privilegiis in arce Karlstein depositae erant, teste indice privilegiorum, ubi literae Rudolphi hisce verbis commemorantur: O závazciech pñnucených k všeni. List Rudolfa krále římského, kterýž nalézá se vší říši, že kdožby pñnucením k čemu pñnucen byl, že toho povinen držeti není, a druhý v táž slova, a třetí dvou jest. Datum anno MCC (sic).

Litterae Rudolphi ex libro qui „Privilagia regni“ inscribatur, a Balbino depromptae in Misc. Regni Boem. VIII. leguntur.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus.

Universis sacri Romani Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestrae notitiam volumus pervenire, quod Nobis iudicio praesidentibus in vigilia Bartholomaei apostoli apud Friburgam in Orlandia nuntii illustris regis Wenceslai Bohemiae Nostram celsitudinem accesserunt, cum instantia postulantes, ut per sententiam vellemus inquirere, utrum princeps aliquis vel alius cujuscunque conditionis vi vel metu inductus, expers propriae libertatis, fidejussionibus, stipulationibus vel quibuscunque aliis obligationibus se posset constringere vel arcere, ita quod in posterum super hujusmodi obligationibus extortis possēt impeti vel aliquatenus conveniri tamquam efficaciter obligatus.

Quod ad instantiam dictorum nuntiorum per sententiam postulavimus definiri, et sententiatum extitit a principibus, co-

mitibus, nobiles et alii Imperii fidelibus, qui ipsi iudicio praesentes aderant, quod princeps vel quilibet alius ad ea, quae vi metue coactus promitteret vel quibuscunque factis obligatoriis se adstingeret, factus sui compos, nullatenus teneretur et tales pactiones obligatoriae qualescunque censendae forent irritae penitus et inanes.

Qua vero sententia nostra approbatione sequente prolata, praedicti nuntii ad speciem descendentes Nostro culmini supplicarunt, si inclytus Wenceslaus, heres regni Bohemiae praenotatus, quem illustris Otto marchio de Brandenburg aliquo tempore contra propriam detinuit voluntatem, deinde fretus propria libertate ad complectionem illorum pactorum taliter extortorum atque consummationem obligationum quarumcunque, sub quibus eidem marchioni pro viginti millibus marcarum obligavit civitatem Sitaviae et castrum Trenovv cum eorum pertinentiis, castrum Scharfenstein et civitatem cum omnibus aliis attinentiis, castrum Bezdězi cum suis pertinentiis, castrum Deczein cum suis pertinentiis, civitatem Ust et castrum cum eorum attinentiis, civitatem Brůx et castrum cum eorum attinentiis nec non castrum Ronowe cum suis pertinentiis universis, sub quibus etiam promissionibus taliter extortis, nisi marchioni pro duobus millibus marcarum fidejussores per modum extorsionis coactus posuit, et pro quinque millibus marcarum, quas se daturum promisit — aequaliter teneatur. Maxime cum inter nos et dictum marchionem, cum ejus curae ante heredem Bohemiae cum suo regno usque ad certum tempus committeremus, intercessit certa conventio digna in suo robore observari, videlicet, quod expirante certo tempore, quod conventioni adjectum fuerat, praenominatum heredem regni Bohemiae una cum suo regno sine quolibet damno vel dispendio vel quantalibet injuria, sine petitione quarumlibet expensarum juxta legem conventionis restitueret pleno jure. Cuius tamen conventionis legibus dictus marchio obvians minus juste pactiones, obligationes, fidejussiones extorquens indebite, quae promisit penitus violavit.

Ad quae singula superius expressa principes, comites et nobiles, qui eodem aderant iudicio per nos requisiti sententiando protulerunt, quod saepe dictus heres regni Bohemiae ad complectionem dictorum pactorum, promissionum, fidejussionum nec non quarumcunque obligationum ab eo taliter extortarum per dictum marchionem nullatenus sit astrictus, sed a praedictis omnino per sententiam debeat liberari et utique penitus absolvi, obligationes et dictorum bonorum promissiones, fidejussiones ipso jure nullae debent pro cassis et irritis aestimari.

Unde nos videntes et provida meditatione pensantes ipsam sententiam de bono et aequo jure subnixam eam auctoritate regia approbantes, obligationes dictorum bonorum seu pignorum, fidejussiones, promissiones prout superius expensum existit, cum contra jus et aequum sint extortae a dicto marchione in dicti heredis praedictum ac gravamen, per sententiam prout coram nobis extitit sententiatum, irritantes, fidejussores a suis promissionibus absolventes, cives Brūxenses et alios quoscunque homines dictorum castrorum, oppidorum seu civitatum a sacramentis seu promissionibus dicto marchioni ad mandatum dicti heredis vel alio quocunque modo praestitis, etiam absolvendo: mandamus vobis universis et singulis, quatenus ipsum heredem regni Bohemiae, quem mediante dicta sententia ab obligationibus dictorum bonorum et aliis pactis fidejussoribus cum fidejussionibus datis, absolvimus et denunciamus absolutum a praedictis omnibus et singulis dicto modo praestitis, habeatis penitus absolutum; scientes eum ad perfectionem seu consummationem dictarum obligationum aequaliter non teneri.

Testes qui praemissae sententiae interfuerunt, sunt: Wenc: Argent., H. Basilien. episcopi Romanae nostrae aulae cancellarius; nobiles viri H. marchio Hohperck burgravius de Nurmberg, Al. de Hohenberch. Eg: Fürstemberch. Comites de Nifen. B. de Geroldsecke, nobiles et alii quam plures.

Datum et actum Friburg in Orlandia, decimo Calend. Septemb. Indictione undecima. Anno Domini MCCLXXXIII, Regni vero nostri anno decimo.

---

75.

## Permutatio bonorum inter Joannem de Michelsberg et Wenceslaum II. facta.

1283, 28. Aug.

Ex Libro privilegiorum typis vulgavit Balbinus in Miscell. Bohem. VIII. 117.

Ego Joannes de Michelsberg notum facio universis tam praesentibus quam futuris:

Quod ego pro datione castrorum Weleschin, Scharfenstain et Devin cum civitatibus et villis pertinentibus ad eadem, nec non villae Wezovvicz cum aliis villis ad eandem villam pertinentibus, quam dationem illustris dominus meus, dominus Wenceslaus, inclytus dominus et heres regni Bohe-

miae et marchionatus Moraviae, ad preces et propter servitia, amicorum meorum, dominorum Sdislai summi camerarii Bohemiae, burggravii in Burglino, Burchardi de Winterberg magistri curiae regiae, Sdislai burggravii Pragensis, Zesemae de Krasovv dapiferi dicti domini Wenceslai, Benessii de Wartenberg pincernae ejusdem et Jaroslai de Levvenberg, fecit mihi —, tam pro me, quam heredibus meis libera et spontanea voluntate eidem domino Wenceslao et heredibus suis de villa Tuchlovvicz et duabus villis Hoynicz et Zerbi cum omnibus juribus et attinentiis earundem, et renuncians sponte ac libere tam pro me quam successoribus meis et heredibus, omni juri et actioni, quod vel quam ego, pater, avus, atavus atque heredes mei habemus vel habere possemus in dictis villis Tuchlovvicz, Hoynicz et Zerbi, nec non et in civitate Gechin ac ipsarum attinentiis de jure vel de facto aliqua ratione seu causa — transfero ex nunc in eundem dominum Wenceslaum et heredes ejus tam pro me quam pro heredibus meis omne jus et omnem potestatem, quod vel quam habeo vel habere possum in dictis villis et civitate et attinentiis earundem. Insuper dabo eidem domino meo Wenceslao octingentas marchas argenti in illis terminis et infra illud temporis spatium, qui vel quod sunt in rationibus regalibus annotati.

Ad haec praedictorum bonorum datione mihi a domino praedicto facta, obligo me et heredes meos eidem domino meo Wenceslao et heredibus ejus omni tempore fideliter ac devote servire, velut alter terrigena suus, et nunquam contra eum vel ejus heredes aliquid facere vel tentare. Quodsi forte ego vel heredes mei dicto domino meo Wenceslao vel ejus heredibus fideliter et devote non serviverimus, vel contra eum vel ejus heredes facere quidquam tentaverimus et de hoc in judicio convicti fuerimus ex tunc et debemus perjuri et exleges ab omnibus reputari et ipso facto dictis castris, civitatibus et villis ad ipsa pertinentibus et villa Weczovic et villis ad ipsam spectantibus abjudicati esse volumus, tam ego quam heredes et successoros mei, et quod dicta castra, dictae civitates et villae omnes ad manus curiae regiae libere revertantur.

Dans ex nunc dicto domino meo Wenceslao et heredibus suis pro me et heredis meis plenam et liberam facultatem intromittendi se et heredes suos de castris, civitatibus et villis praefatis et omnibus pertinentibus ad eadem, promitto pro me et heredibus meis veraciter sine dolo et omni captione contra dictas obligationem et cessionem praedictorum bonorum nunquam venire, sed semper ratam et firmam tenere, renuntians omni exceptioni et omni juris auxilio, quod vel quam possem opponere de jure vel de facto, et quod mihi posset ferre suf-

fragium, ut ego vel heredes mei venire possemus contra praedicta vel aliquod praedictorum.

Quae omnia sicut superius scripta sunt, ut vigorem obtineant validae firmitatis, praesens instrumentum fieri et sigillis dictorum Sdislai burggravii Pragensis, Bennessii de Wartemberg, Jaroslai de Levvenberg et meo procuravi et feci ex certa mea scientia communiri.

Datum Pragae anno MCCLXXXIII, Quinto Calend. Sept. Indictione II.

---

76.

### Locatio monetae et urborae per Bohemiam.

Cc. 1286.

Litterae istae quae in Libro formularum Regiomontano Zdenconisque de Trebez ab interitu sunt conservatae, ad tempora Wenceslai II. regis referuntur. Quod primum monetae ratio (talenta denariorum) testatur, nam Wenceslao I. regnante rationes tantum per marcas (grivny) computabantur; dein confirmant verba „per unius anni circulum revolutum,“ quae etiam in Statutis sex juratorum Pragensium a. 1287 scriptis leguntur.

Nos W(enceslaus) Dei gratia etc.

Quod nos dilectis nobis (a. b. c.) monetam nostram per regnum nostrum Bohemiae, cui hoc anno specialiter ferrum in Broda inclusimus, a festo beati Petri proxime affuturo per unius anni circulum revolutum cum urborae locavimus pro duobus millibus marcarum et quingentis marcis nostrae camerae per eosdem in terminis ipsis ad hoc deputatis finaliter praesentandis.

In hujus autem locationis contractu tales conditiones duximus inserendas, videlicet:

1. Quod dicti magistri monetae argentum omnino depurare debent, ita ut denarii de puro argento fabricari debeant atque cudi.

2. Et ne de numero denariorum de qualibet marca cudendorum dubium aliquod valeat suboriri, ipsum praesentibus duximus exprimendum: Sarcient itaque dicti magistri monetae et eorum subditi de qualibet marca ex mera nostra licentia II $\frac{1}{2}$  talenta denariorum, et super praedictum tertium medium talentum XXX denarios sarcient sine vara; volentes ut de praedictis denariis tertium dimidium talentum dare debeant pro una marca examinati argenti, nec dictus numerus cudendorum denariorum sive pro una marca dandorum per spatium praefati anni diminui debet aliquo modo vel augeri.

3. Sed ut praedictum argentum melius et commodius valeat depurari, volumus, ut ubicumque dicti magistri monetae a festo Petri nunc venturo usque ad octavam sancti Michaelis proximo subsequenter antiquum argentum circa aliquem deprehenderit, illud depurare debeant, et quantum de ipso examinati argenti resultaverit, id cum denariis novis secundum modum supra positum debent persolvere possessori.

4. Si vero post octavam beati Michaelis praedictam per praefatos magistros monetae circa aliquem antiquum argentum fuerit deprehensum, volumus ut circa quem argentum praedictum inventum vel deprehensum fuerit, ipsum sine spe restitutionis amittat, in tanto, quantum circa ipsum inventum fuerit, nihilominus condemnandus; de quo argento praefatis magistris monetae duae partes cedere debent, parte tertia nostrae camerae deputata.

5. Eundemque modum in falsis denariis, si circa quamquam inventi et deprehensi fuerint, volumus observari.

6. Si vero dictum falsarium nobis super ipsius delicto contingeret convenire, et nos tam denarios quam poenam, quam pro commisso daret, tolleremus in totum, ex tunc partem dictis magistris monetae contingentem faciemus refundi.

In cujus etc.

---

77.

## Locatio monetae per Moraviam.

Cc. 1286.

In libris formularum Regiomontano et Zdenconis de Trebecs exstant literae, quibus „Wenceslaus rex Bohemiae et marchio Moraviae“ monetam per Moraviam Tiloni de Brod Ungaricali, Bertholdo de Iglavia et Ulrico de Bruna locavit, idque eo tempore quum bellum vel guerra per Moraviam gereretur, rege ipso Pragae residente. Ex his indiciis autumare licet, eas literas regnante Wenceslao II. esse datas. — Tilonis nomen apparet in actis a. 1281: Tylo de Cracovia, 1288 Tylo civis de Lupzicz, 1297 Chisling gener Tylonis scabinus de Broda; nomen Brodae Ungaricalis primum comparet in actis anni 1273; Ulricus autem de Bruna idem est qui Ulricus 1288 vicem gerens iudicum in Bruna, qui filius esse videtur inclyti atque opulentis Ulrici Nigri civis Brunensis, cujus nomen in actis a. 1241—1251 legitur. Quod autem bellum in Moravia gestum commemoratur, id ad bellum quod rex Wenceslaus I. a 1241 cum Tartarorum gente gessit, referatur necesse non est, tum enim ipse rex Praga abfuit et in Moravia versabatur; de bello quidem a. 1253 gesto cogitari nequit, nam eo anno Premyslaus Moraviae marchio fuit; verba quae ex formularum libro Zdenconis de Trebecs citavimus, intelligi possunt solummodo de expeditione in Moravia adversus seditiosos aliquos a. 1286 suscepta. Tandem appellatio Wenceslai nomini adscripta: Wenceslaus Dei gratia rex Bohemiae et marchio Moraviae, aperte demonstrat, nemi-

nem significari nisi Wenceslaum II., quum Wenceslaus I. nunquam ita sit appellatus.

Litterae quas hic exhibemus, e Codice formularum Regiomontano et ex altero Zdenconis de Trebecz, primus typis exscriptas dedit comes a Sternberg in libro qui intitulatur: „Urkundenbuch zur Geschichte der böhmischen Bergwerke“ (p. 45.).

Nos Wenceslaus, Dei gratia rex Bohemiae et marchio Moraviae, constare volumus universis praesentem paginam inspecturis, quod nos monetam per Moraviam locavimus Tiloni de Brod Ungaricali, Bertholdo de Iglavia et Ulrico de Brunna, cum judiciis Znoymensibus et Iglaviensibus regendam et tenendam a data praesentium usque ad festum beati Petri (Regiom. festum purificationis B. Mariae Virg.) primo futurum, et ab eodem festo usque per unius anni circulum revolutum pro mille talentis denariorum, duobus scarletis, duobus staminibus de Gent et septem tunicis in quatuor anni temporibus persolvendis, ita quod quolibet quatuor temporum CC et quinquaginta talenta nobis solvere tenebuntur, scarleti vero et de Gent stamina cum tunicis solvent, cum per nos fuerint requisiti.

Hanc autem monetam tenebunt et regent sub juribus et conditionibus infra scriptis, videlicet:

1. Quod ad marcam puri argenti addetur dimidia marca cupri, et de marca hujusmodi argenti fabricabunt et fabricare tenebuntur per totum praesentis locationis tempus duo talenta et dimidium et XII denarios; quidquid autem ultra hoc fabricabitur aut fabricatum inventum fuerit, pro falso debet opere reputari.

2. Si forsitan magistri fabricarum vel monetarii ad mandatum praedictorum magistrorum monetae noluerint per malitiam vel captionem aliquam denarios fabricare, volumus ut secundum justitiam per camerarium Moraviae, si praesens fuerit, vel per civitatis judicem ad monetandum denarios compellantur, et quod nullus ex eis gladium fixoralem, cultellum vel aliqua arma portare in domum, in qua fabricantur denarii, audeat vel praesumat sine magistrorum monetae licentia speciali. Si quis eorum contrafecerit, in decem talentis denariorum pro vice qualibet condemnatur.

3. Si etiam aliquis monetariorum vel fabricarum magister vel nobilis, vel quicumque alter, cujuscunque conditionis, sive prius accusatus de falso vel proscriptus fuit, vel in posterum accusatus fuerit, volumus, quod de ipso fiat magistris monetae justitia, ita, quod reus pecuniarie puniatur; inhibentes expresse, ne quis aliquem infamem, qui sciat fabricare denarios, servet vel tueatur in domo sua, sed volumus, quod ad requisitionem magistrorum monetae jurati et judex civitatis expellant eum

de civitate, sicut suspicionis notam et quinquaginta talentorum poenam, cui eos, si contrafecerint, obnoxios esse volumus, cupiverint evitare.

4. Et quia volumus, quod falsarii de terra nostra penitus extirpentur nec sit locus eis vel occasio commorandi, damus tenore praesentium praefatis magistris monetae plenam et liberam facultatem intrandi cum duobus vel tribus juratis civitatis vel aliis idoneis viris, domum, de qua habetur suspicio, quod in ea falsum argentum fudatur vel comburatur, vel falsi denarii fabricentur, et perquirendi falsarios et falsariorum instrumenta, et captivandi eos in ipsa, ut de ipsis fiat justitia, et poena pecuniaria condemnentur.

5. Si quis vero ex juratis vel aliis quibuslibet, praedictos magistris monetae comitari ad praedicta exequendum recusaverit requisitus, vel si aliquis contradixerit, ut domum non intret, seu defenderit: tunc volumus, quod camerarius de ipso tanquam de falsario pecuniarum poenam sumat.

6. Ad haec si apud aliquem vel macellarium vel cauponem vel quemcunque alium rei cujuslibet venditorem falsi fuerint inventi denarii, et se quod pro mercimoniis suis eos receperit, non poterit rationabiliter excusare: praecipimus, ut illum, qui sibi dedit eos, magistris monetae vel nominet vel ostendat, alioquin in viginti denariis pro vice qualibet eum volumus condemnari.

7. Volumus etiam, quod nullus emat vel vendat res mobiles, aut se moventes metat, aut vineas colat, nisi cum denariis de moneta, Wienensibus et cujuslibet alterius regionis penitus interdictis; si quis autem contrarium fecerit, in decem talentis pro vice qualibet puniatur.

8. Volumus insuper, quod nulli liceat habere stateram vel pondus ad argentum vel aurum ponderandum, nisi de magistrorum monetae licentia et favore, sicut praedictam decem talentorum poenam cupiverint evitare.

9. Praeterea inhibemus expresse, ne aliquis, sive baro sive alter quicumque, magistris monetae vel suos procuratores aut nuntios in foris, villis, civitatibus molestat vel offendere audeat seu praesumat, sicut quinquaginta (Cod. Z d. viginti) talentorum poenam cupiverint evitare. Sed si forsitan per aliquem denarii falsi apud magistrorum monetae procuratorem vel nuntium fuerint deprehensi, tunc volumus, quod ipse denarios illos examinare non faciat, sed comprehensum et denarios magistris monetae et camerario praesentet, ut et denarii coram eis examinentur, et deprehenso fiat justitia, ut pecuniarie puniatur.

10. Item volumus, quod nullus judicum aut baronum aut nobilium sibi juris usurpet aliquid in moneta, neque in ma-



gistros monetae vel procuratores, homines vel servientes ipsorum aliquam habeant vel exercent potestatem; sed si quis aliquid contra magistros monetae vel ipsorum procuratores et homines proponere vel agere habuerit, id coram camerario Moraviae prosequi studeat justitia mediante.

11. Praecipimus etiam, quod Judaei per Moraviam singulis septimanis recipiant denarios de moneta, sicut fuit hactenus consuetum. Si vero gwerra talis in Moravia, (C. Zd. qualis nunc est per Moraviam) quod absit, exorta fuerit, ut ejus occasione monetae utilitas minuatur, tunc ad proborum virorum arbitrium de praefatis mille talentis pro damni quantitate, quod magistri monetae suscepisse probabuntur, eis volumus defalcare, nec non et si casu aliquo alterum praefatorum judiciorum vel ambo forsitan non obtinent per praefati temporis spatium possidenda.

13. De cambio vero in Broda Smilonis taliter praesentibus diffinimus, quod si cambium ipsum ad monetam Moraviae spectavit et debet, tunc volumus, quod dicti magistri ipsum teneant atque regant; si non, tunc ad magistros monetae Bohemiae volumus pertinere.

14. Quidquid etiam de poenis pro culpis et excessibus praetaxatis dictis magistris monetae infra praescriptum tempus evenire contigerit, volumus, quod nobis medietas ejus et ipsis reliqua cedat medietas absolute, et de hoc teneantur nobis reddere rationem.

15. Inhibemus etiam, quod nulli liceat habere pondus aut libram ad ponderandum argentum sine licentia et favore magistrorum monetae, sicut viginti talentorum poenam cupiunt evitare.

16. Item volumus et penitus observari jubemus, ut una mensura, videlicet ulna, pondus et alia quaelibet mensura in singulis rebus, quae vendi debent et consueverunt ad mensuram, per totum regnum nostrum haberi debeat et servari; et quod illa mensura habeatur atque servetur, quam magistri monetae cum juratis civitatis duxerint statuendam; si vero aliquis inventus fuerit alia mensura uti, quam illa, quae per magistros monetae statuta fuerit, ipsam falsam volumus reputari, et nobis in viginti talentis denariorum volumus condemnari.

17. Item si, quod absit, gwerra in regno nostro exorta fuerit, unde monetae nostrae lucrum tolleretur, super compensationem damni hujusmodi promittimus, quod quantum iidem magistri monetae probare poterunt damni occasione gwerrae se recepisse, ipsis faciemus gratiam competentem.

18. Item volumus, quod si quis ex his, quibus locata sunt ferramenta per magistros monetae, deprehensus fuerit cum

falsis denariis vel falso argento, ipse qui deprehensus fuerit, debet pro eadem falsitate pecuniali poena puniri, et magistri monetae nihil inde damni vel vituperii vel dispendii patientur.

19. Item prohibemus, quod nullus iudicum sibi juris usurpet aliquid in moneta; sed si aliquis contra magistros monetae vel subditos eorum aliquid habuerit quaestionis, hoc coram camerario regni, vel coram ipsis magistris monetae, si querulanti placuerit, secundum juris ordinem prosequatur.

20. Item quod illi, qui habent fabricas monetae in quacunque civitate, et monetarii eorum non teneantur fundere argentum, quod fabricari debet, nisi coram provisoribus monetae, et non alias; quodsi forsitan alias, quam coram monetae provisoribus argentum fuderint fabricandum, denarios, qui ex illo argento fient, pro falsis volumus reputari et detineri, et eosdem, qui fuderint, in viginti talentis insuper condemnari; harum vero poenarum duas partes magistris monetae cedere volumus, tertiam vero nobis.

In cuius rei testimonium etc. Datum Pragae etc.

---

78.

## Statuta iudicii Pragensis sex juratorum.

1287, 4. Sept.

Domestica discidia, quae Ottone Brandeburgensi tutelam regis Wenceslai imperio nondum maturi gerente, Pragae exorta multos dein per annos, praesertim primoribus civium familiis inter se digladiantibus, civitatem distrahebant, regem Wenceslaum II. permoverunt, ut re cum Zavisio a Falkenstein et Jaroslao a Sternberg consiliariis suis deliberata iudicium sex juratorum ex omni civium numero delectorum, constituerit qui lites inter factiones componerent animosque invicem alienatos reconciliarent. Eum ad finem constitutae sunt leges quas hic exhibemus, quibus iudicium sex juratorum tamquam regula uteretur.

Exemplum istorum statutorum genuino verborum contextu legitur in Formulis notarii Henrici Italici quae Regiomonti asservantur, nec non in Vindobonensi codice qui inscribitur Liber a missionibus regum per manus Zdenconis de Trebecz.

Literis exscriptum est a Röszerio in libro: Altprager Stadtrecht; dein in Voigtii libro: Urkundliches Formelbuch des k. Notars Heinrichs Italicus (CXLVI); uterque autem editor exemplum Regiomontanum secutus est.

Wenceslaus Dei gratia rex Bohemiae et marchio Moraviae etc.

Ad extinguendum perniciose discordiarum incendia, quibus hucusque nostra Pragensis civitas aestuarat, et ut multorum temeritas, quae post obitum patris nostri se supra se nimis arroganter erigens, ut nullius quasi dominii jugum ferens,

effrenata quadam licentia perpetravit quod voluit, non divagetur inpunis: cunctos ejusdem civitatis cives a festo beati Michaelis primo futuro per anni unius circulum revolutum sub hujusmodi statutorum norma ex deliberato consiliariorum nostrorum consilio vivere volumus et manere:

1. Ut, si aliquis ex civibus antedictis adversus alium inimicitias gesserit vel habuerit occultas, ille contra quem gerentur, coram Symone dicto Stuk, Cunrado Junossu, Lutolfo filio Bernardi nigri, Theodorico filio Wolfini, Nicolao Cristinae et Petro dicto Sceflero, civibus Pragensibus juratis electis a nobis de aliorum consilio civium et statutis et ordinatis ad hoc, ut observentur et observari faciant universa et singula infrascripta, et ad faciendum et ad ordinandum singula quae paci dictae civitatis et honori nostro viderint expedire, — debet proponere accusare illum qui gerit occultas inimicitias contra ipsum, et tunc praedicti sex jurati accusato insinuabunt, quod adversus praetaxatum accusantem occultas gerit inimicitias, praecipient, ut vel dimittat eas vel quod non habeat, se legitime debeat expurgare.

2. Quod si forsitan idem vel per superbiam vel per aliquam calliditatem noluerit vel neglexerit adimplere: post primam monitionem X talenta denariorum nobis, et judici ac civitati quinque talenta persolvat. Secundo monitus si non adimpleverit idem, X talenta denariorum nobis et quinque judici et civitati sine mora solvere compellatur. Tertio vero monitus nec adimplens, nobis et judici et civitati simili et aequali prioribus talentorum mulctabitur quantitate. Post tertiam vero monitionem si pertinacia perseveraverit in incepta, sit ex hoc statim judicatus nobis rebus pariter et persona.

3. Quemlibet etiam cujuscumque conditionis existat, habentem inimicitias manifestas, dicti sex jurati monebunt, ut cum inimicis suis debeat concordare. Qui vero concordare non poterit, adversariorum protervia respuente, vel ipse refutaverit dedignanter, monebitur, ut coram ipsis juratis jus de ipsis inimicitias juxta quod sibi competit, adversus adversarios prosequatur. Quod si ter monitus non curaverit effectum mancipare, in decem talentis denariorum nobis, et judici et civitati in quinque pro monitione qualibet puniatur. Sed si post tertiam monitionem pertinax inventus fuerit, nobis sit persona adjudicatus et omnibus rebus suis.

4. Praeterea cum regis sit, omnes difficultates causarum resolvere, si praedicti sex et jurati alii civitatis in determinandis et sentiendis quaestionibus dissentient, et in eisdem non poterint vel noluerint sententiae consonantiam convenire: ad nos, quid unaquaeque pars sententiat, deferetur, et cujus

deliberationem collaudaverimus, juxta ipsius sententiam finalem causa exitum sortietur.

5. Statuimus etiam, quod nullus civis aliquem proscriptum aut famulum qui muntleyt dicitur, in ipsa civitate Pragensi fovere audeat vel tenere, et quod omnes gladios fixurales, acutos, lanceas, loricas et alia cujuscumque generis arma, nullus civis aut famulus die vel nocte ferre audeat vel praeumat.

6. Si quis vero ex civibus vel servis ipsorum in praedictis articulis vel praedictorum aliquo secundum jus civitatis probabitur esse culpabilis: decem talenta denariorum nobis, judici autem et civitati quinque cogatur solvere pro eadem. Si secundo probabitur esse culpabilis, XX talenta denariorum nobis, judici autem et civitati X solvere compellatur. Si tertio, XXX talentis nobis, judici et civitati in XV punietur. Ac si probabitur esse culpabilis quarta vice, tunc adjudicatus sit nobis rebus suis omnibus et persona.

7. Hoc verumtamen observando moderamine in pauperibus civibus atque servis, qui in praefatis articulis vel praefatorum aliquo culpabiles probabuntur, ut si quis ex eis statutae poenae non poterit solvere quantitatem, tunc praedicti sex jurati punient eum sicut expedire videbitur, verumtamen justitiae mediante.

8. Volumus quoque atque praecise mandamus, ut obligatione et pacto, quibus se invicem vel cum aliis quibuscumque obligarunt cives Pragenses, sive eadem obligationes fide aut juramento aut litteris aut quo modo libet fuerint vallatae, renuntient, a data praesentium infra quatuordecim dies continue numerandos, absolvantque se penitus ab eisdem et litteras super ipsis editas nobis assignent infra quatuordecim dierum spatium praetaxatum.

9. Et de hiis per praedictos sex juratos moniti habebuntur; quod si primam monitionem non fecerit qui monitus fuerit, X talenta nobis, et judici et civitati quinque solvere tenebitur sine mora; post secundam, viginti nobis, et decem talenta solvet judici et etiam civitati; post tertiam in triginta nobis et in quindecim judici et civitati multae nomine punietur; ac si post quartam monitionem non curaverit facere, tunc nobis adjudicatus sit rebus pariter et persona.

10. Statuimus etiam, quod si tumultus aliquis bellicus excitatus fuerit in civitate, ad quem aliquis praeter mandatum dictorum sex juratorum armatus cucurrerit, idem decem talenta nobis, et quinque judici et civitati pro qualibet vice solvet. Si autem solvere non poterit, tunc praedicti sex jurati pu-

nient eum juxta quod expedire videbitur, justitia verumtamen mediante.

11. Et quia dignum est, ut cuilibet subjectorum nostrorum justitiam conservemus: si aliquis fuerit accusatus vel infamatus nobis, eidem accusato vel infamato expurgationem concedemus debitam et infamantem nominabimus vel etiam accusantem; ac si se expurgaverit prout decet, infamator vel accusator eadem (poena) puniatur, quam accusatus vel infamatus subire debuerat, si per expurgationem suam condignam innocentiam non probasset.

12. Statuimus insuper et dictis sex juratis expresse mandamus, quod justum forum de victualibus, vino et quolibet potus genere atque de qualibet re alia, quae venditur ad mensuram, justum forum et mensura debita secundum valorem denarii statuatur, et hiidem sex jurati faciant hoc strictius observari.

13. Haec autem omnia et singula prout superius describuntur, dicti sex jurati sollicite atque fideliter adimplebunt, et praecipimus eis, quod executioni debitae sine dolo et captione qualibet debeant emendare.

14. Sed si forte praedicti sex jurati praefata vel aliquid praefatorum per se exsequi non valebunt, tunc judicis et aliorum juratorum auxilium implorabunt, et hiidem judex et jurati omne ipsis consilium et auxilium inpartientur fideliter et sincere, et ideo scripti praesentis tenore mandamus dictis iudici et juratis civitatis quicumque pro tempore illo fuerint, quod dictis sex juratis assistant consilio et auxilio fideliter in omni articulo, quotienscunque per eos fuerint requisiti.

15. Si vero aliquis ex praedictis sex juratis vel judex aut aliquis ex juratis civitatis prece, pretio, odio vel amore, dolo vel quocumque malo ingenio praedicta omnia et singula quae praescripta sunt, effectui non curaverit mancipare: post primam monitionem, cum casus exegerit, viginti talenta denariorum nobis, et decem iudici et civitati sine cujuslibet dispendio morae solvet; post secundam monitionem, quadraginta nobis talenta, viginti vero iudici ac etiam civitati; post tertiam in sexaginta talenta nobis mulctabitur, et civitati et iudici in triginta; post has autem monitiones si adhuc perseverare pertinencia contumaciter enitetur, tunc perjurus et infamis debet ab omnibus judicari et insuper adjudicatus erit nobis rebus pariter et persona.

16. Statuimus ad hoc, quod judex Pragensis, quicumque pro tempore fuerit, causas omnes determinet et judicet secun-

dum jus civitatis et de consilio juratorum civitatis; de praescriptis autem nihil attemptet per se judicare sine praedictorum sex juratorum arbitrio et voluntate, decernentes irritum et inane, quidquid per eum contra hoc edictum fuerit iudicatum.

In quorum statutorum stabilem firmitatem praefati anni unius spatium inviolabiliter duraturam, praesentem paginam continentiae statuta nostris Zawissii de . . . , Jaroslay de, Sternberch pincernae Bohemiae et purgravii in Vethau consiliariorum nostrorum, et quia sex dicti jurati de consilio aliorum civium Pragensium et voluntate a nobis electi fuerunt, ut diximus, et quia hiidem jurati libera voluntate promiserunt nobis, corporali praestito juramento, eadem statuta observare et efficaciter facere observari, praedictae civitatis et eorundem sex juratorum sigillis de ipsorum voluntate spontanea muniri fecimus in testimonium veritatis.

Datum Pragae, anno Dominicae incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo septimo, pridie Nonas Septembris, per manus Wenceslai prothonotarii regni nostri.

---

79.

## Concordiae unio super principatu Oppaviensi.

1286—1287.

A. c. 1286 facta est concordiae unio inter Wenceslaum II. regem Boemiae ex una, et Nicolaum ducem Oppaviae parte ex altera, super principatu Oppaviensi (vid. n. 60 et 73).

E cod. formul. Regiomontano apud Voigt n. LXIV.

W(enceslaus) Dei gratia etc.

Digne satis praeconiae commendationis attollitur, alumnarum pacis, concordiam, cum quibuslibet inviolabiliter observare; sed qui violatore scandalo passa fuerit scissurae et dispendium resarcientis ope studii solempnius renodare et cum hiis praecipue ad unionem remeare pacificam, quos naturalis junctura foederis et mutuus conglutinat sanguinis internexus, longe dignius praefertur titulis et favoris.

Noverint igitur universi tam praesentes quam futuri, quod nos operum prosecutioni, quae commendabilia magis existunt, pronis affectionibus aspirantes, cum domino duce Nicholao, sopita dissentionis materia, ad sinceram pacis et concordiae devenimus unionem, et sibi tenore praesentium sine omni captione mala, malo ingenio, vera fide, tam pro nobis quam

pro universis et singulis, baronibus, nobilibus et aliis quibuscumque hominibus nostris cujuscumque conditionis, quos nunc habemus et in nostra habituri erimus potestate, promittimus a data praesentium usque ad festum beati Georgii primo venturum, et ab eodem festo usque tres annos continuo numerandos, ipsum ducem Nicolaum plene assecuramus, ut idem ad nos, curias nostras, expeditiones et alia quaelibet obsequia nobis impendenda et negotia sua etiam peragenda per praefatum tempus veniat, stet nobiscum, ubique per districtus nostri domini sibi placuerit, et ad locum, a quo ad nos venit, redeat, salvis honore, rebus suis et ipsum comitantium pariter et personis.

Promittentes eidem domino duci Nicholao, quod tam pro parte nostra quam baronum, nobilium et aliorum quorumlibet superius notatorum fideliter, intentione pura et mente non ficta, quod in veniendo ad nos, curias nostras, expeditiones et alia nobis obsequia impendenda et negotia sua peragenda, sibi et eum comitantibus per nos aut per illos, quos habemus et tunc in nostra tenebimus potestate, nullum malum, nullum dispendium, nullaque violentia in honore, personis aut rebus ipsorum aliquatenus inferetur per temporis spatium praetaxatum.

Gratum quoque gerimus et acceptum, quod idem dux Nicholaus a data praesentium usque ad festum beati Georgii primo venturum, et ab eodem festo usque per trium annorum spatium continue numerandorum, teneat et possideat terram Opaviensem, ita tamen, quod nullum novum jus et nulla nova actio per hoc et ex hoc emergat, proveniat vel nascatur aut vendicari valeat ipsi duci Nicholao, sed jus et actio quod vel quae nobis vel ipsi domino Nicholao nunc competit vel competere potest in ipsa terra, inviolabiliter conservetur.

Promittentes ei sub fide atque conditionibus praefatis, quod super praefata terra vel ipsius jure infra scriptum tempus nullam per nos aut per interpositam personam movebimus aut moveri patiemur vel procurabimus quaestionem, sed ipsum possidere promitemus eandem pacifice et quiete, et absolventes eum ab impetitione cujuslibet baronis vel nobilis et alterius cujuslibet, cujuscumque conditionis fuerit, qui super aliquibus bonis in dicta terra Opaviensi suis vellet seu niteretur contra dominum Nicolaum vel aliquem ex baronibus vel servitoribus suis actionem aliquam intemptare.

Volumus quod ad faciendum aliquod iudicium impetenti vel actionem contra ipsum intentanti per praefatum temporis spatium nullatenus teneatur, quia eum ad faciendum aliquod

judicium non cogemus, nec etiam inducemus, nisi per bonam voluntatem ab ipso valeat obtineri.

Hoc autem cauto specialiter et expresse, quod jus et potestas arbitrandi super dicta terra Opaviensi, quod vel quam nos et dictus dux Nicholaus dedimus de bona voluntate domino Rudolpho serenissimo Romanorum regi, carissimo patri nostro, per praesentes concordiam et promissiones nullatenus irritetur, sed stabilis vigeat robore firmitatis, et si infra praedictum tempus cum domino N. duce non faceremus gratiam, et nos cum dicto domino Romanorum rege infra idem tempus non contingeret convenire, liceat eidem domino regi super dicta terra praesentibus concordia vel promissione non obstantibus, prout sibi visum fuerit, libere arbitrari.

Sub fide quoque atque conditionibus promittimus praetaxatis, quod si nos nostri, quod absit, honoris immemores infra praefatum tempus dictum ducem N(icolaum) de persona caperemus, aut terra Opaviensi, civitate vel civitatibus, castro vel castris, munitione vel munitionibus, quocumque modo destitueremus vel privaremus eundem, et coram illustribus principibus dominis H(enrico) marchione Misnensi et Orientali et H(einrico) duce Bavariae de consensu utriusque nostrum ad hoc iudicibus statutis et ordinatis, convicti mediante justitia fuerimus, nos praefato duci praesentes promissiones vel ex eis aliquam violasse vel non observare, et in termino, qui nobis a praedictis praefixus fuerit iudicibus, praefato duci N. de ipsis violatione vel observatione ipsorum iudicum arbitrium condignam satisfactionem non exhibuerimus, vel forte praedicto duci N. aut procuratoribus suis legitimis coram praedictis iudicibus nollemus de justitia respondere: extunc subjecti esse volumus

(*abbreviatum et confusum*: et contra et supra (usque) promittimus etiam sub praedictis conditionibus, antequam sit (scribatur) et fuerit satisfactum)

Promittentes eidem duci N. bona fide, quod si praedictorum principum ante festum beati Johannis Baptistae primo venturum litteras obtinebimus, per quas se iudices ad praedicta statuunt et obligent, quod eidem duci N., cum per eum requisiti fuerint, debeant de nobis exhibere justitiam.

Deinde promittimus fide bona, quod si nos nostri, quod absit (ut supra): ex tunc subjecti esse volumus excommunicationi dominorum Pragensis et Olomucensis episcoporum, et utraque terra subiciatur ecclesiastico interdicto, non absolvendi a praedicta excommunicatione et praefato interdicto minime relaxando, nisi prius dictus dux Nicholaus sine omni laesione ac dampno libertati restituatur pristinae, vel terra Opaviensis, civi-



tas vel civitates, castrum vel castra, munitio vel munitiones qua vel quibus destitutus esset, sibi sint vel fuerint integraliter restitutae, sub praedictis conditionibus.

Promittentes in pura fide, quod si dictus dominus dux N. per aliquem vel aliquos terrigenas nostros fuerit captivatus, vel sibi castrum vel castra, munitio vel munitiones fuerint occupatae, occupatores a praefatis episcopis excommunicentur et debent finaliter abjudicari et patria atque bonis, et quod ipsum ducem Nicholaum juvabimus fideliter toto posse, ut a captivitate liberetur, vel quod sibi quidquid occupatum fuerit, valeat rehabere, nec occupatores absolvi ab excommunicationis vinculo permittemus, vel gratiae nostrae aut patriae restituemus, donec duci de illata injuria sit condigne ac honorifice satisfactum; nec non et quod eidem duci Nicholao contra quemlibet principem vel alium quemcumque, qui eum invaserit vel impugnaverit, assistemus fideliter totis nostris viribus et sicut fidelem nostrum curabimus studiosius dispensare.

Datum Brunnae etc.

---

80.

## Oblatio ducatus Opoliensis regi Boemiae.

1289, 10. Januar.

Anno 1289 dux Opoliensis, Kazimirus, Wenceslao heredi regni Boemiae ejusque successoribus principatum et terras suas subdidit et submitit, prout testantur literae, a Pulkava in Chronico suo asservatae et a Balbino (Misc. VIII. p. 214.) repetitae.

Magnifico et illustri Domino, Domino suo, Wenceslao serenissimo regi Boemiae et marchioni Moraviae, Casimirus Dei gratia dux Opoliensis et dominus in Beuthum cum prompta devotione suae fidelitatis servitium indefessum.

Cum naturae ingeniosae artificio creaturam suam summus opifex in propagandarum rerum omnium origine sicque formaverit sicque disposuerit, ut quaelibet res votivae conservationis locum ibi appetant ibique auxiliaris operis adminiculum quaerant, ubi in suae stabilitatis permanentia melius et facilius se tueatur, et amittitiae vigor sic in creatis suas ostendat propagines, ne diversis potestatibus mundialis machinae dissidentia veniat, et res rebus concordia subjiciat unione: mortalium quoque conditio, cum naturalium rerum dispositionem a Deo progressam opifice non immerito etiam imitetur, ut ibi homines locum quaerant refugii, ubi auxiliare praesidium absque spe refuga salubris invenitur, et illorum se submittant

libentius potestati, qui dilectionis et amicitiae puritate a retroactis temporibus per progenitores tanquam radicitus praeconcepta eos favorabilius prosequuntur;

Imitans equidem praemissa et attendens subsequencia, quod ex favore quondam domini Ottacari regis Boemiae, memoriae recolendae pater meus, recordationis felicitis quondam Wladislaus, dux Opuliensis, propter devotionem et obsequia, quibus se totum cum prompta benevolentia eidem dederat, multa promotionis et honoris beneficia suis temporibus sit sortitus:

Ego qui in bonis et utilibus actibus sequor libenter vestigia patris mei, considerato et evidenter agnito, quod bonitas, favor et potentia Vestrae dominationis, quae clarae indolis insignibus renitentes et paternae prudentiae nanciscentes vestigia non lentescitis subditorum vestrorum commoda procurare plurima, mihi, filiis, heredibus, ducatu, etiam hominibus meis in ipso ducatu meo existentibus, honoris, pacis et profectuum afferre poterunt incrementa, maxime cum per Vos et successores vestros melius, quam per alium a meis violentis et meorum fidelium oppressoribus, a quibus hucusque oppressi fuimus et opprimimur, cum eisdem meis fidelibus potero defensari;

De consilio deliberato ac bona voluntate ex consensu filiorum meorum Boleslai et Wladislai ac propinquorum amicorum, baronum et aliorum meorum ac ipsius ducatus mei nobilium, neo coactus, nec vi nec metu inductus, sed bona spontanea et libera voluntate mea, volens in hoc meam, filiorum, heredum et successorum meorum conditionem facere meliorem: Vestrae, heredum, et successorum Vestrorum omnium, regum Boemiae potestati et dominio me, filios et heredes et successores meos et successorum meorum heredes, ducatum, castra, civitates, oppida et universas possessiones meas, omnium baronum, nobilium et aliorum terrigenarum meorum in ipso ducatu meo degentium sive manentium ac ipsos barones, nobiles et terrigenas meo de unanimi eorum consensu, nonnullis etiam ipsorum praesentibus, subjeci et in hiis scriptis subjicio, et manere volo perpetue sic subjectos.

Eosdem nihilominus barones, nobiles, terrigenas, alios cives et universos ducatus mei incolas seu habitatores a fidelitate et homagio, quibus mihi et meis heredibus, filiis ac universis successoribus sunt astricti, ex nunc sine difficultate qualibet absolvendo, resignavi et etiam ex nunc resigno publice per vexillum meum eundem meum ducatum et omnia jura ejusdem ducatus cum juribus et dominio, quod mihi, filiis, heredibus et successoribus meis universis in hoc ducatu competunt, meo,

filiorum meorum, qui nati sunt et si qui nascentur in posterum, omnium heredum et successorum meorum nomine ad manus, potestatem et dominium Vestrum, qui recipitis a me resignationem eandem pro Vobis et heredibus Vestris ac heredibus et successoribus, a Vobis in perpetuum descendentibus, universis in praesentia subscriptorum testium, ad hoc per me, filios, barones et nobiles ducatus mei praedictos specialiter rogatorum, et renuntians expresse meo, filiorum meorum, heredium et successorum meorum quorumlibet nomine, omnium privilegiorum patrociniis et libertatibus, quae mihi et eisdem filiis, heredibus et successoribus meis, si quae ducatus ipso et iuribus ejus competunt vel possunt competere in futurum.

Et specialiter illi libertati renuntians, quam mei praedecessores duces Opulienses habuerunt in antea et quam ego hucusque habui, et mei filii, heredes et successores in futurum habuissent ex consuetudine aliqua vel de jure in eo, quod nulli alteri principi poterant subjici vel debeant: do Vobis, domino meo, in feodum et jure feodi praedictum ducatum, dignitatem, titulum et honorem ejusdem ducatus, ac omnia alia jura ducatus praedicti recepi et ex nunc recipio, Vobis tanquam meo et feodi domino homagium feci et facio, et vobis fidelitatem, devotionem et obedientiam perpetuas promisi et nunc promitto, corporali interposito juramento in praesentia testium eorundem, ordinando et omnia fieri volendo, ut filii, heredes et successores mei universi in ipso feodo mihi de cetero succedentes de manibus Vestris et successorum Vestrorum idem feodum sive ducatum recipere et Vobis, vestrisque successoribus homagium, fidelitatem et obedientiam, interposito etiam juramento promittere, ac similiter facere in perpetuum teneantur.

Obligando nihilominus me, filios, heredes et successores meos, solemniter stipulatione interposita, Vobis et successoribus Vestris, Boemiae regibus, ut quotiescunque et quandocunque Vos jusseritis vel Vestri jusserint successores, Vos et eos juvabo et juvare volo per successores meos contra omnem hominem fideliter, toto posse, tanquam Vester vasallus quilibet sive baro regni Vestri, nec non ad omnia et singula in perpetuum, quae jura feodi exigunt et requirunt, et etiam ad illa quae quisque vasallus suo vero domino facere potest atque debet.

Promitto insuper, et promisi pro me, heredibus, et successoribus meis praedictis, sub praestito juramento, praedicta omnia et singula praedictorum rata et firma tenere et adimplere ac servare perpetuo, nec unquam contra eadem vel eorum aliquando venire, vel facere, per me, vel per alios, vel alium quoquo modo, et renuntiavi expresse atque renuntio tenore praesentium in omnibus praemissis et quolibet praemissorum

pro me, filiis heredibus, et successoribus meis omnibus, omni actioni et defensionis rei cuiuslibet, et omni auxilio juris canonici vel civilis, consuetudinibus, constitutionibus, et statutis, gratiis, privilegiis seu indulgentiis, quibus a sede apostolica, vel a Romano Imperio, quibuscunque aliis vel alio Poloniae principibus est provisum, ne alienarent vel aliis principibus subjiciant et eis homagium faciant, et aliis quibuscunque tam generalibus, quam specialibus privilegiis seu indulgentiis, quas ego vel heredes mei possemus contra praedicta vel aliquod praedictorum de jure objicere vel de facto, quo mihi vel successoribus, ut contra omnia praemissa vel eorum aliquod ego, filii, heredes et successores mei venire possemus, et ea non teneremus vel non observaremus, possent competere et aliquo modo suffragari.

In cujus rei testimonium et robur perpetuo valiturum praesens privilegium voluntarie et libenter Vobis trado, sigillorum mei proprii et venerabilium patrum, dominorum Thobiae Pragensis, Theodorici Olomucensis episcoporum ac illustrium principum dominorum Bolkonis ducis Sleziae et domini de Lewenberg, atque Nicolai ducis Opaviensis, nec non honorabilium personarum Cristanni Brevnoviensis sancti Benedicti, Jordani Montis Sion Praemonstratensis, Reynheri Cladrubiensis Sancti Benedicti et Henrici de Ossek Cisterciensis ordinum abbatum, Pragensis dioecesis, et virorum venerabilium magistrorum Ulrici Pragensis, Johannis Sadscensis, Ulrici Mielnicensis et Pardi Boleslaviensis ecclesiarum praepositorum, magistri Gregorii Pragensis, domini Budislai Olomucensis, et domini Bartholomaei Wyssegradensis ecclesiarum decanorum, ad mearum petitionum instantiam appensione in testimonium evidens roboratum.

Acta sunt haec Pragae in palatio regio in praesentia personarum superiorum expressarum, et in praesentia baronum et nobilium meorum, videlicet Sobieslai iudicis terrae meae, Jesskonis burgravi Beuthumensis, Branislai dapiferi mei, Michaelis marescalci mei, Andrae dicti Brek, Bernhardi et Theodrici militum, Leonhardi, Pauli, Jesconis, Stephani et Stephani, Budiwoi domicellorum, nobilium meorum et terrae meae praedictae, et in praesentia nobilium virorum Wogeri de Lompnicz summi camerarii regni Boemiae, Alberti de Seberg marescalci ejusdem regni Boemiae, Sdislai de Sternberg Pragensis burgravi, Benessii de Wartemberg camerarii ejusdem Domini mei regis Boemiae Wenceslai, Bavarii de Strakonicz burgravi de Klingenberg, Protiwen de Borovsko camerarii serenissimae Dominae meae reginae Boemiae, Alberti dapiferi, et Johannis de Michelsberg pincernae ejusdem regni, Burghardi de Win-

terberg, Theodrici Spaczmani, in Vriemberg burggravii, Potttonis de Pottenstein burgravii in Thusta, Hynconis de Leuchtenburg, Hynconis de Duba, Mutinae de Kostemlath, Zdislai de Trziebon, Ffriderici de Schonburg, Ottonis de Lemburg, Bohuslai de Bor, Dluhomil de Wessele, Ulrici de Nova Domo, et in praesentia multorum aliorum tam religiosorum, quam saecularium, clericorum et nobilium, popularium et civium, qui propter hoc specialiter de omnibus regni Boemiae finibus pro testimonio fuerant convocati. Anno Domini MCCLXXXIX. III. Idus Januarii, Indictione II.

Et nos Theodricus, Dei gratia episcopus Olomucensis, rogati per dictum dominum Kasimirum, praesenti instrumento per magistrum Ambrosium canonicum ecclesiae nostrae Olomucensis nostrumque notarium, nostroque nomine subscribi et sigillum nostrum fecimus appendi.

81.

## Permutatio terrarum et bonorum inter Fridericum marchionem Missnensem et Wenceslaum II.

1289, 6. Febr.

Fridericus marchio Missnensis, filius Henrici marchionis Misniae ex impari conjugē Elisabetha de Malticz susceptus, terras quas possedit, Wenceslao II. regi Boemiae obtulit commutandas cum castris, praediis et tributis quibusdam, in orientali parte Boemiae sitis.

Quod etsi literis Rudolphi regis (vid. 83) ratum est habitum, tamen ipsa illa permutatio propter quasdam difficultates ad effectum perducta non est.

Litterae super illa permutatione confectae, Vindobonae in arcano caes. tabulario asservantur; editae sunt primum in commentatione Pelzelli quae inscribitur: „Ueber die Herrschaft der Böhmen in dem Marggrathum Meissen (Abhandl. der böhm. Gesellsch. der Wissenschaften 1787).

De re ipsa ut gesta est, vide Palackii Geschichte von Böhmen II. 1. (p. 357—360).

In nomine Domini. Amen.

Notum sit in perpetuum universis et singulis, tenorem praesentium inspecturis,

(I.) Quod ego Fridericus, Dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, princeps et heres terrae Lusatiae, magnifici quondam domini Henrici, Misnensis et Orientalis marchionis junior filius, de maturo et deliberato meo, amicorum et fidelium meorum consilio, eosdem meos marchionatus et ipsum principatum et terram Lusatiae ac specialiter terram meam Misnensem, per praedictum dominum et patrem meum de ex-

pressa voluntate et consensu fratrum meorum, domini Alberti, lantgravii Thuringiae, et domini quondam Theoderici, felicitis memoriae marchionis de Landesberc, specialiter mihi traditam et donatam, nec non titulum et dignitatem et honorem ipsorum marchionatum et terrarum, et de nomine: Castrum Scharfenberc, civitatem et castrum Dresden, castrum et civitatem Perne, castrum Donin infeudatum cum suis attinentiis, castrum Tharant cum foresta et suis pertinentiis, castrum Borsenstein, oppidum Dypoldeswalde, castrum Vrowenstein infeudatum, castrum Lewenstein, castrum et civitatem Saydowe, civitatem Hain et omnia bona et possessiones in districtu seu iudicio ejusdem civitatis Hain sita, infeudata et non infeudata; item castrum Satim infeudatum, castrum Tyfenowe, villam Surnewytcz cum suis pertinentiis infeudatam, castrum Radeberc infeudatum, castrum Lybental, castrum Wylin, oppidum Radeburg, munitionem Lusenytz, castrum Nussin infeudatum, castrum Lychtenwalde infeudatum, castrum Sachsenberc infeudatum; item omnia bona illa, castra videlicet et civitates, oppida et villas, quas ipse dominus pater meus, clarae memoriae, ab ecclesia Herueldensi tenuit, et quae mihi in feudum ab eadem ecclesia sunt collata, et omnia alia castra, civitates, oppida, villas, nemora, montes, argentifodinas, flumina, lacus, valles in eisdem marchionatibus, Lusatiae ac Missenensi terris, contenta seu situata, cum castris, civitatibus, oppidis, villis ac aliis locis ac bonis intermediis, et cum iudiciis, juribus, utilitatibus, proventibus et pertinentiis universis, ad dictos marchionatus, terras, castra, civitates, nominatas et non nominatas, et loca praedicta spectantes, qui et quae mihi debentur, et quantum ad me et heredes meos pertinent, tam ex successione et donatione paterna, quam ex quocumque alio jure mihi super his et eorum aliquo, specialiter vel generaliter acquisito, et generaliter cum omni jure alio, quod mihi et heredibus meis competit et in futurum posset competere vel deberet in praedictis marchionatibus, terris, castris, civitatibus et aliis omnibus supradictis et ipsorum quolibet, sentiens in hoc conditionem meam posse fieri meliorem —

(II.) do, trado et permuto jure proprio in perpetuum, meo et omnium heredum meorum nomine, serenissimo domino Wencezlao, regi Bohemiae praeclaro et marchioni Moraviae, et cum eo recipiente a me in permutationem pro se et universis heredibus suis, marchionatus, terras, castra, civitates et omnia alia praenotata, ad habendum, tenendum, possidendum, et quidquid deinceps sibi, suisque heredibus de ipsis vel eorum aliquo placuerit, perpetuo faciendum;

(III.) transferens his scriptis in eundem dominum regem

et ejus heredes omne jus et dominium, potestatem et omnem jurisdictionem, quae mihi et heredibus meis competunt, competebant et possent in futurum de consuetudine competere vel de jure in ipsis marchionatibus, terris, castris, civitatibus, oppidis, villis et aliis praedictis, et in ipsarum terrarum baronibus, ministerialibus, militibus, infeudatis et non infeudatis, et in aliis habitatoribus, tam nobilibus, quam popularibus universis,

(IV.) tradens sibi et promittens tradere omnia privilegia et instrumenta, tam excellentissimi domini mei, domini Rudolphi regis Romanorum, quam fratrum meorum, et omnia alia mea privilegia, mihi super praedictis principatibus, terris, dominiis, et aliis omnibus et singulis, quae continentur superius, a quibuscumque vel a quocumque acquisita, concessa, tradita et donata, sibi ex nunc suisque heredibus cedens libere de praemissis omnibus et de ipsis privilegiis et instrumentis; ita ut eisdem privilegiis et instrumentis et jure meo et heredum meorum, quod sibi et heredibus suis in praedictis marchionatibus, terris, castris, civitatibus et aliis omnibus dedi, tradidi et in eum ac suos heredes transtuli, sicut superius est expressum, tam in iudicio quam extra iudicium ipse dominus rex Bohemiae et heredes sui contra quemlibet hominem et specialiter contra eundem fratrem meum, Albertum Thuringiae lantgravium, Fridericum et Thycemannum ejus filios, et contra fratrualem meum Fridericum, praedicti quondam Theoderici, fratris mei, marchionis de Landesberc, filium, et ipsorum heredes libere uti possint.

(V.) Promittens nihilominus traditionem, donationem et permutationem praedictas, domino regi Romanorum innotescere per me vel per litteras meas, et ejus consensum et confirmationem super eisdem traditione, donatione et permutatione cum diligentia implorare.

(VI.) Et hoc nominatim pro castris et munionibus Furstenberg, Polytz, Landescrone, Landesberc, Orthe, Muta, Sebin Wyschonis et Zkuts, Hoenstein, Hoenstadt, Zwythavia, et pro annuis redivibus, assignandis et deputandis mihi per eundem dominum regem, aut alios vel alium, quos vel quem idem dominus rex loco sui et nomine ad hoc duxerit destinandos, ad quantitatem quatuor millium et quingentarum marcarum argenti usualis et ponderis Pragensis, in eisdem castris et munionibus, possessionibus ac aliis bonis, rebus et juribus, ac in omnibus et singulis proventibus, fructibus, redivibus, utilitatibus, iudiciis, officiis et aliis, ad castra, muniones, bona et possessiones praedictas spectantibus et provenientibus de eisdem, recipiendis, habendis et recognoscendis perpetuo, per

me et meos heredes legitimos sexus masculini in feudum et jure feudi, ab ipso domino rege et a regno Bohemiae ac a suis heredibus et heredum successoribus ab ipso in perpetuum descendantibus universis.

(VII.) Eo proviso nihilominus et expresso, quod quilibet laneus possessionum, in quibus mihi sunt praedicti redditus assignandi, talis mihi per ipsum dominum regem, vel per illos aut illum, quibus vel cui super hoc commiserit vices suas, pro unius marcae argenti redditibus deputetur et assignetur, de quo marca argenti annuatim nunc provenit, vel retroactis proveniebat temporibus, aut ante quadriennium poterit provenire.

(VIII.) Proviso etiam, quod si in castris, munitionibus, bonis, possessionibus, judiciis, officiis, utilitatibus et aliis praedictis, quatuor millium et quingentarum marcarum argenti redditus non poterunt deputari aut assignari, servato modo de laneis assignandis proxime jam expresso: ex tunc ipse dominus rex de vicinioribus possessionibus aut bonis cum ipsarum possessionum aut bonorum munitionibus, quas bona fide sine dolo nominaverint et assignaverint arbiter, videlicet Zdezlau de Sternberc purgravius Pragensis et Heneco de Duba pro parte ipsius domini regis, pro mea vero parte nobilis vir Otto burgravius de Donin et Otto de Ileburg, et pro utraque parte communiter frater Hermannus de Holo, prior domorum hospitalis sancti Johannis Baptistae Jerosolimitani per Bohemiam, Poloniam et Moraviam, ad hoc electi, et ad ipsorum arbitrium vel majoris partis mihi faciet praedictorum reddituum supplementum.

(IX.) Si vero plures redditus, quam quatuor millium et quingentarum marcarum argenti in castris, munitionibus, bonis, possessionibus et aliis praedictis poterunt deputari vel haberi: ex tunc illud domino regi Bohemiae de praedictis castris, munitionibus, possessionibus, redditibus et aliis praedictis remanebit, quod praedictus arbiter vel eorum major pars jusserint vel jusserit remanendum, silvis ad castra, munitiones et possessiones spectantibus, in quibus magnarum ferarum venationes sunt habitae ab antiquo dumtaxat exceptis, quae non debent mihi in praedictos redditus computari.

(X.) Praeterea hominibus et habitatoribus bonorum et possessionum praedictarum, quae ad me per commutationem hujusmodi devolventur, jus si quod deinceps dederò, illud ipse dominus rex dignabitur approbare.

(XI.) Contulit mihi insuper et heredibus meis advocatiam in Lutemuschel in idem concambium, et promisit nulla servitia aut petitiones graves contra abbatis et fratrum ejusdem monasterii voluntatem exigere ab eisdem.



(XII.) Volens igitur, affirmans et protestans tenore praesentium, permutatione hujusmodi me fore contentum, plene pagatum et bene solutum, et absolvens et absolutos esse volens omnes et singulos, barones, ministeriales, milites et alios omnes, et singulos, nobiles et populares ipsarum terrarum, civitatum et castrorum, infeudatos et non infeudatos, a fidelitate et homagio, quibus mihi et heredibus meis tenentur, tenebantur vel tenerentur, et mandans eis et eorum cuilibet, ut ipsi domino regi et heredibus suis tanquam dominis eorum de cetero intendere debeant et obedire: promitto in his scriptis, jurando in ligno crucis dominicae et jurantibus ac promittentibus mecum et pro me praedicto Ottone de Ileburg et Adolpho notario meo, quod decimo die intrante proxima quadragesima, eidem domino regi vel suis nuntiis ad hoc per eum specialiter destinatis, tradam, assignabo, disbrigabo et auctorizabo terras, castra, civitates et alia, quae per me in permutationem hujusmodi sunt deducta, sibi quae vel suis possessionem assignabo plenariam eorundem, excusatione et dilatione qualibet procul motis; Hain et Perne civitatibus, et Tyfenove castro et aliis castris infeudatis exceptis, in quibus sibi possessionem facti non valeo assignare in termino memorato; jus tamen et dominium, quod mihi et heredibus meis in eisdem castris et civitatibus competit, competeat vel competere poterat in futurum, eidem domino regi et suis heredibus dedi, tradidi, do et trado et a me ac a meis heredibus transtuli et transfero in eosdem, sicut superius de eisdem et aliis est expressum.

(XIII.) Promitto etiam stipulatione solemnii, sub praestito juramento, contra praedictas donationem, traditionem, permutationem et cessionem meas, et omnia alia et singula, quae in praesenti continentur contractu, non venire nec facere, per me aut alium vel alios, tempore ullo unquam, sed tenere et firmiter adimplere.

(XIV.) Ipse quoque dominus rex, a me prius et per me terrarum, castrorum et civitatum ac aliorum omnium bonorum meorum, quae sibi per commutationem praedictam dedi et tradidi, plene possessione recepta, statim de Dresden cum domina et matre mea Benesium camerarium de Warthenberc vel alium baronem suum, ad assignandum et praesentandum, dictae dominae et matri meae, loco et vice mei possessionem castrorum, munitionum et reddituum praedictorum diriget et transmittet.

(XV.) Qui assignabit et praesentabit eidem dominae et matri meae loco mei et mihi, postquam de Dresden cum

eodem domino rege vel sine eo rediero, castra, munitiones et redditus praedictos debite disbrigatos.

(XVI.) Quos si ante pasca Domini primo venturum, ipse dominus rex vel Benesius camerarius vel alter, quem ad hoc transmiserit, non assignaverit vel praesentaverit mihi vel matri meae, proinde civitatem Gretz, et si non sufficit ipsa civitas Gretz pro quantitate et valore castrorum, munitionum et reddituum assignandorum, tunc Crudim civitatem cum eadem civitate Gretz mihi aut matri meae, nomine meo, in pignore ipse dominus rex statim post pasca proximum obligabit; quam vel quas usque ad assecutionem castrorum, munitionum et possessionum, in quibus sunt praedicti redditus deputandi, mihi loco pignoris retinebo.

(XVII.) Ad haec si ipse dominus rex nec civitates praedictas dare in pignore, nec castra, munitiones et possessiones praedictas, quae mihi debentur, vellet sicut tractatum et ordinatum est assignare et praesentare: ex tunc viri nobiles, Albertus de Seberc, marscallus regni Bohemiae, cum castro et civitate Cadano, et Ranuoldus de Nymans, purgravius in Lapide, cum eodem castro Lapide et castro Raten, qui proinde et pro domino rege, ut adimpleret praedicta, jurando in ligno Domini corporaliter promiserunt, mihi obedire et intendere tenebuntur, quousque ea, quae per ipsum dominum regem fieri et adimpleri debuerant, prout tractata sunt debite compleantur; Zdezlaus etiam de Sternberc, Pragensis burgravius, et Heneco de Duba pro observandis et adimplendis praedictis per ipsum dominum regem, jurando in ligno crucis dominicae, pro ipso domino rege promiserunt.

(XVIII.) Ceterum ipsum dominum regem ex nunc in dominum meum recipio, et sibi ac heredibus suis, tamquam meis et feudi dominis, obedire et intendere promitto, ipsumque et heredes ejus juvare et sibi assistere contra quemlibet principem, et quemlibet hominem fideliter omni posse, quodcumque et quotiescumque per ipsum vel heredes suos fuero requisitus; hoc expresso, quodsi infra terminos terrarum suarum in suo ero constitutus servitio, mihi tunc et meis in suo manentibus servitio, expensas et necessaria tribuere non tenetur; si vero extra terras suas cum meis et in ejus subsidium et ad ejus servitia, cum eodem domino rege, vel ad mandatum ejus processero sine eo, tunc mihi ipse dominus rex subveniet in expensis.

(XIX.) Hoc ipsum heredes mei ipso domino regi et heredibus suis facere tenebuntur, quodcumque et quotiescumque fuerint requisiti. Damna quoque si quae ego vel heredes mei, aut homines in servitiis suis receperimus, eadem ipse

dominus rex, prout suae gratiae placuerit et visum sibi fuerit, dignabitur compensare.

(XX.) Insuper si sine filiis legitimis masculini sexus, quod absit, decedere me continget, castris, munitionibus et possessionibus meis aliis praedictis ex tunc ad ipsum dominum regem et suos heredes redeuntibus, ipse dominus rex dotem, quae lipgedinge vulgariter dicitur, matris et uxoris mearum, quam eis in bonis et munitionibus praedictis assignavero et dimisero, patietur eas per vitae ipsarum tempora pacifice possidere; feuda etiam quae in eisdem bonis meis hominibus contulero, ipse dominus rex etiam post mortem meam non cassabit nec indebite violabit.

(XXI.) Hoc mihi promisso specialiter per eundem dominum regem, si eum, quod absit, mihi sine heredibus praemori contigeret, quod mihi et heredibus meis in amplioribus redditibus et bonis, prout in ejus gratia fuerit et sibi placuerit, gratiam faciet largiorem.

(XXII.) Praeterea si ipse dominus rex castra et munitiones, quae mihi ab eo debentur ex permutatione praedicta, omnes ante pascha Domini proximum sicut tractatum est, mihi praesentare nequiverit, pro eo forsitan, quia per alios detinentur: ad illarum tamen praesentationem tenebitur, quas nunc habet vel quas in ipso termino pascae nunc proximo in sua habuerit potestate; pro aliis autem, quas praesentare non poterit, Gretz et Crudim civitates suas juxta formam super obligatione ipsarum expressam superius loco mihi pignoris obligabit.

(XXIII.) Promisit insuper ipse dominus rex, de bonis praedictis ad me per commutationem hujusmodi devolutis, creare et facere principatum sibi et regno suo ac ejus heredibus perpetuo subditum et subjectam, meque facere suum principem ad eundem principatum, et de ipso principatu me suum et sibi ac regno suo subjectum principem ad jura et conditiones feudi ac in feudum et ad servitia expressa superius investire, recepto prius a me per eundem dominum regem de homagio et fidelitate, sibi et suis heredibus praestandis et tenendis, corporali denuo sacramento.

(XXIV.) Admisit etiam dominus rex praedictus et liberam mihi tribuit facultatem, munitiones praedictas murandi et melius firmandi, sicut expediens fuerit et mihi placuerit, et novas si placuerit construendi.

(XXV.) Item si burgravi de Borsenstein et Saydowe, contra fidem mihi praestitam veniendo, ex quacunque causa nollent, mihi eadem castra reddere ipsi domino regi sicut promisi et tenor praesentanda, ex tunc quidquid Otto de Ile-

burg, Heneco de Duba et Ranouldus de Nymans, me super eo erga dominum regem facere jusserint, faciam et tenebo.

XXVI. Praemissis quoque completis, de castrorum per me domino regi, et per ipsum dominum regem mihi assignandorum, privilegia hinc inde data praesentia, amputatis his quae de fidejussoribus, obligationibus et aliis superfluis dicta sunt et conscripta, volumus renovari.

XXVII. Praedicta quoque omnia et singula promisit ipse dominus rex tenere et adimplere bona fide, sicut per me ea, quae sibi promisimus, fuerint adimpleta.

In quorum omnium testimonium et robur praesentes exinde fieri fecimus literas, et eas meo consueto sigillo sigillatas ipse domino regi tradidi ad cautelam.

Actum et datum Pragae anno domini MCCLXXX nono, octavo Idus Februarii, Indictione secunda.

---

82.

## Litterae Rudolphi regis de officio pincernatus et de jure electoralali regibus Boemiae competente.

1289, 4. Marc.

Quum ambigeretur, num Boemiae reges pincernae Imperii existimandi essent atque id quod cum illa dignitate erat conjunctum, eodem quo ceteri electores jure, regem Romanum deligere possent, Rudolphus rex literis anno 1289 datis controversiam secundum Boemos dijudicavit.

Quodsi „Auctor vetus de beneficiis,“ qui initio saeculi XIII. vixit, aliquid auctoritatis habet, apud quem legitur: Rex quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de jure sex principes qui primi sunt in ejus electione, ut pateat Apostolico regis justa electio (cap. I. §. 12.), quocum Sachsenspiegel Lehnrecht (art. 4. §. 2.) ad verbum congruit: Svenne aber die düdeschen enen koning kiesen, unde he to Rome vert, to der wienge, so sint plichtich ses vorsten mit ime te varene, die de ersten in des rikes kore sin — principes electores tunc non plures numero quam sex fuerunt, inter quos princeps Boemiae numerandus non est.

At jam Wenceslaus I. rex (1230—1253) ut qui maxime electioni interfuit, in bulla autem Urbani IV. papae, 31. Augusti 1263 data, jam septem electores commemorantur, inter quos etiam Boemiae princeps, qui tum rex erat (Premyslaus Ottocarus II.), enumeratur: „Quasdam consuetudines circa electionem novi regis Romanorum in imperatorem postea promovendi apud principes vocem hujusmodi in electione habentes, qui sunt septem numero, pro jure servari etc.“

Quaestioni, num Boemiae principes ex electorum numero fuerint, quam maxime connexa est quaestio alia, quando iidem pincernarum officium obtinerint. Wladislaus II. Boemiae principum primus pincernae officio videntur fuisse ornatus, idem qui a. 1156 „a rege Friderico in maximam receptus est gratiam,“ atque jam anno 1156 inter principes Germaniae primum locum tenuit.

Dignae quae legantur, de illis quaestionibus commentationes sunt: De archipincernatu, et O. Lorenzii: Die siebente Kurstimme.

Litterae quas hicce protulimus, non eae quidem in Chronico Pulkavae leguntur, sed Balbino teste libro manuscripto, qui „Privilegia regni Boemiae“ erat inscriptus, continebantur, unde et in Miscell. VIII. 21 typis exscribendas curavit. Index autem privilegiorum binas de archipincernatu et de dignitate electorali litteras a. 1348 a Carolo IV. confirmatas esse demonstrat. (Cf. n. 85.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Ad universorum Sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod Nos ex officio nostrae celsitudini divinitus injuncto, cupientes jura quorumlibet salva (nam verae justitiae virtus haecet, alterum non laedere, unicuique tribuere quod est suum), maxime tamen virorum illustrium dispendiis praecaventis, quorum insudare nos semper perdet commodis et honori, inquisitionis circumspectae praehabito scrutinio, quid quantumve juris in Romanorum competat imperio inclyto regi Bohemiae Wenceslao, principi nostro et filio charissimo, nec non suis heredibus, licet de ipsius juribus verissima notitia nobis constet, ad majorem tamen cautelam et evidantiam indagantes ac indagari facientes, ut dicti regis jura lucidius patefierent, universis communi testimonio et assertionis comperimus assonante:

I. Quod rex supradictus jus ac officium pincernatus pariter et ejus heredes in Romano obtineat imperio,

II. Nec non in Romanorum regis electione instar aliorum principum, in ipsa electione habentium jus et vocem, quoad idem jus et vocem eligendi, potestate pari potiantur.

III. Quae jura ipsis competere profiteamur praesentibus et auctoritate regia approbamus, praesentium testimonio literarum.

Datum Egrae quarto Nonas Martii, Indictione secunda, Anno Domini Millesimo ducesimo octogesimo nono, regni nostri anno sexto decimo.

83.

## Cessio terrae Misnensis a Rudolpho rege ratificata.

1289. 13. Mart.

Inter Privilegia regni Boemiae in arce Karlstein asservabantur litterae quibus Rudolphus rex cessionem Friderici Misnensis anno 1289 regi Boemiae factam (cf. n. 81) ratam habet: List Rudolffa krále římského, jímž vyznává, že Fridrich hrabě Mišenský, předstúpil před něho a prosil i v moc dal zboží své, kteréž měl v Lužické zemi, králi Rudolfovi, aby mu ráčil dáti léno na ta zboží (sic) a jmenovaný Rudolfus dal jest králi Václavovi jakžto králi českému to pod manství. Datum MCCLXXXIX. (Balb. Misc. VIII. p. 267.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.  
Universis sacri Romani imperii fidelibus praesentes literas  
inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestrae notitiam cupimus pervenire, quod  
veniens ad celsitudinis nostrae praesentiam illustris Fridericus,  
Misnensis et Orientalis marchio, heres terrae Lusatiae, illustris  
quondam Henrici marchionis Misnensis junior filius, fidelis  
noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, quatenus suarum  
precum intuitu omnium bonorum suorum feudalium, quae tenet  
ab Imperio, ubicunque sitorum, resignationem ad manus no-  
stras recipere dignaremur. Nos suis devotis precibus inclinati  
dictam resignationem ad manus nostras recipere dignabamur,  
dictoque marchioni sinceris haec affectibus deprecanti, dicta  
bona nobis resignata, inclyto Wenceslao regi Bohemiae, prin-  
cipi et filio nostro, concessimus jure feudali; quibus sic or-  
dine peractis idem marchio denuo nostro culmini supplicavit,  
quod permutationes factas de terris, oppidis, castris, argenti-  
fodinis seu quibuscunque aliis rebus ad ipsum jure proprie-  
tatis pertinentibus, sive ex paterna vel materna successione,  
seu donatione, vel quocunque titulo ad ipsum pervenerint,  
ratificaremus; cujus votis favorabiliter annuentes dictas per-  
mutationes ratificamus et approbamus per omnia praesentium  
testimonio literarum.

Testes hujus rei sunt: Venerabilis Conradus Argentinensis  
episcopus; illustres Rudolfus dux Austriae, filius noster  
charissimus, et nobiles viri: Ludovicus de Oettingen et Emicho  
de Leiningen comites, Joannes de Leuchtenberg et Valerius  
de Geroldseck. Strenui viri: Otto burggravius de Horin; Ra-  
nuoldus de Nemans; Hermannus de Grünpach; Hermannus  
de Malticz et Hermannus notarius alius et alii quam plures.

Cujus rei praesens testimonium et scriptum Majestatis  
nostrae sigillo jussimus communiri. Datum Egrae, tertio Idus  
Martis, Indictione 2, anno MCCI.LXXXIX, anno regni nostri XIV.

---

84.

## Literae Rudolphi regis super terra et principatu Wratislaviensi.

1290.

Vivente Premyslao II. rege inter eum et Henricum IV., ducem Silesiae,  
conceptum extitit dictum et tractatum, anno nondum explorato, ut decedente  
duce praedicto sine liberis masculis ducatus totus Silesiae deberet ad regem  
et regnum Bohemiae devenire jure hereditario possidendus, et vice versa post  
mortem regis Premyslai praefatus dux Silesiae Glacensem civitatem et pro-  
vinciam obtineret easdem (Pulkavae Chron. ad a. 1279).

Cujus quidem pactionis perscriptio non exstat; attamen post Premyslai obitum Henricus dux protinus Glacium occupavit. Cui postea pace apud Časlaviam composita ut Glacium quoad viveret teneret, concessum est (v. 71.),

Sicut Premyslaus II., etiam ejus in regno successor Wenceslaus II. rex cum Henrico IV. Wratislaviae duce, pactionem confecit, ut Wratislaviae principatus, si Henricus prior de vita migraret, Boemiae regno adjungeretur. Henricus quum liberis careret, mortuus est 23. Junii 1290.

Tria quae hic exhibemus literarum publicarum exempla, ad principatum Wratislaviae jure feudali a regibus Boemiae obtinendum referuntur. Neque tamen subinde Wratislaviensis regio sub potestatem ditionemque Wenceslai regis subjuncta est.

Litterae primae (A) sunt, quibus Rudolphus rex Wratislaviae principatum jure beneficiario imperii Romani Wenceslao ejusque heredibus tribuit. Quae quidem in arce Karlestein inter privilegia regni erant depositae, uti patet ex Inventario privilegiorum, ubi legitur: „List Rudolffa kralé Hmského, jimž vysnává, že králi Vacslavovi českému dává na kniežetství Wratislavské své právo i budícím kralóm českým.“ Datum MCCXC. Confirmatae autem sunt literis Caroli IV. datis 7. Aprilis 1348.

Alterae litterae (B), quibus Rudolphus rex pactionem inter Henricum IV. et inter Wenceslaum II. factam sanxit, chronicis Pulkavae continentur atque a Carolo IV. confirmatae sunt literis datis 7. Apr. 1348.

Tertiae denique litterae (C), quibus Rudolphus rex denuo sanxit ut Wratislaviae principatus jure imperii Romani in feodum a rege Wenceslao II. teneretur, inter privilegia regni asservabantur: „List Rudolffa krále Hmského, jimž vyznává, že králi Vacslavovi českému dává všechna manství Jindřicha někdy kniežete Wratislavského, se vším jich příslušenstvím MCCXC.“ Quas quidem literas jam Pulkava novit; imperator autem Carolus IV. ratas esse jussit literis datis 7. Apr. 1348.

## A.

1290. 22. Jul.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Ad universorum sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus praesenti pagina pervenire:

Quod nos attendentes multiformia meritorum insignia, virtutum et fidei praemia pretiosa, quibus illustris Wenceslaus rex Boemiae, princeps et filius noster charissimus, erga nos et Romanorum imperium se constituit multiformiter gratiosum, omnia feuda nobis et imperio per mortem illustris ducis Wratislaviae vacantia dicto regi Boemiae nec non suis heredibus tenenda, habenda, possidenda titulo feudali duximus conferenda.

In cujus rei testimonium praesentes literas conscribi et nostrae Magestatis sigillo jussimus roborari.

Datum Erfordiae XI. Kalend. Augusti Anno Domini MCCXC, indictione III., regni vero nostri anno septimo decimo.

B.

1290, 25. Sept.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus.  
Universis sacri Romani imperii fidelibus, praesentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Universitatis vestrae notitiae innotescat, quod nos ordinationem seu promissionem de terra et principatu Wratislaviae et Slesiae, quae a nobis et imperio habentur in feodum, quam illustris quondam Henricus dux Wratislaviae, noster princeps, cum illustri et praeclaro W. rege Boemiae, filio et principe nostro carissimo, videlicet quod idem rex Boemiae in terra et principatu Wratislaviae et Slesiae, si ipsum Henricum ducem praemori contingeret, sibi deberet succedere, iniisse dinoscitur et fecisse, habemus ratam et gratam, eam de plenitudine potestatis regiae confirmantes et dantes has litteras nostras sigillo nostro munitas, in testimonium super eo.

Datum Erfordiae VII. Kalend. Octobris, Indictione tertia, Anno Domini Millesimo CCLXXX, regni vero nostri anno decimo septimo.

C.

1290. 26. Sept.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.  
Universis sacri imperii Romani fidelibus, praesentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Licet munificentiae nostrae dexteram ad cunctos fideles, quos Romanum ambit imperium, ex officii debito nobis desuper recommissi porrigere teneamur: maxime tamen illustres principes, qui velut aurora stellis praerutilans, virtutum insigniis ceteris praestantiores, imperialem gloriam reddunt radiantius illustratam, nos delectat gratiosius gratiosa dulcedine praevenire. Attendentes itaque inclytum Wenczlaum regem Boemiae, principem et filium nostrum carissimum, utpote bene meritum, condignis praemiis praemiandum: principatum Wratislaviae et Slesiae quem a nobis et imperio illustris quondam Henricus dux Wratislaviae recepit in feodum, necnon omnia feoda vacantia ex morte ejusdem Henrici quondam ducis Wratislaviae, ad nos et imperium pertinentia, cum omnibus suis attinentiis, possessionibus, jurisdictionibus et juribus universis quocumque nomine censeantur, dicto regi Boemiae et suis heredibus habenda, possidenda, a nobis et imperio tenenda titulo feudali duximus conferenda. Siquid autem dimi-



nutionis vel calumpniae, quod non credimus, circa praedicta cavillose, malitiose vel subdole posset opponi, supplemus de plenitudine regiae Majestatis.

In cujus rei testimonium praesens scriptum nostrae Majestatis sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordiae VI. Kalend. Octobris, Indictione III. Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo, regni vero nostri anno septimo decimo.

---

85.

## Litterae confirmatoriae Rudolphi regis de jure pincernatus et electoratus regi Boemiae competente.

1290, 26. Sept.

Rudolphus literis Erfordiae 26. Sept. 1290 datis denuo ratum fecit jus pincernatus atque electoratus regibus Boemiae in imperio Romano antiquitus competens (vid. n. 82.); quas literas iisdem quibus perscriptae erant verbis, Carolus IV. inseruit literis datis 7. Apr. 1348, Pulkavaque, historiarum scriptor, Chronicis suis ad annum 1290.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Universis sacri Imperii Romani fidelibus, praesentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Quanto jura personarum prodeunt in lucem notitia clariori, tanto liquidius posteritati successurae materia tollitur altercandi. Inquisitionis igitur circumspectae praehabita indagine, scrutinioque solerti scire desideravimus, quid quantumve juris in Romano competat Imperio et in electione Romanorum regis, futuri Imperatoris, inclyto regi Boemiae, principi et filio nostro carissimo, et heredibus ipsius. Quo facto principum, baronum, nobilium et procerum Imperii nec non veteranorum communi assertione et concordi testimonio comperimus assonante:

I. Ipsum regem Boemiae Imperii debere pincernam existere et jus ac officium pincernatus apud eum necnon ejus heredes jure hereditario residere.

II. Existit etiam dilucide declaratum, praedictum regem Boemiae et suos heredes in electione regis Romanorum, futuri Imperatoris, cum ceteris electoribus habere debere ad similitudinem aliorum electorum eligendi plenarium jus et vocem.

III. Haec vero jura pincernatus et electionis nedum dicto regi et suis heredibus didicimus competere, sed etiam suis progenitoribus, abavis, atavis, proavis et avis jure plenissimo competeabant.

IV. Volentes itaque dicti regis et heredum suorum dispendiis praecavere, jus et officium pincernatus in Imperio sibi et heredibus suis et non alii competere, et in electione regis Romanorum, futuri Imperatoris, habere jus et vocem, clare recognoscimus, approbamus et praesentium testimonio profitemur.

V. Si quid autem diminutionis vel calumniae, quod non credimus, circa praedicta cavillose, malitiose vel subdole posset opponi, supplemus de plenitudine regiae potestatis.

In cujus rei testimonium praesens scriptum Majestatis nostrae sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordiae Sexto Kalendas Octobris, Indictione tertia, anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo, regni vero nostro anno septimo decimo.

---

86.

### Wenceslaus II. dux Cracoviae factus.

Mortuo Lescone duce Cracoviae sine heredibus, majores natu ejusdem ducatus unanimiter convenerunt et quomodo vacanti terrae utiliter providere, de domino cogitare coeperunt, qui eos ab insultibus vicinarum gentium puta Ruthenorum, potenter defenderet et pacis zelator sedulus in suo jure quaelibet conservaret.

Matura deliberatione praevia Wenceslaum, Boemiae regem Moraviaeque marchionem, pro domino elegerunt et ut ad ipsos dignaretur descendere, missis nuntiis, concorditer rogaverunt; rex autem nonnullis regni sui negotiis praepeditus personaliter ad eos venire non potuit, sed breviter se venturum promittens dominum Thobiam Pragensem episcopum, cum copiosa multitudine anno 1291 in Cracoviam destinavit, quatenus se nomine suo de terra intromitteret. Sic rex Wenceslaus dominus factus est Cracoviae, atque dux exinde Cracoviae Sandomiriaeque nominabatur.

Ipse rex anno subsequenti de Praga egressus est, Cracoviam petiturus, ubi ab universis ejusdem ducatus nobilibus cum ingenti laetitia susceptus est (Chron. Aulae Regiae).

---

87.

### Infuedatio et investitura Wenceslai II. per Adolphum regem.

1292.

Anno 1292 post Rudolphi mortem Adolphus comes de Nassau in regem Romanorum electus est, praesertim Wenceslao principe Boemiae procurante.

Wenceslaum rex Adolphus de regno Boemiae infeudavit et investivit, ut testantur literae hic allatae, quae in Goldastii Append. Document. typis exscriptae leguntur.

A.

1292, 13. Maji.

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.  
Inclyto Wenceslao, regi Bohemiae, principi suo dilecto, salutem et sinceræ regiae benignitatis affectum cum desiderio complacendi.

Multarum virtutum amica societas, morum ac vitæ laudabilis conversatio et commendabilis fidei Tuæ præsentia, quibus Te præeminenter adornari comperimus, nos inducunt, ut Te tanquam principem imperii præinsignem amplioribus præ ceteris nostræ beneficentiæ radiis illustremus. Hinc est, quod ex speciali favore ad provehenda Tui honoris auspicia, omnia feuda quæ a nobis et imperio debes suscipere et tenere, per virum dominum spectabilem Rubinum de Coronee, affinem et fidelem nostrum dilectum, Tibi transmittenda duximus et transmittimus præsentium serie literarum; volentes tamen, ut cum commodius nostris possis præsentari conspectibus, a Nobis personaliter suscipere debeas feuda memorata.

In præmissorum igitur omnium testimonium ac evidentiam præsentem litteras nostræ Majestatis sigillo fecimus communiri.

Datum Francfurt III. Idus Maji, Indictione V., anno Domini MCCXCII, regni vero nostri anno primo.

B.

1292, 10. Maji.

Adolphus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus.  
Universis sacri Imperii fidelibus, gratiam suam et omne bonum.

Ob suorum meritorum insignia gloriosa, quibus erga nos et Imperium sacrum illustris dominus Wenceslaus rex Bohemiae, inclytus princeps noster et pincerna, multipliciter reluctet, suis cupientes parcere laboribus et expensis, omnia feuda quocumque sita, seu quocumque nomine censeantur, quæ a nobis et sacro Romano imperio dictus rex habet, tenet, possidet vel possidere debet, eidem regi per nobilem virum Rubinum de Toverna affinem nostrum, exhibiorem præsentium, ex speciali gratia nostræ regiae majestatis quamquam absenti duximus porrigenda. Volumus tamen et annectimus hanc formam, ut rex illustris jam prædictus, cum commode nostri præsentiam habere poterit personalem, personaliter nos accedat, jura suorum feudorum prout mos expostulat, accepturus.

Datum apud Francfort VI. Idus Maji anno Domini MCCXCII, Indictione V., regni nostri anno primo.

---

88.

## Terrae Plisnensis et Egirensis oppignoratio.

1292, 11. Maji.

E codice diplomatum boemicorum Norimbergensi exscriptum dedit Petrus de Ludewig in libro: Reliquiae manuscriptorum omnis aevi diplomatum ac monumentorum. Tom. V. p. 434.

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Recognoscimus et tenore praesentium protestamus, quod cum illustris Wenceslaus rex Boemiae, marchio Moraviae, dux Cracoviae et Santomeriae, decem millia marcarum argenti, quae pro dote filiae suae inclyto Ruperto filio nostro dare tenetur, ratione amicitiae, praeveniendo solutionis tempus debitum, in festis Assumptionis beatae Virginis Mariae et Epiphaniae Domini proxime nunc venturis, proportionaliter solvere promiserit et pagare: nos terram Plisnensem, videlicet castrum et oppidum Aldenburgk, Kemnitz, Zuickav et totam terram Plisnensem cum omnibus vasallis, hominibus, bonis feodatis seu non feodatis, judiciis, theloniis, juribus et honoribus ac aliis pertinentiis ad eam spectantibus, eo jure, quo ad regem Romanorum spectare seu pertinere noscuntur; nec non Egram civitatem et castrum cum suo territorio, castris, hominibus, bonis feodatis seu non feodatis, vasallis, judiciis, theloniis et omnibus solutionibus ac juribus universis, quam ad regem Romanorum spectare seu pertinere noscuntur, hypothecam et inpignoramus et hypothecata et inpignorata praesentibus assignamus, tradimusque dicto domino Wenceslao, regi Boemiae, et heredibus suis pro pecunia praelibata.

Quae tamen inpignoratio seu obligatio evanescet et penitus dissolvetur nuptiis, inter nostrum filium et ipsius regis filiam celebratis.

Hoc pacto expresso, quodsi regi Boemiae de dominio Egrae praedicto aliquid juris competere videbitur seu competit, et id poterit legitime edocere literis seu instrumentis ac aliis praeconibus competentibus, illud sibi dimittemus sine molestia cujuslibet et pressura.

In hujus rei testimonium praesentes literas scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum apud Frankenfurt, V. Idus Maji anno Domini MCCXCII, regni vero nostri anno primo.

---

89.

**Infeudatio oppidi Dresdae atque castris Radeburg.  
1294.**

Inter privilegia regni Boemiae in arce Karlestein servata reperiebantur, ut edocemur inventario dictorum privilegiorum atque diplomatum, litterae episcopi Bernhardi Missnensis de infeudatione oppidi Dresdae atque castris Radeburg, regi Boemiae Wenceslao ejusdemque heredibus a. 1294 facta: „Na Draždany město a dyvor a hrad Radenburg. List od biskupa Míšeňského Lenharda (sic), kdež vyznává, že králi Václavovi českému a jeho dědicóm, budícím kralóm českým, Draždany město a dyvor a Radenburg hrad pod manstvie dává. Datum MCCXCIII.“ (Cf. n. 97.)

90.

**Litterae Bonifacii VIII. papae super subsidiis a clero  
Boemiae pro coronatione Wenceslai II. praestandis.  
1297, 31. Mart.**

Ex Raynaldo exscriptum dedit Balbinus in Miscellaneis VI. 18.

Charissimo in Christo filio, Wenceslao regi Boemiae illustri. Exhibita nobis celsitudinis Tuae petitio continebat, quod cum disponas in proximo coronationis tuae solemnia celebrare, ac ad id inevitabiliter concurrere habeat importabilis tibi quasi fluvius expensarum: tam ecclesiasticorum quam secularium locorum et personarum tui regni subsidium est tibi ad hoc plurimum opportunum, nec in tuum et ejusdem regni dispendium te propter hoc gravia subire oporteat onera debitorum; quare nobis humiliter supplicasti, ut ad hujusmodi tua et ejusdem regni dispendia evitanda, universis praelatis, ecclesiis et personis ecclesiasticis ejusdem regni, cujuscunque eminentiae, conditionis, ordinis, sive status, impendendi tibi subventionem congruam pro hujusmodi tuis praefatae coronationis expensarum oneribus relevandis, tibi que subventionem ipsam recipiendi absque transgressione constitutionis nostrae, super hoc editae, licentiam concedere dignaremur; maxime cum in tali casu praedecessoribus tuis Boemiae regibus a praelatis, ecclesiis et personis ecclesiasticis dicti regni fuerit ab antiquo subventum.

Profecto licet constitutionem illam ediderimus pro ecclesiastica libertate, nostrae mentis non tamen habuit intentio, tibi ac aliis principibus secularibus in strictae necessitatis arti-

culis viam subventionis excludi, quominus ipsi praelati, ecclesiae ac personae sponte liberoque arbitrio de licentia nostra pro communis honoris, utilitatis et necessitatis articulis principibus, ac per hoc sibi ipsis, juxta suarum modum provideant facultatum. Regiis itaque supplicationibus inclinati praesentium auctoritate concedimus, ut cum te huiusmodi tuae coronationis contigerit solemnia celebrare, liceat eisdem praelatis, ecclesiis ac personis ecclesiasticis, absque constitutionis nostrae praedictae transgressione, pro hujusmodi tuae coronationis subsidio expensarum subventionem congruam prout eis seu majori parti eorum videbitur voluntariam, liberalem et liberam, non coactam, absque omni concussionem, exactione ac executione temporali vel laicali exigendam hac vice praesenti nostra freti licentia impertiri, eamque similiter sit tibi recipiendi licite attributa facultas. Volumus autem, quod si subventionem huiusmodi praestari tibi contingat, formam et modum et quantitates etiam, ac quicquid super hoc factum extiterit, iidem praelati et personae ecclesiasticae nobis per eorum literas serius intimare procurent, ut quam discrete vel indiscrete, moderate vel immoderate praemissa processerint, et si acceptationem vel moderationem exegerint, clarius videamus.

Te quoque ac ipsos volumus scire, quod nostrae intentionis existit, ut sine nostra iterata licentia huiusmodi subventio annualem terminum non excedat. Et ecce praelibatis praelatis ac personis ecclesiasticis consimiles super hoc nostras litteras destinamus.

Datum Romae apud S. Petrum II. Kal. Aprilis, Anno III.

---

91.

## Distinctio metarum inter Moraviam et ducatum Tessinensem.

1297, 2. Aug.

Ex originali in archivo archiepiscop. Cremsiriensi recondito primus edidit Boczek in Cod. Dipl. Mor. V. 73. (Cf. Codicis nostri n. 57.)

Universis praesentes litteras inspecturis Theodericus Dei gratia Olemucensis episcopus. sempiternam in Domino charitatem.

Aequitas rationis et approbata consuetudo requirunt, ut jurgantium quaestiones quae gratae pacis limite terminantur, ad cautelam praesentium et notitiam posterorum redigi debeant in scripturam, ne lites dampnosas certo fine decisas

incertitudo succedens quandoque resuscitet, quas intercedens concordia sepelivit.

Proinde nos Theodericus Dei gratia Olomucensis episcopus, vestrae universitati facimus manifestum, quod orta jam dudum inter nos ex una parte, et inter illustrem dominum Meskonem ducem Tessynensem materia quaestionis, ex gravi discordia suscitata super metis et terminis apud Ostraviam in finibus bonorum episcopatus nostri et ducatus Tessynensis pro eo, quod fluvius idem Ostravia qui deberet metas Poloniae et Moraviae distinguere, non perpetuo cursu per unam viam ducitur, sed fluctuans aliquando, antiquum locum sui transitus deserens, invenit novum cursum, et aliquotiens agros, campos, prata vel rubos aut silvas spectantes in Moraviam vel Poloniam, derelicto antiquo meatu et transitu circumambit, ita quod frequenter ex hoc non solum provinciarum, sed et possessionum termini confunduntur, et magnae portiones terrae cum dampnoso praejudicio dominorum accedunt alteri et perduntur priori et possessionis commodum alteratur.

Volentes itaque, ut super hiis de cetero inter nos et praefatum ducem cujuslibet discordiae materia praecidatur, cum praedicto duce de communi beneplacito et unanimi voluntate, mediante quoque illustri duce domino Bolyzlae Opuliansi, germano ipsius domini Tessynensis, composuimus et convenimus, concordantes amicabiliter et pariter ordinantes, ut ab hac die inantea inter nos et ipsum, fines episcopatus nostri et ducatus sui hoc modo distinguantur, videlicet:

(I.) Quod ab aqua Odra sub Landek fluente et ubi Ostravia influit in ipsam Odram, incipiendo et ascendendo superius usque ad metas Ungariae, is sit limes et meta bonorum nostrorum et suorum, ubicunque ipse fluvius Ostravia nunc decurrit, et si membratim alicubi est divisus, ubi nunc major aqua sive alveus cursum habet.

(II.) Et ne in posterum ipso fluvio novum inveniente transitum, hujusmodi limitis distinctio deleatur vel in errorem aut oblivionem tradatur, fecimus fieri aggeres, cumulos sive struges, per totum ipsum fluvium Ostraviam ab Odra incipiendo, ubi influit, per ascensum usque ad metas Ungariae procedendo, ita videlicet, quod in littore versus Poloniam ab Odra sursum per Ostraviam ascendendo, ipse dominus dux Tessynensis cumulos suos poni faciat, et nos ex opposito in littore versus Moraviam nostros similiter per ascensum cumulos faciemus, sic quoque, ut deinceps quidquid ab illo littore versus Poloniam in pratis, agris vel silvis aut qualicumque terrae spatium adjacet, id pertineat ad ducatum, et e contrario, quidquid

a parte nostra versus Moraviam nostro littori adjacet de terrae spatio qualicumque, id ad episcopatum nostrum et non ducatum similiter pertinebit.

(III.) Et si ipse fluvius Ostravia in posterum littora moderna ruperit et relicto praesenti meatu per alium locum cursum invenerit, agros, prata vel arbusta seu nemora a parte Poloniae vel Moraviae avellendo aut quomodolibet rescindendo, quod semper non ad flexum ejus, sed ad cumulorum et metarum hujusmodi positionem terminorum distinctio denotetur, nec propter hoc possessori possessionis commodum ammittatur.

(IV.) Ceterum illud exceptum est communiter et expressum, quod in Grabow et in Paskow et illic ubique contra bona Barutonis, quia ex parte altera fluvii Ostraviae versus Poloniam quidam agri episcopatus nostri jacent et silvae, qui quondam ab ista parte Moraviae jacebant, cum dictus fluvius plus accedens Poloniae decurrebat priori meatu et loco ac dictos agros et silvas a parte littoris versus Moraviam relinquebat: quod dicti agri et silva episcopatus nostro salvi remaneant, sicut et nunc possidentur a nobis et possessi sunt a praedecessoribus nostris a multis temporibus retroactis. Et ibi dicti cumuli sive struges non per moderna littora ejusdem fluvii nunc currentis, sed per terram juxta fines agrorum et silvarum dictarum ad nos spectantium, ubi etiam adhuc antiqua apparent littora, iterum usque in decursum fluvii, agris praedictis et silva inclusis, taliter construentur.

(V.) Consensimus etiam ordinantes et utrinque aequaliter acceptantes, ut ripa sive litus dicti fluvii a parte Moraviae inter bona episcopalia et ducalia semper et ubique ad nos pertineat, et alia ripa sive litus versus Poloniam pertineat ad ducatum.

(VI.) Et usus fluvii et piscationes absque alterna impeditioe qualibet sint communes, qualitercumque meatus fluvii varietur, ut metae per aggeres sint distinctae.

Ut autem haec ordinatio et compositio et terminorum distinctio inter nos et ducem praedictum et successores ejus perpetuo perseveret, ipsam nostro et capituli nostri sigillis in signum consensus providimus roborandam.

Testes etiam hujus rei sunt domini Olomucenses: Fridericus archidiaconus Olomucensis, magister Ambrosius archidiaconus Preroviensis et Andreas canonici Olomucenses, et milites nostri Borsutha de Ceniz, Nycolaus de Kelcz, Lupus de Nascedl, Hermannus de Lobensteyn, Sifridus de Engelsperc, Gotfridus de Gebynstete, et fideles nostri comites de



Vriburch, Bludo et Henomannus, et alii quam plurimi fide digni. \*)

Datum in Ostravia anno Domini MCC nonagesimo septimo. IIII. Nonas Augusti.

---

92.

## Promissio de terra Plisnensi et Egrensi in eventum facta.

1298, 12. Febr.

Inter Albertum ducem Austriae et Wenceslaum II. regem, postquam sibi invicem reconciliati fuerant, conventio de terra Plisnensi, Egrensi nec non de castris Floss et Parkstein in eventum facta est, nempe si Albertum in regem Romanorum eligi contigerit.

(E codice Norimbergensi in libro Petri de Ludewig: Reliquiae manuscriptorum diplomatum Tom. V. p. 442.) — Cf. n. 88.

Nos Albertus, Dei gratia dux Austriae et Styriae, dominus Carniolae, Marchiae et Portus Naonis.

Ad universorum notitiam volumus tenore praesentium pervenire, quod nos magnifico domino Wenceslao, illustri regi Boemiae, affini nostro carissimo sive fratri, non dolo et fraude seducti, promittimus bona fide, quod quam cito nos in regem Romanorum eligi contingat, statim ei regi et heredibus ejus terras Imperii, Egrensem videlicet et Plisnensem, cum civitatibus, castris, munitionibus et hominibus ibidem, nec non castra dicta Flozz et Parkstain ac oppidum Widenum, sita in Bavaria circa metas Boemiae, cum ipsorum districtibus, eidem regi et heredibus suis titulo pignoris obligabimus in quinquaginta millibus marcarum argenti puri, Pragensis ponderis, et super obligatione praedicta dabimus ipsi regi patentes nostras literas sigillo regali muniendas, ipsasque inferius annotatas et alias quascumque literas super eodem negotio, quae ipse rex per se vel per suos nuntios duxerit requirendas, et ad

---

\*) Testes ex parte ducis Tessinensis in litteris congruentibus (Boček., Cod. Dipl. V. 74) et a duce ipso et fratre ipsius Bolconede Opols sigillatis hi nominatur: Comes Adalbertus subcamerarius Tesinensis, comes Nicolaus castellanus Oswentinensis, comes Johannes castellanus Tessinensis, comes Hermannus dictus Speber, castellanus Ostraviensis, comes Swesso dapifer, comes Jasco dictus de Corniz, com. Wlodsimir dictus Kacza subjudex curiae, comes Borco judex curiae principis Opoliensis, comes Henricus dictus Miculez, comes Bludo dictus de Hycin, Andreas dictus Brus, Sobco dictus Strela et Borsuta domicelli ducis Opoliensis et alii quam multi.

acquirendam seu adipiscendam possessionem pacificam terrarum, castrorum, civitatum, oppidorum et districtuum praedictorum eidem regi assistemus eumque juvabimus consilio et auxilio tam per nos quam per homines nostros efficaciter et potenter, quandocumque et quotiescumque per eum vel ejus nuntios fuerimus requisiti, quousque ipse rex dictam possessionem omnium praedictorum pacifice assequatur. Promittimus etiam efficere et efficaciter ordinare, quod principes electores ipsius Imperii praedictae obligationi nostrae consentient et super assensu suo ipsi regi patentes literas suas dabunt. Forma autem literarum quas praedicto regi dabimus, talis est:

„Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii fidelibus praesentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad apicem regalis dignitatis providentia nuper divina vocati, dum statum bonorum praedicti Imperii diligenti scrutinio considerationis attenti revolvimus invenimusque, plurima bonorum ipsorum praedecessorum nostrorum temporibus in grave nostrum et ipsius Imperii praedicti alienata indebite ac distracta; cumque ad recuperanda praedicta, ut tenemur ex debito commissi nobis regiminis, cottidianae nos ad id sollicitudinis instantia excitante, procedere intendamus et id sine magnis laboribus magnisque sumptibus de bonorum ipsorum proventibus, quos teneamus, aggredi et perficere non possimus: diligenti cum principibus aliisque fidelibus nostris praesentibus habita deliberatione, providimus de aliis bonis praedicti Imperii aliqua obligare, ut recuperare possimus detenta indebite alia potiora. Eapropter harum serie notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos pro nunc praedictas terras nostras et ipsius Imperii, Egreensem videlicet cum civitate et castro ibidem, ac Pliznensem cum civitatibus et castris Altenburgk, Kemnitz et Czwikaw, nec non castra dicta Flozz et Parkenstein ac oppidum Waitenum sita in Bavaria circa metas Boemiae, cum ipsorum districtibus, cum civitatibus et oppidis, castris, munitionibus, villis, hominibus, nobiles, popularibus et aliis, infeudatis et non infeudatis, judiciis, jurisdictionibus, theoloneis, dignitatibus, officiis, honoribus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, ceterisque utilitatibus, juribus ac pertinentiis terrarum, castrorum, civitatum, oppidorum et districtuum praedictorum, titulo pignoris obligamus illustri Wenceslao regi Boemiae, duci Cracoviae et Sandomeriae, marchionique Moraviae, principi et affini nostro carissimo, in quinquaginta millibus marcarum argenti puri, Pragensis ponderis, quas nomine mutui pro recuperandis praedictis bonis alienatis, ab eodem rege integre recepisse et convertisse fatemur,

volentes, ut dictus rex ac ipsius heredes terras praedictas, castra, civitates et oppida et districtus in omnibus supradictis teneant et utifruantur eis, quousque per nos vel successores nostros Romanorum reges vel Imperatores eisdem regi Boemiae ac heredibus ejus de praedictis quinquaginta millibus marcarum ejusdem ponderis et argenti fuerit integre satisfactum, fructibus ipsarum terrarum, castrorum, civitatum, oppidorum et districtuum, quos ipsi percipient, non computandis in sortem, quos ei damus ex speciali gratia per donationem, quae dicitur inter vivos, propter grata multipliciter et accepta servitia, quae nos et dictum Imperium a rege recepimus memorato. Et quod burggravi sive castellani tenentes castra ipsa, alique nobiles et incolae universi, feudati et non infeudati terrarum et districtum praedictorum, praefatum regem Boemiae ac heredes ipsius, durante praedicta obligatione, pro suis dominis habere, ipsisque juramentum fidelitatis praestare et reverenter obedire, ac feuda, quae tenent, ab eo recipere ac deservire fideliter teneantur. In his autem omnibus et singulis nostro et successorum nostrorum praedictorum nomine expresse renunciamus exceptionibus non numeratae pecuniae, non ponderati, non soluti, non recepti, non electi et in rem non versi argenti, doli mali, actioni in factum et conditioni sine causa ac beneficio cuilibet alterius juris, canonici vel civilis, quod nobis et praedictis successoribus nostris contra praedictas obligationem et donationem nostras de jure vel de facto ad praesens competit vel possit competere in futurum. In quorum omnium testimonium et praedictorum regis ac heredum suorum cautelam praesentes literas fieri et sigillo Majestatis nostrae jussimus communiri. (Actum et datum ponentur sicut debent et in loco tempore ubi fiet).<sup>4</sup>

Super praemissis autem omnibus et singulis per nos faciendis et adimplendis praesentes literas damus praedicto regi, nostro sigillo consueto munitas.

Datum Wienae, Anno Domini MCCXCVIII, secundo Idus Februarii, XI. Indictione.

---

93.

### Promissio de libertatibus regi Boemiae in eventum facta.

1298. 14. Mart.

Idem Albertus dux Austriae electionem suam in regem Romanorum appetiens, Wenceslao II. electori varias libertates se impertiturum aut confirmaturum promisit.

(P. de Ludewig Reliquiae manuscriptorum diplomatum, tom. V. pag. 439, e codice Norimbergensi).

Albertus Dei gratia dux Austriae et Styriae, dominus Carniolae, Marchiae et Portus Naonis.

Tenore praesentium promittimus bona fide, quam cito favente Domino in regem Romanorum eligi nos contingit, statim illustri domino Wenceslao, regi Boemiae, affini nostro, tamquam fratri carissimo, nostras patentes literas, sigillo nostro regali munitas, dabimus in hac forma:

„Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis et singulis sacri imperii Romani fidelibus praesentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Habet haec rationis ordo laudabilis et forma justitiae, ut quo magis bene meruisse quis cernitur, eo majoris gratiae sublevetur honoribus et servitiorum oneribus non prematur, quin imo liberalitatis amplioris munere gaudeat, qui majora noscitur obsequia praestitisse. Magna itaque ac accepta valde servitia per illustrem Wenceslaum regem Boemiae, ducem Cracoviae et Sandomeriae, marchionemque Moraviae, carissimum affinem et principem nostrum, ab olim sacro Romano imperio, nobis constanter et graviter exhibita, per quae ipsius imperii nostrumque favorem et gratiam multipliciter meruit, consideratione attento studio diligenter attendentes ac volentes eum propterea prosequi liberalius praerogativa nostri favoris et gratiae specialis:

(1.) Eundem regem ac successores ipsius ab omni servitiorum onere, quocumque censeantur nomine, per eos ratione feudorum, quae nunc tenent seu tenebunt in posterum a nobis et eodem imperio, vel alia quacumque ratione nobis et dicto imperio debitorum, de speciali gratia in perpetuum absolvimus et eximimus ac esse volumus liberos et exemptos, nisi quantum ipse de bona voluntate voluerit exhibere.

(2.) Ordinantes ac statuentes harum serie, ut antedictus rex et heredes ac successores ipsius ad nullam nostram vel successorum nostrorum, regum seu imperatorum Romanorum, expeditionem, convocationem, curiam seu colloquia generaliter vel specialiter indicenda, quaecumque et ubicumque et quocumque negotio seu causa jussi vel requisiti, personaliter venire vel nuntios aut homines aliquos mittere, aliquatenus teneantur.

(3.) Privilegia quoque omnia super donationibus, libertatibus et gratiis quibuscumque, praedicto regi et progenitoribus ejus a divae memoriae Romanorum imperatoribus seu regibus, praedecessoribus nostris, data seu concessa sub quacumque forma vel conceptione verborum, rata et grata habeo-

mus et ea de speciali gratia confirmamus — In quorum omnium testimonium et ipsius regis ac heredis ac successorum suorum cautelam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium fieri et sigillo Majestatis nostrae jussimus communiri. (Actum et datum ponantur in loco et tempore ubi fiet).<sup>4</sup>

Super praemisissis autem omnibus et singulis per nos faciendis praesentes literas damus praedicto regi, nostro sigillo consueto munitas.

Datum Viennae anno Domini MCCXCVIII, secundo Idus Martii, XI. Indictione.

94.

### Literae Alberti regis de corona a rege Boemiae in curia imperiali debite non gestanda.

1298, 17. Nov.

A. 1298 Albertus Romanorum rex curiam celebravit solemnem in Nuremberg, electoribus et aliis principibus Imperii praesentibus, ubi tam amice regem Wenceslaum tractavit, quod prae ceteris ab eo diligi credebatur.

Unde ad majorem regis Romanorum gloriam dictus rex Boemiae in regali corona Romano regi in pincernatus officio ministravit, licet non teneretur de jure; nam rex Boemiae simpliciter ut princeps elector non regalibus insignitus in solennibus curiis Romanis imperatoribus vel regibus debet in pincernatus officio ministrare (ut addit Pulkava, hoc factum enarrans). Quod autem actus hujusmodi ministerii Boemiae regibus non debeat praedictum generare, cum eum rex Boemiae non fecerit ex debito, sed amore sui sororii, clare hujusmodi tenor literae manifestat, quam secundum contextum a Pulkava in Chronico et a Balbino in Miscellaneis Bohemiae (VIII. p. 26.) allatum hicce loci cum lectore communicamus.

Alberti regis literae servabantur inter privilegia regni Boemiae in arce Karlstein; quarum summa in inventario reproducitur in haec verba: „List Albrechta krále římského, kterýžto dává svobodu a výsadu králi českému, že pod korunú nenie povinen slúžiti v úřadu svém arcířenském, než při korunování císaře má pod korunú seděti podle císaře na svém místě. Datum anno 1298.“

Confirmatio Caroli IV. a. 1348.

Albertus Dei gratia rex Romanorum semper augustus.

Universis sacri Romani Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Sic nos decet principum et amicorum nostrorum spontaneis uti servitiis, ut si quid per eos nobis honoris vel obsequii praeter debitum de prompta benevolentia exhibetur, eis vel eorum heredibus vel successoribus in suis juribus nullo modo per hoc in posterum praedictum generetur. Eapropter scire vos facimus et tenore praesentium protestamur, quod licet illustres reges Boemiae, dum rogati vel per reges vel

imperatores Romanorum, eos ad solennem eorum curiam venire contingit, praedictis rege vel imperatore coronam regalem gestantibus, cum eisdem et eis praesentibus corona regia uti possint: non tamen in corona regia debent praedicti reges Boemiae praedictis regi vel imperatori ministrare in officio pincernatus. Quod autem magnificus Wenceslaus rex Boemiae, princeps et frater carissimus, nobis apud Nuremberg in solenni nostra curia proximo die Dominico post festum Sancti Martini sedentibus in corona coronatus ad preces nostras ministravit in officio pincernatus, hoc non de jure, sed de mera dilectione, quam ad nostram gerit personam, eum fecisse dicimus et ad serviendum sive ministrandum in eodem officio sub corona regia nobis vel successoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanorum praedictum regem et omnes successores suos reges Boemiae testamur et volumus de cetero non teneri, nec aliquod eis exinde praejudicium generari.

In cujus rei testimonium et praedicti regis Boemiae et heredum ac successorum suorum cautelam praesentes fieri literas et sigillo nostro regio jussimus communiri.

Actum et datum in Nuremberg anno Domini MCCXCVIII XV. Kendas Decembris, Indictione duodecima, regni nostri anno I.

---

95.

### Emtio venditio civitatis Pernaë ratihabita.

1298, 22. Nov.

In curia Norimbergae a. 1298 celebrata, Albertus, Romanorum rex, contractum emptionis et venditionis civitatis Pern et pertinentiarum suarum, nec non incorporationis ejus factae regno Boemiae approbavit per suum privilegium, quod teste Pulkava (Chron. ad a. 1298) legitur in huncmodum:

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos venditionem civitatis episcopatus Misnensis dictae Pirn cum castro et attinentiis suis sitae in terra Misnensi circa metas Boemiae, factam per episcopum et capitulum Misnense illustri Wenceslao regi Boemiae, duci Cracoviae et Sandomiriae, marchionique Moraviae, principi et fratri nostro carissimo, ac heredibus ejus, prout in literis inde confectis et dictorum episcopi et capituli sigillis munitis plenius continetur, ratam et gratam habentes, ei nostrum benigne praestamus assensum et ordinamus, atque statuimus, ut dicta civitas, quam ad preces dicti regis regnoque harum serie uni-

mus, unitam esse volumus, ut ad regnum ipsum de cetero debeat perpetuo pertinere.

In cujus rei testimonium praesentes literas fieri et sigillo Majestatis nostrae jussimus communiri.

Datum in Nuremberg, anno Domini M.CC.XCVIII X Kalendas Decembris. XII. Indictione, regni nostri anno primo.

---

96.

## Wenceslai II. in capitaneum terrae Misnensis, Orientalis et Plisnensis constitutio.

1298.

E codice formularum Alberti regis (Palacký Formelbücher n. 116.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Illustri Wenceslao, regi Boemiae, duci Cracoviae et Sandomeriae, marchionique Moraviae etc. gratiam suam et omne bonum.

Dum excelsum regis Romani fastigium, quo sumus noviter divina gratia sublimati, diligenti meditatione discutimus: ad onera tantae curae sicut expedit supportanda salubriter, humeros nostros, quos ad hoc imbecilles esse cognoscimus, plene sufficere non putamus, nisi cum his, qui nobiscum sollicito (?) vocati sunt, hujusmodi onera partiamur; nam quo plures habemus terras et populos gubernare: et plurium ammiculis indigemus.

Inter alias quippe sacri Romani imperii subditas nobis curas, Misnensis, Orientalis et Plisnensis terrae curis praecipue assidue studia nostra sollicitant, qualiter eas, quibus praesentiam nostram aliis arduis et urgentibus imperii praedicti negotiis occupati exhibere non possumus, per alios gubernemus in pacis optatae solatiis et a futuris, quae possent accidere, turbationibus laudabiliter praeservemus. Considerantes ergo diligenter, quod Tu, praedicti imperii membrum nobile ac fidele, qui praecemines potentia, prudentia atque fide, terisque praedictis vicinior, tam armis tuae potentiae, quam tuae circumspectionis industria, terras ipsas laudabiliter inter alios gubernare poteris melius et defensare, quamquam sciamus te multis et magnis propriis negotiis occupatum, quod tamen ob fidem, quod ad praedictum habes imperium et dilectionis purae constantiam, quam ad nos geris, obsecurum te confidimus nostris beneplacitis in hac parte: memoratas terras tibi committimus, teque nostrum et ipsius imperii capitaneum et vicarium constituimus harum serie in eisdem.

Concedentes tibi auctoritatem plenariam et liberam disponendi, statuendi, iudicandi, praecipendi, proventus, servitia et jura omnia de terris ipsis et earum hominibus nobis et eidem imperio debita requirendi, exigendi et recipiendi, causas criminales et civiles ac appellationes, etiamsi quas in eis ad nos interponi contigerit, audiendi et terminandi, facinorosos puniendi, contradictores et rebelles quoslibet poena debita coercendi, justitiam petentibus ministrandi, ac alia omnia et singula faciendi, quae in praemissis et circa praemissa videris expedire. Sciturus, quod quicumque de terris ipsis tibi et tuo vicario obediens fuerint, illos nostri prosequemur praerogativa favoris et ad promotiones ac exaltationes ipsorum munificentiae nostrae dexteram liberaliter extendemus; si qui vero eorum in contrarium, quod non credimus, facerent, nostram et ipsius imperii indignationem incurrent, et nos nihilominus, quascunque sententias seu processus vel banna contra tales inobedientes tuleris vel feceris, aut ferri vel fieri mandaveris, illa omnia rata habebimus et faciemus inviolabiliter observari.

---

97.

## Wenceslai II. de Dresda, Radeberg et Donin investitura.

1300, 19. Aprilis.

Archetypum hujus diplomatis in archivo principali regio-saxonico asservatur; typis novissime exscriptum in Gersdorffii „Urkundenbuch des Hochstiftes Meissen“ I. N. 335 legitur (Cf. supra num. 89.).

Nos Wenceslaus Dei gratia rex Boemiae, dux Cracoviae et Sandomeriae, marchioque Moraviae.

Notum facimus universis praesentes literas inspecturis, quod nos civitatis Dresden, castri ibidem cum iudicio, hominibus ac silva ceterisque pertinentiis ad eam spectantibus, nec non castri Radberch, Fridwald silvae ac Dony castri infeudati cum hominibus, villis ac aliis utilitatibus, juribus et pertinentiis eorundem ac aliorum bonorum omnium ubicumque in terra Misnensi sistentium, quae ab episcopatu et ecclesia Misnensi suo et ipsius ecclesiae nomine pro nobis et illustri Wenceslao filio nostro carissimo, prout juris et moris est, requisivimus, petivimus et recipimus, praesentialiter eodem episcopo nos investiente per suum capucium de eisdem, adhibitis solempnitatibus aliis in talibus consuetis.



In cujus rei testimonium praesentes litteras fieri et sigillis Majestatis nostrae jussimus communiti.

Actum et datum in monasterio Aulae Regiae ordinis Cisterciensis prope Pragam, anno Domini millesimo trecentesimo, XIII. Kal. Maji, tertia decima Indictione, regni nostri anno tertio.

---

98.

### Territorii Sadoviensis recuperatio.

1300, 29. Junii.

E codice dipl. Norimbergensi apud P. de Ludewig (Reliquiae manuscriptorum diplomatum. Tom. V. p. 438.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Universis futuris praesentium inspecturis notum esse volumus, quoniam cum consensu nostro (sic) quondam magnificus princeps, Ottocarus rex Boemiae illustris, oppidum Sadoviae et castrum Birchenstain, sita in terra Misnensi, in recompensam quorundam bonorum terrae Austriae, super quibus actionem marchio Misnensis tunc temporis sibi petiit, a regno suo alienaverit cum suis juribus et pertinentiis universis, et nunc illustris Wenceslaus rex Boemiae, princeps et frater noster dilectus, tanquam verus heres dicti Ottocari, oppidum et castrum reemerit, absolverit seu redemerit memorata: nos dictam reemtionem, absolutionem seu redemtionem ratam et gratam habentes, cum auctoritate praesentium confirmamus.

Datum Moguntiae III. Kalendas Julii anno Domini MCCC, Indictione XIII., regni nostri secundo.

---

99.

### Wenceslai II. in regem Poloniae vocatio.

1300.

Anno 1300 Wenceslaus II. in regem Poloniae vocatus coronam regni Poloniae accepit. Post mortem nempe Premyslai Kalissiensis, qui nullum heredem masculinum superstitem reliquerat, majores natu conveniunt et de principe alio, cui se terramque securius subicere valeant, sollicitate tractaverunt. Omnes communiter in Wenceslaum regem Boemiae ut regeret super eos, dirigunt sua vota; dixerunt enim: Rex iste inclutus praepotens est, auctor et amator pacis est, thesauros plurimos habet, terras fere in circuitu nostro omnes possidet, unde optime ab hostium incuribus nos defendet; regi etiam isti quia mortis morsu primam suam perdidit thori con-

sortem (Guttam), Elisabeth virginem, nostri regis unicam filiam et heredem offeremus uxorem; sic erit Bohemis et nobis unus rex et communis convivendi amicabilem lex; convenient enim in rege et sub uno gaudebunt principe, qui non multum dissonant in idiomate slavicae linguae; nam qui idem linguagium loquuntur, plerumque amoris se arcioris nexibus complectantur.

Ad novum regem a. 1300 versus Gnesnam cum militia proficiscentem venerunt de Opulia, de Tetschiu, de Cuyavia ac plures alii de Polonia duces ac principes, qui se regalibus servitiis applicuerunt, fidemque et homagium regi praestiterunt; cumque terram Kalissiensem, Gnezdensem, Pomeraniam ac omnia illa loca confinia obtinuisset, ad Gnesnam civitatem metropolin pervenit, ubi petentibus universis Poloniae nobilibus ac principibus, qui tunc aderant, per Petrum Gnesnensem archiepiscopum regni Poloniae diademate solemniter est insignitus (Chron. Aulae Regiae).

Goldastius in Supplemento actorum publicorum affert diploma Alberti Romanorum regis, quibus formaliter concedit Wenceslao potestatem subjugandi terras ducis Majoris Poloniae (n. 100).

100.

## Concessio de Majori Polonia subjuganda Wenceslao II. data.

1300. 29. Junii.

Diploma quod hic sequitur, Goldastius in „Supplemento actorum publicorum“ sub n. XIX. exhibuit.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Magnifico principi Wenceslao regi Boemiae illustri, fratri suo carissimo, gratiam et omne bonum.

In aequalis tuae sinceritatis et fidei restitutionem, quibus praeter ceteris regibus et imperii Romani principibus erga nos et ipsum imperium dignosceris clarius praeclarare, non immerito nos indicunt, ut universis et singulis quae honoris et status tui incrementa respiciunt, ferventibus desideriis intendamus. Quod attendens nostra Serenitas, tibi ex gratia speciali concedimus, ut quicquid de terra illustrissimi Ladislai ducis Majoris Poloniae quam occupat, tibi subjugare poteris, a nobis et dicto Romano imperio a te et tuis heredibus teneri volumus perpetuo titulo feudali.

In cujus rei testimonium praesentes literas tibi tradimus sigilli nostri robore communitas.

Datum Moguntiae tertio Calendas Julii, Indictione decima tertia, anno MCCC, regni nostri secundo.

## Novae monetae per Wenceslaum II. institutio.

1300.

A primaeva terrae Bohemicalis origine usus confusus fuit in numismate, qui adhuc temporibus Petri abbatis Aulae Regiae, harum rerum relictoris (Chron. Aulae Regiae) in plerisque regionibus solebat esse; quibuslibet quippe annis in urbibus et civitatibus Bohemiae singulis transfigurabat formam denarii moneta, semel aut bis, ita ut qui heri et nudius tertius fuerat saepe denarius bonus et datilis, post breve dierum spatium esse desineret usualis (Cf. locationes monetae, n. 58, 76, 77).

Quam damnosa et exosa haec frequens monetae variatio toti regno fuerit, facile perpendi potest. Raro tunc denarius nominabatur, sed rerum quarumlibet forensis commutatio per marcam, fertonem, lothonem, sextinum aut quentinum communiter habebatur; haud dubium, quin multociens per haec pondera facta fuerit pluribus et maxime simplicibus aut pauperibus iniuria satis magna.

Quibus malis Wenceslaus II. ut commune bonum per amplius dilataret, occurrere sagaciter cogitabat; ipse enim multorum praecavere cupiens periculo, disposuit, ut populus in uno sibi communicet numismate mutuo, qui in uno rege participant et regno. Mittit itaque Florentiam, virosque industriosos, Reinhardum scilicet, Alphardum et Tynonem Lombardum, advocat, qui in talibus negotiis tantam habebant experientiam, quod utiliter dirigere poterant rem tam magnam. Qui cum advenerant, in celeberrima tunc civitate montana, Chutna, novum numisma argenteum cudere coeperunt (A. D. 1300 mense Julii sex experti viri ad vocationem D. Wenceslai regis veniunt de Florentia et in montibus Chutnis ad mandatum regis novas cudunt monetas, grossos Pragenses videlicet et parvulos, quorum XII grossum solvebant. Pulk. Chron.) Exstat adhuc hodie domus perantiqua, ubi ab illis Italis moneta cudebatur, vocaturque „Curia Italica.“ (Rozkásal král Václav léta Páně 1300 některakým Vlachom groše najprvé u Hory dělali a kovati, od nichž i podnes slove u Hory Vlaský dvouor. Mac. saec. XVI.).

Anno igitur 1300 mense Julio moneta grossorum Pragensium et parvorum, quorum XII grosso aequivalebant, instituta est. Dictos socios de Florentia, novae monetae fabricatores, rex Wenceslaus, continuam obsequiorum promptitudinem, quam illi in ejus servitiis exercuerunt, diligentius attendens, literis Pragae IV. Kal. Maji 1301 datis, domo regia in civitate Brunensi nec non duobus molendinis ante dictam civitatem sitis, de gratia speciali donavit (Boč. Dipl. Mor. V. 122.).

Reynherius a. 1304 nominatur „civis Brunensis et mercator florentinus,“ qui molendinum in flumine Swarczavia situm cum villa Dorneho dicta ipsi molendino adjacente, pro 140 marcarum Brunensis ponderis et argenti ab Heynigo civi Brunense per emptionem comparavit (Ib. 164.).

Anno proxime subsequente Reinherus appellatur „capitaneus Cracoviae,“ Appardus de Nigromonte „camerarius regni Boemiae,“ qui ambo, una cum tertio socio suo Cynone de Florentia, omnem hereditatem suam ante Brunam Joanni carnifici civi Brunensi pro 340 marcis grossorum Pragensium Moravicalis ponderis hereditarie possidendam vendiderunt (Ib. 169 et 174).

## Jus regale montanorum.

(Constitutiones juris metallici.)

1300.

Wenceslaus II. Boemiae rex praeclarus, cum non posset pervincere, ut codex legum civilium quibus omnes regni incolae tenerentur, jussu ejus conscriptus comitiis probaretur, leges saltem quibus metallici uterentur, conscribendas curavit. Inde ortum est „Jus regale montanorum“ seu „Constitutiones juris metallici,“ argentifodinarum Chutnensium cultoribus praecipuis institutae atque editae. Quod quidem juris corpus exemplo a Institutionibus Justiniani petito in quatuor libros distributum est, singulis libris in capitula vel titulos digestis.

Qui codicem hunc Juris metallici conscripsit, absque dubio nullus alius est, quam ille „vir sapiens et providus, magister Gozzius de Urbe Vetre, utriusque juris tam canonici quam civilis professor idoneus,“ quem Wenceslaus rex ad conficiendas et conscribendas leges civiles cardinali Matheo Rubeo mediante in Boemiam vocaverat.

Codex manuscriptus antiquissimus saec. XIV., membranaceus promiscue et chartaceus, in archivo celeberrimae regiae montanae civitatis Montis Kutnae asservatur, cujus contextum diligenter exscriptum hic exhibemus.

In eodem codice manuscripto reperitur versio germanica, a magistro Johanne de Gelhawsen temporibus Caroli IV. confecta.

## Právo královské horničie.

(Knihy práv horníkům vydaných.)

Jus regale montanorum vergente saeculo XV. in sermonem boemicum accuratissim<sup>o</sup> est translatum. Exemplum quod exstat antiquissimum, reperitur in bibliotheca Musei regni Boemiae; datum autem est anno 1478; alterum ab anno 1490, servabatur apud Josephum Jungmannium; tertium ab anno 1528, reconditum est in bibliotheca c. r. universitatis Pragensis.

In exscribenda interpretatione secuti sumus exemplar bibliothecae universitatis Pragensis, paucis novationibus exceptis cum exemplare Museali congruum.

*Jus Regale Montanorum incipit.*

Wenceslaus Dei gratia secundus, rex Bohemiae, qui primo regnum Poloniae Deo auxilium parante ipsi regno Bohemiae coadjunxit, montanis suis per regnum Bohemiae universis, gratiam suam, et hunc librum, et in eo veram juris montanorum cognoscere veritatem.

*Sequitur prooemium libri hujus.*

Pater ingenite, fons totius bonitatis, qui ut humanum genus perfecte uniretur, leges sacratissimas per ora principum divinitus protulisti, auge in nobis supplicibus Tuis ejusdem gratiae virtutem, ut sic fidelibus montanis nostris (quorum non solum regnum nostrum, immo universus orbis terrarum jam laboribus consolatur) leges edere valeamus, quod nobis ad salutem ipsisque proficiat ad quietem et ineffabili nomini Tuo ad gloriam et honorem; sic enim oportet prius animas, deinde linguas fieri eruditas. Ergo more solito ejus auxilio invocato, qui Pater est luminum et omnium luminum principium et a quo omnia data optima fluunt, donaque perfecta descendunt: statuimus, cunctos montanos, quos Magnificenciae Nostrae regit judicium, sub hiis juris praeceptis, scilicet honeste vivere, alterum non laedere, jus suum unicuique tribuere, honeste conversari. Sed tamen cum cottidie contra leges agitur et mali male facere non verentur, ideo ne maleficia maneant impunita neque facti perversitas praesumptoribus transeat in exemplum, necessitate constringimur, noxios appetitus sub juris regulis limitare, ut mali metu poenae boni efficiantur, ac boni juris praemio meliores; nihil enim obedientia prodesset humilibus, si contemptus contumacibus non obesset; sic ergo nostrum propositum inchoemus. Quam intentionem

(Počínají se knihy práv horníkům vydaných od slavné paměti Václava druhého, mezi králi českými v počtu šestého, krále českého.)

### *Královské pozdravenie.*

Václav druhý, Boží milostí šestý král Český, kterýž najprvé královstvie polské mocí Bohem puojčenú témuž královstvie českému přivinul neb přispojil jest, horníkům svým všechněm po královstvie českém milost svú, a tyto knihy, a v nich pravú práva horničieho poznati pravdu.

### *Předmluva knih práva horničieho.*

Otče nerozený, studnice všie dobroty, kterýžto aby lidský národ dokonale živ byl, práva přeposvátná skrze ústa knížat božsky vydal jsi, přispojiž v nás poddaných Tvých též Tvé milostivé moci, abychom tak věrným našim horníkům (jichžto pracemi neb dielem netoliko královstvie naše, ale i vešken okršlek země těší se) spravedlivě práva mohli vydati, aby nám napřed k spasenie a jim ku pokoju prospievalo a nevýmluvnému jménu Tvému ke cti a slávě; neb tak mají dřieve duše a potom jazykové býti naučeni. Protož obyčejnú vášní jeho požádajice pomoci, jenž jest Otec světel a osvěcenie všech počátek a od něhožto všecka dáníe nejlepšíe plovú a darové dokonali sstupují: ustanovujem, aby všichni horníci, kteréžto Velebnosti Našie moc zpravuje, tato práva podnikli: najprvé aby počestně živi byli, druh druhu neškodili, právo jeho což komu slušie, každému dávali, příznivě s sebou obcovali, jeden druhého neurážeje. Avšak že ústavně proti právóm děje se a zlí zle činiti nestydí se, protož aby zlá děnie neostala bez pomsty, ani skutku převrácenost drzým neb smělym šla ku příkladu, potřebú býváme snuzeni, škodlivé žádosti pod pravidlem práva sevřieti, aby zlí strachem pomsty dobří byli učiněni, a dobří odplatú práva polepšeni; nebť by nic poslušenstvie pokorným platno nebylo, byť po-

hanc semper ponimus: Omne quidquid prius imperfectum aut confusum videbatur, hoc expurgare et perfectum ex imperfecto lucidius declarare. Cumque ex pluribus nobis quaestionibus per nostros montanos conquerendo propositis, instanter justitiam postulantes, multa collegerimus, tam propter juris ignorantiam quam propter defectum jurisque confu ionem correctione digna, sed legislatione clariore utique non indigna. Volentes ergo in hoc libro, cui nomen speciale adscribimus „Jus Regale Montanorum,“ omnem juris supplere defectum, et quidquid in jure veteri dubietatis fuerit, apertius enodare ac illuminatam omnibus desiderantibus doctrinam juris tradere montanorum; subtiliter intuendo, quod omnis res per divisionem melius aperitur, eo quod divisio cujuscunque operis animi legentis incitat, mentemque intelligentis praeparat, memoriamque artificiose reformat: idcirco hoc opus nostrum ad intelligentiam ampliorem in hos quatuor libros duximus distingendum, ut omnes, quorum interest scire haec jura, veteribus obmissis ambagibus, veram in eis juris prudentiam montanorum speculentur, et quod deinceps nostri juris illuminati beneficio per legitimos ipsius juris tramites ad justitiam faciendam sine devio salubriter gradientur.

Omne autem jus montanum, quo utimur, aut pertinet ad personas, aut ad argentifodinas, vel ad concessionem, petitionem et eorum coherentias.

## Lib er p r i m u s.

### Cap. I.

Sed primo de personis videamus; parum est enim jus nosse, si personae, quorum statutum est intuitu, ignorentur.

### Cap. II.

*De personis in argentifodinis opportunis.*

Superest primo videre propter notitiam juris montanorum de singulis personis in argentifodio opportunis.

§. 1. Et sunt principales personae urburarii, jurati, iudices et magistri montium, habentes a Nostra Regia Majestate potestatem reos iudicandi; demum sunt scriptores urburae. §. 2. Sunt et aliae personae mediocres, ut scansores, mensores, carpentarii et custodes, qui etiam ab hoc jurati dicuntur, ut utilia faciant et inutilia praetermittant, et quidquid infra terminos ipsis commissos sinistri viderint vel audierint, magistris montium et

tupa neposlušným neškodila; protož takto náš úmysl počneme. Jedno umění toto vždy pokládáme: všecko, cožkoli dřive nedokonalé neb smiešené a zmatené zdálo se, to vyčistiti neb zpravit i dokonalé z nedokonalého jasněji vylíčiti. A když ze mnohých žalob, skrže naše horníky žalobně nám vypravých, snázně žádajících spravedlnosti, mnohá jsme byli práva sebrali tak pro umění práva, jakožto pro nedostatek a práva smiešenie hodná opravovanie a práva jasnějšího dánie ovšem nenehodná: protož chtějice v těchto knihách, jimžto jméno zvláštne připisujeme „Právo královské horničie,“ každého práva doplniti nedostatek, a cožkoli v starém právé bylo pochybenie, otvoriťe vypraviti a osvícené neb jasné všem žádajícím naučenie práva horničieho vydati; vtipně vzevřevše, že každá věc skrže rozdelenie lépe bývá oznámena, a že rozdelenie každého diela úmysl čtúciho zbuzuje, mysl rozumného pripravuje a pamět umělého napravuje: protož toto dielo naše k rozumnosti širší na tyto čtvery knihy umienili jsme rozděliti, aby všichni, jimž příslušie tato práva uměti, staré opustice omyly, pravú opatrnost práva horního v nich spatřovali, a aby potom osvíceni jsúce dobrodiním práva našeho, po upřímých tohoto práva stezkách k činěnie spravedlnosti bez pochybenie chodili.

A poněvadž všeliké právo horničie, jehož požíváme, nebť příslušie k osobám, neb k dolóm a propojčkám neb podánie, a ku požádanie neb žalobám a jich příslušnostem:

## P r v n í e k n i h y.

### Kap. I.

Protož najprvé o osobách vizme; neb malát by věc byla poznati právo, kdyžby osoby, jichžto se právo dotýče, nebyly poznány.

### Kap. II.

*O osobách t. úřednicích potřebných při horním dielu.*

Protož najprvé potřebie jes věděti pro poznánie práva horního o všech i o každých osobách při dielu stříbra dobývání potřebných.

§. 1. A jsúť přední osoby t. *urburéri*, německy jenž obecně slovú *mincmajstrové*, úředníci diela královského, přisežní t. *konšelé*, súdece neb *rychtáři* a *pergmistři*, majice moc od Naší Královské Velebnosti, jiné súditi; potomť jsú *písařové urburní*.

§. 2. Jsúť pak i jiné osoby přednie, jakožto *lezci*, jenž obyčejně slovú *štajgeři* nebo *přihledači*, *měřiči*, *tesaři*, jenž obecně slovú

Čtvery jsú knihy práva hornieho královského.

Kto slovú prvotní osoby na horách.



colonis denuncient et accusent, quorum testimonium in hiis sufficiens atque validum approbatur. §. 3. Sunt postea coloni principales, qui vulgariter *gewerken* dicuntur, et secundarii, et tertii, et deinceps, qui vulgariter *lehenhewer* dicuntur, ad quos lucrum et dampnum illarum argentifodinarum, quas excolunt, principaliter dinoscitur pertinere. §. 4. Praeterea sunt et aliae multae personae, quorum coloni utuntur opera supradicti, de quibus infra suis locis plenius edicetur.

### Cap. III.

#### *De urburariis et regimine ipsorum.*

Tractaturi divina favente gratia de urburariis, de quibus parum vel nihil usque ad haec tempora scriptum est, cum tamen nihil sit de contingentibus obmittendum, luculentam trademus doctrinam.

§. 1. Urburarii autem dicuntur ab urbura, quam ipsis tota fide committimus gubernandam, ut universum populum montanum nobis acceptabilem reddant atque gratum (cujus defensorem nos constituit Oriens ex alto), ab omni injuria conservent, a quibuslibet noxis defendendo, discordiasque sedent inter suos subditos, ubique concordiam reformando; cur enim ad arma et ad rixas procedere patiantur, quos possunt sua jurisdictione compescere in quiete, ut dictus populus suis laboribus et nostrae rei publicae utiliter valeat insudare, argentifodium nostrum in omni parte liberaliter excolendo, et unusquisque pacifice possideat et quiete, quod sibi sors dederit divina; de suis itaque possint laboribus sub regali protectione merito jocundari, non, ut quod quisque vigilans laboransque lucri invenerint, alterque dormiens negligensque sine ratione occupet violenter, quia laborantibus, et non negligentibus nostris intendimus legibus subvenire, nec quemquam alterius locupletari jactura juxta legitimas sanctiones jus patitur naturale. Sed cum homo dignissima sit creaturarum, eo quod sibi competit uti ratione, optamus omnia haec fieri praevia ratione, quae virtutum omnium dicitur esse mater, prout auctoritate eminentissimi moralis philosophi Senecae receptum est dicentis: quod virtus est filia rationis, iterumque scribentis imperatori Neroni, a rationis regimine exorbitanti: si vis omnia tibi subjicere, te subijce rationi; multos enim re-

*címrmané, a strážní t. hutmanové, kteřížto proto slovú přísěžní, aby užitečné věci činili a neužitečné opúšťeli, a cožkoli mezi mezemi jim poručenými scestného viděli-by neb slyšeli, to aby hormistróm a gverkóm zvěstovali a obžalovali, jichžto svědecstvie v těch věcech dostatečné a hodné tvrdí se. §. 3. Jsúť potom těžaři horní prvotní, jenž obecně kverkové slovú, a druží i třetie a dále, jenž obecně slovú lénhavěři a česky podaní, k nimžto zisk a ztráta těch doluov stříebra, kteréž dělají, prvotně slušie a předně. §. 4. Potomť jsú jiné osoby mnohé, jichžto horní těžaři předpovědění požívají, o nichž doleji na svých miestech plněji vypovíme.*

Svědectvie  
prísěžných  
bor. Količeři  
jsú kverci.

### Kap. III.

*O urburečích, t. starostách diela královského a o jich súdném právu a úřadu.*

Chtějíce popriem Božské milosti o urburečích, totjižto diela královského starostách, praviti, o nichžto málo a téměř nic až do těchto časuov psáno jest, poněvadž z příhod nic nemá býti opuštěno, světlé vydati naučenie.

§. 1. Slovúť zajisté urbureči od urbury, to jest dielu, dielu královského, kterážto celú vierú poručíme (jim) k spravování, aby veškeren lid horničie, nám libý a vzáctný, (je-hožto obrancí nás z výsosti Vyšlý ustanovil jest), ode všeho bezpravie bez úrazu zachovali, ode všech škodlivých věcí je obraňující a sváry mezi poddanými ukročovali, všudy svornost napravující; nebo pročby se jim dopúšťeli utiekati k brani a k súdóm, kteréž mohú mocí uklidu práva (svého) ukročovati, aby řečený lid díla svého a našeho obecného dobrého užitečné mohl pilen býti, doly stříeborné naše se všech stran svobodně dělaje, a aby jeden každý pokojně vládl tiem a s odpočnutiem, což by jemu dalo Božské štěstie, a z prací robot svých mohl by se pod královskú obranú hodně těšiti; ale ne tak, když kdokoli bdě a pracuje co zistného nalezl by, jiný zmeškalý spě bez rozumu aby sobě to osobil násiliem; nebo tēm, jenž pracují, ale ne zahálečóm mínime právy našimi pomáhati; aniž komu, aby zbohacen byl cizí škodú, vedle řádných ustanovenie právo přirozené strpí. Ale poněvadž člověk najduostojnější jest stvořenie, protože jemu příslušie rozumu požívati, žádáme, aby ty všecky věci byly jednány s předcházející rozumností, kterážto slove máte všech ctností, jakožto z řeči zveličeného mravného mudrce Seneky vzato jest, řkúciho, že ctnost jest dcera rozumnosti; a opět kdežť píše k Nerovi ciesaři Římskému, vystupujícímu od správy rozumnosti

Proč slovú  
urbureči.

Kteráci mají  
býti třiedníci.

ges, si ratio te reget. Patet ergo, quod cum ratione regentes veri regiminis tramite nequeunt deviare. Expedi itaque bonis rectoribus diligenter in omni regimine custodire, ne nimium humiliter cum suis subditis conversando, ipsorum vilescat auctoritas, eo quod ex aequali conversatione contemptus nascitur dignitatis; neque ex nimia autoritate sibi reddant populum onerosum, cum importuna asperitas ab obedientia populum exorbitare compellat; sic omnia, quae cum ratione praevidentur, feliciori exitu terminentur. Postremo autem praecipimus omnibus nostris officialibus hanc curam esse praecipuam, ut libertatem, quam sibi a suis superioribus conservare desiderant, etiam suis inferioribus bona custodiant voluntate. Ne autem inferiores ex eo contra superiores in aliquo se extollant, regalis gratiae praecipimus sub obtentu, quatenus ipsi honorando ac obediendo superiores omni reverentia revereantur, ita ut inferior gradus agnoscat meritum potioris, quia ordo rationis confunditur, si unicuique honor debitus non servatur. Hoc enim edictum summam continet aequitatem et sine cujuscumque indignatione justum; quis enim spernabitur idem jus sibi fieri, quod alteri facturus est?

## Cap. IV.

### *De officio urburariorum.*

§. 1. Ad officium urburariorum principaliter dinoscitur pertinere, de omnibus utilitatibus et circumstantiis montium prospicere vigilanter, utilitatemque regiam praecipue tamquam pupillam oculi summa providentia custodire, ne per desidiam, dolum vel versutiam cujusquam in praedudicium publicae utilitatis aliquid machinetur. §. 2. Pertinet etiam ad officium eorum, fere omnia jura montium conferre, cum distinctione tamen, quam infra de magistris montium plene dicemus. §. 3. Habent etiam ex suo officio potestatem, omnibus magistris montium more solito statuere juramenta, et ipsos si in suo officio negligentes fuerint, remove, si coloni in ea parte inventi fuerint desides et remissi. §. 4. Est etiam eorum officii cum juratis montium de victualibus, aliisque rebus in montibus necessariis provide ordinare, prout communi utilitati melius noverint expedire, corrigendo diligenter omnia, ex quibus culturae montium posset impedimenti aliquid exoriri, ita [ut fidelitatis ipsorum constantia possit in Nostrae Serenitatis praesentia dignis favoribus merito commendari.

řka: Chcešli všecky věci sobě podrobiťi, podrob se samého rozumnosti; neb mnoho budeš spravovati, bude-li tě rozumnost spravovati. Protož vědoměť jest, že ti, ktož se rozumností spravují, od stezky pravé správy nemohú poblúdiťi. A tak užitečnoť jest dobrým správcíem pilně mieru v každé správě zachovati, aby příliš pokorně s poddanými svými obcujice své moci nezlehčili; neb z čelednieho a rovného obcovanie potupa se zarozuje duostojenstvie; aniž také přílišným ukruťenstviem čiňte sobě lid obtiežený; neb nehodná ukruťnosť pripuzuje lid z poslušenstvie vystúpati; a tak všechny věci, kteréž jsú s rozumností přezvěděny, s šťastnějším průchodem konají se. A posléze prikazujem všem našim úředníkóm o to zvláště pečovati, aby svobodu, kteréž sobě od svých vyšších žádají zachovati, taktěž svým nižším a poddaným dobrou vůľi zachovávali. Ale aby nižší z toho proti svým vyšším v ničemž se nepozdvíhali, pod zachovááním královské milosti prikazujeme, aby oni své vyšší ctíce a jich poslušajice vši poctivostí ve cti měli, tak aby nižší stupeň poznal zaslúženie a hodnosť pořádku vyššího; neb řád rozumnosti bývá pohaněn, když jednomu každému dlužná poctivost nebývá zachována. To zajisté ustavenie svrchované drží v sobě rovenstvie a spravedlnost bez každé nelibosti, kto zajisté vzhledá, aby se jemu též právo dálo, kteréž on má činiti jinému ?

Kterak se  
poddani mají  
mieti k star-  
ším.

#### Kap. IV.

*O úřadě mincmajstruov neb urburěťuov a hoffmistruov, co na jich úřad přísluší.*

nostram saluberrimam constitutionem eisdem concessionibus, sive bonae sive viles fuerint, ipso jure esse privatos, omneque lucrum quod exinde habuerit idem magister montium, tam ab ipsis colonis, quam magistro montium per virum clarissimum, camerarium nostrum, cum duplo extorquendum et nostrae camerae irrogandum, ut poena docente discant, quam grave sit, regalem offendere majestatem. §. 9. Sed ubicunque fuerit concedendum, colonis multitudine expensarum se nolentibus onerare, quia tutius est paucis idonee interesse, quam multis se ingerere periculose: tunc magister montis in unum omnes suos convocet colonos, die et loco eis assignatis, in quibus commode valeant interesse; et si omnes tunc venerint vel ad minus de duabus schichtis, et una XXXII. parte excipientes in monte vel laneo illo vel etiam concessionem, si adeo magna fuerit, quantum pro sua voluerint retinere cultura: quidquid tunc superfuerit ibidem sine colonorum detrimento aut periculo excolendum, illud magister montis secure concedat, proprietate sibi a colonis statuta, et ad terminum deputatum. §. 10. Si autem nolent vel neglexerint convenire, vel si convenientes in concedendo, aut de proprietate eis danda, aut ad quem terminum, concedatur, noluerint vel nequiverint concordare, eo quod naturaliter negligitur, quod communiter possidetur: ex tunc urburarii nostri vel magister montis ibidem illa concedenda pro majori proprietate et ad breviorum quem potuerint terminum audacter concedant; interest enim nostra, ne quis nostro argentifodio abutatur. §. 11. Sane si aliquis, vel aliqui colonorum in eodem loco praesentes non fuerint, quod ad dictum tractatum merito fuerint evocandi, nec vocentur: quidquid tunc vocati illis absentibus stauerint, absentibus non vocatis, in suis partibus nullum praejudicium generabit, si ordinationi ipsorum noluerint consentire, quia, quod omnes tangit, ab omnibus approbandum est, et ideo plus obstat contemptus unius absentis in hac parte, quam multorum contradictio in praesenti. §. 12. Si autem unus vel plures ex colonis quibuscunque modis fuerint absentes, ita quod commode vocari non possint, vel difficilis sit eorum vocatio: volumus taliter se absentantibus legitimos statuere procuratores, qui in omnibus tractatibus argentifodinarum ubicunque coloni fuerint, suppleant vices eorum, ut si universitas suorum colonorum agat, vel ab aliquo conventa se defendat, quod cum eisdem intersint, ne argentifodium nostrum ob alicujus absentiam retardetur; unde talium deinceps absentia non obstante, judices et magistri montium in omni tractatu et judicio procedant, in quantum de jure fuerit procedendum. §. 13. Porro si legitimo quis detentus fuerit impedi-

poněvadž jedného jest potrebie, aby čincie i povolující rovná pomsta skrotila, prikazujeme, aby ti, kteřížto jsú ty propojčky přijali tiem obyčejem na bezpravie svobody všech horníkuov, skrze toto naše přespasitedlné ustanovenie těch propojček, buďte drahé neb laciné, týmž právem aby byli zbaveni; a veškeren zisk, kterýž by odtad měl ten pergmistr od těch kverkuov, jakožto i od pergmistrstvie, skrze muže přeslovutného komorníka našeho dvénásobně má býti pobrán a do naše komory obrácen, atby pomstú byli naučeni, jak těžké jest, rozhněvati královskú velebnost. §. 9. Ale kdežby se koli mělo dieti propuojčenie, kdež by kverkové množstvím nákladuov sebe nechtěli obtiežiti, poněvadž bezpečněji jest v malé a nemnohé věci se uvázati: tehdá pergmistr v jednotu všecky své kverky svolaj, den a miesto jim ulože, v němžto podobně mohli by se sjíti; a jestližeby tehdy všichui přišli, aneb najméně jich ze dvou šichtú, a tak vynmúce druhý a třicátý diel v hoře neb v tom lénu, nebo také v propojčice, ačby tak veliká byla, což by k svému chtěli ostaviti dělání a zachovati: což koli v ta doba ostane tudiež bez těch kverkuov škody nebo ujmy k dělání, to pergmistr bezpečně propuojč podle vlastnosti jemu od kverkuov ustanové k cíli určenému. §. 10. Pakliby nechtěli aneb zmeškali se sjíti, aneb ač by se sejdúce v propojčice nebo o zvláštosti, kteráž by jim měla dána býti, nebo k kterému cíli propuojčena, nechtělily nebo nemohliby se srovnati, protože od přirozenie bývá obmeškáno, což se od mnohých vuobec vládne: tehdá urbureři naši nebo pergmistr tudiež ty propojčitedlnosti k větši vlastnosti jakž mohú a k kratšímu cíli propůjčte; slušit zajisté na nás, aby hor našich izádný zle nepožíval. §. 11. Pakliby kteří z kverkuov na tom miestě přítomně nebyli, kteřížby k řečenému jednání hodně měli povolání býti a nebyliby povolání: tehdá cožkoli povolání bez nich by ustanovili, nepřítomných nepovolajíce, v jich dielech izádné bezpravie neb škoda se nestane, nebudú-li chtieti přivoliti k jich zjednání; nebo což se všech týče, ode všech má býti pochváleno neb pojištěno; a protož víceť překážie potupa jedného nepřítomného s té strany, nežli odpor mnohých v přítomnosti. §. 12. Pakliby jeden z kverkuov neb jich více kterýmiž koli obyčejí nebyli přítomní, tak žeby podobně nemohli přivolání býti aneb nesnadné bylo-by jich povolání: chceme, aby tak se pokrývající zvláštne ustanovili poručníky, kteříž by ve všech jednáníech stříbrných doluov, kdež koli kverkové byli by, naplnili jich miesto, aby, kdyžby obec jich spolukverkuov co vedla aneb od něho jsúc narčena bránila se, aby s nimi přítom byli, aby hora naše pro něč nepřítomnost nebyla zmeškána; protož

Pokuta.

Připropuojčce pergmistr svolaj kverky.

Nepuojdú-li kverkové k obealáníe.

Co jedni kverkové učinle bez druhých, nenleť stálé.

O nepřítomnosti kverkuov.



mento, et mittat nuntium idoneum, apud judicem vel magistrum montis suam absentiam expurgando, illi solum suffragetur necessitas excusandi. Non enim negligentibus subvenitur, sed rerum necessitatibus praepeditis, cum ab omni lege urgens necessitas sit excepta. Quoad judicia hoc quod dicitur, hic locum habere sancimus, sed quoad tractatus, qui habentur pro utilitate montium promovenda, in quibus mora consuevit esse periculosa, nullius absentia, dummodo vocatus aut vocati fuerint, excusetur; non enim debet in his absentia paucorum redundare in dispendia plurimorum. §. 14. Ad aeternam etiam statuimus memoriam, ad multasque discordias evitandas, ut omnes deinceps concessionibus cum proprietate et termino sub bono testimonio conscribantur; nam magistri montium sine scriptura non possunt quandoque omnium quae faciunt recordari; omnium enim habere memoriam, et in nullo penitus peccare, magis divinitatis est, quam humanitatis. Itaque magistrorum montium fides salvatur, litigantium jure in hac parte integro permanente. Quorum omnium clarior intellectus infra libro tertio de concessionibus Deo propitio nobis adventurus est. §. 15. Debent insuper magistri montium prospicere diligenter, ut sub ipsis laborantibus pretium debitum et debito tempore persolvatur; alioquin ipsis laborantibus in ipsorum praesentia pretio requisito, aut coram ipsorum nuntio et uno colono, ad hoc per ipsos magistros montium legitime destinatis, solutionem celeri instantia studeant ordinare vel partes, pro quibus laboraverint, more solito appropriare; summa diligentia praecavendo, ne alicui pro aliquibus debitis suum metallum occupent, quam pro communi expensa montana. §. 16. Item sciant universi urburarii, magistri montium et coloni, nullos de cetero cum metallo penitus remunerandos, exceptis refectoribus bulgarum, divisoribus et separatoribus metalli et horarum pronuntiatoribus; hos solos remunerari volumus cum metallo. Verumtamen a magistris montium omnibusque aliis donatoribus, in his et aliis omnibus donationibus haec temperamenti aequitas observetur, ut quibus tribuunt, competens subsidium conferant, et quibus tollunt, gravia dampna non inferant. §. 17. Imo etiam esse debet consideratio pietatis, ut pauperibus laborantibus tale pretium computetur, de quo valeant sustentari, ne propter defectum alimentorum necesse cogantur, rapere aliena; et utique alimentorum administratio deflectiva familiares fures efficit et latrones, a quibus magistri montium sibi custodiant studiosae. Non obmittentes de omnibus circumstantiis montium septimanis singulis a custodibus, carpentariis et a quibuscunque poterint, inquirere veritatem, et errores corrigant et manuteneant utiliter ordinata, expedite providendo

takových potom nepřítomnosti bez překážky sůdce a perg-  
mistři ve všem jednanie a sůdu jednajete, jakož z práva má  
jednáno býti. §. 13. Pakliby hodnú kto zadržán jsa pře-  
kážku posla poslal hodného, před sůdci nebo pergmistrem  
svú nepřítomnost vymlúvaje, tomut samému zpomoci má po-  
třebnost výmluvy; nebť zmeškalým nebývá spomoženo, ale  
potřebami hodnými zaneprázdněným, poněvadž pilná potřeba  
od každého práva jest vyňata. Jelikožto k sůdom tomu, což  
se tuto praví, miesto ustanovujem, ale ve všech svoláních,  
kterěž mievají pro vypósobenie užitka horského, v nichžto  
dlenie zvyklo jest býti škodlivé, aby žádného nepřítomnost,  
když jedno povolán neb povoláni byli by, nebyla vymlú-  
vána; nemá zajisté v těch věcech nepřítomnost mála obrá-  
titi se na škodu mnohých. §. 14. K věčné také ustanovu-  
jem paměti a k uvarování mnohých svárúov a sůduov, aby  
všecky potom propojičky s zvláštností i cílem pod dobrým svě-  
dectviem popsány byly; nebo pergmistři bez písma nemohú  
druhdy všech věcí, kteréž činie, pamatovati. V všech zajisté  
věcí jmieti paměť a v ničemž ovšem nepohřešiti neb nepo-  
chybiti, více slušie na Boha nežli na člověka. A tak viera  
pergmistruov zachována bývá tiem popsáním a právo sůpe-  
ruov, totjižto sůdicích-se, v té mieře vcele zuostává. Jichžto  
všech jasnější rozum dole v třetích knihách o propojičkách  
Božským smilováním nám má přijíti. §. 15. Majit nadto  
pergmistři opatrovati pilně, aby těm, ktož pod jich zpravú a  
moci dělají, mzda dlužná a v čas uložený byla placena; jinak  
kdyžby dělníci před nimi požádali své mzdy aneb před jich  
poslem a jedniem kverkem, kteréhož k nim pošli pergmistrové,  
majit pilnú rychlostí těm dělníkóm mzdu jich zaplatiti, aneb  
tále, v nichžto dělají, jim vzdáti zvyklým obyčejem; avšak  
mají se vystřiehati svrchu psanú pilností, aby izádnému pro  
jeho dluh jeho rudy nestavili, kromě pro obecni náklad  
horský. §. 16. Také vězte všichni urburěti, pergmistři a kver-  
kové, aby žádnému rudú neplatili, kromě opravitelóm hutí  
vodných měchuov, rozdělitelóm a rudy přeběračóm a hodin  
ohlasitelóm; chceme, aby ti sami darováni byli rudú. Avšak  
od pergmistruov a všech jiných dařiteluov v těch i v jiných  
ve všech darováníech tato rovnost skrovnosti buď zachována,  
aby, komuž dávají, slušnú pomoc dávali, a jimžto berú, aby  
těžkých škod nečinili. §. 17. Nébrž máť býti milostivě opa-  
trováno, aby chudým dělníkóm taková mzda byla uložena,  
jižto mohli by se vydržeti a živiti, atby pro nedostatek po-  
krmuov připuzeni nebyli nuzně chvátati cizích věcí; a zajisté  
nedostatečné přidávání pokrmuov činí čeledíny zloděje a  
lotry, od nichžto pergmistři vystřihajte se snažně. Ne-

O témž z  
hodné přitel-  
ny.

Komuž perg-  
mistr tále  
propuocí, má  
je s svědky  
zapsati.

O mzdě děl-  
níkuov.

Dělníkóm  
bud placeno  
penězi ale na  
rudú.

Buď jim pla-  
ceno slušně,  
aby nekradli.

de lignis, ferramentis, funibus et omnibus aliis rebus in argentifodio opportunis, et ubicunque rotæ fuerint, omnem providentiam adhibeant, ut nulla negligentia necessarios labores retardet. §. 18. Est etiam coram eis omnium expensarum computatio facienda, ne inutilis fiat expensa, vel utilis aut necessaria obmittatur. §. 19. Ad ipsorum autem spectat iudicium, leves injurias circa effusionem sanguinis in locis sibi commissis irrogatas inter suos subditos judicare. Et de concessionibus potestas ad ipsos pertinet judicandi, nisi tunc propter difficultatem causarum et personarum eminentiam majus requirant tribunal. §. 20. Item quicumque aliquas partes quocunque modo alienaverit, ipsis magistris montium eas resignet, ut accipientem de eisdem partibus investiant, prout ordo juris expostulat et requirit; alioquin investiendus illarum partium possessione carebit, ne aliquid juris sibi esse acquisitum sine resignatione et investitura poterit allogare. §. 21. Bene ergo convenit magistros montium, tot ac diversis laboribus oneratos, dignis præmiis consolari, nam omne opus levius fieri solet, dum ejus præmium cogitatur, cum vere spes præmii solatium sit laboris. Volumus singulis magistris montium septimana qualibet septem denarios grossos, prout veteribus dudum jam placuit, computari; insuper in solemnibus festivitatibus more consueto juxta lucrum argentifodinarum, quibus praesunt, contenti, ut praedictum est, subsidio, non in metallo, sed in denariis consolentur. Hoc ideo, quia magistri montium cum ceteris officialibus in his festivitatibus consueverunt cum magna avaritia totum enucleare metallum, veris colonis tantum furfura relinquendo. Itaque gaudium istorum in moerorem convertebatur colonorum, quod de jure stare non debuit. Sed Nostræ Serenitatis provisio semper invigilans commodis subjectorum, decrevit urburiosos una cum scriptoribus urburæ has donationes aequali aequitatis temperamento utrobique ordinare, ut nulla de hiis quaestio vel disceptatio amplius hebeatur. §. 22. Pluries etiam auribus nostris innotuit, per lapides manuales dictarum festivitatum urburæ nostræ non modicum decrevisse, quibus urburarii una cum scriptoribus urburæ contra fidem nobis debitam dicebantur (quamvis forte sic non esset in nostrum dispendium) amisisse. Sed cum nobis innata pietas in odore bonæ famæ magis, quam infamia delectetur, suos subditos quaerens praesenti constitutione in hac parte immaculatos a tali falsæ suggestionis infamia conservare: hoc edicto etiam statuit inviolabiliter observandum, quod nullus magistrorum montium plura officia vel plures quam unum habeant magistratum, ne dum ad utrumque festinet, neutrum bene peragat;

opúšťajúce ničehož ze všetch okolkuov a príslušností horských, na každý týden od strážných neb hutmanuov, od tesařuov neb cimrmanuov a od ktorýchž koli mohli by se pravdy uplati, aby bludy a nedostatky napravorali a užitečne zjednané rukú drželi, t. zpravovali, snažně obmýšlejice a dobývajúce lesu, želez, provazuov i všetch jiných věcí k dolóm potrebných, a kdežt koli kola budú, všicku opatrnost přičiňte, aby žádná zmeškalost potrebného diela nezmeškala. §. 18. A máť před nimi vešken počet nákladuov býti vydáván, aby daremní nákladové nebyli činěni a potřební opúštění. §. 19. Příslušie také k jich soudu viny, kdyžto druhému z jich poddaných lehké bezpravie učiní aneb bez krve prolitie urazí. Semť také příslušie moc o propojčkách súditi, lečby pro neszáz pře a osob povyšenje vyšší stolice měla hledána býti. §. 20. Také ktož koli z kverkuov táluov svých kterýmkoli obyčejem chce odbyti, tehdy ty tále má vzdáti pergmistřom, aby toho, ktož chce přijieti, uvedli, jakož toho pořádek práva žádá. Jinak uvedený ten, ktož je má přijieti, těch táluov byl by zbaven, aniž co práva sobě dobytého bez odevzdání a uvedenie sobě moci bude dovesti. §. 21. Protož dobřet příslušie pergmistřom, jenž jsú tak mnohými a rozličnými pracemi obtieženi, at by hodnými odplatami byli utěšeni; neb všeliká práce lehčejí nésti se obyvká, když se na její odplatu myslí. A poněvadž naděje odplaty utěšenie jest práce, protož chceme, aby každému pergmistru týden každý sedmdesátných grošuov, jakož se starým dávno líbilo, bylo účtěno a dáváno, a nadto na slavné svátečnie hody obyčejem zvyklým vedle užitkuov neb ziskuov doluov stříbrných, kterýmiž pergmistři vládnú, slušnú, jakož předpovědieno jest, pomoci mají býti utěšeni, ne na rudě, ale na peněžích. A to proto pravíme, nebo pergmistři s jinými úředníky horními na ty hody zvykli jsú s velikým lakomstvím nejlepší vylupovati neb vybierati rudu, pravým kverkóm toliko otrusky ostavujice, a tak radost těchto v žalost obracovala se kverkóm, a to z práva státi nemohlo jest. Ale Našie Jasnosti obmyslnost, vždy jsúc bedlivá pohodlnostem poddaných, ustanovila jest, aby urburěři spolu s písari urbury ta dávání střídmosti rovné rovnosti s obú stranú sjednávali, aby izádná sváda neb hádání o těch věcech potom nebývalo. §. 22. Často také ušima našima oznámeno jest, že na ty hody skrzě rozdávání hantštanuov našie urburě nemálo scházelo, jimžto urburěři i s písari urbury proti viere nám dlužné praveny jsú povolovati, ač toho snad nebylo s našie škodú. Ale poněvadž nám přirozená milostivost raději u vuoni dobré pověsti a jména dobrého svých úředníkuov kochá se, nežli v jich pohanění, své poddané

Pokud mají moc propuoj - šovati.

O přijímání a vzdávání táluov.

O záplatě za pergmistřovsku práci.

Kto a pokud má platiti pergmistřom.

Rozdávání hantštanuov pergmistřom.

absurdum est namque juxta legitimas sanctiones, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Et quoad hunc articulum, praesentem constitutionem ad omnes montium officiales volumus cum omnibus suis conditionibus prorogari.

## Cap. IX.

### *De scriptoribus urburae.*

Juxta ordinem jam praemissum de scriptorum officio summe necessario nostram urburae scribentium videamus, quorum assertioni propter juramentum per ipsos nobis praestitum fides exactissima adhibetur.

§. 1. Unde bene congruit rationi, ut non solum boni, sed meliores nobis ad hoc officium ordinentur, et ipsis juramentum in praesentia camerarii nostri, viri clarissimi, nostro nomine statuatur, quod legaliter suum exercent officium, et procurant, quod tam nos, quam nostri montani in omnibus sibi commissis conserventur indemnes; nec cuiquam ex eorum officio praejudicii aliquid generetur, sed justorum roborati constantia, nulliusque errore concussi, aut favore, aut blandimento seducti a veritatis deviant ratione, salubriter animadvertendo, melius esse pro veritate pati supplicium, quam capere pro adulatione praemium, sed solum ad Nostram respectum habeant Majestatem. §. 2. Ideoque summis vigiliis studeant insudare memoriae praeteritorum, scientiae praesentium et providentiae futurorum, ut in hiis omnibus circumspecti, quotienscunque ad ipsos tamquam ad regale registram quaestio deferatur, de omni metallo suis temporibus sublato in montibus et expensis montium sciant nos, et alios, quorum interest, indubitabiliter expedire, ut et ipsi, quorum assiduis laboribus tam utiliter, quam decenter nostra respublica procuratur, per nostram munificentiam tamquam virtutum praemia merentes, dignis beneficiis consolentur, ita quod de regia provisione merito gloriantur. §. 3. Volumus insuper, firmiter statuendo, quotienscunque in montibus specialis vel nobis in subsidium indicitur contributio generalis, juratos nostros scriptores habentes experientiam plenam omnium montium et lucrorum per argentifodiam universum, cum juratis montium ipsis contributionibus interesse, fideliter praecavendo, non ut secundum odium vel favorem, sed ut unusquisque juxta suam contribuat facultate-

hledajice tiemto ustanoveniem v té mieře neposkvrnené od takového falešného ponuknutie a zlé pověsti zachovati: túto výpovědi ustanovila jest, aby bylo bez porušenie zachováno, aby ižádný z pergmistruov viece úřaduov neb pergmistrstvie než jednoho nemieval; aby, kdyžby k oběma kvapil, ižádného dobre nezpuosobil. Ohavné zajisté jest podle pravých ustanovenie, kdyžby smiešenými činy zamúčení byli úřadové. A jelikožto k tomuto ustanovenie chceme, aby všickni horští úředníci se všemi jeho povahami zavázáni byli příslušetí.

### Kap. IX.

*O úřadu písaře urbury, to jest dielu královského.*

Podle řádu již pověděného o úřadu písařův velmi potřebném, kteříž naši urburu popisují, vizme, jichžto svědectvie pro přísahu od nich nám učiněnou viera přeplná přidána bývá.

§. 1. Protož dobřet příslušie rozumnosti, aby netoliko dobří, ale i lepší nám k tomu úřadu byli zjednáni, a jim přísaha v přítomnosti komorníka našeho, muže přeslovutného, naším jménem buď ustavena, tak aby řádně svůj úřad vedli a zpuosobovali, aby tak nás, jakožto i naše horníky ve všech věcech jim poručených bez škody zachovávali; a aby ižádnému z jich úřadu ižádné bezprávie se nedálo, než aby spravedlivých jsúce posilnění stálostí, ižádným bludem nebyli utiskováni, aneb přiezni aneb pochlebenstviem svedeni od rozumnosti pravdy nepochybovali, spasitedlně anebo zdravě snabdějice, že lépe jest pro pravdu trpěti muka, nežli přijemati za pochlebenství odplatu; a tolikot k Našie Velebnosti mají zřenie jmiati. §. 2. A protož svrchovanými bedlivostmi pilní pracovati buďte o paměť minulých věcí, vidomie přítomných a obmyslnost budúcích, aby v těch ve všech věcech jsúce opatrní, kolikrátby koli k nim, jakožto k královskému pravidlu otázka byla přinesena, o všeliké rudě za jich času zdvižené na horách a o nákladiech hor uměli by nás i jiné, na něžto slušie, bez pochyby zpravití, atby oni i ti, jichžto ustavičnými pracemi tak užitečné, jakožto slušie, naše obecné dobré jedná se, skrze naše obdarování, jakožto svých ctností mzdy zasluhující, hodnými dobrodinstvími byli utěšeni, tak aby z královské obmyslnosti hodně se chlubili. §. 3. Chceme nadto, pevně ustanovující, aby kolikrát koli na horách zvláštně nebo nám na pomoc vzpovědiena byla berně obecně, přísežní naši písařové, kteříž mají plnú známost všech hor i užítkuov po všech dolech, s přísežnými horskými při těch berniech bývali, věrně se vystřiehající, aby ne podle nenávisti aneb přiezni, ale aby jeden každý vedle svého statku berni dal, nebo

O svědectvie písaře urburniho.

Kto má býti písařem urburním a o jich přísaze.

Oč má pečovatí.

Kto jej má vopravovatí.

Písař urburní vyberaj berni na horách.

tem; nam ab universis aequale pondus facilius toleratur. Unde cauti sint in hac parte scriptores, quatenus unus ex ipsis a principio istis intersit contributionibus usque in finem; per ipsos enim de omnibus hiis, ut aequaliter ordinentur, perfecte scire volumus veritatem. Ideoque hoc statuitur, quia certe caret suspicione negotium plurimorum consiliis confirmatum. §. 4. Verum quia omnibus placere non possunt, cum ex officio suo teneantur, multos non solum arguere, sed etiam increpare: quare ipsos in nostram protectionem digne recipimus specialem, firmiter praecipientes regiae gratiae sub obtentu, ne aliquis ipsos, cujuscunque praeeminentiae fuerit aut dignitatis, in rebus vel personis praesumat aliquo modo perturbare. §. 5. Sunt et alii simplices scriptores, solum montium scribentes expensas in diversis locis hinc inde sibi commissis, quorum institutionem, praeter in hereditariis montanis, ad nostros volumus urburarios pertinere, praedictorum tamen juratorum scriptorum consilio requisito, quibus illi tenentur subesse propter rationem expensarum montium septimanis singulis faciendam.

### Cap. X.

#### *De officio scansorum.*

Cordi nobis est, omnem onerosam multitudinem juris beneficium refrenare, quae nihil confert commodi vel honoris, sed solum rebus necessariis insudare, proferentibus fructum suis temporibus honorosum.

§. 1. Unde decrevimus, nullos de cetero nisi nostros generales in montibus esse scansores; illos quorum abusus ante constitutionem hanc in diversis pauperum oppressionibus frequentabatur, penitus abolentes. Generales vero volumus esse scansores, quos urburarii pro communi utilitate nomine nostro statuent, ad magis duos, nisi tunc assiduitas laborum et dilatatio argentifodinarum, de necessitate unum, vel duos ipsis adjungi requirant; super quo urburariorum conscientiam oneramus, quatenus hic et alibi inutili multitudine resecata, nostrorum montium cultores relevent in sumptibus expensarum; peccatum est, fieri per plura, quod expediri poterit per pauciora. §. 2. Dicuntur autem scansores, propter scandendi frequentiam, quia officium eorum est, diu noctuque perscandere montana universa, sub virtute praestiti juramenti in argentifodinis corrigere ad communem utilitatem omnia corrigenda. Et ubique concessionem aut fines invenerint concedendos, magistrum montis ibidem vel custodes loco ipsius (si copiam ejus habere non poterint) admoneant manifeste, quatenus illa concedenda infra quartam horam diei noctisque proxime ve-

ode všech rovné berně snáze se snášejí. Protož opatrní v tom buďte písařové, aby jeden z nich při té berni býval od počátku až do skonání; neb skrze ně o všech těch věcech aby rovně řízeny byly, chceme dokonalú zvědětí pravdu. A protož toto jest ustanoveno, nebo nemalú zlého domněnie, což účinku mnohých svolením potvrzuje. §. 4. Ale žeť se všem libiti nemohú, poněvadž z úřadu svého mnohé dlužni jsú netoliko treskati, ale i jim zláti: protož je v naši obranu zvláštní přijímáme, prikazujíce pod zachováním královské milosti, aby ižádný, kteréhož by koli byl povýšenie nebo duostojenstvie, jich na statcích nebo na osobách nesměl kterak koli zamúcovati. §. 5. Jsúť i jiní sprostní písaři, toliko horní popisujíce náklady na rozličných místech onde i onde jim poručených, jichžto usazovanie kromě na dědičných horách chceme aby na urbureře naše slušalo, s radú však předřečených přísežných písařuo, pod něžto oni mají slušeti a jich dlužni jsú poslúchati pro počet nákladuo horních, kterýž mají na každý týden činiti.

Svoboda písaře urburiho na statku i na osobě.

O dolních písařích.

## Kap. X.

*O úřadu lezcuov neb dolních přihledačuov, jež slovú štajgeri.*

V srdci nám jest, všecko těžké množstvie dobrodiním práva skrotiti nebo staviti, kteréžto nic nepřinášie pohodlé ani počestnosti, ale toliko o věcech potřebných pilnost jmieti, kteréž plný užitek časy svými přinášejí poctivosti.

§. 1. Protož ustanovili jsme, aby ižádných potom kromě našich obecních na horách nebývalo štajgeruo; ty, jichžto zlý užitek před tímto ustanovením v rozličných utiskováních chudých obecn byl jest, ovšem zahlazujíce; než chceme aby obecní byli štajgeri, kteréžto urbureři pro obecní užitek jménem naším ustanovie, a najvíce dva, lečby tehdy ustavičnost prací a rozšírenie doluo z potřebnosti jednoho neb dva jim přidati požádaly; a v tom urbureřuo našich obtěžujeme svědomie, aby zde i jinde neužitečné množstvie ujmuče neb odtúce, našich hor kverky oblehčili na nákladiach ztrav; neb hříech jest zajisté, aby se dalo skrze mnohé, což muož spósobeno býti nemnohými. §. 2. A slovút štajgeri nebo lezci pro časté lezenie, neb na jich úřad slušie, dnem i nocí všecky hory prolezti, pod mocí učiněné přísahy v dolech opravovati k obecnému dobrému všecky věci, kteréž mají opraveny býti. A kdež koli meze neb propojičky propuojčitedlné nalezli by, tehdá pergmistra tudiež aneb strážné miesto něho (když přítomnosti jeho jmieti nemohú) napomeňte zřejmě, aby ty věci, kteréž mají propuojčeny býti, ve čtvrti dne a

Štajgeri toliko obecní buďte a ne zvláštní.

Kto je volí a ssadí, někdy jich muož více býti.

Od čeho slovú štajgeri.

Oč mají pešovati.



nientem concedant. Alioquin ipsi scansores de licentia urburiariorum dictos fines concessioneseque laboratoribus conferant expeditius pro majori proprietate, qua poterint, ac termino brevioro, ne nostrum argentifodium ulla parte vacuum remaneat et incultum; nullas partes sibi, ubicunque concesserint, aliquatenus reservando, ut sic ab ipsis omnis mala suspicio sublevetur. §. 3. Est etiam eorum officii, ad mandatum urburiariorum de confiniis quaestiones inter conterminarios exortas, tribuendo unicuique, quod suum est, mensura debita definere, veritatem sine opinione summa prudentia ponderando, ne de falsa mensura, sicut visum est alias, in posterum arguantur, sibi et aliis quorum interest, dampnum cum infamia contrahentes; nunquam vero confinia vel aquam per lapidem divinando aestiment judicare. §. 4. Item ut audacia in hac parte auctoritate temere litigantium compescatur, volumus urburiarios ex utraque parte compellere litigantes, de sua pecunia, non cum metallo, scansorum laboribus aequaliter respondere. §. 5. In uno autem casu, quem infra de mensoribus ponemus, nulla scansoribus potestas competit cognoscendi, prout ibi plenius edicemus. §. 6. Sed cum officium scansorum graves et assiduos requirat labores, ad hoc eligantur personae habiles expertae, quae possint per se ipsas et sciant ipsum officium, prout status montium requirit, utiliter exercere, quibus urburiarii ad omnem fidelitatem, utilitatemque sicut ceteris officialibus statuent juramentum.

## Cap. XI.

### *De officio mensorum.*

§. 1. Officium mensorum a sapientibus introductum est, de confiniis quaestiones inter conterminarios mitigandas, quae nisi per menses poterant mensura debita diffiniri. §. 2. Sed omnes de terminis vel confiniis diffinire ad officium scansorum pertinent, ut jam dictum est, quaestiones; praeterquam in hoc casu, si quis in pendenti vel jacenti alicujus montis mensurati meatum invenerit alienum, et dubitetur, an idem meatus sit extra mensuram in campo libero, an infra mensuram montis ejusdem; in (quo) casu litigantes ad invicem unanimiter tres eligant viros communes idoneos et discretos, et quartum urburiarii superaddant eisdem, qui neutrobi ullas partes habeant, ad istam discordiam finiendam. §. 3. Si vero isti quatuor sic electi praestito juramento quid faciant, hinc inde fide-

noci (t. v šesti hodinách najprv přístiech) propuojčili. Jinak ti sami štajgeři s dopuštěniem urburéruov řečené meze a propojčky dělníkóm slušným budú moci podati aneb propojčiti, vypósobice k větší zvláštnosti a k cíli kratšímu, jakž budú moci, aby naše hory na izádné straně prázdné aneb pusté nezuostaly bez těženie, t. bez pavování; a v těch podáních neb propojčkách aby nikoli sobě dielu t. táluov nezachovávali, aby tudy a tak od nich všecko zlé domněnie bylo odlúčeno. §. 3. Slušiet také na jich úřad, aby k prikázanie urburéruov o steku mezi neb o končínách pře mezi spoluzemníky vzniklé hodně rozeznajíc skonali, jednomu každému dávajíce, což jeho jest, pravdu svrchovanú opatrností bez domnívanie vážíce, aby z křivé neb falešné miery, jakož jinde jest vidieno, potom nebyli tresktáni, sobě i jiným, jichž se dotýče, škody se zlu pověsti neb pohaněníne dobudúce; nikdy také konci mezi nebo vody skrze kámen celý domnívajte se právě súditi. §. 4. Také aby smělost s té strany všečetně se svářících t. súdících byla ukrocena, chceme, aby urburéři s obú stranú připadili svářície, to jest ktož se pře o své pomezie, tak aby lezcuov neb štajgeřuov penězi, ale ne rudú za jich práci odbyvali. §. 5. Ale v jedné příhodě, kteréž dole o měřičích povieme, izádné moci štajgeři nemají rozsuzovati, jakož tam plněji vypovieme. §. 6. A poněvadž úřad štajgeřuov těžkých a ustavičných potrebuje prací, protož k tomu vyvoleny buďte osoby hodné a zkušené, kteréž by mohly a uměly samy od sebe ten úřad, jakž žádá stav horský, užitečně vésti; jimžto urburéři ke vši vieře a užitku, jakožto i jiným úředníkóm, ustanovie přísahu.

O propojčkách, kdy a kterak mají se konati.

Co mají moc rozsuzovati.

Čeho se mají varovati.

O záplatě štajgeřuov.

Při čem štajgeři moci mají.

Kto mají býti štajgeři.

Přisaha štajgeřuov.

## Kap. XI.

### *O úřadu dolových měřičuov.*

§. 1. Úřad měřičuov od múdrých uveden jest, jimižto pře o končínách neb o spoluzemnících mezi pomezíky bývají ukrocovány, kteréž pře nic jinak než skrze měřiče hodnú mierú mohú konány býti. §. 2. A tak všecky pře o mezích neb končínách a pomezích konati na úřad štajgeřuov, jakož již jest povědieno, příslušie; kromě v této příhodě, ačby kto z visuté nebo ležaté strany při hoře měřené, kteréž dělají, jenž obecně v lintu neb hantu slove, jiný gank t. pramen nalezl, a bylo by pochybenie, jestli ten gank neb pramen kromě miery v poli svobodném čili v mieře té hory; v též příhodě súdeřové, t. sváříci-se, jednomyslně mají sobě tři muže voliti, obecné hodné a múdré, a čtvrtého urburéři mají k nim přidati, kteřížto s žádné strany žádných táluov ne-

liter mensurando, unicuique litigantium justitiae complemen-  
tum, trahentes zonam ipsius superius in cespite ab altiori  
parte meatum; et si sic per talem mensuram non possint eli-  
cere veritatem: tunc in profunditate argentifodinarum illarum  
facto transitu de meatu ad meatum, quidquid tunc dicti qua-  
tuor mensores per mensuram directam vel angularem elicitam  
veritate inter litigantes sententiando, aut ipsos amicablem  
concordando duxerint statuendum, ab ipsis partibus sine qua-  
libet contradictione inviolabiliter observetur. §. 4. Metallum  
autem, si quod medio tempore fuerit sublatum apud commu-  
nem hominem, sequestretur, ut lite finita victrici parti detur,  
prout juris ratio exigit et requirit.

## Cap. XII.

### *De carpentariis.*

§. 1. Carpentariorum usum approbamus in montibus esse  
quam plurimum opportunum; quorum officium est, de peri-  
culo, quod ex casu lapidum, cistarum, aut compressione mon-  
tium vel modo posset alio quolibet imminere, cum omni in-  
genio sagaciter, providere robustis firmando sustentaculis, quid-  
quid in argentifodinis ruinosum appareat et caducum, ita ut  
periculum imminens tam personis, quam montibus ipsorum  
diligentia evitetur, et omnia pro utilitate colonorum, quorum  
in hac parte sint oculus, ordinent et disponent. §. 2. Sed  
inter cetera tamquam indagatores seduli praecaventes, ne me-  
atus jam inventi vel metallum, ut mali homines facere con-  
sueverunt, cujusquam dolo vel astutia occultetur. §. 3. De-  
bent etiam carpentarii per urburarios ad hoc vocati interesse  
cum scansoribus ad quaestiones confiniorum aequo iudicio  
decidendas; nam ipsorum experientia plurimum in hiis quae-  
stionibus operatur. §. 4. Juramentum autem ipsis carpentariis  
ab urburariis statuatur, quia nolumus alicujus jurati officialis  
autenticum esse testimonium, nisi ab urburariis receperit jura-  
mentum. §. 5. Omniaque displicentia debent magistris montium  
accusare, et quotienscunque per urburarios requisiti fuerint,  
sicut alii officiales, de omnibus montium displicentiis meram  
debent dicere veritatem.

měli by, aby tu při konali. §. 3. Pakliby ti čtyři tak volení učiníce přísahu, aby učinili s obů stranů věrně měřice jednomu každému z svářících a dopomohli plnosti spravedlnosti, a když by svrchu po drnu táhnouce provázek neb šnuoru od vyšší strany pramene nebo ganku, tak skrze to nemohli zvědět pravdy: tehdy v hlubině těch doluov učiníce průchod od pramene do pramene, neb od ganku do ganku, což koli pak ti čtyři měřiči skrze mieru upřiemú neb úhelnú zvěduce pravdu, mezi těmi súdeři pravým nálezem neb přátelskú smluvú uložíe, toť má od jich stran bez všelijaké odpory bez porušení býti zachováno. §. 4. Bude-li pak která ruda v tom čase zdvižena u obecného člověka, máť býti k věrné ruce složena, aby po skonání pře svítězilé straně byla dána, ja-kož rozum práva toho žádá a chce.

O rudě se-kané v čas měření.

## Kap. XII.

*O úřadu tesařuv, totjiž cimrmanuov.*

§. 1. Tesařský úřad že jest velmi pohodlný na horách, chválime neb dokazujem; jichžto úřad jest, o nejistotě, kteráž z padání kamení, kašten neb tarasuov neb opazování neb stišťenie hor aneb obyčejem jiným kterým koli mohla by nastati nebezpečnost, se vším vtípem múdre opatřiti, pevnými utvrzujícíe podporami, cožkoli v dolech bofitedlného zdálo by se a padlého, tak aby nebezpečnost nastávající též osobám aneb dělníkóm, jako i horám, jich bedlivú opatrností před pádem a škodú byla se vyvarována, aby všecky věci k užitku kverkuov, jichžto v té mieře jsú oko, řiedili a působili. §. 2. Než mezi jinými opatrnostmi tuto mají jako věrní opatřovatelé a přehledačí zvláštní jmieti opatrnost, aby pramen neb ruda nalezená nižádnú lsti, úkladem neb chytrostí nebyla skryta, jakožto zlí lidé zvykli jsú činiti. §. 3. Majít také cimrmané skrze urburefe k tomu jsúce povoláni, spolu s štajgeři (přítomni býti), když pře o pomezie mají súdeem jednány a konány býti; neb jich svědomost v pravém rozeznání těch při velmi spomáhá a mnoho jedná. §. 4. Přísaha pak těm tesařóm od urburefuov buď vydána, neb sic nechceme, by kterého úředníka příjemné bylo svědecstvie, jedné lečby od urburefuov přijali přísahu. §. 5. Ti také tesaři mají všecky věci nehodné na permistry vznášeti, a kolikrát koli od urburefuov byli by otázáni, jakožto i jiní úředníci, o všech nehodách horních plnú a jistú mají pověděti pravdu.

Kradenie rudy aneb zasarfovanie.

Cimrmané povolani seřte na soudu.

Přísaha cimrmanuov.

O čem mají pečovat.

### Cap. XIII.

#### *De custodibus.*

§. 1. Custodes dicuntur a custodia, quam jurant urburariis in primo ipsorum introitu, omnia utiliter exercere. §. 2. Eligantur autem per colonorum habiles ad hoc officium fideque digni; et quicumque colonorum aliquem custodem urburariis ad juramentum praesentaverit faciendum, unam tricesimam secundam partem pro ipso in eodem argentifodio, in quo custodiet, obligabit; eo quod longe tutius est pingnori incumbere, quam in personam agere; ut si ille custos in aliquo deliquerit vel officium suum exercuerit negligenter, et ipsum pro noxia non praesentaverit, ex tunc perdita sit pars taliter obligata; ipsum autem custodem praesentando, partem suam sine diminutione aliqua liberabit. §. 3. Volumus etiam, ne aliquis recipiatur ad aliquam custodiam, nisi cum idonea cautione. §. 4. Sunt custodes argentifodinarum superius et inferius; sunt custodes etiam fabricarum, de quibus per ordinem dicamus vel videamus. §. 5. Primo ad curam custodum super argentifodinas pertinet, custodire omnia, que in caverna sunt, et ut omnes labores ibidem decenter fiant, adhibere operam diligentem, in introituque sectorum omnes operarios numerare, si eorum numerus habeatur completus, et in exitu eorum apud quemlibet quaerere cum effectu, ne metalli aliquid educatur; statim quidquid negligentiae viderit, aut dampni, vel erroris, magistris montium accusando, ut provideant, ne amplius talia committantur. §. 6. Custodes intra argentifodinas circa eis commissa, sicut jam dictum est de custodibus superioribus, diligentem custodiam adhibeant et cautelam maxime, ut completus numerus laborantium habeatur, ut negligentibus tantum defalcetur in pretio, quantum temporis neglexerint in labore; quia secundum leges humanas tam pretium, quam tempus recipit divisionem. §. 7. Videant etiam, ut laboratores ad deputata opera mittantur habiles, satisque fortes, ne coloni in hac parte per aliquid defraudentur. §. 8. Neque duabus schichtis continuo permittant aliquem laborare, ne continuatione temporis cogatur deficere in labore. §. 9. Tenenturque omnem laborem in argentifodinis modo debito ordinare, universos operarios ad continuum laborem incitando. §. 10. Volumus fabricarum custodes sicut superiores, de quibus jam dictum est, cum omni fidelitate suum officium exercere, et ut caveant, ne acuatoribus, qui vulgariter scherp dicuntur, ferra montana ad fabricas deferentibus, a fabris, sicut consueverunt, aliqua penitus violentia inferatur, sed pauperibus ut divitibus pro utilitate montium aequaliter fabricentur. §. 11. Provideant etiam, ne

### Kap. XIII.

*O úřadu strážných neb hutmanuov a o jich urukovanie.*

§. 1. Strážniť slovú od ostřiehanie, kteréžto v prvním svém přístupu přísahají urburéfóm, tu ostrahu užitečně vésti věrně, právě a pilně. §. 2. Majít k tomu úřadu voleni býti od kverkuov slušní a viery hodní; a kterýžkoli z kverkuov kterého hutmana podal by neb přivedl urburéfóm k učinění přísahy, tehdy ten kverk má díel druhý a třicátý, t. jednu třidcátú za toho hutmana neb strážného zastaviti v tom dolu, kdež strážným bude; protože mnohem bezpečněji jest, na základu spolehnúti nežli na osobě postihati, aby, jestližeby ten strážný v něčem zhřešil nebo úřad svůj puosobil netbanlivě, a ten kverk nepostavil jeho ku právu pro zavinění. aby proto ihned ztracen byl díel zastavený; pakli jeho postaví, tehdy ten svůj díel bez meškání vysvobodí. §. 3. Protož chceme, aby izádný nebyl přijat k izádné stráži leč s hodným zaručením. §. 4. Jsút pak rozliční strážní doluov, t. svrchní i dolní; jsút také strážní kováren, o nichž pořád povieme. §. 5. Najprvé ku péči strážných u dolů neb nad doly příslušie, ostřiehati všech věcí, kteréžto v kavnách jsú, a aby všeckna diela tudiez slušně dála se, přihledati s snažností; a když havéři lezú do dolu, všecky dělníky zčísti, jestli jich počet plný; a když tíž dělníci z dolu lezú, každého pilně přehledati, atby ničehož rudy nebylo odneseno; a což koli zmeškaloosti uzřel by a škodného neb poblúzenie, to ihned má vzněsti na pergmistry, aby opatřili tak, aby se těch věcí více nedálo. §. 6. Strážní pak dolejší, kteřížto v dolech jsú, mají věrně a pilně opatrovati, což jim jest poručeno, jakož již povédieno jest o strážných vyšších; zvláště pak a nade všeccko pilnú stráž přičiňte a péči, aby plný počet dělníkuov jmien byl, aby zmeškálým toliko sražováno bylo na mzdě, kterak mnoho času zmeškali by na práci; nebo podle práv lidských tak mzda jakožto čas přijímá rozměření. §. 7. Vizte také, aby najímání byli dělníci rozumní, silní a pilní k určeným díelóm, aby kverkové s té strany izádným během nebyli zklamáni. §. 8. Aníž po dvě šichtě ustavičně dopúšťajte izádnému dělati, aby ustavičností času dielem se nepřemohl dřieve času. §. 9. Dlužni jsú také všeccko díelo v dolech obyčejem slušným řediti a všech dělníkuov k ustavnému díelu ustavičně ponúkati. §. 10. Chceme pak, aby strážní kováren o nádobách horních jakožto hořejší, o nichž již jest povédieno, se vší pilností svůj úřad vedli a aby se varovali, aby ostřičóm, kteříž německy šerfer slovú, železa hornie do kováren nosícím od kováfuov, jakožto obvykli jsú, izádné ovšem ná-

Kto má moc hutmana voliti.

Dvojt jsú hutmané. Oč mají pečovati.

O dolejších hutmanech.

Kteraké dělníky hutmané mají najímati.

Žádný havět nedelaj pořád dvě šachet.

Pilnost hutmanova.

carbones inutiliter consumantur, considerando diligenter, quot currus carbonum septimanis singulis in fabrica deponantur; et quod fabri, qui ad fabricandum mittuntur, ad hoc sint habiles et experti, nullusque fabrorum per duas schichtas laborare continue permittatur. §. 12. Tenentur insuper custodes, omnes negligentias fabrorum suis superioribus accusare, ut tantum eis pretii defalcetur, quantum debiti temporis neglexerunt.

#### Cap. XIV.

##### *De colonis.*

§. 1. Sunt coloni principales, secundarii et tertii et sic deinceps. §. 2. Principales vero colentes sunt montes, laneos et stollones, quos ab urburariis susceperunt. §. 3. Qui autem ab istis aliquem laneum vel concessionem suscipiunt, secundarii coloni vocantur. §. 4. Tertii autem coloni sunt, qui a secundariis colonis laneos vel concessionem suscipiunt, et sic deinceps. §. 5. Coloni autem a colendo dicuntur, eo quod montes colunt, de quorum jure infra de concessionibus tractatus clarior apparebit.

#### Cap. XV.

##### *De procuratoribus.*

§. 1. Procuratores sunt, qui negotia aliena mandato dominorum administrant. §. 2. Et sunt procuratores partium, et procuratores solummodo expensarum. §. 3. Procuratores partium sunt, habentes plenum mandatum omnia faciendi de partibus, quae veri domini facere possint, si in personis propriis essent praesentes; et tales procuratores ordinari debent in praesentia magistri montis et ad minus duorum concolonorum. §. 4. Sed sunt procuratores tantummodo expensarum, qui vulgariter besteller dicuntur; isti vero procuratores pro dominis suis non solvendo expensarum, non possunt eis perdere suas partes, nisi hii, quibus debetur expensa, ipsam requirant in praesentia magistri montis vel per nuntium ejus, et unum concolonum, ad hoc per ipsum magistrum montis specialiter deputatos.

silé se nedálo, ale aby tak chudým jako i bohatým jedno-  
stajně pro obecní užitek byla kována. §. 11. Opatrujte také, Pésti o uhle.  
atby uhlé neužitečně nebylo páleno, snabdějice neb zname-  
najice pilně, koliko vozuov uhlé na vsáký týden u kovárny  
složilo by se; a aby kovári, kteříž na kovanie bývají po-  
sláni, byli uměli, hodní a zkušeni; a ižádnému z kováruov  
nebuď dopuštěno, by ke dvěma šichtoma ustavičně dělal.  
§. 12. Pilnost nadto mějte strážní, všecky zmeškalosti i jiné  
nehody kovářské svým vyšším zvěstovati, aby toliko jich  
mzdy na penězích bylo sráženo, kterak jsú mnoho dlužného  
času zmeškali.

#### Kap. XIV.

*O těžařích horních, jenž obecně slovú kverkové, jichžto náklady  
hory se dělají neb zpravují.*

§. 1. Jsúť kverkové, to jest těžaři prvotní, druzí i třetíe.  
§. 2. Prvotní zajisté jsú, jichžto náklady dělají se hory, lénové  
neb štoly, kteréžto od urburéruov přijali jsú. §. 3. Kteříž  
pak od těch některý lán neb lén neb propojičku přijmú, druzí  
kverkové slovú. §. 4. Třetíe pak kverkové slovú, kteříž od  
druhých kverkuov lány neb propojičky přijímají, a tak dále.  
§. 5. A slovút kverkové neb těžaři od těženie, jako sedláci  
těžie dědiny, též tito hory, o jichžto právě řeč potom jasněji  
se dole okáže, když o propojičkách bude praveno.

Od čeho  
slovú kver-  
kové.

#### Kap. XV.

*O poručnicích dieluov nebo táluov a o jich nákladech.*

§. 1. Poručníci jsú, kteřížto cizie věci prikázáním pá-  
nuov jednají, a jsú dvojí. §. 2. Jední jsú poručníci dieluov  
aneb táluov, druzí jsú poručníci toliko nákladuov. §. 3. Po-  
ručníci dieluov jsú, kteříž mají plné prikázanie, aby učinili  
o tálech všecko též, což by mohli vlastní páni těch táluov učí-  
niti, kdyžby tu svými osobami byli přítomni; a ti poručníci  
majít býti ustavováni před pergmistry a při nejmenším v pří-  
tomnosti dvou spolukverků té hory. §. 4. Poručníci pak ná-  
kladuov, kteréž německy slovú besteller, tiť toliko mají miesto  
pánuov vydávati náklady na dielo táluov svých pánuov; a ti  
poručníci, jestližeby za své pány nákladuov nezaplatili, pro-  
toť pánóm svým táluov nemohú ztratiti, lečby ten, jemuž  
dlužen jest ten náklad, toho nákladu dobýval před perg-  
mistrem neb skrz posla jeho a jednoho spolukverka, k tomu  
od téhož pergmistra zvláště vydaných.

Dvoji jsú po-  
ručníci.

O poruční-  
cích nákla-  
duov.



**Cap. XVI.**

*De fabris.*

§. 1. Fabros principales, quondam totius nostri argentifodii turbatores, praesenti constitutione compescere cupientes, de inutilibus turbatoribus per nos efficere argentifodii promotores, firmiter statuendo, ut ipsis fabris omne pretium deservitum singulis septimanis semper feria tertia subsequenti septimanae ante meridiem persolvatur. §. 2. Alioquin inpignorare poterunt tantum pro illius septimanae et adhuc unius proxime praecedentis pretio deservito, si ipsorum magistri, quorum interest, haec intercipere noluerint et sedare. §. 3. Et hunc articulum ad omnes operarios montium esse volumus generalem, ut tantum pro pretio deservito duarum septimanarum continue praecedentium valeant inpignorare, non alias, quam in septimana proxime subsequenti. §. 4. Illud autem de cetero nullatenus admittentes, ut fabri vel alii montium operarii alicui potenti, vel qui solvendo non est aptus, vel etiam suo amico, per quartam partem unius anni, et quandoque magis aut minus exspectent de pretio deservito, credentes tunc ipsum pretium eis in certum inpignoratione nostrorum montium obtinere; quod fieri non patimur, quia negligentia unius in dampnum alterius redundare non debet. §. 5. Cujuscumque autem negligentia fit justa inpignoratio, ille suis concolonis tenebitur omne dampnum, quod inde sustinuerint, restaurare, et magister montis ibidem auctoritate praesentis constitutionis se de omnibus partibus suis, ubicunque eas habuerit, intro-mittat, de ipsis tam fabris, quam colonis satisfaciendo, ut poena docente discant universi, quam grave sit regiam offendere sanctionem. §. 6. Idem fiat de nona parta fabrili (scilicet, quae cedebat ipsis loco totius pretii, sed jam est immutatam), si cujus negligentia facta fuerit inpignoratio supra dicta. §. 7. Volumus etiam, in festivitibus consuetis fabris, ut eo sint in laboribus proniores, non in metallo, sed in denariis, laute dari lapides manuales. §. 8. Quidquid insuper eis contrarietatis emerit aut defectus, urburarios aut juratos vel simul utrosque pro eo accedant, rationabiliter exhortando, quatenus infra quatuordecim dies ipsis omnes defectus suos studeant emendare; sin autem, quod sibi in aliis fabris provideant, cum ipsi sub talibus defectibus non possint amplius nec valeant laborare. §. 9. Magistri autem fabrorum caute sibi provideant in hac parte, tales fabros assumendo, per quos nec conventiculae, neque conspirationes contra nostram rempublicam aliquibus machinationibus celebrentur; in his sic de cetero se habentes, ne offensam paucorum

**Kap. XVI.**

*O kovářích, jenž obecně sloví pergšmidové.*

nostrae gratiae et omnium bonorum, ac sub poena in ipsorum violatores jam dudum statuta, firmiter custodiri. §. 6. Si autem aqua alicujus lanei concessionumve profluendo extra suum locum vicina inebriet montana aut submergat: tunc coloni de parte submersura hoc urburariis denuntient sine mora, petentes ad praevidendum sic argentifodium submergentem aquam mitti juratos, ut videant cum omnibus circumstantiis veritatem. §. 7. Et si aquam invenerint sic submergere conquirentes, tunc statim urburarii colonis, de quorum argentifodio profuit aqua submergens, denuntient continue proximis tribus diebus, ut dictam aquam infra eosdem tres dies exhaurire incipiant cum effectu; alioquin argentifodium cum aqua submergente colonis approprient submersuris, aut sub dampno et periculo ipsorum aqua submergens extrahatur. §. 8. Si autem aqua communis sit ita, quod non possit discerni, quae alios inebriet aut submergat: tunc utraque pars cogatur suam aquam extrahere, ne defluat, et in suo receptaculo retinere, ut sic noxa aquis discretis ab innoxia dinoscatur, fiatque iudicium de aqua nocente, ut proxime jam dictum est. §. 9. Nec tamen haec interdum omnia suffragantur, ut lucrum possit expensis colentium et laboribus respondere, quod propter aquam sic prosilientem argentifodium desoletur; sed ne res ex toto pereat, melius est, ut argentifodium desolatum pro jure nostro, id est pro sola octava parte urburae, jure hereditario concedatur, de maturo tamen civitatum et montis consilio juratorum; et sic jure hereditario potest concedi unus solus laneus, vel plures, aut unus mons totus cum omnibus laneis suis, etiam cum laneis et superfluitatibus nostris, cumque laneis civium ac dominorum. Interdum etiam plures montes simul et semel, quandoque etiam successive jure hereditario pro sola urbura conceduntur. §. 10. His autem hereditariis concessionibus tam montium quam stollonum, jurati civitatum aliquando irrationabiliter contradicere non verentur, volentes gaudere quadam praerogativa in suis laneis speciali, cum tamen jure ita cautum sit, ut quod quisque juris in alterum statuerit, ipse uti debet eo; unde laneos civiles in hac parte praerogativa gaudere non patimur ampliori, quam nostris laneis indixerunt et septem laneis ad montem quemlibet mensuratis, juxta illud: Patere legem, quam ipse tuleris. Numquid si jurati suos laneos nunquam vellent excolere, nos carere nostra urbura deberemus? cum utilitati privatae sit publica utilitas utique praefenda; maxime cum nulla necessitas aut causa legitima, quare suos laneos non excolant, ipsos sufficiat excusare, sed aequitate suadente ipsorum negligentia in hac parte nostrae urburae nullum poterit praejudicium generare.

štrýf jmenují, totjižto srazenie vody, kteréžto prikazujem pod zachovaním naše milosti i všech statkuov a pod pokutu, na jich bořitele již dávno ustanovenú, pevně ostřiehati. §. 6. Pakliby voda některého lánu nebo propojiček, vyplývají z svého miesta, blízké hory zatopovala: tehdy kverkové z strany zatopené to urburéfóm zvěstujte bez prodlení, prosíce, aby k opatření dolu tak topící vodu posláni byli příszejní, aby opatřili se všemi okolky pravdu. §. 7. A jestliže by našli tu vodu, žalující tak potopující, tehdy hned urburéři kverkóm, z jichžto dolu teče voda potopující, zvěstujte ustavně po najbližšie tři dni, aby řečenú vodu v těch dnech třech tahnúti počeli skutečně; jinak duol s vodú potopující kverkóm přivlastněte potopeným anebo na škodu a nebezpečnost jich voda potopujícíe buď vytažena. §. 8. Pakliby voda obecníe byla, tak žeby nemohlo rozeznáno býti, která by druhé potopila: tehdá kverkové obú dolú přinuceni buďte svú vodu vytahnúti, aby netekla, ale v svém žumpu aby držána byla, aby tak mohlo býti rozeznáno, z kterého dolu voda tekúcí druhé duol topí, a máť súzeno býti o vodě škodlivé, jakož svrchu jest povédieno. §. 9. A druhéy pak i ty všecky věci nespomáhají, aby zisk kverkuov mohl se přirovnati nákladóm, a tak bývá duol opuštěn; i aby pro vodu tak tekúcí duol nebyl zpuštěn, a aby to ovšem nezhyulo, lépe jest, aby ten duol zpuštěný za právo naše, totjiž za osmý diel urbury naše, právem dědičným byl propojčen, avšak s dospělú radú příszejných města a horních; a tak právem dědičným muož býti propojčen jeden sám lán nebo jich více aneb jedna celá hora se všemi láný svými, taktěž i s láný i s zbytky našimi a s láný městskými a panskými. Druhéy také mnohé hory spolkem i pojednú, a druhéy pak jedna po druhé bývají propojčovány za samú urburu t. za diel královský právem dědičským. §. 10. Těm pak dědičným propojičkám takéž hor jako štol příszejní města druhéy nerozumně odpierati nestydie se, chtějice se radovati některakým předáním zvláštním na svých láních, ano však právem ubezpečeno jest tak: Cožkoli kdo ustanoví práva na jiného, aby dlužen byl sám téhož požívati; protož v též mieře nechceme trpěti, by městští lánové širší svobodu měli, nežli jsú oni našim lanóm uložili a sedmi lanóm k hoře každé měřeným, vedle slova onoho mudrce Římského: „Trp zákon, kterýž ty sám vydáš.“ Zdali ačby příszejní svých lánúov nikdy těžiti nechtěli, my naše urbury měli bychom nemieti? poněvadž užitku zvláštniemu užitek obecní má předložen býti; a najvíce proto, poněvadž ižádná núze, ani která hodná příčina, pročby svých lánúov netěželi, nemuož jich dostatečně vymluviti, než podlé rady spravedlivé

Zatopenie ci-  
zich doluov.

Bude-li po-  
chybenie,  
která voda  
druhéy potopie.

Dolové zpu-  
štění na krále  
spadají.

O zpuštění  
hor a doluov  
právem dě-  
dičským  
propojčených za  
samú urburu.

Unde quotiens deinceps lanei civiles tanto tempore inculti remanserint, quod debite nobis adjudicentur: de ipsis sicut de laneis aliis praecipimus judicium exerceri; nam ubi eadem est ratio, et idem jus statuendum est. §. 11. Sed si laneos suos excolere jurati voluerint, statim cum vicinis suis conterminariis, qui jure praemisso suas susceperint concessionem, aquam incipiant exhaurire; alioquin de ipsis conquerentibus, sicut de aliis, fiat justitiae complementum. §. 12. Vere nec juratorum congruit aequitati, homines, qui bona fide sine cujusdam contradictione jam per tres annos aut plures vel pauciores in suo argentifodio laboraverunt, et tunc primo cum metallum invenerunt, impetere aut a suis juribus submovere; cum tamen jure montanorum sit cautum, ut si aliquis dicat jus sibi competere etiam in quocunque argentifodio, et alter illud argentifodium legitime a vero concessore suscipiat, statimque continue illud excolendo sine contradictione sex possideat septimanis: in tantum jus extinguitur prioris, quod secundo susceptori de eo jure deinceps nullam movere poterit quaestionem, nisi tunc legitimo detentus impedimento jus suum prosequi non valeret; quia vigilantibus, et non dormientibus jus proficit montanorum, eo quod in cultura montium mora quam plurimum sit dampnosa. §. 13. Statuimus etiam, omne hereditarium argentifodium vera mensura vel limitibus distincte ac rationabiliter limitari, et nihil extra illam mensuram vel limites jure sibi in rupturis aut quibuscunque rebus aliis vindicare, nisi proprietatem de submersis montanis, quae suam extrahendo educendove aquam poterint exsiccare. Digni enim praemio sunt, qui submersa vel desolata montana suis expensis et laboribus reddunt fructuosa. §. 14. Sed tamen ista montana propter irrefrenabilem aquam interdum contigit resignari; unde statuimus resignari hoc modo: quod denuntientur urburariis feria quarta ante meridiem, quatenus sabbato proximo subsequenti ante meridiem suscipiant illud argentifodium cum aqua, ut juris est, exhausta; et sic omnis fieri debet resignatio. §. 15. Et taliter argentifodium suum resignantes equos, funes et omnia alia ad extrahendam aquam necessaria retinebunt, sed solam rotam cum omnibus sibi conclavatis ac aedificiis pro necessitate argentifodinarum constructis ibidem relinquunt. §. 16. Qui autem aquam in suo loco non resignaverint, ut dictum est, equos cum funibus ac omnibus aliis attinentiis jure perdunt, et adhuc si eorum aqua aliis montanis submersionem minatur, extrahenda est eorum sub periculo et expensa.

jich zmeškánie v té miere naše urbuže ižádného bezprávie nebude moci zploditi a prinesti. Protož kolikrát potom lánové městští tak dluhý čas zuostali by netěženi, aby hodně nám prisúzeni byli, a o nich, jakožto o lániech jiných, prikazujem, aby saud činěn byl; nebo, kdež týž jest rozum, i též právo máť býti ustaveno, poněvadž v podobných přech týž saud má býti zachován vedle práv rádných. §. 10. Pakliby přísežní své lány těžiti chtěli, ihned s súsedy svými spoluzemními, kteřížto právem předepsaným své přijali běchu propojičky, vodu počněte vyvažovati skutečně; jinak na ně žalujícím, jakožto o jiných, staň se plnoat spravedlnosti. §. 12. Aníž zajisté slušie na spravedlnost přísežných lidí, kteřížto dobrú věrú beze vsí odporosti již po tři léta, neb vice neb méně, v svém dolu dělali jsú, i tehdy, když najprvé rudu nalezli jsú, na ně sahati a od jich práv je odlučovati; poněvadž právem horničiem jest zapovědjeno, aby, kdyžby kto řekl, že má právo také v kterém koli dolu, a jiný ten duol správně od pravého (prijalby) propojčitele, a ihned ústavně jej dělaje beze vsie odporosti držel jej šest neděl: tak velice uhašeno a umrtveno bývá právo onoho prvnějšieho přijímače, že druhému přijímači o též právu potom žádné nebude moci činiti otázky, totjižto žaloby, lečby tehdy, správnú zadržán jsa překážku, práva svého provesti nemohl; nebo bdícím a nespanlivým právo prospievá horníkuov, protože v těženie hor dlenie, totjiž meškánie, příliš bývá škodlivé vsie obci. §. 13. Ustanovujem také, aby každý dědičný duol pravú měrú neb mezemi rozdělen a rozumně vyměřen byl, a aby přes tu mieru neb meze ničehuož sobě práva v lomích t. v bořeninách neb na kterýchkoli jiných věcech neosobovali, kromě zvláštnosti z hor zatopených, z nichžto vytahnúce neb vyvedúce vodu, budú moci osušiti; neb ti zajisté hodnit jsú odplaty, kteřížto zatopené, totjižto zpuštěné doly, svými náklady a pracemi činie užitečné. §. 14. Ale tyto hory pro nepřemoženie vody druhdy se přibázie, že bývaj vzdávány tiemto obyčejem: aby vzneseno bylo a zvěstováno urburéfóm v středu před polednem, aby v sobotu najprvé příští před polednem přijali ten duol s vytěženú vodú, jakož jest právo; a tak každé dieti se má otevzdánie. §. 15. A kteříž tak otevzdávaj svoú duol, tit mají koně, provazy i všecky jiné věci k vytahování vody potřebné sobě zachovati, ale samo kolo se všemi věcmi jemu přibytými i s staveními pro potrebu dolu postavenými, tudiež ostavie bez pohnutie. §. 16. Kteríž by pak vody na svém místě neotevzdali, jakož řečeno jest, koně i provazy i se všemi jinými příslušnostmi právem tratie; a ještě, jestliže ta jich voda jiným horám zatopením hrozí, máť býti vytěžena jich škodú a nákladem.

Dolové spuštění a krále spadají.

Ktož lán přijímá, téhněte vodu podle súsed.

Žádný nesehej na rudu od kverkuov nalezenú.

Spustí-li duol první kverci a přijmú jej druzí, již první právo tratie.

Pokudž jest komu duol vyměřen, potud jeho pozívaj, dále nic.

Čas a obyčej dolu vzdánie a táluov.

Kterých věcí mají kverci s dolem odstúpití.

Pokudž těch, ktož duol spustie s vodú neb táluov neodústie.



**Cap. IV.***De stollonibus.*

§. 1. Quandoque tamen omnes hominum subtilitates non proficiunt ad aquam superius extrahendam, quando ipsa praevallet vicina montana omnia submergendo; tunc primo solent in pede montis stollones in montanis fieri montuosis ad submergentem aquam inferius educendam. §. 2. Et sunt tantum duo genera stollonum, quibus universi utuntur montani; est enim stollo hereditarius, et stollo quaerens, et est proprie proprium istorum duorum stollonum, aquam educere et ventum inferre; alioquin nomen stollonis nullatenus habere merentur. §. 3. Dicitur stollo linea illa sive acies, de qua sectores in argentifodinis secant metallum, secundum quod se extendit meatus linealiter procedendo, de quo ad praesens nihil, sed de ipso in tertio libro de concessionibus edicemus. §. 4. Stollo autem hereditarius est aquaeductus subterraneus ad montana vetera exsiccandum propter metallum ibidem submersum; dicitur autem hereditarius, quasi perpetuus, propter diurnitatem, ad diversitatem aliorum simplicium montanorum, quae sunt quasi momentanea illius respectu; sed quoad hereditariam successionem omnia montana sunt hereditaria, quia transeunt ad heredes. §. 5. Sed quia magna utilitas ex stollonibus frequentius procuratur, difficilibus tamen expensis et laboribus excoluntur: unde consuetum est eos privilegiare tantis proprietatibus tam in montibus mensuratis, quam in campo libero, quando montes non sufficiunt mensurati, quod fructus possint laboribus merito respondere, colentesque ad tanti laboris molem dignis consolationibus invitare. Sed sicut omnia jura sua sibi manuteneri integra desiderant et illaesa, sic etiam abuti non debent in praejudicium nostrum, taliter sibi concessis assiduis laboribus insudando, ne regia utilitas in aliquo plus debito retardetur, alioquin privilegium merentur amittere; nam de jure merito privilegium et maxime his tollitur, qui abutuntur in praejudicium rei publicae sibi tradita potestate. Unde omnes stollonarii diligenter considerent modum proxime infra scriptum, secundum ipsum procedentes in stollonibus excolendis, nobis ac ipsis omnia jura competentia cum conditionibus adjectis inviolabiliter observando; nam bonae fidei congruit humanae, adimplere ea, quae inter se homines statuerunt. §. 6. Hoc autem modo sunt stollones hereditarii excolendi: ut primo et principaliter stollonarii decenter elevent aquaeductum, purgando ejus canaliam diligenter, ne aliquo aqua profluens obstaculo retardetur, ad omnem etiam utilitatem

### Kap. IV.

#### *O právu dvojjích štol, to jest splavidl.*

§. 1. A druhdy však všecky lidské vtípnosti neprosplievajú k vyťahovanie vody zhuoru, že ona přemáhá vždy a topí hory blízko; tehá teprv obvykují na noze hoře t. na podhoří hor štolý při horách činiti vysokých k vyvedení vody zatopujícíe. §. 2. A jsút toliko dvě pokolení štol, jichžto všickni požívají horníci; jestiž zajisté štola dědičná a štola hledajícíe; a těch dvou štol jestiž vlastně vlastnost, vodu vyvoditi a vietr uvoditi; jinak jména štol nikoli nejsú hodny jmieti. §. 3. Slovet také štola ta dlúhost neb špic t. pramen, z něhož havěři rudu vysekují v dolech, tak jakž se ztahuje pramen dlúze nebo přímě jda; o niež nynie nic, než v třetiech knihách o propójičkách vypovieme. §. 4. Štola dědičná pak jestiž svedenie vody pod zemí pro vysušení starých hor a pro dobývání rudy zatopené; a slovet dědičná jakožto věčná pro dlúhověčnost, pro rozdiel jiných prostých štol, kteréžto jsú jako okamžení proti nie; ale k dědičnému nápadu všecky hory jsút dědičné, neb připadají na dědice. §. 5. Ale že veliký užitek z těch štol častokrát bývá přivozen, nesnadnými však náklady a pracemi těžkými bývají dělány: protož obyčejno jest je obdarovati takovými zvláštnostmi, tak na horách měřených, jakožto na poli svobodném, kdyžto skrže se hory nestatčují měřené, aby užitkové mohli se hodně srovnati pracem t. nákladóm, a dělniky k tak veliké práci a tesknosti hodnými utěšovánými a obdarovánými zbuzovati. Ale jakožto žádají, aby všecka jich práva celá byla zachována a bez úrazu: též také nemáie jich zle požívati na škodu a bezprávie naše, takové jim puojčených ustavičnými pracemi se potiece, aby královský užitek v čem více než slušie, zmeškán nebyl, jinak zvláštnost práva hodni jsú ztratiti; nebo z práva hodně zvláštnie právo najvíce těm odjímá se, kteřížto zle užívají moci sobě dané na bezprávie neb škodu obecnieho dobrého. Protož všickni štolovníci pilně znamenajte obyčej najblíže dole psaný, podle něho jdúce v dělání štol, nám i sobě všecka práva příslušná s výmienkami přidánými neporušitedlně zachovávajícíe; nebť dobře vieře lidské příslušie naplniti ty věci, kteréž jsú lidé mezi sebou ustanovili. §. 6. Tíemto pak obyčejem štolý dědičné těženy neb dělány mají býti: aby najprv a prvotně štolníci slušně zdvihli vody-vedenie, čistíce jeho žlaby pilně, aby voda tekúcí ižádnú zástavú nebyla zadržána; a také aby ke všemu užitku hodnému okna k světlu byla vypravena; nadto při-

Dvoje štolý.

Co slove štola.

Co slove štola dědičná.

Od čeho slove dědična.

O nápadu ta-luov.

Štolníci buďte diela pilni pod zbavením práva svého.

Kterakým obyčejem štolý mají dělány býti dědičné.

debitam fenestris luminaribus expeditis; insuper requiritur, ut quolibet anno ad minus, si plus non poterint, compleant unam mensuram cum stollonis capite procedendo, et hoc manifeste debet per rei evidentiam apparere; his itaque adimpletis suum stollonem sine cujusquam infestatione cum justitia possidebunt. §. 7. Si vero defecerint in praedictis vel aliquo praedictorum: omni jure, quod in ipso stollone habebant, praesentis constitutionis oraculo sint privati. §. 8. Nec tamen erimus contenti, cum multae proprietates stollonibus tribuantur de processu unius solius mensurae per totum integrum annum, si alii diligentiores cultores infra illud tempus potuissent ulterius processisse. Unde bene congruit nostris urburariis vigilantissimo studio his diligentiam adhibere, ne in hac parte videntibus oculis defraudenter; et ad majorem cautelam faciant singulis annis stollones, de quibus suspicio habetur, per scarios vel carpentarios generales sub bono testimonio consignari. §. 9. Quod si stollonarii per annum integrum vel plus in suo stollone cessaverint laborare, ac post illud tempus resumptis laboribus jus pristinum in eodem stollone per hunc modum sibi vellent restaurare: ad quod dicimus, quod jus semel extinctum hoc modo non poterit reintegrari, nisi denuo eisdem ab urburariis suo ordine concedatur; nec eis proderit, quod illa proclamatio non est facta in ecclesia de argentifodio desolato iterum excolendo; nam infra eundem annum haec est denuntiatio facienda. §. 10. Unde non reprobando jura vetera, sed interpretando statuimus in hac parte, ut omne argentifodium per unum annum continuum incultum cum omni jure ad nostram urburam revertatur, nec ullus autoritate propria in eo aliquod jus sibi deinceps audeat vendicare; et etiam iste est juris veteris intellectus, alioquin esset contrarium sibi ipsi, cum dicat, quod quicumque per continuum annum mensuram ante caput sui stollonis expleverit laborando, canalialia mundaverit, aquaeductus fenestrasque bene expeditur luminares, omni jure suum stollonem possideat, ipso alias sine denuntiatione aliqua est privatus; quia nec stollonarii, nec etiam aliqui montani illud jus per denuntiationem possunt recuperare, quod jam per negligentiam perdiderunt, quia non negligentibus, sed laborantibus jus subvenit montanorum. §. 11. Sufficit autem illam denuntiationem tantum semel proficere pro omni argentifodio desolato. §. 12. Quocumque vero tempore postea inventum fuerit desolatum, ab urburariis nostris, sine aliqua alia denuntiatione, aliis cultoribus conferatur, prout nostrae melius reipublicae viderint expedire. Alias sequeretur, ut si post denuntiationem illud argentifodium per septem vel octo dies tantummodo coleretur, eo iterum postea desolato

slušie, aby každý rok najméně, ačby více nemohli, naplniti jednu mieru s štolovou hlavú před se jdúce, a tof se zjevně má dělati a zřejmě okázáno býti; a tyto věci když se tak naplnie, svú štolú bez překážky všelijaké spravedlivě vlásti budú. §. 7. Paklby scházeli na dřieve řečených věcech aneb na které z nich: tehdá všeho práva, kteréžto v té štole mějichu, rčením přítomného ustavenie jsúc a mají býti zbaveni. §. 8. Aniz však na tom dosti budem jmieti, poněvadž mnohé vlastnosti jsú štolám přidány o vydálenie jedné samé miery přes veškere celý rok, jestližebý jim pilnější dělníci v témž času mohli dále projíti, t. více udělati. Pročež dobrěť příslušie našim urburéfom bedlivú snažností tým věcem pilnost přidati, aby s té strany vidúce očima nebyli zklamáni; a k většimu vyvarování kažte po všechna léta štolý, o nichž jest zlé domněnie, skrze štajgefe neb tesaře obecnie, totjiž cimrmany, s dobrým svědecstvím ohledati a znamenati. §. 9. Paklby štolníci přes celý rok neb více v své štole přestali dělati a po tom času počnúce dělali zase, i chtěli ty dřevnie právo v té štole jmieti skrze tento obyčej: k tomu dieme, že právo jednú uhašené tiemto obyčejem nebude moci vcele navráceno býti, lečby jim znova od urburéruov svým řadem bylo propuojčeno; aniz jim prospěje, že to provolánie nestalo se jest v kostelech o dolu zpuštěném, jenžby měl opět dělán býti, neboť v tom roce má býti učiněno to provolánie. §. 10. Protož netupice práv starých, ale vykládajice s té strany, ustanovujeme, aby každý duol v celém roce nedělaný, ustavičně se vším právem k naše urbuře se navrátil, aniz kto vlastní moci v tom dolu kterého práva směj sobě potom osobovati; a tent jest také starého práva rozum; jinak bylot by odporo samo sobě, poněvadž praví, že ktož kolivěk přes celý rok mieru před hlavú své štolý vyplnil by dělaje, žlaby čistil, vody-vedenie a okna svietedná dobře vypravoval by, vším právem svú štolú vládni; jinak ji bez provolánie všelijakého zbaven jest; nebo ani štolovnici, ani také kteří horníci toho práva nabyti nemohú skrze provolánie, kteréž jsú již ztratili skrze zmeškánie, neb ne zmeškanlivým, ale pracujícím právo horničie spomáhá. §. 11. Než dosti buď na tom opovědění, aby jednú tolíko provolánie prospělo každému dolu spuštěnému. §. 12. Kterýž pak koli čas potom bylby nalezen zpuštěný, od urburéruov našich beze všeho jiného opovědění neb provolánie jiným kverkóm buď podán t. propojčen, jakož lépe našemu obecnému dobrému viděti budú prospěti užitečně. Jinak pošlo by z toho, že, kdyžby po provolánie ten duol za sedm dní neb za osm dní tolíko dělán byl, a potom opuštěn, aby opět nové bylo provolánie, a tak až bezčíslně šla by ta

Tracenie  
práva štolý  
dělámé.

Ktož práva  
štolý ztratí,  
musí ho znova  
dobývati.

O pustém  
dolu.

nova fieret denuntiatio, et sic usque in infinitum denuntiationes procederent, quod esse non debet. §. 13. Sed has duas regulas deinceps generaliter volumus observari: prima est, ut denuntiatio aliquibus argentifodii cultoribus semel facta, nunquam plus eisdem cultoribus innovetur. Secunda est, ut quodcumque argentifodium per unum annum integrum desolatum fuerit, sine omni denuntiatione et contradictione aliis laboratoribus conferatur, quos lentescere propter spem lucri laborandi assiduitas non permittit. §. 14. Si quis autem in cultura stollonum suam fortunam voluerit experiri, primo cum urburariis nostris, assumptis aliquibus civitatum et montium juratis, de proprietate in libero campo, in montibus jam mensuratis et in rupturis sibi expresse conveniat assignanda; quam in privilegiis super his dandis cum omnibus suis conditionibus distincte statuimus declarari, et magnis lapidibus ipsius metas sub bono juratorum ac aliorum virorum idoneorum testimonio ad perpetuam rei memoriam limitari; amputantes hoc modo multas quaestiones, quae cottidie de stollonum limitibus ventilantur. §. 15. Sed postquam stollonarii suum stollonem elevando decenter circa aquaeductum incoeperint laborare: statim eis tale jus acquiritur, ut nullus eis invitis infra limites sui stollonis ausus est integro cespite laborare. §. 16. Si autem stollo in tantum profecerit, quod sua virtute profunditatem unius lanei et medii vel ad minus decem mensurarum valeat exsiccare ac ventum inferre: tunc primo nomen veri stollonis meretur habere, nullusque deinceps audeat in laneis vel rupturis ad eundem stollonem pertinentibus laborare ultra aquam, sine stollonariorum licentia speciali. §. 17. Quamdiu autem sic defecerit desiccare, poterit unusquisque in laneis et rupturis de mandato tamen urburariorum ubilibet laborare, dummodo lanei et rupturae stolloni conscripti nullatenus lanientur. Nam stollones non ad hoc conceduntur, ut abile ad colendum argentifodium desoletur, sed ad culturam inutile reformetur. Unde cautos volumus esse nostros urburarios in hac parte, ne quid talium in praejudicium nostrae urburae attemptetur. §. 18. Sane si stollonarii novum metallam invenerint infra suam mensuram, tamen extra montes et laneos sibi appropriatos et dudum jam mensuratos: ibidem ipsi mons mensuretur ad inveniendum nostros laneos et civiles; nullo enim modo aliquem stollonem nostrae benignitatis privilegiis confirmamus, nisi salvo jure nostro civiumque nostrorum. §. 19. In septem autem laneis ipsis aut ad montem principalem mensuratis omne jus stolloni concessum, tam in pendentem, quam in jacenti libere retinebunt. §. 20. Hoc itaque statuimus, si mons taliter mensurandus infra limites stollonis

provolanie, ještoť to býti nemá. §. 13. Ale této dvě řehole, t. zprávě, potom chceme obecně aby byly zachovány: První jest, aby provolanie některým kverkóm dolu jednu učiněné nikdy více týmž kverkóm nebylo obnovováno. Druhá řehola jest, aby kterýžkoli duol přes jeden celý rok byl by opuštěn, beze všeho provolanie t. opovědi a odpornosti, jiným dělníkóm aby dán byl, jimžto oslabnutí pro naději zisku práce a dělání ustavičnost nedopustí. §. 14. Pakliby kto chtěl v dělání štol svého štěstie pokusiti, najprv s urburěři našimi, přijmúce některé městské a horničie přísězné, o vlastnost na svobodném poli, na horách již měřených. i na lámání neb zbořenie, sobě zjevně zjednaj, která by se jemu měla dostat; kterážto v zvláštších zápisích na ty věci daných se všemi výmienkami rozdielně, ustanovujem aby vylučena byla, a velikými kameny jeje meze, pod dobrým svědomím přísězných a jiných hodných mužov, k věčné paměti mají býti znamenány; neb tiem mnohé pře o meze štolnie budú utaty, kteréžto na každý den větrně bžie. §. 15. Ale když již štolníci svú štolu zdvihnúce slušně při vyvedenie vody počali by dělati: ihned jim takové právo dobývá se, že ižádný bez jich vuole v mezích jich štolny nebude smieti na celém drnu dělati. §. 16. Pakliby štolna tak hluboce byla udělána, že svú moci prospěla by k hlubokosti jednoho lánú a puol anebo najméně deset měr mohla by osušiti a vietr vnášeti: tehdá teprv jméno pravé štolny hodna jest jmieti, a ižádný potom nesměj po láních neb na zbořeninách k té štolie příslušejících dělati nad vodú, bez štolníkuov odpuštění zvláštneho. §. 17. A dokudž koli nedostane se jie tak osušiti, moci bude jeden každý v láních i v zbořeninách, z prikázanie však všech urburěřov, kdež kolivěk dělati, když jedno lanové a zbořeniny štolie připsanie nikoli více nebyli by bořeni. Neb štolny nebývají k tomu propóčeny, aby duol hodný k dělání zpuštěn byl, ale aby neužitečný jsa k dielu a k těženie byl napraven; protož chceme, aby urburěři naši s té strany byli opatrní, atby takové věci na škodu naše urbury se nedály. §. 18. Pakliby štolníci novú rudu nalezli v své mieře a mezích, avšak kromě hor a lánov jim pójčených a přivlastněných a již dávno měřených: tudiež jim hora buď měřena k nalezenie našich lánov i městských; nižádným zajisté obyčejem které štolny naše dobrotivosti zápisy nepotvrzujeme, leč s zachováním práva našeho a měšťan našich. §. 19. V sedmi pak láních jim k hoře prvotně měřených všecko právo štolie puojčené, tak na visuté jakož na ležaté straně, svobodně obdrží. §. 20. A toto také ustanovujeme, jestliže hora, kteráž tak má měřena býti, v mezích štolny mohla by slušnú mieru doplniti: cožkolivěk nám

Provolanie dolu nemá býti opěťováno.

Který duol rok stojí pust, muož jiným propóčen býti.

Ktož chce štolny dobývání přijiti na kúšení, takto má býti právo dobyto.

O právu štolníkuov.

Co slove štolna právo a o její svobodě.

Najdů-li štolníci rudu novú krom hor jim puojčených v svých mezích.

Obdrženie práva štolníkuov v línú a hantú. Král má též právo v obyčiech štolních jako lánovjoh.

possit mensuram debitam adimplere: quidquid nobis juris in superfluitatibus competit, etiam infra stollonis limites reservantes. §. 21. Statuimus etiam, ne urburarii nec quisquam alius ipsis stollonariis ponat scriptores et scansores aut aliquos alios officiales, sed generales nostri scansores in omni argentifodio jus habeant scandendi, qui nostro nomine, ut omne argentifodium debite excolatur, respiciant diligenter; interest enim reipublicae, ne quis etiam rebus propriis abutatur. §. 22. Cuicumque stollo confirmatus fuerit, idem jus in eo habeat magistratus; nisi tunc sua negligentia exigente alius, tantum ex ipsis stollonariis, ordinetur. Neque alios divisores metalli et refoctores bulgarum, quam generales juratosque delectentur habere. §. 23. Cum vero stollonarii cum suo stollone pervenerint ad civilem laneum, qui colitur, nec ipsis appropriatus est: civibus etiam invitis transire ipsum possunt de jure, et quidquid transeundo cum una mediocri zappa ultra se zappare poterunt, ipsorum est; ac ex profunditate simili modo acquisitum etiam ipsorum est; nec lucrum ex eo aliud consequuntur, nisi tunc cives ipsum stollonem propter aquam educendam, ventumque inferendum habuerint necessarium, quamdiu tunc cum stollone in ipsorum laneo morabuntur, quartam partem solvunt stollonariis expensarum. §. 24. Quid si plures hereditarii stollones ad unum argentifodium protabantur, certe profundior et profundius exsiccans, suum jus suamque proprietatem prae ceteris stollonibus obtinebit, et toties areas sedecim, quot montes ipsi stolloni fuerint deputati.

### Cap. V.

#### *De stollonibus quaerentibus.*

§. 1. Circa stollones autem quaerentes, sic se urburarii debent habere: ut cum juratis de civitate ad minus duobus et totidem de montibus eundem campum, ubi stollo fuerit inchoandus, videant studiosae, si conveniat nostrae reipublicae propter campum aquosum aut alia qualibet de causa ibidem stollonem instaurari; ex tunc ipsum volentibus inchoare urburarii secare conferant cum nostro et nostrorum civium jure salvo, ac collatio cum omnibus suis conditionibus super eo expressis privilegiis conscribatur. §. 2. Haec vero sunt jura stollonem colentium supradictum, ut postquam elevatus fuerit, in anteriori parte quartum dimidium laneum habeant ante caput ipsius, et post eum tantundem, in quibus ab aliquo impediri non poterint, nec alicui in eisdem jus competit laborandi. §. 3. Sane si stollonem eundem in tantum produxerint, quod ad profunditatem unius lanei evidenter valeat desiccare, ex

práva v zbytcích príslušie, takéz v štolních mezech zachová-  
vajúce. §. 21. Ustanovujeme také, aby urburéři ani ktokoli  
jiný tým štolníkóm usazoval písare a štajgeře zvláštnie aneb  
které jiné úředníky, ale obecní naši štajgeři v každém dolu  
mějte právo lézti, kteřížto naším jmenem, aby každý duol  
slušně byl dělán, s pilností opatře; slušief zajisté obecnému  
dobrému, atby žádný svých také vlastních věcí zle nepožíval.  
§. 22. Komuž pak koli štolá byla by potvrzena, tenť má prá-  
vo, atby v ní byl pergmistrem; lečby tehdy proviněním svého  
zmeškánie jiný, však z těch štolníkuov, byl usazen. Aniž  
jiných rudy děliteluov a opraviteluov vodných měchuov,  
nežli obecních a přísazných, mají jmieti. §. 23. A když  
štolníci s svú štolú přiberú se k městskému lánu, kterýž  
těží se neb dělá, a nenie jim přivlastněn: tehdy také bez  
měštan dieky a vuole mohú jej z práva projíti, a cožkoli  
procházejíce jednu středmú kratcí nad se moci budú do-  
byti, jichť jest; a z hlubokosti také týmž obyčejem do-  
byté také jichť jest; aniž zisku jiného dosáhnú kterého, lečby  
měštané té štolý pro vody vyvedenie a větru vnášení měli  
potřebnost; a tehdy, dokudž štolu v jich lánu budú obývati,  
čtvrtý díel platiti budú štolníkóm nákladuov. §. 29. Pakliby  
viece štol dědičných k jednom dolu přitáhlo, jistě hlubšie a  
hlúbe osušijíc své právo a svú vlastnost před jinými štolami  
obdrží, a tolik šestnácti měštišť, kolik hor k té štole bylo by  
přihoděno.

Štolníci ne-  
mějte zvlášť-  
ního písare  
ani štajgeře.

Kto muož  
byti štolním  
pergmistrem,  
rudy rozdě-  
litelem, mě-  
chuov oprá-  
vitelem.

Dobří-li se  
štolníci  
k městskému  
lánu, kterýž  
jim nenle pří-  
vlastněn.

## Kap. V.

*O štole hledajícíe, kterak se urburéři mají jmieti.*

§. 1. Při štolách pak hledajících takto se urburéři  
mají jmieti: aby s přísaznými města přinajmenším se dvěma  
a tolikéz z hor, to pole kdežby štolá měla počata býti, ohle-  
dali pilně, byloliby hodné našemu obecnému dobrému pro  
pole vodné neb pro jinú která koli příčinu, tudiez štolu vy-  
praviti; a pak ji tým, kteříž budú chtěti zaraziti, urburéři  
bezpečně podajte t. propuojčte, tak našeho jako i měštan našich  
práva s zachováním; a podánie se všemi jeho povahami na  
to vypověděnými, zápisu buď zapsáno. §. 2. Tatof jsú pak  
práva svrchu řečenú štolu dělajících: aby, kdyžby zdvižena  
byla, puol čtvrtá lánu měla před hlavú svú a po nie tolikéz,  
v nichžto od izádného nemá jim překážieno býti, aniž komu  
právo v týchž příslušie dělati. §. 3. A jestližeby tu štolu  
na to provedli, aby k hlubokosti jednoho lánu zřejmě mohla  
osušiti: tehdy potom izádný v žádném miestě, kteréž projdu

Práva štolý  
hledajícíe a  
osušujícíe.



tunc nullus in omni loco, quem suo pertransierunt aquaeductu, nunc de novo colere debet, ipsis invitis. Quamdiu vero taliter desierit exsiccare, liberum sit unicuique, post eos tamen, extra quartum medium laneum, ubi maluerit laborare. §. 4. Sed si fortuna favente in stollone meatum invenerint mensura dignum, impletis omnibus his, quae circa inventores novorum montium requiruntur, scilicet ut meatum rite susceperint, dando concessori unam tricesimam secundam partem, argentumque conflaverint, urburariis praesentando, quodque jurati ad petitionem ipsorum de mandato urburariorum meatum secuerint, et metallum in gaza ad minus unum fertonem boni argenti dederit fulminati: tunc jure communi mons eis cum omnibus conditionibus mensuretur; et si qua ibidem fuerit superfluitas, nostra erit; omneque jus in eo monte nobis competit in partibus nobis debitis, cum una schichta nonae partis fabrilis, sicut in aliis novis montibus, sine stollone simpliciter mensuratis. §. 5. Item si ex transverso meatum cum stollone invenerint, possunt sibi monte mensurato procedere ulterius ex transverso, iterumque novos meatus quaerere, totiesque eis mons de novo mensurabitur, quotiens novum meatum invenerint mensura dignum. §. 6. Ad quemcunque autem laneum pervenerint cum suo stollone, eundem poterint pertransire cum omnibus conditionibus, quae in hac parte stolloni hereditario sunt concessae. §. 7. Possunt etiam stollonarii infra metas sui stollonis alium stollonem concedere pro quarta parte lucri de sua proprietate ei, prout voluerint, assignando. Et hoc quidam dicunt tertium genus stollonum esse. §. 8. Statuimus etiam, ut si stollonarii hereditarii invento metallo per unam mensuram cum stollone processerint, concedant, quidquid post illam mensuram invenerint concedendum, vel ipsi suas acies ibidem informent. §. 9. Alioquin nostri generales concessores concedant omnia, quae post illam mensuram invenerint concedenda; non obstante antiquo sermone montanorum, dicentium, „se tantum diligere habere pecuniam in terra absconditam, ac si ipsam in cista reconditam jam haberent“, non attendentes in his utilitatem publicam privatae regulariter praefereendam; nam omnes homines ad augmentum reipublicae sunt asstricti. Ipsa enim proficiente ejus subditi proficiunt universi, et e converso ipsa deficiente desinunt proficere subjecti, quia destructo principali accessoria destruuntur; prout evidentissimum apparuit argumentum in divinae recordationis magnifico rege, domino Ottocaro glorioso principe, patre nostro, cujus vita cunctis actibus claruit virtuosus, in tantum, quod etiam suis temporibus sibi in virtutum operationibus nullus mundi principum poterit coaequari; nam sicut in

neb minú svým vody-vedením, nynie i znova těžeti nemohú bez jich vuole. Dokudž pak koli osušovati nebude, svobodno buď jednomu každému po nich však za puol čtvrtá lánú dělati.

§. 4. Pakliby popřením štěstie v štole pramen nalezli hodný miery, naplníce všecky ty věci, kteréž při nalezatelích nových hor příslušejí, t. aby pramen právě přijali, dadúce propojčíteli jeden druhý a třicátý díel a stříebro, ačby které sdýmali, t. sehnali, dadúce urburefóm, a aby přísežni k jich prosbě, z prikázanie urburefuov, pramen sekali, a ruda v huti přinajmenším jeden věrdunk dobrého stříebra dala by páleného: tehdy právem obecním hora se všemi povahami svými buď jim měřena, a byl-liby který zbytek, náš bude, a všecko právo nám v té hoře příslušie v dielech nám dlužných, s jednú sichtú devátého dielu kovářského, jakožto na jiných nových horách bez štol prostě měřených.

§. 5. Pakliby na přieč pramen s štolú nalezli, mohú horu sobě vyměřice bráti se dále na přieč, a opět nových pramenuov hledati; a tolikrát jim hora znovu měřena bude, kolikrát pramen nový nalezli by miery hodný.

§. 6. K kterémuž pak koli lánú s svú štolú přišli by, tent budú moci projíti se všemi povahami, kteréžto v té mieře aneb s té strany štole dědičné jsú puojčeny.

§. 7. Mohú také štolníci v mezeh své štolý jinú štolu propuojčiti, za čtvrtý díel zisku z své vlastnosti jemu, jakžby chtěli, přidati; a tof někteří pravie býti třetie plémě štol.

§. 8. Ustanovujem také, aby, když štolníci dědiční naleznúc rudu přes jednu mieru s štolú rudy přešli by: propojčete, což koli po té mieře mělo by propójčeno býti, nebo sami své orty osadte. Jinak naši obecní propojčitelé propojčte všecky věci, kteréž po té mieře nalezli by propojčitedlné, bez překážky davnú řečí horníkuov pravících, že „tak velmi milujeme jmieti peníze v zemi skryté, jakožto ty, ješto mají v trubhe skryté,“ nepozorujice v tom, že obecní puožitek zvláštní věci správně má předložen býti; nebo všickni lidé k přispořování obecnieho dobrého jsú zavázáni. Když zajisté obecnie dobré prospievá, i jeho poddaní všickni prospievají; a zase, když ono scházie, přestávajit přespievati i poddaní; nebo když se zkazí předek, i přístupkovét se zkazie, totjiž příslušnosti; jakož najzřiemější ukázal se jest duovod na zbožné paměti velebném králi a pánu, panu Otagarovi, slavném kniežeti, otci našem, jehožto život stkvěl se jest všemi skutky ctnostnými tak velmi, že také za jeho časuov jemu v činech ctnosti izádný z kniežat světa nemohl se jest vrovhati; nebo jakož v jeho šťastném zpravování a prospěchu všecko královstvie jeho i bydlitelé královstvie ve všech sbožích prospievachu

Najdú-li štolníci pramen miery hodný, má jim hora býti měřena pod výminkami.

Pakli najdú na přieč.

Přijdú-li štolníci k kterému lánú, mohú jej propuojčiti.

Štolníci mohou propuojčiti jinému štolu v svých mezeh.

Vychvalování krále Otagara a Cechuov.

ejus felici regimine ac profectu totum suum regimen et incolae regni in omnibus divitiis profecerant et honoribus abundanter, et sic e converso proh dolor! omnis gloria regni Bohemiae cum hominibus a maximo usque ad minimum, donec ad tempora nostri regiminis, corruerat et defecerat in defectu, quia nullus erat, qui tunc rempublicam gubernaret; et nisi rumores isti de Bohemia dicebantur: „ecce mucro furit, ignis vorat, manus rapit, pupillo non parcitur, nec excipitur vidua, sacris reverentia non exhibetur,“; tunc primo doluerunt incolae regni rempublicam corruisse, quia non sentitur profectus hominis, nisi cum prodesse desinit. Nos autem temporibus nostris cum summis vigiliis et summa providentia, annuente Deo, cujus gratia nunquam nos deserit, firmiter ut speramus, in tantum proficimus, rempublicam nostram feliciter gubernando, ad totum regnum nostrum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus reformantes, ita ut jam veteris expertis gravaminis in pace quiescat. Unde nullus sanae mentis ignorat, rempublicam privatorum commodis praeferendam, in qua salus tot hominum et tranquillitas procuratur, et ideo nulli mirentur, si nostra utilitas in montibus sicut alibi privatorum commodis praeferatur. §. 9. Hoc autem dubium declarare intendimus in hac parte, scilicet, si meatus cum metallo infra montem mensuratum et stollonem hereditarium inventus fuerit mensura dignus et monti principali septem, nobisque nostris regalibus laneis extra metas stollonis tantummodo mensurans; civium ac dominorum lanei infra metas stollonis, dummodo alius mensuratus non impediatur, mensurentur; alioquin in vanum mensuras haec clausula praeoccuparet, nostro ac nostrorum civium jure salvo; nam verba cum effectu sunt intelligenda. §. 10. Quidquid autem de septem principalibus laneis infra metas stollonis fuerit mensuratum, cedet stolloni; nam haec mensura non fit aliunde, nisi ut lanei civium et nostram sequentes urbem cognoscantur. §. 11. Nolumus etiam per aliquem stollonem in superfuitatibus nostris, quae nobis de novo cederent, si stollo non esset, aliquid praejudicium generari, sed de his, sicut de laneis nostris et civium nostrorum inquisitio fieri debet studio diligentis. §. 12. Item si stollonarii cum stollone quaerente non ex transverso, sed directa meatus linea procedendo metallum invenerint: ab illo loco in quo metallum inventum fuerit, inantea mons ipse mensuretur cum omnibus laneis, ut supra dictum est. §. 13. Si idem stollo jus suum obtinuit exsiccando ad minus per unam mensuram, et quod canalibus aquaeductis et fenestris luminibus ad omnem utilitatem fuerint expeditae: tunc residuum, quod infra elevationem primam stollonis et montem fuerit mensuratum, totum stollonariis rema-

hojně i ve cti; a též zase pohriechu všecka sláva království Českého s lidmi od největšího až do nejmenšího, až do času zpravování jeho našeho, klesla bieše a v sjiti sešla, neb izádný nebieše tehdy, kto by obecné dobré zpravoval, a jedné tyto pověsti o Čechách se praviechu: „Aj meč prchá, oheň páll, ruka lúpi, sirotku se neodpúšťie, vdově se neshovievá, k svatým a posvátným věcem poctivost se nezachovává!“; tehdy tepruv obyvatelé království želeli jsú, že obecnie věc klesla; neb nečijeme prospěchu lidského než tepruv, když prospievati přestává. My pak za času našich svrchovaných bedlivostmi a obmyslnú opatrností, s pomocí Boží, jehožto milost nikdy nás neopúšťela aniž opustí, jakož se pevně nadějeme, tak velmi prospěli jsme, věc naši obecní šťastně zpravujice a všecko království naše tak v duchovních jakožto v časných věcech napravujice, tak že obec z starého oddělena jsúc obtieženie v pokoji odpočívá; protož izádný zdravé mysli nepochybuje, že obecnie věc zvláštním užítkóm má předložena býti. — §. 9. Toto pak pochybování vyličiti mínime s této strany, totjižto kdyžby pramen s rudú v hoře měřeně a štole dědičné nalezen byl miery hodný: tehdá té hoře sedm lánúov předních, totjižto prvotních, a nám naše královské lány ven z mezi štolý toliko vyměriece, měšťan a pánuov lánové v mezích štolý, kdyžby jediné jiná hora měřená nepřekážela, měřeni buďte; jinak nadarmo tato řeč listy zaměstknala by, totjiž: Našeho a našich měšťan práva s zachováním; nebo slova s skutkem mají rozumina býti. §. 10. Cožkolivěk pak z sedmi prvotních lánúov v prameních a v mezích štolý bylo by měřeno, dostanet se štole; nebť tato miera nebývá odjinud, jediné aby lánové měšťan a kteříž naše urbuře příslušeji, byli poznáni. §. 11. Nechceme také, by skrze kterou štolu v zbytcích našich, kteřížto nám znova dostali by se, kdyžby štolý nebylo, stalo se které bezprávie, ale o těch, jakožto i o láních našich a městských, uptání máť se státi pilnú snažností. §. 12. Také kdyžby štolníci s štolú hledající ne napříeč, ale přiemú měřú se berúce rudu našli: od toho miesta, v němž by ruda byla nalezena, napřed hora jim buď měřena se všemi lány, jakož jest svrchu povědieno. §. 13. Pakli jest ta štole své právo obdržela, osušujíc při nejmenším přes jednu mieru, a kdyžby žlabové, vody-vedenie a okna světedlná ke všemu užítku byla vypravena: tehdá ostatek, což níže prvnieho vyzdvíženie štolového a hory bude měřeno, všecko štolníckóm ostane, našeho a našich měšťan práva s zachováním. §. 14. Pakliby štole osušujíc a jinými věcmi, jakož jest předpovědieno, práva štolý nemohla obdržeti: tehdá prostě s obú stranú miesta toho,

Potupa a zlá pověst sešla o Čechách někdyjších.

Výklad oně řeči, totjižto: Našeho a našich měšťan práva s zachováním.

Co příslušie urbuře v mezích štolý a co měšťanóm.

Skrze zbytečnú štolu královskú nemá se hyn-drunk státi.

Najdú-li štolníci rudu uprimo se berúce, odkud jim má hora býti měřena.

Pakli ta štole osušuje, pokud tehdá právo mají štolníci.

Pakliby ta štole práva nemá, pro neosušování.

nebit, nostro in eo et nostrorum civium jure salvo. §. 14. Si autem stollo exsiccando, et aliis, sicut prius dictum est, jus stollonis deficeret obtinere, extunc simpliciter ex utraque parte loci illius, ubi metallum inventum fuerit, sicut aliis nobis inventoribus, quartus medius laneus mensuretur. Demum lanei nostri, civium et dominorum, eodem ordine mensurentur. Ex utraque vero parte dictae mensurae deinceps sit liberum omnibus ibidem volentibus laborare; quia non parat impedimentum, quod de jure nullum sortitur effectum.

---

Incipit

**L i b e r t e r t i u s**  
**Gloriosissimi Principis Domini Wenceslai**  
**regis Bohemiae.**

**Cap. I.**

*De concessionibus.*

Nunc ad concessionum materiam transeamus, quarum cura inter ceteras regni nostri sollicitudines pluribus noctibus nos reddit insomnes, diurnos etiam actus diversis cogitationibus occupando, eo quod ad litigantes civiliter quaestiones mundi fere majores ex ipsarum controversiis frequentius oriuntur. Nec fas est hoc probare, quod tam juris canonici, quam civilis ratio manifestat, dicens quoad litigantes, majorem esse quaestionem inter duos pauperes de modico cespite terrae, quam inter duos reges de uno integro regno. Nam contingit saepius, quod inter pauperrimos montanos nihil certi habentes, ubi nocte prima caput suum reclinent, aut unde die adveniente victui suo tribuant alimentum, arduae quaestiones de concessionibus oriuntur, ad multarum marcarum millia se extendentes. Ideoque pluries nobis contingit, dies ac noctes cum omni lucubratione degere, quatenus tam divitibus quam pauperibus nostris montanis in tot causis arduis laborantibus aequa lance justitia observetur. Nam secundo libro satis dictum est de stollonum concessionibus, aliorumque hereditariorum argentifodiorum, quae solum per urburarios conceduntur.

§. 1. Sed nunc de simplicibus videamus concessionibus, quae fiunt in laneis nostris, in laneis dominorum et in superfluitatibus per urburarios supradictos. Fiunt etiam haec concessioniones per magistros montium et colonos principales in septem laneis ad montem quemlibet mensuratis, et in omni argentifodio, cum adeo suum argentifodium ampliaverint, quod difficile sit eis

kdežto ruda jest nalezena, jakožto jiným novým nalezačóm, puol čtvrtá lánu měreno buď. Potom lánové naši, měšťan i pánuov, týmž řádem měreni buďte. S obú pak stranú řečené miery potom buď svobodno všem tudiež chtějícím dělati, nebť překážky nečiní, cožť z práva ižádného nemá účinku.

Počínají se

### t ř e t í e k n i h y

práva královského od štědrého krále Václava  
slavné paměti horníkom daného.

#### Kap. I.

*O propojičkách, jenž slovú lénšafty.*

Nynie k zpuosobu propojiček, totiž podávání, pojďme, jichžto péče mezi jinými královstvie našeho pečlivostmi mnohé noci učinily jsú nás nespíce, denní také činy rozličnými myšleními zaměstnávajice, protože jelikožto k těm, ješto se městsky súdie neb světsky, otázky takměř z světa největšie z jichž odpornosti častokrát vychodie. Aníž jest slušné toho dovoditi, což tak práva duchovnieho jako světského rozum oznamuje, řka těm, ježto se súdie, že větši pře bývá mezi dvěma chudýma o malý drn země, nežli mezi dvěma králoma o jednom celém královstvie. Nebo přiháziet se, že mezi přechudými horníky, ještě nic jistého nemajícimi, kdeby noci přístie svú hlavu sklonili aneb odkudby v den přicházející živnosti své dali pokrm, tak mnohé pře o propojičkách vznikují, k mnoha tisíce k hřivnám se ztahujice; a protož mnoho nám se přiházie dni i noci s tesklivostí věsti, aby tak bohatým jakožto chudým našim horníkom v tak vysokých přech pracujícím rovnú váhú spravedlnost byla zachována. Nebo v druhých knihách dosti praveno jest o štolních propojičkách i jiných dědičných dieluov, kteréžto toliko skrze urburéfe podávají se.

§. 1. Ale nynie o prostých vizme propojičkách, kteréžto bývají na láních našich, na láních panských a na zbytciech skrze urburéfe svrchu pravené. A bývajíť ty propojčky neb podávání skrze pergmistry a kverky prvotnie na sedmi láních k hoře každé přiměřených a v každém dolu, když tak daleko svuoj duol rozšířili by, žeby těžko bylo jim veškeren duol těžeti svými náklady a ztravami, vyberúce sobě z něho lepšie,

Kto má moc  
propojčovati.

totum excolere suis sumptibus et expensis, eligentes ex eo melius ac quantum sibi ipsis voluerint ad colendum, residuum vero pro quota parte lucri, prout inter eos convenerit, concedatur. §. 2. Jure autem montanorum concessio est de persona pro quota parte lucri concessae rei translatio aliam in personam. Istae vero concessionis modis variis conceduntur, quandoque pro media parte lucri, quandoque pro tertia, aut quarta, et sic ultra et infra, prout argentifodium fuerit fructuosum et inter se conveniunt contrahentes; aliae vero multae concessionis his conditionibus inseruntur, sicut plenius infra dicemus. §. 3. Sed cum a capite edenda sit ratio de concessionibus, primo quae fiunt per urburarios in lancis nostris et superfluitatibus videamus, in quibus principaliter est regia utilitas attendenda, ne causa alicujus lucri privati, neque effectus consanguinitatis aut favoris, aut dilectionis, aut etiam timoris alicujus personae pro minori proprietate quam liceat, conferantur; nam ut eo major proprietate nobis de nostris lancis et superfluitatibus derivetur, volumus eos easve concedi perpetuo, vel quamdiu temporis uti frui poterint, receptari, dummodo eis minime abutantur; quia privilegium meretur ammittere, qui abutitur sibi tradita potestate. §. 4. Volumus etiam ex innata nobis pietate nostris subditis in quibuscunque valeamus illicitis gravaminibus providere, statuendo, ut quidquid urburarii nostri rite ac rationabiliter tempore suo concesserunt sine dolo, in nulloque nostrum praejudicium aut gravamen, alii urburarii eisdem aliisve in urbura succedentes, nullatenus hoc valeant revocare; nam bene convenit humanae rationi, ut socius laboris sit et consors consolationis; cum indignum sit, ut eo ammodo, qui rem inutilem suis laboribus reddidit fructuosam, sine ratione condigna sibi alium subrogare, cum tamen rem culpa carentem in dampnum non conveniat evocari. §. 5. Si autem aliqui montani suo argentifodio abusi fuerint, sive sit hereditarium sive non, vel quocunque nomine censeatur: urburarii statim de eo mediantibus juris rationibus se intromittant. §. 6. Interest enim nostra, ne quis suo argentifodio abutatur; abutuntur autem sic cultores argentifodio suo: si ipsum eo modo non excolunt, ut deberent, aut metallum clam subtraxerint, aut plus debito tempore meatum inventum fraudulenter occultaverint cum metallo; item si justam urbura non deriderint, cum partibus ipsam sequentibus, aut aliquas partes nobis debitas occultarent, et specialiter proprietatem nobis debitam non solvendo. §. 7. Omnia tamen haec corrigi volumus juris ordine observato, nec quicquam patimur sine juris ordine condempnari. §. 8. Si vero aliquis vel aliqui colonorum aliis insciis et ignaris delinquerint in praemissis vel aliquo

kterak mnoho budú chtietí sami k ťženie, ostatek pak za jistý diel zisku, jakož mezi sebou smluvili by, propojčujúce. §. 2. Právem pak horničím propojčka jest přenesenie propojčené věci na jinú osobu za určený diel zisku. A ty propojčky rozličnými obytčejí propojčujú se; někdy z polovice zisku, druhdy z třetiny neb z čtvrtého neb z pátého dielu, a tak výše nebo níže, jakož duol byl by užitečný, a mezi sebou projednávající smluvili by; a mnohá jiná podanie s těmito výmienkami dějú se, jakož plnějie dole povieme. §. 3. Ale poněvadž od hlavy má se počietí rozum, najprvé o propojčkách, kteréž bývají skrze urburefe na láních našich a na zbytciech, vizme, v nichžto prvotně královský užitek má šetřen býti, aby ani příčinú kterého zisku zvláštnieho, ani přichylností, přibuzenství neb přiezni, neb milováním, neb také bázni některé osoby za menší vlastnost, nežliby slušelo, podávání nebyli; nebo aby tiem většie vlastnost nám z našich lánuov a zbytkuov přicházela, chceme, aby je propojčovali k věčnosti, nebo kterak dlúho přijímači mohli by jich požívati, kdyžby jich jedně zle nepoživali; nebo zvláštnie právo hoden jest ztratiti, ktož moci sobě dané zle požívá. §. 4. Chtějice také z přirozené nám milostivosti naše poddané, v kterýchž koli věcech muožeme, před nehodnými obtěžováními opatřiti, ustanovujeme, aby, což koli urburefi naši právě a rozumně času svého beze lsti propuojčili by, ne k naše k škodě neb obtieženie jiní urburefi, těch nebo jiných na urbuře potom následující, nikoli aby toho nemohli odolati; neboť dobře přislušie lidské rozumnosti, aby tovařiš práce byl také účastník utěšenie; poněvadž nehodné bylo by, aby toho odvrhúce, kterýž věc neužitečnú učinil užitečnú robotami svými, bez rozumu hodného na jeho miesto jiného vsadili, poněvadž však věci, kteréž viny nemá, v škodu neslušie obraceti. §. 5. Pakliby kteří horníci svého dolu zle poživali, byť pak byl dědičný nebo nic, nebo kterým koli jménem jmenován byl by: urburefi naši ihned podle rozumu práva veň se uviežte. §. 6. Slušieť zajisté na nás opatřiti, aby žádný svého dolu zle nepožival. Zleť pak požívají kverkové dolu svého takto: jestliže jeho tiem obytčejem netěžie, totižto nepavují, jakož dlužni jsú, nebo ač rudu tajně kradli by, nebo ačby déle nežli slušné jest, pramene nalezeného s rudú lstivě tajili; také tratie, ačby spravedlivé urbury nedávali s diely jí přislušejícími, nebo ačby některých dieluov nám dlužných zatajovali a zvlášť zvláštnosti nám dlužné neplatiece. §. 7. Avšak chceme, aby tyto všecky věci opraveny byly s zachováním řádu práva, aniž chceme přezřieti t. strpěti, by kto bez řádu práva byl odsuzován, totiž potupen. §. 8. Pakliby kto neb kteří

Co slove propojčka.

Propojčka urburefuov na láních, nám zbytciech a zbytciech královských.

Což prvnejší urburefi propojče, nám městkové jich toho nerušte.

Užívají-li horníci zle dolu svého, budjím odjat.

Tiemto obytčejem tratie kverkové právo na horách.

Kverkové tratie tále.



praemissorum, ex eo nolumus universitatem condempnari colonorum, dummodo ipsi non consentiant, ne illud delictum ratum habeant; quia posse resistere adversis, et non facere, est ipsis consentire, et in hac parte ratihabitio retro trahitur et mandato comparatur. §. 9. Placuit etiam veteribus, quatenus unusquisque montanus hoc modo jus suum salvum in montibus mensuratis, laneis et concessionibus conservaret: Si coloni montis mensurati omnes septem laneos excolerent cum tribus argentifodinis, laneos autem pro certa proprietate concessos, cujusque nominis censeantur, cum una argentifodina et tribus aciebus, et concessionem cum una sola acie solummodo colerent. Sed moderni multo perspiciores veteribus, modum alium complectentes videntur annuere in praesenti, unumquemque laneum argentifodina propria excolendum et cum tot aciebus, quot in eo sine colonorum impedimentis poterint informari. §. 10. Idemque de aciebus in concessionibus observetur; nam quod a pluribus quaeritur, facilius invenitur; hoc ipsumque rei experientia manifestat; nam multa millia marcarum in terra usque in diem novissimum inutiliter quievissent et adhuc quiescerent, si in omni argentifodio non concederentur concessionem, lanei et acies indistincte, tracta de praeterito conjectura. Unde opinionem modernorum in his magis rationabilem approbantes statuimus laneos et concessionem concedere et acies, non obstante colonorum contradictione qualibet, informari; laneonarii enim sectores multa inutilia montana assiduo suo labore ac modicis expensis faciunt fructuosa. §. 11. Istae vero concessionem quandoque fiunt pure, quandoque conditionaliter, quandoque etiam ad certum diem; fiunt etiam quandoque particulariter. §. 12. Pure autem hoc modo fiunt concessionem: cum perpetuo conferuntur, vel quamdiu coloni ipsis uti frui poterint, et si venerint cum sua concessionem vel acie ad meatum ordinarium, quidquid ibi exsecuerint de metallo, id ipsorum est. §. 13. Quam cito autem coloni principales transeundo ad ipsos pervenerint, tunc statim eos recedere oportebit, quia regulariter concessores in hac parte sunt laneonariis potiores. §. 14. Nisi tunc quidquid cum sua acie lucrari possent, in concessionem sibi facta specialiter sit expressum; hoc modo esset eis jus adeo forte acquisitum, quod nulli de suis aciebus cedere cogerentur. §. 15. Sed hanc clausulam, scilicet „quidquid cum sua acie lucrari poterint,“ in praejudicium principalium colonorum concessionibus inferri deinceps penitus prohibemus, etsi ipsi coloni magistro montis concedendo potestatem dederint generalem; nisi tunc inseratur „de colonorum licentia speciali“; nam plus valet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, ipsis-

z kverkuov bez vedomí jiných shřešili v předepsaných věcech neb v které z nich, nechceme, byť pro to všickni byli odsúzeni a potupeni, když jedno k tomu jsú nesvolili aniž svolují; neb ktož muož oprieti se a zbrániť zlým věcem a neopře se, tent jim povoluje a vinným se činí; nebť nenie bez vady tajného tovarišstvie, ktož hriechu se nechce oprieti; a v té mierie přezrenie táhne za se a prikázani rovná se.

§. 9. Líbilo se jest také starým, aby jeden každý horník tiemto obyčejem právo své zdravé zachoval na všech láních měřených i propojíčkách: Kdyžby kverkové hory měfené všech sedm lánuov se třmi doly dělali, lány pak za určenú vlastnost propuojčené, kterýmžkoli jmenem jmenovaly by se, aby jedniem dolem a trojimi orty, totižto úhly, a propojčenie, totiž podanie, jedniem toliko ortem samým dělali by. Ale nynější, mnohem vtipnější starých, jiného obyčjeje se chytivše, vidělo se jest jim svoliti nynie, aby jeden každý lán dolem vlastním těžen a dělán byl a s tolika orty, kolikož by v něm bez překážky kverkuov mohlo napraveno býti.

§. 10. A též o ortiech na propojíčkách buď zachovááno; neb ruda, kteráž se od mnohých hledá, snáze se nalezá; a tot samo zkušenie též věci oznamuje; neb mnoho tisícuov hřiven odpočívalo by v zemi až do dne saudného neužitečně, a ještě by odpočinuly, kdyžby v každém dole nebyli propójčovani lánové, propojíčky a ortové nerozdílně, berúce z minulého času dovtip. Protož z toho duomysl nynějších v těch věcech rozumnější tvrdíce ustanovujeme, aby v láních a propojíčkách způsobeni byli orti, totižto úhlové, což jich hodně muož býti, bez překážky kverkuov a všelijaké odporosti; lanovní zajisté sekáči, to jest lénhavěři, mnohé neužitečné hory ustavičnú svú prací a malými náklady činie užitečné.

§. 11. Tyto pak propojíčky někdy bývají prostě, druhdy s povahami, totižto s výmienkami, a druhdy také k určenému dni neb času, a druhdy stranně anebo dielně.

§. 12. Prostě pak tiemto obyčejem dějí se propojíčky: Když věčně byvají podány, anebo jakž dlúho jich kverkové mohli by pozívatí, a kdyžby přišli s svú propojíčku nebo ortem k prameni pořádnému, cožkoli tu rudy vysekali by, tot jich jest.

§. 13. Kterak brzo pak kverkové prvotní berúce se přišli-by k nim a dodělali-by se jich: tehdá oni hned zase budú musiti postúpiti; nebo s té strany propójčitelé správně jsú mocnější, nežli lénšaftníci.

§. 14. Lečby v podání bylo vymieněno, což by v ta doby svým ortem mohli dobyti, to aby jich bylo; tiem obyčejem bylo by jim právo tak silné dobyto, že izádnému z svého ortu postúpiti by nuceni nebyli.

§. 15. Avšak tu vymienku, totiž „co by svým ortem mohli dobyti,“ na škodu

Pokuta přestupníkův svolajících.

Kterak horníci mají své právo na láních zachovati.

O propojíčkách na ortiech.

O rozličnosti propojíčky.

O propojíčce naprasto.

O důrlaku.

Vymienka.

que sic volentibus non inferitur injuria, nam unusquisque renunciare poterit juri suo; sed inter laneonarios haec clausula maxime locum habet, ut eo proniores in laboribus perseverent. §. 16. Item concessores consueverunt laneonariis dare funes et coreum ad extrahendum suam aquam et derivandum ad generalem aquae haustum principalium colonorum; sed in his optima est cautela: Primo declarare contrahentium voluntatem, quia pacta ex conventionem legem suscipiunt; si vero nihil inter contrahentes de his dictum est, tunc generalius est, concessores laneonariis modo praedicto in funibus et coreo providere, quia ubi est emolumentum, et onus esse debet. §. 17. Tenentur insuper aquam principalem, ne ipsos in laboribus suis impediatur, retinere; unde valde cautum erit, haec omnia sub bono testimonio declarare, ut unaquaeque pars suis terminis sit contenta; alioquin super quaestionibus inde exortis stabitur solius testimonio concessoris. §. 18. Sed tamen visum est concessores solos in hujusmodi testimonio saepius vacillare, juxta illud: Vae soli, cum ceciderit; non habet sublevantem! ideo ad majorem veritatis doctrinam statuimus hoc edicto, magistros montium de cetero concessionem nullas concedere, nisi ad minus uno praesente suo colono vel uno jurato, scilicet scansore, carpentario vel custode, qui cum ipso concessore simul perhibeant testimonium veritati; quia quae infirmari possunt, praecavere debent; nam istae quaestiones plures ad magnam summam pecuniae se extendunt. Quare circa eas semper cautius est agendum, ut omni parte fraudibus hominum occurratur, indemnitati litigantium consulendo, ne suppressa veritate innocentia feriat.

## Cap. II.

### *De conditionalibus concessionibus.*

Conditionales vero concessionem sunt, quae cum hac clausula conceduntur: Ut quam cito laneonarii ad ordinarium meatum pervenerint, ab ipso recedant, nullo ad eos transitu expectato; quod in puris concessionibus locum non habet, quia in illis laneonarii, antequam ad eos fiat transitus, suum faciunt, quan-

prvotním kverkóm v propojičkách vměšovati, také ovšem zapovídáme, by pak také sami kverkové dali moc obecní perkmistrovi propójčovati; lečby tehdy to bylo vylučeno „z zvláštnieho dopuštění kverkuov;“ nebť více muož, což se zvláště poručie, nežli což se obecně prikazuje, a jim tak chtějícím neděje se bezprávie; nebo jeden každý právo své muož otevdzati; ale mezi lénhavěři tato výmienka najvětší miesto má, aby tiem hotovější v pracech setrvali. §. 16. Také propójčitelé obvyklí jsú lénhavěrom dávati provazy a kuože k vytahování jich vody a převedenie do obecnieho vody-žumpu prvotních kverkuov; ale v těch věcech najlepšit jest ubezpečenie aneb opatrnost: najprvé vylíčiti stran vuoli; neb smlúvy z sjednávání právo berú; pakli mezi stranami smlúvajícimi se o těch věcech rčeno nenie, tehdá obecnějie jest, aby propójčitelé lénhavěrom nebo přijímačóm i provazy i kóže vydávali; nebo kdežt jest puožitek, tuť má býti i břiemě, t. náklad. §. 17. Dlužní jsú nad to vodu prvotní držeti, aby jim v jich prácech nepřekážela; protož velmit bude i bezpečno i opatrnó, ty všecy věci pod dobrým svědomím vylíčiti, aby jedna každá strana dosti na svých mezích měla; jinak o přech z tohoto vzniklých věreno má býti svědecstvie samého propójčitele. §. 17. Ale poněvadž vidáno jest propójčitele samy v takových svědecstvích častějie pochybovati, podle oně řeči Šalomúnovy: Běda samému člověku (sic) kterýžto když padne, nemá, ktoby ho pozdvihl! protož k většiemu naučení pravdy ustanovujeme túto výpověď, aby pergmistři potom žádných propojiček nepropojčovali, leč najméně v přítomnosti jednoho svého spolukverka neb jednoho přísežného, neb štajgeře neb cimrmana neb hutmana, kteřížto s tiem propuojčitelem spolu by mohli svědecstvie vydati pravdě; nebo kteréž věci zemdleny muož býti, máť se jich vyvarováno býti; nebo tyto pře mnohokrát k veliké summě peněz ztahují se. Protož při nich vždyckny má opatrnějie činěno býti, aby z každé strany lstivostem lidským odpora byla uložena a razeno bylo k neškodnosti svářících-se, atby pod utlačením pravdy nevinnost nebyla urážena.

Kto má dávatí potřebu lénhavěrom.

První kverkové držte vodu lénhavěrom.

Pergmistr nemá propuojčovati bez kverkuov přísežných.

## Kap. II.

*O propojičkách lénhavěřuom pod výmienkami neb povahami.*

Propojičky pak pod výmienkami neb pod povahami jsú, kteréž s túto výmienku propójčují se: Aby jakž brzy lénhavěři neb ti přijímači přišli by ku pramenu pořádnému, aby ihned od něho odešli a odstúpili, žádného k nim pruchodu nečekajíce; a ta výmienka v prostých propojičkách miesta

tumcunque poterint de metallo medio tempore exsecare, ut jam praedictum est; et ideo fit, ut tardi montium cultores provocentur vigilantius ad laborem; alias male ageretur de nostra republica, si unusquisque pro sua nostrum argentifodum coleret voluntate.

### Cap. III.

#### *De concessionibus ad certum tempus.*

Sed ad certum diem fiunt concessiones, cum conceduntur ad festum Nativitatis Domini aut Pascae aut Carnisprivii, et sic de aliis; statimque die adveniente concessiones expirant. Si autem infra diem laneonarii aliquid impedimentum sustinerint per negligentiam principalium colonorum, quia non tenuerunt aquam laneonarios submergentem aut fecerint aliquid opus in argentifodio, quare ipsos a suis laboribus cessare oportuit usque ad ejusdem consummationem: id ipsum vero tempus sic neglectum post diem transactum eis integraliter est supplendum, ita ut utrobique plena justitia tribuatur. Alioquin in potestate esset principalium colonorum, laneonarios sectores faciendo aliquid maliciose opus inutile, a suis concessionibus usque ad statutum terminum submovere. Quod praecipimus ipsis nullatenus non nocere, sed totum tempus neglectum sic volumus ipsis integraliter adimpleri; eo quod melius est, jura ipsorum inviolata custodire, quam post causam vulneratam remedium invenire.

### Cap. IV.

#### *De concessionibus particularibus.*

Sunt insuper quaedam concessiones particulares, ut si unus solus, aut etiam duo tantum ex colonis suas partes pro quota parte lucri concesserint excolendas; et si illis cultoribus postea displicuerit laborare in eisdem concessionibus, illud denunciare tenentur suis concessoribus, quatenus se suis partibus intromittant; alioquin perditis partibus quocumque modo ex ipsorum negligentia, ad omne interesse concessoribus constringentur. Quam regulam in omnibus similibus casibus praecipimus observari; adjuvari enim nos beneficio convenit, non decipi; alias posset unusquisque laneonarius aliisve quicumque hoc modo suum concessorem suis partibus defraudare; unde maliciis hominum occurrendum est, ne videantur de suis iniquitatibus gloriari.

nemá; nebo v těch lénhavěři prvé nežliby k nim byl pruo-  
chod, cožkoli mohli by toho času rudy vysekati, toť své  
činie, jakož již dříve jest praveno; a toť se proto děje, aby  
lění kverkové zbuzeni a ponuknutí byli k bedlivějšímu hor-  
dělání; jinak zlet by se dalo o naší obci a obecném dobrém,  
kdyžby jedenkaždý duol svuoj k své vuoli dělal.

### Kap. III.

*O propojičkách do určeného času propuojčených.*

Ale k určenému dni neb času bývajít propojičky, když  
propuojčují se do hodu Narozenie Pána našeho, neb do Velké  
Noci neb do Masopusta, a tak o jiných; a ihned den příští  
propojičky vyjdú. Pakliby přede dnem lénhavěři anebo při-  
jímači některakú překážku trpěli skrze zmeškáníe prvotních  
kverkuov, že jsú vody nedrželi lénhavěře vytopujície, anebo  
dělali by některaké dielo v dolu, pro něž oni od svých prací  
musili by přestati až do téhož diela dokonáníe: tehdy ten  
čas tak zmeškalý také po dni minulém jim úplně má nahra-  
žen býti, tak aby obojím plná spravedlnost byla dána. Jinak  
v moci bylo by prvotních kverkuov, lánovnie sekáče neb lén-  
havěře, dělajície zlobivě některaké dielo neužitečné, od jich  
propojiček odstrítí až do dne uloženého. To prikazujem,  
aby přijímačóm dielo a překážka oněch nikoli neškodila, ale  
aby veškereň čas tak zmeškalý byl jim vcele naplněn; nebt  
lépe jest, atby práva bez porušení byla zachována, nežli po  
ranění pře lékařstvie nalezati.

### Kap. IV.

*O propojičkách stranních nebo zvláštňích.*

Jsúť nadto některé propojičky strannie, kdyžto jeden  
sám nebo také dva toliko z kverkuov své diely za některý  
diel zisku propójčili by k vytěžení; a kdyžby těm kverkóm  
potom nelíbilo se dělati v týchž propojičkách, toť jsú zvěsto-  
vati dlužni svým propójčiteluom, aby se v své diely uvázali;  
jinak ztratili-liby se dielové kterýmkoli obyčejem z jich  
zmeškáníe, tehdy dlužni budú svým propuojčitelóm všecko  
zaplatiti. Kterúžto řeholu t. pravidlo při všech podobných  
příhodách prikazujem zachovati; hodnět zajisté jest a při-  
slušie dobrodiním nám spomocnu býti, ale ne zklamánu býti;  
jinak mohl by každý lénšaftnik neb lénhavěř, neb jiný který  
koli přijímač tiem obyčejem svého podacieho a propójčitele  
jeho doluov zbaviti lativě; protož zlostem lidským slušiet se  
opřítí, aby nebyli vidieni chlubití se z svých nepravostí.

Zbytečné  
ortáv ne-  
škodi kver-  
kóm než  
lénhavěřóm.

**Cap. V.***De concessionibus per magistrum montis factis sine scitu colonorum.*

§. 1. Sane si magister montis concesserit aliquam concessionem colonis insciis et sine ipsorum licentia speciali: statimque postquam hoc statuerint, infra unum diem tenentur hanc concessionem, si voluerint, reclamare, laneonariis denunciando sectoribus, ut in illa concessione ulterius non laborarent; alias sciant se expensas, quas ibidem fecerint, una cum laboribus perdituros. §. 2. Si autem ab illis laneonariis scienter proprietatem a magistro montis statutam receperint, tunc ulterius concessionem per magistrum montis sic factam propter ratihabitionem non poterunt reclamare; quia quod semel placuit, amplius displicere non potuit. In his vero concessionibus ratihabitione retrahitur et mandato comparatur. §. 3. Sed si cum hac protestatione praedicto modo proprietatem receperint, sic dicentes: Hanc proprietatem recipimus salvo jure nostro, si quod nobis contra laneonarios videtur competere: tunc nullum ipsius ex receptione dictae proprietatis praejudicium imminet, vel possunt totum metallum impetere, vel laneonarii si non sunt solvendo, caveant bonis fidejussoribus, totum metallum, si in causa ceciderint, reddituros. Tamen circa praedictas fidejussorias cautiones est cautela maxima adhibenda, quando unum metallum super aliud cumulat, ac minus ascendit. §. 4. Et si tunc laneonarii aliquo modo subterfugere quaerunt iudicium, et statim ex eo suspecti habentur: tunc metallum erit apud communem hominem sequestrandum, qui ipsum conservet parti, quae in causa obtinuit victoriam principali. §. 5. Idem dicendum erit, si laneonarii suspecti non fuerint, sed tamen fidejussores idoneos habere non possunt, ut metallum apud securum et idoneum hominem sequestretur, ut victrici parti tempore victoriae tribuatur. §. 6. Providendum etiam est studiose, ne innocentes homines, sicut consuetum est quandoque fieri, in interdictione sui metalli ab aliquibus suis calumniatoribus indebite molestentur. Unde statuimus, ut, quicumque alteri suum metallum interdicens, antequam coram iudice aut magistro montis principalem moverit quaestionem, voluerit impedire: jurare teneatur ibidem ad sanctam crucem, quod illud metallum non interdicat malitiose aut animo calumpniandi. Nullatenus, qui hoc juramentum recusaverit, audiatur; pium est enim in hac parte, pauperibus hominibus providere, qui quandoque carent fidejussoribus, et aliunde non habent nisi de eodem metallo circa partes suas sumptus

## Kap. V.

*O propojičkách učiněných skrze pergmistra bez vědomie kverkovského.*

§. 1. Jestližeby pergmistr propójčil komu kterou propojčku bez vědomie kverkuov a bez jich odpuštění zvlášt-nieho: ihned jakžby to zvěděli, v jednom dni dlužni jsú a mají tu propojčku, ačby chtěli, odolati, lénšaftním zvěstujícíe havéřóm, aby v té propojčce více nedělali, jinak aby věděli, že každý náklad, kterýž by tudiež učinili, spolu s pracemi ztratíe. §. 2. Pakliby od těch lénšaftníkuov vědomě vlastnost od pergmistra ustavenú kverkové vzali, tehdy potom propojčky skrze pergmistra tak učiněné pro přezřonie nebudú moci odolati; nebo což se jest jednú libilo, potom se jest nemohlo nelibiti; v těch zajisté propojčkách přezřenie za se tíhne se a přikázání se přirovnává. §. 3. Pakliby s tímto osvědčením dřieve řečeným obyčejem vlastnost přijali takto řkúce: Tuto vlastnost přijímáme s zachováním práva našeho, ač které nám proti lénšaftníkuom vidělo by se příslušet: tehdy nížádné jim z přijetie řečené vlastnosti bezprávie nenastane; neb se mohú všie rudy chytiti, neb lénšaftníci, nejsú-li bohatí, uručte dobrými rukojměmi, všicku rudu, ačby při ztratili, navrátiti. Avšak při ujišťování dřieve řečených rukojemství máť opatrnost převeliká jmiena býti, když jedna ruda na druhú hromaždí se a příliš vstupuje. §. 4. A jestliže v ta doby lénšaftníci některým obyčejem saudu ujiti hledají, ihned z toho zle domněli jmieni jsú; a tehdá ruda má býti u obecního člověka položena, a tenť ji zachová straně, kteráž při obdrží prvotnie. §. 5. Též má řečeno býti, kdyžby lénšaftníci ve zlém domnění nebyli, ale však rukojmí hodných jmieti by nemohli, aby ruda u jistého a hodného člověka byla oddělena, aby v čas vítězství straně zvítězilé byla dána. §. 6. Opatřeno také má býti snažně, aby nevinní lidé, jakož obyčejno jest druhdy bývati, stavováním své rudy od druhých falešných žalobci neslušně nebyli trápeni. Protož ustanovujeme, aby, ktožkoli druhému jeho rudu zapovídaje neb stavuje, chtělby překážeti, dřieve nežli před sudci neb pergmistrem hnul by při: dlužen buď tudiež na svatém kříži přísieci, že té rudy nezapovídá zlostně a úmyslem bezprávi a útisku. A ktož by této přísahy odepřel, nížádným obyčejem nemá slyšán býti; milostivé zajisté sté strany jest, chudé lidi opatřiti, kteřížto druhdy nemají rukojmí a odjinud nemají, jediné z té rudy, na své diely nákladuov činiti, atby nadarmo nebyli trápeni. Máť také přísaha tato výmienku držeti, aby

Kdy propojčka pergmistra stáda jest.

Opatrnost přijímačuov.

O lénšaftnicích zle domněných.

Nemají-li rukojmí, hleďte rudu u člověka.

O stavování rudy.

Ktož rudu stavuje, máť přísieci, že beze lsti stavuje.



facere et expensas, ut inaniter non vexentur. Debet etiam juramentum hanc clausulam continere, ut interdicens metallum causam suam coram magistro montis aut iudice proximo adveniente iudicio prosequatur; alioquin sic metallum interdictum libere absolvatur. Nam super omnia cordi nobis est, pauperes eripere ab iniquis insultibus superbiorum; hoc idem sub obtentu gratiae nostrae, omnibus officialibus nostris ac iudicibus imperantes. §. 7. Pro communi tamen expensa unicuique laboratori metallum est licitum occupare sine quolibet juramento, prout supra de officio magistrorum montium satis est dictum. §. 8. Noverint insuper universi montani, quod non patimur ab aliquo interdicti sectionem montium et laborem, nisi tunc ob rem publicam fiant interdicta jam praedicta; sed unusquisque ob spem juris sui labore nullatenus prohibetur, quin jus quod habeat iudicio declaretur. §. 9. Sane si a concessoribus argentifodium, in quo concessionis fuerint, amittatur aut alio modo quolibet in alium transferatur: nihilominus laneonarii sectores pro eadem proprietate omnique jure sicut prius in suis concessionibus remanebunt; quia res inter alios acta aliis non praepjudicat, et etiam res transit cum suo onere et honore. §. 10. Si vero istae concessionis sunt concessae, postquam lis cum suis concessoribus fuerit inchoata, non valent, quia lite pedente nihil innovandum est; unde in hoc casu concessionis ad victorem cum laneo retransseunt principali. §. 11. In omni autem concessionum causa, in qua magister montis testis principalis requiritur, nolumus ipsum iudicio praesidere, quia nullus in eadem causa iudex et testis esse potest. §. 12. Innata nobis pietas semper commodis invigilians subjectorum, non patitur nos conniventibus oculis pertransire cujusdam dubii errorem, imo urburariorum et concessorum injuriam et violentiam manifestam, quam multis irrationabiliter intulerunt: Cum quidam laboribus aliorum invidentes peterent sibi conferre talem laneum, quem desolatum dicebant, statimque exeuntes illum laneum, cum primo veri cultores vix exivissent et quandoque aliqui ex ipsis sub terra adhuc in eodem laneo laborarent, volentes sine aliquo juris ordine occupare. §. 13. Cum tamen jure cautum fuerit, ne tales lanei concederentur, nisi primo mitteretur unus ex juratis, qui videret, si tanto tempore jacuerit incultus, quod aliis merito conferretur; tunc primo secundum illius jurati protestationem erat talis laneus conferendus. Unde Iglavienses a nobis in hac parte argui merito meruissent, quod propter defectum juris tot errores usque ad haec tempora vigerunt, quia jura montium in his scriptis publice iudici et juratis in Chutna debuerant tradidisse, ut unusquisque jus suum osten-

ten, ktož zapovedá rudu, před pergmistrem neb sudcí v najbliž přístiem saudu svú při provodil; jinak ruda, ješto zapoveděna jest, tak buď propuštěna. Nebo nade všeccko jestit nám v srdci, abychom chudě vyprostili od nepravých utiskání pyšných lidí; totěž pod zachováním naší milosti všem úředníkóm a súdciem naším prikazujice. §. 7. Pro obecni však náklad horni jednomu každému dělníku rudu slušné jest staviti beze vsí přísahy, jakož svrchu o úradu pergmistruov o tom dosti jest povědieno. §. 8. Vězte přes to všickni hornici, že nechceme, aby kto zapovedal sekání hor a diela, lečby ta doby pro obecni věc byla záповeď již řečená; ale jednomu každému pro naději práva svého dělati nikoli bráněno nebud, dokavadž, kto by právo měl, saudem nebylo by vyličěno. §. 9. Pakliby od propójčiteluov duol, v němž by propojičky byly, ztracen byl nebo jiným obyčejem kterýmž koli na jiného přenesen byl: nicméně lénšaftni havěři za tůž vlastnost i za všeccko právo, jakož prvé, v svých propojičkách ostanú; nebo věc mezi jiným činěná nepřekážie jiným; a také věc jde s svým břemenem i se ctí. §. 10. Pakli ty propojičky jsú propuojčeny po početí pře s propójčiteli, tehďat v saudu neostojí; nebo pře, dokudž v duovodiech jest, nic nemá býti obnovováno; protož v té příhodě propojičky k vítěziteli i s lánem navracujit se prvotním. §. 11. V každě pak při propojiček, v nížto pergmistr má býti svědek prvotni, nechceme, aby on na saudě seděl; nebo izádný v též při nemuož sudcí i svědkem býti. §. 12. Přirozená nám milostivost vždycky k užitkóm bdieti poddaných netrpí nás, bychom my mhúravýma t. ponukajícíma očima pomnuli bludu jednoho pochybenie, nébrž urburěruov a propójčiteluov bezprávie a násilé zřejmého, kteréžto mnohým nerozumně činili jsú: Kdyžto někteří, jiných pracem závidiece, prospěchu sobě podati takového lánu, kterýžto zpuštěný praviechu, a ihned vejduce do téhož lánu, když jedině právě spolukverkové sotně byli vyšli a druhdy někteří z nich pod zemí ještě v témž lánu dělali jsú, chtěce jej beze všeho řádu práva osaditi. §. 13. Poněvadž však právem bylo by ubezpečěno, aby takoví lánové nebyli propuojčováni, lečby prvé jeden z přísěžných tam poslán byl a ohledal by, takliby veliký čas ten lán ležel nedělaný, aby jiným hodně byl propójčen: tehďat teprv vedle toho přísěžného vysvěděnie má býti takový lán podán. Protož Jihlavští v té mierě od nás tresktáni hodně zaslúžili jsú býti, že pro nedostatek práva tak mnozí bludové až do těchto časuov trvali jsú, protože práva hornieho napsaného zjevně sudcí a přísěžným na Hory Kutny nevydali jsú, aby každý bez strachu právo své mohl ukázati. Anižť práva skrytá býti

O slušném stavění rudy.

Žádný nemá zastavovati diela hornieho.

Ztrati-li propójčitelé duol, lénšaftnici v svém právu ostanú.

Pergmistr na saudě, když svědčí neb v své při súdie se.

O bezprávném propuojčování.

Nepravé ztěžení ortuov

Práva mají býti zjevná. Tresktánie Jihlavských o práv zdivěnie.

disse intrepide potuisset; nec jura abscondita esse debent, sed in publico, quia omnes homines jura scire debent, ut universa prohibita declinent, et permissa sectentur. Quid enim illis de Chutna jura Iglaviensium abscondita profuerint, ex quo ipsis plenam copiam facere recusarunt, nisi quod pauperes afflicti laboribus et expensis quandoque quasdam sententias retulerunt, nec ipsi Iglavienses debito modo jura poterant defensare! Quia parum prodest, in aliquo loco jura esse, nisi sint personae, qui jura manuteneant et defendant; nam leges et plebiscita per vim sunt coactae. Sed nos cupientes omnia in statum debitum revocare, hoc consultissimo prohibemus edicto, ne urburarii aut concessores deinceps laneos aliquos praedicto modo conferant aut concedant, sed hunc modum concedendi in illis concessionibus de cetero volumus observari. §. 14. Sane tamen, quia secundum illas quatuor horas sive schichtas diei et noctis, sicut primo libro de horarum pronuntiatione dictum est, quae cum augmento et defectu diei et noctis instabiliter variantur, non possumus ad videndum de laneis concedendis horam diei stabilem et immutabilem assignare: unde si petat aliquis conferre sibi aliquem laneum desolatum, mittant primo urburarii aut concessor unum ex juratis, qui videat prima hora diei, id est infra missam primam et missam summam et in hora vesperarum, dummodo non sit vigilia et dies celebris, et si his duabus horis eundem laneum jam petatum invenerit desolatum, et si hoc coram urburariis aut concessore per suum juramentum fuerit protestatus: tunc primo ille laneus ipsis petentibus, si digni fuerint, concedatur, et si hoc non fecerint in fraudem suorum concolonorum. Nam multi, cum ipsos ordo tangit laborandi, inscisci suis concolonis dimittunt argentifodium suum inculatum, et denuo ipsum ab urburariis aut concessore suscipiunt, ut per hanc astutiam suos possint excludere concolonos; quam astutiam penitus reprobramus, quia fraus et dolus nulli patrocinari debent. Quidquid autem contra dictum modum laneos concedendi fuerit attemptatum, ipso jure sit irritum et inane; non enim jure nostro labores justorum impii occupabunt. §. 15. Proxime autem jus dictum de laneis conferendis etiam in camporum culturis, si coloni ex eis meatum suum rite et rationabiliter a concessore susceperint et ipsis sit laneus mensuratus, praecipimus observari, qui statim ipsis laneo mensurato jus lanei consequuntur; sed aliae culturae camporum, quam cito vacaverint, occupantibus conceduntur, dummodo non in vigiliis et diebus celebribus occupentur. §. 16. Si cui autem concessio aliqua concedatur, gaudeat eo jure, quod sibi concessor dixerit

mají, alebrž zjevná; neb všickni lidé dlužni jsú práva věděti, aby jedenkaždý zapověděných věcí se varoval a dopuštěných následoval; nebo co jsú horníkuom z Kutny práva Jihlavská skrytá prospievala, poněvadž jsú jim plného přípisu vydati odpiráli, jedno že chudí, trápeni jsúce pracami a náklady, druhdy některé jich nálezý přinesli jsú, aniž oni Jihlavští sami mohli jsú slušným obyčejem práv svých hájiti; nebo tot jest málo, že v některém miestě jsú práva, lečby osoby byly, kteréž by ta práva zachovávaly a jich bránily, totiž jimi se zpravovaly; nebo práva a obecní nálezové mocí mají přinucena a hájena býti. Ale my, žádajíce všecky věci v slušný stav navrátiti, túto najurazenější zapoviedáme výpovědi, aby ani urburéri, totiž propuojčitelé, potom viac lánuov neb lénšaftuov izádných dřieve řečeným obyčejem nepodávali, ani propojčovali; ale tento obyčej propuojčovanie v těch propojčkách potom chceme, aby zachován byl. §. 14. Ale však že podle těch čtyr hodin, totižto šichet dne a noci, jakož v prvých knihách o zvěstovačích hodin horských jest povědino, kteréžto s přibýváním a ubýváním dne a noci měnie se neustále, nemuožeme k opatřovanie o lániech a podávanie hodiny stále ve dne a neproměnné uložití: protož bude-li kto prositi, aby jemu podán byl některý lán zpuštěný, tehdy najprvé urburéri aneb ten propuojčitel pošlú jednoho z přísežných do toho dolu, aby opatřil v hodinu první, totiž mezi ranú mši a velikú mši, a druhé v hodinu nešporní, kdyžby jediné nebyla vigiljí a den sváteční; a jestliže po tě dvě hodině ten lán již prošený nalezl by zpuštěný, a jestliže to před urburéri aneb před propojčitelem pod svú přísahu vysvědčil byl, tehdá tepruv ten lán jeho prosicím, ačby hodni byli, buď propojčen; a ačby toho neučinili na lest svých spolukverkuov. Nebo mnozí, když se jich rád dojde k dělání, tehdy bez vědomie svých spolukverkuov nechají dolu tak netěženého, a potom prosie zaň urburériuov, totižto propuojčitele, a tak jej přijímají, aby skrze tu chytrost své mohli vysaditi spolukverky, kteréžto chytrost ovšem zamietáme; nebo lest a úklad izádnému nemají spomáhati. A cožkoli proti řečenému obyčejí propojčovanie lánuov byloby se pokúšieno, samým právem nestalé buď a marné; nikoliť zajisté právem našim práci spravdivých nešlechetni osazovati nebudú. §. 15. Najbliže pak právo povědéné o podávanie lánuov také v polí těženích, kdyžby kverkové z nich pramen svůj řádně a rozumně od propojčitele přijali, a jim byl by lán odměřen, prikazujem, aby bylo zachováno; nebo ihned, když jim lán bude odměřen, práva lánu dosáhnú; ale jiná tězenie polí, jakž brzy prázdna budú, osazujícím propojčena buďte, když jedno ne

Kterým obyčejem mají se dieti propojčky.

Chytrost havěráká při spuštění a ztečení ortuov.

Propojčky v polí mají též právo, jako i v lániech.

deputandum. §. 17. Sed si concessor nihil dixerit concedendum, sed simpliciter unam concessionem concesserit: tunc apud illam concessionem infra tria quartalia unius mensurae nulla alia concessio concedatur; quod jus etiam in aciebus concessis locum deinceps volumus obtinere; nam ubi eadem est ratio, idem jus statuendum est. §. 18. Verum si aliquod vertilabrum alicui concedatur, quod in vulgari montanorum Haspel dicitur, prout inter se contrahentes convenerint, excoletur. §. 20. Sed si inter eos nihil sit dictum, ex tunc principales coloni secundariis tenentur in coreo et funibus subvenire, et aquam, ne ipsos in labore impediatur, exhaurire; sed isti de vertibulo debent aquam suam ad aquae haustum colonorum principalium derivare; dignum est enim, ut qui lucrum sentit, debeat etiam gravamini subjacere.

## Cap. VI.

### *De emptione et venditione.*

Cum nihil antiquitatis ignorandum sit: ac nosci conveniat rei, de qua acturi sumus, originem et naturam, ut ejus intellectus facilius habeatur. Quam ob rem veraciter sciendum est, emendi vendendique originem a permutationibus coepisse. Olim non erat nummus, sed unusquisque secundum necessitatem rerum utilibus inutilia permutabat; quoniam plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod alter desideraret, invicem illi haberent, quod tu accipere velles: placuit veteribus huic difficultati remedium adhibere, statuendo, ut ex aere forma publica sub certa quantitate et qualitate percussa emendi et vendendi de cetero usus esset, nec ultra utrumque merces, sed alterum pretium vocaretur. Verumtamen cum emptio et venditio correlativa sint, nec unum sine reliquo esse possit: de ipsis pariter videamus, quamvis ad hunc tractatum diversimode se habeant, cum emptio per modum acquirendi consueverit regulariter se habere, sed venditio per modum minuendi.

§. 1. Contrahitur autem emptio et venditio, si contrahentes in unum convenerint certo pretio constituto; nam sine pretio nulla procedit venditio. §. 2. Non tamen pretii numeratio, sed conventio profuit emptioni, quamvis nondum sit pretium numeratum, nec arrha quidem data fuerit; nam quod

v vigiliách neb na den sváteční jich neosedú. §. 16. Pakli komu propojička která bude podána, raduj se tiem právem, kteréžby jemu propojčitel za uložené vypověděl. §. 18. Pakliby propojčitel nic neřekl propuojčuje, než sprostně ty propojčky propojčil by: tehdy při té propojčice ve třech čtvrtech jedné miery t. latra nižádná jiná propojička nemá býti propojčena; kteréžto právo také na ortiech propuojčených chceme aby také potom miesto obdržalo; nebo kdež týž jest rozum, též právo buď ustaveno. §. 19. Pakliby komu které vrtidlo, totiž rumpál, propuojčeno bylo, jemuž obecně hašpl říekají, t. jedno všecko miesto aneb hlubokost, kudyž celý provaz jde: tehdy jakž mezi sebou strany smlouvajcie sjednají a umluvie, tak buď těženo. §. 20. Pakliby mezi nimi nic nebylo řečeno, tehdá prvotní kverkové dlužni jsú druhým kožemi a provazy pomáhati, a vodu, kteréžby jim překážela, vyťahovati; ale tito z hašple dlužni jsú svú vodu do vody-požadradla t. prvotních kverkuov žumpu převoditi; hodnět zajisté jest, aby, ktož zisk čije, měl také obtieženie podniknutí.

V kterémž právé komu se propojči, toho požívaj. O právu propojčenie sprosté bez výmenky.

O propojčice hašple.

První kverkové dajte provazy i kuože druhým, leď to vymienie.

## Kap. VI.

### *O prodávání a kupování.*

Poněvadž nic dávnieho nemá nevědiemo býti: poznati příslušie ty věci, o nichž praviti máme počátek i přirozenie, aby jich rozum tiem snáze jmien byl. Pro něžto v pravdě slušieť věděti, že kupování a prodávání vzalo jest počátek od směňování. Někdy zajisté ne tak peněz bieše, ale jeden každý podle potrebnosti věci sobě neužitečné za užitečné věci směňováše; nebo častokrát se přiházie, že čehož jednomu zbývá, toho se druhému nedostává. Ale že ne vždycky snadně se jest scházelo, aby, kdyžby ty měl, čehožby jiný žádal v odplatu, aby onen měl, což by ty vzieti chtěl: protož líbilo se jest starým této nesnázi lék hodný přidati. I ustanovili jsú, aby z kovu ráz obecní pod jistú jakostí a velikostí byl, a aby potom kupování a prodávání ne s obú stranú, ale s jedné strany kúpe a s druhé strany cena té kúpe hodná byla na penězích rádnú mocí uložena. Ale poněvadž kupování a prodávání jsú věci spoluchodné, aniž jedno bez druhého muož býti: protož o nich spolkem vizme, jakžkoli v tomto pravení rozdielně se mají; neb kupování obyčejem dobývání zvyklo se jest správně jmieti, ale prodávání se má obyčejem umenšování.

§. 1. Dějet se pak kupování a prodávání, kdyžto trhodějce svolé se v určenú cenu, neb záplatu jistú ustanovíce; neb bez ceny a záplaty nejde ižádné prodávání. §. 2. Avšak

Rozdiel mezi kupováním a prodáváním.

arrae nomine per emptorem datur, non eo pertinet, quod sine arrha conventio nihil proficiat, sed ut evidentius probari possit contrahentes de pretio convenisse. Quia quod arrhae nomine datur, est solummodo argumentum emptionis et venditionis contractae, et quod venditur, non aliter accipiendum sit, quam si aut pretium solutum sit, aut eo nomine satisfactum, aut etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione, et tunc etiam perfecta est emptio per omnia et completa. Et ex tunc omne incrementum aut detrimentum rei emptae cum sua causa in emptorem transfertur, quae esset futura, si apud venditorem ea res permansisset, idque toto nostro jure ita se habet, nam quia res transit cum suo onere et honore. §. 3. In venditionibus et emptionibus consensum praebere et intercedere palam est; sive contrahentes in ipsa emptione dissentiunt, sive in pretio, sive in aliquo alio, emptio imperfecta est; si enim emptor credit se emere partes aliquas in laneo civili et venditor vendat in laneo abbatis: hic in corpore dissentitur, ergo emptio nulla est.

§. 4. Plane si in nomine erratum sit, de corpore autem constat, nulla dubitatio est, quin emptio valeat et venditio, tali dubio non obstante; nihil enim impedit error nominis contractum, si de corpore tantum constet, quia in corpus consensum est. Illud autem imperfectum esse constat negotium, cum emere volenti sic venditor dicit: Quanti velis, quem equum putaveris, aut quanti aestimaveris, habebis emptum. §. 5. Sciendum est enim, obscuritatem pacti nocere potius debere venditori, qui id dixit, quam emptori, quia potuit re integra negotium aptius declarare; nam sermo dubius regulariter interpretandus est in praejudicium proferentis. Semper enim ad communem intellectum verborum recurrendum est, et verba in eo sensu tenere debere, quem solent recte intelligentibus generare; jam non debemus verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferre; quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur; nam in omni contractu verba deserviunt intentioni, et in jure nimia subtilitas reprobat. §. 6. Item antequam fit perfecta emptio et venditio, cum adhuc locus sit poenitentiae, potest emptor vel venditor sine poena recedere ab emptione vel venditione; ita tamen impune recedere eis permittimus, nisi jam arrharum nomine aliquid datum fuerit; hoc enim

ne vytčenie té záplaty alebo ceny, ale sjednání a strženie dokonáva kupovanie, ačkoli záplata nebola by načtena ešte, ani závdavek dán byl by; nebo což jménem závdavku skrze kupce dáva se, toť nečinie strženie, ale samo scenenie; než proto závdavek dáván býva, aby snáze bylo dovedeno, že trhodějce sjednali jsú se o cenu prodané věci. A tak závdavek jest toliko duvod kúpenie a prodanie skonaleho a že to, což jest prodáno, nenie jinak toho, ktož jest kúpil, než jakoby to již zaplatil aneb jináče zadosti učinil. Nebo když kto své věci svěří tomu, ktož ji kúpil, beze všeho zaručenie a dostiučinenie, již jest všie věci dokonalé kúpenie a dostiučinenie. A od toho času všecko přibytie i ubytie věci kúpené k témuž kupci má příslušet i panství kúpené věci s její při na kupce býva převedeno, kterážto byla by budúce, kdyžby u prodáváče ta věc zuostala; a to všim našim právem tak se má, nebo věc jde s svým břemenem i se ctí. §. 3. V prodanie a v kupovanie svolenie trhodějce že má býti, zjevnoť jest; nebo jestliže trhodějce dělili by se buďto v kúpenie nebo v záplatě aneb v něčem jiném, kúpenie nedokonalé jest. Protož jestližeby kupec mněl, by kúpil některé diely v lánu městském a prodavač prodal by v lánu opatově: tuť nenie svoleno o tělo té věci, protož kúpenie izádné nenie.

§. 4. Pakliby zřejmé na jménu poblúzeno bylo, ale o tělu sjednáno, izádněť pochybenie nenie, než že kúpenie platné a dokonalé jest i prodanie, bez překážky onoho poblúzenie; nicť zajisté poblúzení jména nepřekážie strženie, jestliže o těle té věci známo jest, neb k tělu jest svoleno. Ale toť jest nedokonalé strženie, když kupujícímu prodavač die: Zač chceš, a kterak koně šacoval by, aneb zač by shodil, budeš jmieti kúpeno. §. 5. Vědomo však má býti zajisté, že zatemněná neb nerozumná smlúva více má škoditi prodáváči, kterýžto tak řekl jest, nežli kupci; neb jest mohl jasněje tu věc i cenu povědieti; nebo řeč mylná správně má býti vykládána na škodu vynášejícieho neb toho, ktož ji pověděl. Vždycky zajisté k obecnému rozumu slov slušiet se utiekati a slova v tom rozumu držiena mají býti, kterýžto zvykla jsú právě rozumějícím obyčejně roditi; a nemámet slovo z slova, ale smysl z smysla vykládati; nebo častokrát, když vlastnost slov býva pozorována, smysl pravdy býva potracen; v každé zajisté smlúvě slova přísluhují úmyslu, a v práviech přílišná vtípnost zamietá se. §. 6. Také prvě, nežli dokoná se kúpenie a prodanie, když ještě miesto jest lítovanie, muožt kupující i prodavač bez pokuty od trhu odstúpati; tak však dopúštíme jim bez pokuty odstúpati, ačby již

Co slove kúpenie a čím se koná.

Co slove závdavek.

Což kto kúpi, jeho slove, jakoby to zaplatil.

Kúpenie nenie stáie, leď se trhodějce srovnávají v kúpenie a v záplatě.

Omylné kúpenie.

Poblúzenie jména kúpené věci.

Co slove nedokonalé strženie.

Smlouva nerozumná více škoditi prodáváči nežli kupujícímu.

Kterak má řeš býti rozumlena.

O zvržení trhu mezi trhodějci.



subsecuto, is qui recusat adimplere contractum, siquidem emptor, id perdat, quod dedit; si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet nihil super arrhis expressum sit. §. 7. Sed iste modus emendi ac vendendi praecipue in novis inventionibus frequentius locum habet; quia postquam contractus emerunt, simul et de pretio convenerunt, soluta jam aliqua parte pretii principalis aut nomine arrharum data: tunc emptor argentifodium illud intret aut alium mittat suo nomine ad videndum, an sibi rem sic emptam expediat retinere, an recedere a contractu et perdere, quod jam solvit; nisi tunc aliud inter se statuerint contrahentes. §. 8. Sane si emptor nolit recedere ab emptione et eodem die pretium complecte non solverit: perdet partes emptas cum parte pretii jam soluti; nisi contrahentes tunc inter se aliud fuerint protestati. §. 9. In hoc vero casu quidam versuti per totam illam diem consueverunt fraudulentè sui copiam denegare, quatenus die sic elapso partes emptae ipsis cum persoluta jam pecunia remanerent. Unde si emptor copiam venditoris aut sui procuratoris habere non poterit, eo die hoc publice protestando pecuniam solvendam eidem sub bono testimonio apud aliquem juratum aut alium idoneum virum deponat, venditori, quando voluerit, praesentandum; hoc enim modo jus suum salvum sibi et omnibus remanebit; sed in his vero emptionibus et venditionibus pacta legem ex conventionem partium sortiuntur.

§. 10. Cauti tamen sint in hac parte emptores, quatenus partes emptas, praecipue in novis inventionibus, ubi non est magister montis, statim coram colonis faciant sibi a venditoribus resignari; nam quidam male consueverunt, in novis inventionibus plures partes vendere, quam ipsos ibidem constet habere. §. 11. Ex tunc licet ultimus emptor sit, cui partes emptae resignatae fuerint, praefertur tamen omnibus prioribus emptoribus, quibus partes emptae non fuerunt resignatae. §. 11. Et haec cautela est in omnibus emptionibus partium adhibenda, quia nec emptor nec donatarius in partibus emptis aut donatis illud jus consequuntur, nisi ipsis coram magistro montis a venditoribus aut donatoribus resignentur; quamvis ipsos ad omne interesse, quod eis partes non fuerint resignatae, coram iudice poterunt convenire. §. 13. Si quis vero donationis causa pro minore vendat partes, quam valeant: venditio bene valet. §. 14. Quotiens enim universa venditio donationis causa facta est in totum: dicimus non valere; totiens quotiens autem viliori

jménem závdavku nětco dáno nebylo; neb ktož zavdáva i pustí strženie, kupující ztrat to, což jest zavdal; pakli prodáváč zvrže, připuzen buď dvénásobní závdavek ztratiti, ačkoli nebylo by nic o závdavcích vymluveno. §. 7. Ale tento obyčej kupování a prodávání zvláště na nových nalezáních častěji má miesto; nebo když již trhodějce stržili jsú a spolu i o záplatu se sjednali, a již díel ceny hlavnie jest zaplacen aneb zádavek dán: tehdy kupující má do toho dolu vjíti nebo jiného svým jménem poslati k opatření, aby ohledal, hodí-li mu se věc tak kúpenau držeti, čili odstúpiti od strženie a ztratiti, což jest již zaplatil; lečby tehdy nětco jiného trhodějce mezi sebou ustanovili. §. 8. Pakliby kúpitel nechtěl od kúpenie odstúpiti a týž den záplaty úplně nezaplatil by: ztratit díely t. tále kúpené, i s tím díelem ceny, kterýž jest zaplatil nebo zavdal; lečby tehdy trhodějce něco jiného mezi sebou umluvili a spolu osvědčili. §. 9. V té pak příhodě někteří zchytrali přes celý ten den zvykli jsú se lstivě pokrývati a své přítomnosti zapřieti, aby, kdyžby den tak pomínil, díelové, totiž tálové, tak kúpení jim s zaplacenými již penězi zuostali. Ale že úklad a lest nemá izádnému spomáhati, protož ustanovujeme, jestližeby kupec přítomnosti prodáváče nebo jeho poručníka jmieti nemohl, ten den to zjevně osvědče, peníze, kteréž platiti má, jemu pod dobrým svědomím u některého přisežného nebo jiného muže hodného polož prodávající, aby mu dáni byli, když by chtěl. Tímto zajisté obyčejem právo jeho zdravé jemu ve všech věcech ostane. Ale v takových kúpiech a prodajiech smlúvy právo z sjednání stran berú.

§. 10. Opatrní však v tom buďte kupující, aby díely kúpené, zvláště na nových nalezáních, kdež není permístra, ihned před kverky kázali sobě prodavačúom otevdzati; neb někteří zlí zvykli jsú v nových nalezáních více díelúov prodávati, nežli jich tu mají. §. 11. Protož, by pak kupec poslední byl, jemuž díelové kúpení byli by otevdzání, přednášie se však a představuje všem kupcuom prvnějším, jimžto díelové kúpení nebyli otevdzání. §. 12. A tato opatrnost máť v každém kupování díelúov býti zachována; nebo ani kupec ani darovaný v díelech, totižto tálech kúpených nebo daných, izádného práva nedosahují, leč jim těch díelúov kúpených nebo daných před permístrom bude postúpeno od prodavačúov nebo davatelúov a otevdzáno. A protož, kdyžby jim nechtěli vzdáti, tehdá ze všech škod, kteréž by vzali pro nevdzání, mohút před súdci pohoněni býti. §. 13. Pakliby kto pro příčinu darování za méně a lacinějie prodal tále, nežliby stály, mocnýť jest prodaj. §. 14. A pakli všecko prodání

Ktož tále kúpi, ohledaj sobě neb pošli k obledání.

Nezaplatí-li kúpitel peněz den nrdený ztratit tále kúpené.

O lstivém pokrývání a zapřieni.

V prodaji a kupování svolenie právo lomí.

Ktož tále kupuje, kaž sobě je před kverky otevdzati.

Takové otevdzání mají miesto před neotevdzánými.

Pohnání ze škod pro neotevdzání.

Prodá-li kto tále lacině, mocnýť jest prodaj.

pretio partes donationis causa venduntur, dubium non est, venditionem valere. §. 15. Quicumque autem in fraudem rei publicae vel creditorum fingit se suas partes aut alias res obligare vel vendere, nihil agit; nuda enim et imaginaria venditio pro non facta est, et ideo nec alienatio ejus rei admittitur; quia plus valet, quod in veritate agitur, quam simulate concipitur.

§. 16. Et est aliud genus acquisitionis: Conductio et locatio; nam ad similitudinem emptionis et venditionis contrahitur, si contrahentes in conductione et locatione convenerunt certa mercede statuta, quia sine mercede nulla procedit conductio. Si itaque inter contrahentes convenerint, ut quanta mercede Petrus rem locandam aestimaverit, pro tanta sit locata, et siquidem ipse qui nominatus est, mercedem definierit: omnimode secundum ejus aestimationem merces persolvatur et res tradatur, ut ad effectum conductio perducatur. §. 17. Sin autem ille, qui nominatus est, sive noluerit mercedem sive non potuerit definire, tunc pro nihilo est conductio, quasi nulla mercede constituta. Quod jus cum locationibus et conductionibus nobis placuerit, non est absurdum, et in emptionibus et venditionibus locum habere.

§. 18. Item quemadmodum in emendo ac vendendo regulariter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, et quod minoris sit, pluris emere, et ita invicem se circumscribere: magnum hic in locationibus et conductionibus locum habet; et hoc maxime nos et nostros tangit montanos, eo quod a saeculo non est auditum, tot magnas et pretiosissimas locationes et conductiones contrahi in tam modico terrae spatio, sicut in argentifodio nostro Chutnae, nobis ab origine mundi coelesti providentia reservato. Sed quod creatura non habeat, ut pro meritis respondeat creatori, saltem manibus erectis in coelum gratias agimus pro universis beneficiis; quia sua gratia nos creando in hoc inter cetera beneficia nos beavit, ut quasi omnia regna mundi jam auri argentique fodio exsiccata, sola fertilis Bohemia nostris temporibus suo auro et argento fertiliter irrigaret. Quam ob rem nostris montanis sincere intendimus providere, ut unusquisque sine alterius praejudicio suis terminis stet contentus. §. 19. Sane si contrahentium placuerit voluntati, tales partes expressa mercede ad certum terminum sint locatae; quamcunque enim legem tunc ipsi contractu de communi consensu indixerint, ab utroque contrahentium inviolabiliter observetur. §. 20. In hujusmodi autem obligationibus idem maxime spectare debemus, quod per utramque partem convenierint, ut si quis tunc ipsorum

stane se pod príčinú dánie, prodanie moci nemá; kolikrát pak hubenější záplatú díelové prodávají se příčinú darování, neniet pochybno, žeť prodaj má moc. §. 15. Pakli kto na přelstění obecného dobrého nebo svých věřiteluov zamysle své díely aneb jiné věci zastavil by anebo prodal, toť nenie mocno; nahé zajisté a zamýšlené prodanie za neužitečné se pokládá, a protož ani utracení té věci dopúštie se; neb více muož, což v pravdě děje se, nežli což se pokrytě vymýšlé.

O listivém  
prodaji neb  
zástavě tá-  
luov.

§. 16. Jestit i jiné plémě dobývání: Pronajetie a najetie; neb se děje ku podobenství kupování a prodávání, kdyžto spoludějce s obú stranú sjednají se na určeném nájmu platu, jistú mzdu ustanovíce; nebo bez jisté ceny neb mzdy nejdet izádné pronajetie. Protož jestliže spoludějce mezi sebú sjednali by se takově, aby za kterak velikú mzdu Petr věc nájemnú šacoval by, za tak velikú aby byla najata, a jestliže ten, kterýž jmenován jest, mzdu uložil by: vedle jeho uloženie mzda ovšem buď placena, a ta věc vydána buď, aby k skutku pronajetie přivedeno bylo. §. 17. Pakliby ten, kterýž jmenován jest, nebo nechtěl mzdy neb nemohl uložiti: tehdy za nic nestuoj pronajetie; neb plat izádnú mzdu nenie ustaven. A to právo poněvadž v najímání a v pronajímání nám líbilo se, neniet neslušné, aby v prodáváních a kupování miesto mělo.

O dobytí  
práva skrze  
pronajímá-  
nie.

§. 18. Také jakož v kupování a prodávání řádně jest dopuštěno, aby, což dražšie jest a většie, laciněji a za méně bylo kúpeno, a což lacinějšíeho a nižšieho, aby dráže a za více bylo kupováno, a tak vespolek sobě ujímati a opisovati: velikét to v najímání a pronajímání miesto má; a toť najvíce nás a našich horníkuov se dotýče, protože od věkuov nenie slýcháno, by toliko velikých a předrahých najímání dalo se na tak malém země prostranství, jakož na dolech našich stříbrných v Kutně, nám od počátku světa nebeskú obmyslností zjeveném. Ale poněvadž stvoření nemá, co by za dobrodinství oddalo stvořiteli svému, aspoň zdvihnúce ruce svoji k nebi, dieky vzdáváme jemu za všeliká dobrodinie; nebo jeho milost nás tvořec mezi jinými dobrodiními v tom nás ozbožnil, kdyžto téměř všecka království světa již zlatá a stříbrná kopanie vyschla, sama plodná země česká našich časuov svým zlatem a stříbrem plodivě obvlazila jest. Pro kterúžto věc naše horníky pilně míníme opatřiti, aby jeden každý bez jiného bezpravie na svých mezích měl dosti. §. 19. Zajisté, bude-li se trhodějci líbiti vóli, takoví díelové za určenú mzdu a k určenému času buďte najati. Kteréžkoli zajisté právo tehdy té smlúvě z obecníeho svolenie uložili by, od obojích trhđejcí neporušitelně buď zachováno. §. 20. V takových pak závazcích toho naj-

O nemožném  
prodávání,  
kupování,  
pronajímání.

Malá věc  
druhdy dráho  
bývá kúpena.

Vychvalo-  
vání těchto  
hor a dik  
Pánu Bohu  
činění.

Každý měl  
dosti na svém.

O najímání  
táluov.

placiti conventi transgressor fuerit, per judicem ad omnem parti alteri faciendam justitiam compellatur. Si vero locator fuerit, curam habebit, ut conductori manuteneat et conservet omnia, quae promisit; sed si conductor fuerit, ab omni suo jure, quod ex conductione consecutus est, casurus. §. 21. Item perspicere debet conductor, ut in nullo legem conductionis offendat, vel aliquod jus rei conductae deterius faciat aut fieri patiatur. §. 22. Termino vero locationis completo omne jus exstinguitur conductoris hoc modo: Si terminus in diem venerit laboribus deputatum, statim proxima proclamatione primae schichtae noctis conductor nihil juris de cetero obtinebit. Si vero dies celebris diem non celebrem locationi pro cetero termino deputato immediate praecesserit, tunc jus conductoris propter vigiliam proxima proclamatione, ultimae schichtae diei scilicet, extinguetur. Quandocunque locationis terminus in diem celebrem fuerit deputatus, quod frequentius evenit, sicut etiam consuetum est urburae nostrae locari usque in diem beatorum Petri et Pauli Apostolorum: tunc in vigilia cum proclamatur ultima schichta diei, omne jus locationis exstinguitur conductorum. Quod jus etiam nos cum nostrae urburae conductoribus firmiter volumus observari; et licet in hac parte legibus absoluti sumus, tamen secundum legem vivere volumus. Quamvis tamen hoc solum de urbura dixerimus observandum, tamen etiam de moneta intelligi debet, et de omni censu urburae nostrae attinenti, ut uno et eodem termino simul ad conductorem transeant, ac simul revertantur. §. 23. Extincto itaque jure locationis termino, adhuc multae fiebant quaestiones de metallo nondum educto, cum conductorum exsecato laboribus et expensis, cujus esse deberet? ad quod diversi diversimode responderunt. Quidam enim dicebant, et bene, quod omne metallum sumptibus conductorum exsectum, licet nondum emissum, ipsis conductoribus remaneret. Quorum opinio tamen non multum attendebatur; aliis autem contrarium dicentibus, quod nihil juris in eo, nisi emitteretur, haberet. Sed tertii dixerunt, quod de dicto metallo nihil cederet conductoribus, nisi cum ad divisionem publicam perveniret. Ad quod naturalem aequitatem solummodo imitantes respondemus breviter: Ut si generaliter admitteretur, quod conductores sub terra in argentifodio metallum exsectum, nisi tunc impedimento legitimo praepediti, pro sua reconderent voluntate: tum absurditas sequeretur, ut finito termino locationis metallum sic relictum in suis laboribus locationes impediret, extrahendum cum expensis ultimo locatorum. Nec etiam esset consonum aequitati, ut locatores finita locatione gratis tollerent metallum exsectum sumptibus

viečo šetřiti máme, což by skrze obě strany bylo smluveno; a jestližeby kto z nich dobře líbezného sjednání byl přestúpitel, aby skrze sůdce k učinění vší spravedlnosti straně druhé byl připuzen. Pakliby pronajímač byl, péči jmieti bude, aby nájemníku svému držal i zachoval všecky věci, kteréž jest slřbil; pakliby byl nájemníkem, ode všeho práva svého, kteréž jest z nájmu dosáhl, máť odpadnutí. §. 21. Také prohlédnutí má nájemník, aby v ničemž práva nájmu nepřestupoval, ani kterým obyčejem věci najaté pohoršoval, ani pohoršiti dopauštěl. §. 22. Čas pak nájmu když by vyšel, všecko právo uhašuje nájemníkovu a umrtvuje tiemto obyčejem: Jestližeby přišel rok na den dielný, tehdy hned, když najprvé provolání prvnie šichty noční se nájemník nic práva potom neobdržíe. Pakliby den sváteční bezstředně předšel den nesváteční, pronajetie za určený rok uložený, tehdy právo nájemníkovu pro vigilji prvním provoláním šichty dnové též bude umrtveno. A když koli pronajetie rok na den sváteční byl by odložen, jakož se to často stává, jakož také obyčejno jest, že urburu naši pronajímáme až do dne blahoslavených apoštoluov Petra a Pavla: tehdy u vigilji když provolává se poslednie šichta dennie, všecko právo pronajímáníe najemníkuov uhašuje se. Kteréto právo také my chceme aby zachováno bylo naše urbury s nájemníkem; a ačkoli s té strany od práv jsme zproštění, avšak podlé práv chceme živi býti. A jakžkoli tuto řekli jsme o urbuře aby bylo zachováno, avšak také o rázu mince máť též býti rozumieno i o všelikém platu naše urbuře příslušném, aby jedniem a týmž cílem neb rokem spolu šly k nájemníku, a též se navrátili. §. 23. A kdyžby uhašeno bylo právo pronajetie rokem, ještě mnohé bývachu pře o rudě nevytažené, nájemníkuov pracemi a náklady vysekané, či by měla býti? K tomu rozličné odpovídanie bylo jest. Někteří zajisté praviechu, a dobře, že každá ruda náklady nájemníkuov vysekaná, ačkoli ještě nenie vytažena, avšak má ostatí nájemníkuom. Jichžto však dovtip nemnoho šetřen byl pro jiné odporně jim pravicie, žeby k té rudě nájemníci žádného práva neměli, lečby byla vytažena. A třetie pak řekli jsú, žeby z té rudy nemělo se nic dostati nájemníkuom, než ačby k rozdělení zjevnému přišla. A k tomu přirozeného rovenství toliko následujícíe krátce odpovídáme: Jestliže obecně bylo by dopuštěno, aby nájemníci pod zemí v dole rudu vysekanú k své překřývali vuoli, lečby tehdy překážku hodnú zaneprázdnění byli: tehdy tato neslušnost následovala by, že kdyžby se rok najetie dokonal, ruda tak ostavená nájemníkom v jich pracech překážela by dalšíemu pronajímání; vytažena však býti má naposledy na náklady nájemníkuov.

Ktož smluv nedrží, buď k tomu právem připuzen.

O nájemních táluv.

Nájem nemá pohoršován býti.

Kdy se nájem koná.

O rázu mince a času placenie urbury.

Když pak nájmu mince, čie jest ruda nevytažena.

Ortel té rudy.

conductorum; nemo enim alterius locupletari debet jactura. Sed si metallum ejusdem septimanae, in qua finitur locatio, emissum non fuerit, hic solum sibi locatione valeant vindicare. Quidquid autem metalli de praecedentibus septimanis ante terminum finitum in argentifodio remanserit, perdidērunt. Et sic omnibus aliis quaestionibus secundum naturalem rationem est breviter conclusum; quam conclusionem deinceps in omnibus locationibus etiam urbanae nostrae praecipimus inviolabiliter observari.

## Cap. VII.

### *De donationibus.*

Moribus apud nos antiquitus receptum est, per donationem nobis acquiri possessionem et transferri in personam dominium alienam; nihil enim tam conveniens est naturali aequitati, quam voluntatem domini volentis rem suam transferre in alium, ratam haberi.

§. 1. Est autem donatio rei licitae nullo jure cogente mera et liberalis in alterum facta translatio; et perficitur, cum donator suam voluntatem coram probis viris manifestaverit voluntarie. Ex tunc donatori jure cogente incumbit necessitas, possessionem in personam donatarii transferendi; sed si hoc donator recusaverit, nihilominus donatio plenissimum robur habeat et perfectum, eo quod hanc sibi quodammodo nobilitas legem ponit, debere se, quod sponte tribuit, aestimet, et nisi in beneficiis suis creverit, nihil se praestitisse putet; haecque liberalitas in donatarium pie perfusa debet ipsum donatori ad grata obsequia provocare, ac beneficiorum nunquam esse immemorem perceptorum. Et hic est modus donandi, qui vocatur juris interpretatione donatio inter vivos. §. 2. Est et alius modus donationis, qui propter mortis suspicionem fit, cum quis ita donaverit, si aliquid ei humanitas contigisset, haberet is, qui accepisset. Sed in summa mortis causa donatio est, cum quis magis se velit habere, quam eum, cui donatur, magisque illum, cui donat, quam heredem. §. 3. Sed et majores nostri, divi imperatores, prohibuerunt donationes inter virum et mulierem, ne mutuo amore se invicem spoliarent, famae conjugatorum decentissime consulentes, ne concordia inter eos conciliari pretio videatur, neve in paupertatem melior deciderit, deteriorque ditior fierit. Unde et nos donationem inter conjuges penitus reprobamus, nisi tunc morte donatoris donatio confirmetur.

Anižby také podobné bylo spravdnosti, aby pronajímači po dokonání najmu darmo rudu zdvihli, vysekanú na náklad nájemníkuov; žádnýt zajisté nemá bohatěti cizí škodu. Ale jestliže by ruda toho téhodne, v němž se skonává najeťie, vytažena nebyla, tuť toliko budú moci sobě osobiti pronajímači; a což by pak koli rudy z předešlých týdnouv před rokem skonaným v dole zuostalo, tuť jsú ztratili. A tak všem jiným přem podle přirozeného rozumu krátce jest zavřieno; kteréžto zavřenie potom ve všech pronajímáních, také i urbury naše, prikazujeme, aby neporušitedlně bylo zachováno.

### Kap. VII.

#### *O právu dánie neb darováníe.*

Obytčiji již u nás zdávna přijato jest, že skrze dánie nám dobývá se drženie a že panstvie přenášie se od jedné osoby na druhú; neb nic nenie tak příslušného přirozené rovnosti, nežli vuoli pána chtějícíeho věc svú přenesti na jiného, pevnú jmieti.

§. 1. A tak dánie jestit věci slušné bez přinucenie práva i moci púhé neb čistě a svobodné na jiného učiněné převedenie; a dokonávat se tehdy, když dávatel svú vuoli zjeví před šlechetnými muži dobrovolně. A z toho slušet dárci připuzením práva, aby vládnutie na obdařeného převedl. Paklíby toho dárcce odpieral, nicméně přes to dánie plnú moc má a dokonalú, protože uslechtilost to právo jakýms obyčejem jest uložila, že mní, což dobrovolně dává, by dlužna byla dáti; a lečby v dobrovolenstviech svých ustavně rostla, mní, by nic nedala. A tato svobodná štědrota na obdarovaného milostivě vylitá má jeho obdarovaného k vděčným službám zbuzovati dávateli, aby dobrodinie přijatých nikdy nezapomínal. A toť jest obyčej dávní, kterýžto slove práva vykládáním dání mezi živými. §. 2. Jestit také i jiný obyčej dáváníe, kterýž se děje pro domněnie smrti, když kto takto dává: jestližeby se jemu událo umřieti, aby tento toto měl. Ale svrchovaně dánie pro příčinu smrti jest, kdyžby kto raději sobě měl, nežli tomu, komuž odkazuje, ostavil, ale však raději tomu přeje nežli dědici. §. 3. Ale i většii naši, zbožní ciesařové, zapověděli jsú dáváníe mezi mužem a ženú aby nebývalo, aby z společného milováníe vespolek se nelúpili, pověsti dobré manželouv převelmi slušně radiece, aby svornost mezi nimi nezdála se býti zjednána cenú aneb mzdú, a aby lepšii v chudobu neupadl a horšii bohatěji nebyl; protož i my dánie mezi manžely, z něhož jeden bohatěji a druhý chudšii bylby učiněn, mezi manžely ovšem zamietáme, lečby tehdy smrtí dávatela dánie bylo potvrzeno.

Co slove  
dánie.

O dánie po  
smrti.

Žena nemuož  
dáti muži  
statku leč na  
smrti, a on ji  
zaso též.



**Cap. VIII.***De jure cesso.*

De jure cesso tam licito, quam illicito, hic intendimus declarare.

§. 1. Hoc autem modo licite cedantur jura et actiones: si procurator vel tuus aut alius mandato tuo tibi aliquas partes emerit et perfecta emptione venditor illas partes coram magistro montis recuset more solito resignare, et procurator tuus aut mandatarius contra venditorem eundem tibi jura cędat et actiones; statim acquiritur plenum jus agendi; quod licitum in his et in aliis bonae fidei concessionibus approbatur. §. 2. Sed cum emptiones et cessiones litium legitimae prohibeant sanctiones: et nos litigantibus justitia exigente compellimur providere, ne cum altera pars sibi consentiret contrarium judiciorum exitum, alium potentiozem aut alias inhabilem parti alteri adversarium institueret duriozem; quam ob rem omnes alienationes judicii immutandi causa factas, tam contra bonos mores, quam contra utilitatem totius reipublicae et honorem, hoc edicto penitus revocamus, ne de cetero per aliquem talium aliquid attemptetur.

**Cap. IX.***De jure retinendi, recuperandi et minuendi.*

Quia jus acquirendi sine jure retinendi, recuperandi, aut minuendi perfecte non poterit pertractari: unde jura praedicta plene ac plane inveniuntur in praecedentibus tractatibus expedita.

§. 1. Jus enim retinendi in eo consistit, ut quis utatur argentifodio suo in omnibus, ut dictum est. §. 2. Sed jus recuperandi in eo consistit, ut quis violenter de sua possessione sit ejectus, aut ipsi absenti legitima causa aliqua possessio aut res per judicium fuerit abdicata, vel aliquid aliud in ejus praedictum attemptatum; et qualiter haec sint recuperanda, diligens indagator in praecedentibus tractatibus omnia inveniet pertractata. §. 3. Sed jus minuendi plene (dictum est) supra (de) his, qui non utifruendo suo argentifodio abutuntur; et etiam quando in judiciis condemnantur, plene etiam hoc de emptionibus et venditionibus pertractatur.

---

**Kap. VIII.***O právu postúpenie slušném i neslušném.*

O právu postúpenie tak slušném jako neslušném umienili jsme tuto vypraviti.

§. 1. Tíemto pak obyčtejem slušně postupují se práva i skutkové, kdyžto poručník tvooj nebo jiný přikázáním tvým tobě některé diely kúpil by, a dokonaje kúpenie, kdyžby prodavač těch dieluov před pergmistrem odpieral obyčtejem zvyklým otevzdati, a poručník tvooj, nebo přikázanie tvé maje, proti témuž prodavači tobě práv postúpil by i při neb žalob; tehdy ihned tobě plné právo se dobývá, aby se o to mohl súditi. A to jest slušné v těch věcech i v jiných dobré viery postupováními tvrditi se. §. 2. Ale poněvadž kupování a postupování sváruov t. sauduov spravedlivá zapoviedají ustavenie: i my súpeřóm, totiž súdicím-se, k žádání spravedlnosti připuzeni jsme raditi, aby, kdyžby jedna strana počítala sobě odporné súduov vyjítie, jiného mocnějšího aneb jinak druhé straně nehodného protivníka neustanovovala tvrdšieho; pro kterúžto příčinu všeccka postupování, saudu změnění příčinú učiněná, tak proti dobrým obyčtejóm, jako proti užitku obecnie věci i cti, tíemto zapovéděním ovšem hyzdíme a odvoláváme, aby potom skrze kteréhož kolivěk o nic takového nebylo se pokúšieno.

Zpnosob  
vzdanie a postú-  
pováníe  
buďto osobné  
aneb poruč-  
níkem.

O kupování  
a prodávání  
sauduov.

**Kap. IX.***O právu obdrženie, nabýváníe t. nabytie a umenšováníe.*

Jakžkoli o právu dobýváníe, obdrženie, nabytie i umenšováníe nebude moci býti praveno, protože ta práva plně a zřejmě v předešlých knihách nalezájí se býti vypravena.

§. 1. Neb právo zajisté obdrženie v tom záleží, kdyžby kto požíval dolu svého ve všech věcech, jakož jest praveno.

§. 2. Ale právo nabytie v tom záleží, kdyžby někto násilím z svého vládnutie neb drženie byl vyvržen a vytištěn, aneb v jeho nepřítomnosti příčinú hodnú některé vládařstvie neb věc jeho skrze saud byla by odsúzena, anebo nětco jiného na jeho bezpravie neb škodu učiněno; a kterak by toho měl nabyti, pilný zpytatel v předešlých rozprávkách všeccky věci nalezne vypravené. §. 3. Ale právo umenšováníe plně svrchu jest praveno o těch, kteřížto nedělajice, jakož hodné jest, svého dolu zle užívají; a také, kterak v saudiech bývají odsuzování, o tom úplně jest povědieno tu, kdežto o kupování a prodávání jest praveno.

Na šem zá-  
ležie právo  
dobytie.

O právu u-  
menšováníe.

Incipit

**L i b e r   q u a r t u s****gloriosissimi Principis et Domini Regis Wenceslai  
munifici Regis Bohemiae.****Cap. I.***De ordine judiciario.*

Sollicitantibus nobis quam plurimum circa totius regni curas, et inter cetera parum nihil eligentibus meditari, qualiter et quomodo montanis nostris fixum immutabilemque ordinem judicarium confirmemus, ut non per ambages, sicut a retroactis temporibus consuetum erat, sed gradatim per legitimos juris tramites deinceps judicia ordinentur, nam circa ea, quae inordinate fiunt, non potest rationabiliter aliquid agi:

§. 1. Unde quidquid contra ordinem judicarium a nobis editum in hac parte judicatum fuerit aut prolatum, nullius penitus firmitatis existat, juxta legitimas sanctiones legaliter protestantes, sententias contra solitum juris ordinem prolatas nullius esse momenti. §. 2. Imo iudices et jurati nostri transgressores edicti cum omnibus possessionibus suis et personis regiae subiaceant ultioni. Dignum est enim, ut quos ad nostri juris observantiam regalis formido non provocat, saltem medicina correptionis compellat, ut universi poena docente discant, quam sit vitandum, quamque nefandum, statuta regalia profanari.

**Cap. II.***De citationibus.*

Sed cum citatio sit principium et totius ordinis judiciarii fundamentum, de ipsa tamquam de parte potiori principaliter videamus, quia principium cujuslibet rei potissima pars est, teste domino Justiniano imperatore, sanctissimo legislatore, eo quod bene et competenter universa geruntur, si principium decens fuerit et amabile Deo.

§. 1. Est autem citatio legitima in jus evocatio, et quando fit per judicem principaliter praecipientem, alterutri partium aut utrisque, quod certo termino compareant coram ipso hinc inde secundum justitiam responsuri. §. 2. Est etiam citatio per judicis nuntium ad hoc juratum, ut, si citatus, sicut pluries evenit, citationem ad ipsum pervenisse negaret,

Počínají se  
č t v r t é k n i h y  
práva královského horníkom daného.

**Kap. I.**

*O řádu saudném horníkuov.*

Pečlivost majíce my převelikú při všech péčech královstvie našeho, a mezi jinými nicméně když chceme pomysliti, utíká nás péče pilná, kterak a kterým obyčejem horníkom našim stálý a neproměnitelný řád saudný stvrdili bychom a vydali, aby ne po okolcích, totiž zmatcích, jakož od dávných časov obyčejno bieše, ale řádně po správných práva stezkách potom saudové se řiedili; nebo při těch věcech, kteréž se neřádně dějí, nemuož rozumně nic činěno býti.

§. 1. Protož cožkoli proti řádu súdnému od nás vydanému s té strany bylo by súzeno anebo vynášeno, nižádné ovšem pevnosti nebuď, podle pravých ustanovení, správně osvědčujících, že nálezové proti zvyklému práva vypovědění žádné nejsou chvílky t. ku přijetí, aneb izádné moci nemají.

§. 2. Nébrž súdce a přísěžní naši, přestupitelé ustanovenie tohoto, se všemi statky svými i osobami královské podlehněte pomstě; nebť hodné zajisté jest, aby, jichžto k našeho práva zachování královský strach nevzbuzuje, aspoň lékařstvie tresktání aby připudilo, aby všickni pokutu učíce naučili se, kterak se slušie vystřiehati, a kterak nehodné jest, ustanovenie královská haněti neb tupiti.

Pokuta súdci  
proti právu  
súdicích.

**Kap. II.**

*O póních.*

Ale poněvadž pón jest počátek a základ všeho řádu súdného, protož o něm jakožto o částce prvnější, prvotně vizme; neb počátek všelijaké věci najmocnějšíe částka jest, jakož toho přisvědčuje pan Justinian ciesař, přesvátný práv ustanovitel, řka, že dobře a příhodně všecky věci dějí se, když počátek slušný bylby a Bohu milý.

§. 1. Jestit pak pón správně ku právu povolání; a bývat druhdy skrze súdci přítomně prikazujícíeho jedné straně nebo oběma, aby v určený rok před ním se okázali v súdě spolu, jedna druhé podle spravedlnosti odpovídajiec.

§. 2. Druhdy pak bývá a děje se pón skrze posla súdcova

Co jest pón.  
hon.

tunc citantis indubitanter stabitur juramento. §. 3. Hoc autem modo sunt citationes per juratum nuntium faciendæ: Ut de judicis citet mandato, nec aliquis nisi legitima ex causa ad judicium citetur ordinarium eo die, quo ipsum judicium esse debet; quia tempus et hora non patiuntur tunc plenius deliberandi consilium, nec inermes nostris debemus resistere inimicis, sed egemus tempore, cum actor, in cujus est velle agere, jam dudum se suis munierit munimentis, ut et nos nostras defensiones providentius ordinemus. Unde unusquisque citandus est ad judicium ordinarium ad minus proxima die præcedente. Et si copia ejus haberi poterit, citetur propria in persona; si autem absens fuerit, aut latitet subterfugiendo judicium, per eundem nuntium ad domum ejus tunc publice citetur. Tutius est tamen in omnibus arduis causis ad domum fieri citationes hoc modo: Nuntius juratus stabit ante domum citandi, ipsum ad mandatum judicis aperta voce citando, audientibus transeuntibus et vicinis; nam circa majora cautius est agendum. Statimque nuntius citans executionem citationis notario dicat judicis, ut ipsam sic ponat in tabulis vel in actis, scilicet quod (talis) ad mandatum judicis per (talem) juratum nuntium (ponendo diem et horam), ut judicio compareret (tali) die, ad domum suam fuerit publice citatus, audientibus transeuntibus et vicinis. §. 4. Nullus autem est ita citandus, ut in judicio compareat die feriato. §. 5. Omnes autem citationes, quæ ad judicium ordinarium fiunt, licet non exprimat, tamen preemtorie sunt citandæ.

### Cap. III.

#### *Quomodo actor et reus in judicio comparare debeant et se habere.*

Quomodo actor et reus in judicio comparando debeant se habere, visa citationum forma, videre nunc restat.

§. 1. Et certe actor præsens rei absentis apud judicem pro tribunali sedentem contumacia accusabit, cum omni instantia justitiam postulando. Reo autem præsentem actor instabit, ut suæ respondeat actioni. E converso reus actore non comparente, propter eum contumaciam ab instantia judicii petet sententialiter se absolvi. §. 2. Si autem actor præsens de reo conqueratur, instanter justitiam exigendo, tunc reus exceptiones, si quas habet, opponat, secundum ordinem infra scriptum. §. 3. Possunt etiam partes comparere in judicio per procura-



tores sufficienter instructos et coram actis aut urburariis vel magistris montium legitime constitutis, ita tamen, ut procurator, qui nomine absentis agit aut defendit, satisdet, dominum rem ratam habiturum, aut iudicatum solvi; quia nemo procurator in re aliena sine satisfactione idoneus esse creditur, si principales personae rem ratam habituram vel iudicatum solvi pro suis procuratoribus, ipsos ab omni satisfactione relevantes, se nullo modo obligarunt. §. 4. Etiam consortes ejusdem litis sine mandato agere possunt, dummodo consortem consortesve suos rem ratam caveant habituros.

5. Et sic jura adaptantur ad ea, quae frequentius in judiciis ventilantur; sed ad ea, quae raro accidunt, ante ipsorum eventum jura adaptari non possunt, sed erit de similibus ad similia procedendum.

#### Cap. IV.

##### *De judiciis.*

Tractatum est supra in praecedentibus de quibusdam praeambulis ad iudiciorum exercitium opportunis; sed nunc de ipsis judiciis per ordinem videamus.

§. 1. Et est iudicium actus trium personarum legitimus, scilicet iudicis, actoris, et rei. §. 2. Actor autem dicitur ab agendo, reus autem non ab reatu, sed a re, quae petitur. §. 3. Omne autem iudicium montanum aut est ordinarium aut extraordinarium. §. 4. Iudicium ordinarium est, cum iudex sedens pro tribunali, infra quatuor sedilia congregatis ibidem aliquibus juratis ac aliis quorum interest, ipsum iudicium processurus in causis more consueto corroborat et confirmat: Hoc enim quaeritur sollempniter a juratis, an eo die et illa hora licite possit iudicio praesidere, et iurati sententiant diem una cum hora esse habiles iudicio praesidendi, eo quod nec dies est feriatus, nec etiam hora tarda; nam iudices tenentur ob reverentiam Dei differe tempore feriato et etiam ante noctis tenebras perficere, quod incumbit eo, quod opportunitas tenebrarum malos homines ad delinquendum efficit proniores. §. 5. Iudicio autem hoc ordine sollempnizato iudex more solito pacem iudicalem omnibus auctorizet, quodque servetur honestas et reverentia iudicialis castis moribus perseveret. §. 6. Et tunc unusquisque per advocatum proponat

tehda obviněný odpory, ač které má, proti němu polož podlé řádu dole psaného. §. 3. Mohút také strany státi na súde skrze poručníky dostatečně naučené, a před knihami neb před akty neb před urburéri nebo pergmistry správně postavené, tak však, aby poručník, kterýž jménem nepřítomného vede při neb jie bránie, uručil, že pán jeho t. žaluobce neb obžalovaný to, což on vede, přijme, a bude-li odsúzen, že odsúzený zaplatí; nebo ižádný poručník v cizí při bez uručenie nezdá se hodný býti, kdyžto prvotnie osoby nezavázaly jsú se, že, což poručníci jich provedú, to sdržie, a což bude usúzeno, že to zaplatie za své poručníky, tiem je ode všeho urukovanie zproštujúce. §. 4. Také společníci neb tovariši té pře mohú při vésti bez prikázanie, kdyžto jediné společník neb společníci uručie, že to chtie zdržeti, což on vyvede.

§. 5. A tak práva prihotovana bývají k těm věcem, kteréžto častěji v saudiech běžie a opolají se; ale k těm věcem, kteréž velmi řiedko přiházejí se, před jich příchodem práva prihotovana nemohú býti, než z podobných ku podobným má bráno se býti, totiž má saud veden býti.

#### Kap. IV.

##### *O saudiech a řečníciach.*

Vypraveno jest v předešlých řečech o některých přechoziech potřebných k zvyklosti sauduov; ale již nyní o samých saudiech napřed vizme.

§. 1. A jestiť saud skutek tří osob správný, totižto súde, žalobníka, a obžalovaného. §. 2. Žalobník pak nebo púvod slovet od žaloby a od vedenie, nebť vede při; ale obžalovaný, totižto obviněný, slovet od viněnie, neb jej žaluobce vinívá. §. 3. Každý pak horský saud neboť jest pořádný t. zahájený, aneb jest kromě řádu t. nezahájený. §. 4. Saud zahájený neb pořádný jest, kdyžto súde sedě na saudné stolici ve čtyřech laviciech sbera přisežné některé i jiné, na něžto přislušie, týž saud súditi chťe, obyčejem zvyklým zahájiti káže, tiemto obyčejem: Tiežet slavně od přisežných, muož-li ten den a tu hodinu slušně na saudě seděti; a přisežní usúdie s potazem, že den i hodina jsú hodné k seděnie na saudě, protože ani den sváteční, ani hodina pozdnie; nebo súde pro poctivost Boží mají čas sváteční ctíti, a také před nočními tmami saud dokonati, protože hodnost temnosti zlé lidi k přestúpenie činí hotovějšíe. §. 5. A když pak saud tiem řádem zahájen bude, súde obyčejem zvyklým pokoj saudný i kážeň všem jmieti má prikázati, a aby zachovana byla počestnost i stydlivost saudná s setrváním ctných mravuov.

Komuž jest pře poručena, uruč na zdrzenie ortele.

Poručník v cizí při má uručen býti.

o společnících.

Od čeho žaluobce slove púvod.

Od čeho slove obviněný.

Dvoji jest saud.



vel respondeat, quidquid habuerit querulare, quem unicuique integro homini juste petenti dari praecipimus hoc edicto. §. 7. Sed si duo simul unum petierint advocatum, primus obtineat, juxta illam regulam juris: Qui prior est tempore, potior est jure. §. 8. Est autem officium pietatis, iudices summa diligentia providere, ne per potentes copia advocatorum pauperibus subtrahatur. Ipsi vero iudices ex suo officio dent non habentibus advocatos. §. 9. Quicumque vero semel advocaverit pro tribunali, postmodum petitus in iudicio aut datus per iudicem, advocationis officium deinceps non audeat recusare; nam quod semel placuit, non potest amplius displicere. §. 10. Tamen advocati compellendi non sunt inviti, contra suos sanguineos et affines usque ad quintam consanguinitatis lineam advocare, neque compatres patrinisque, sed nec contra illos, quibus ratione vendendi aut emendi homagium fecerunt; quod naturali displicet rationi, has personas se ad invicem aliquibus displicentiis provocare. Nec putent aliqui ratione carentes hoc officium respuendum, cum etiam imperiales constitutiones per ora principum divinitus prolatae, huic officio laudem tribuant et honorem, dicentes: Militant namque patroni causarum, qui gloriosis vocibus confisi laborantium spem et vitam defendunt. Nec minus dicuntur reipublicae et singulari utilitati singulariter providere, quam si pro utilitatibus singulorum clypeis, thoracibus et gladiis uterentur, parentes ac patriam conservando. Verum experientia rei docet, ipsum advocationis officium esse in omnibus iudiciis opportunum.

§. 11. Permittimus etiam, ut se muniant quibuscunque cautelis et protestationibus, sicut hucusque poterunt praemunire, ne damnum aliquod incurrant pro suis clientibus in iudicio advocando; non enim inde debent dispendium sentire, unde eos decet merito praemium expectare. Insuper iudices non sinant advocatos ratione patrocinii ab aliquo disturbare. §. 12. Haec de bonis et legalibus statuimus advocatis, sed reprobos praevaricatoresque ab omni advocationis officio excludendos, ne boni malorum consortio inquinentur. §. 13. Si autem partes principales tantae fuerint discretionis et eloquentiae, poterunt pro se personaliter advocare, venia tamen prius a iudice impetrata. §. 14. His itaque peractis advocatus actoris aut ipse actor, si reus non comparuerit termino assignato nec idonee per aliquem excusetur, petat ipsum ad omnem causam, pro qua citatus fuerat, iustitia exigente sententialiter condemnari. Reo tamen legitimis defensionibus reservatis, quae vulgariter helfrede dicuntur, ut si vocatus fuerit ad majus

§. 6. A tehdy jeden každý skrze řečníka propověz i odpo-  
 věz, cožkoli měl by žalovati, a ten aby jednomu každému  
 člověku celému spravedlivě prosícimu dán byl, tímto usta-  
 novením prikazujeme. §. 7. Pakliby dva za jednoho řečníka  
 prosila, tehdy jej první obdrží, podle oné řeholy práva: Ktož  
 prvnější jest časem, mocnější jest v právě. §. 8. Jestli pak  
 úřad milostivosti, aby soudce svrchovanú pilnosti opatřili, aby  
 skrze mocné přítomnost řečníkuov chudým nebyla odjímana.  
 Oni také súdece z svého úřadu dávajte řečníky nemajícím. §. 9.  
 A ktož koli jednu řečnovati bude před saudem, potom pro-  
 šen jsa od strany neb od súdece vydán jsa, potom úřadu řeč-  
 nování nesměj odpierati; nebo což se jest jednu líbilo, ne-  
 množt se potom nelíbiti. §. 10. Avšak řečníci nemají puzení  
 býti bezděky k řečnování proti svým příbuzným a přáteluum,  
 až do toho pátého kolena příbuzenství, ani proti kmotruom,  
 ani kmotrám, ani proti těm, jimžto pro příčinu obrany neb  
 opravy manství jsou učinili; nebť se nelíbí přirozené rozum-  
 nosti, atby se ty osoby vespolek kterými nelibostmi dráždily.  
 Aníž se domnívajte někteří, rozumu nemajíce, by ten úřad  
 měl za zavržený býti, poněvadž také ustanovenie cesařská  
 skrze ústa kniežat božsky vydaná tomu úřadu počestnost  
 vzdávají i chválu, řkúce: Rytěrujít zajisté řečníci a obrance  
 při, kteřížto, v slavné hlasy doufajíce, pracovitých naděje i  
 života bránie. Aníž méně praví se obecní věci i zvláštneho  
 užitku pohodlí zvláště opatrovati, než jakoby pro užitky kaž-  
 dých štietuov neb terčí a plátuov a mečuov uživali, rodiče  
 i vlast zachovávajíce. Protož zkušenie věci učí ten úřad řeč-  
 nování býti potřebný ve všech saudiech.

§. 11. Dopauštíme také, aby se mohli ohrazovati kterýmiž  
 koli opatrnostmi a osvědčovániami, jakož až dosavad mohli jsú se  
 ohrazovati, aby v škodu některakú nevešli za své strany v saudě  
 řečnujíce; nemajít zajisté škody z toho čítí, odkudž jim slušie  
 hodně odplaty čekati. Nad to súdece nedopúštějte, by kto řeč-  
 níky zarmucoval pro jich řečnování. §. 12. A toť o dobrých  
 a řádných ustanovujeme řečniciech, ale nešlechtné a nehodné  
 přestúpce velíme ode všeho úřadu řečnování odlúčiti, aby  
 dobří tovařístvem zlých nebyli zprzněni. §. 13. Pakliby strany  
 prvotnie takové rozumnosti byly a výmluvy, tehda moci budú  
 sami za se osobně řečnovati, odpúštění však prvé od súdece  
 uprosiece. §. 14. A tyto věci tak dokonajíce, řečník žalob-  
 níka anebo sám žalobník, ač obviněný nestál by v čas ulo-  
 žený, aníž by hodně vymluven byl skrze někoho, máť prositi  
 súdece, aby jej podle spravedlnosti odsaudil pravým nálezem  
 ve vsí při, pro kterúž pohnán bieše. Máť však obžalovanému  
 právo býti zachováno ku pravým obranám, jenž němec-

O požádání  
 řečníka.

Prosí-li dva  
 saň, kterému  
 má dán býti.  
 Řečník má i  
 chudému dáti  
 býti.

O vychvá-  
 lenie řečnic-  
 kuov.

Ohrazování  
 řečníkuov.

Svoboda do-  
 brých řečni-  
 kuov.

O nešlech-  
 tných řečni-  
 cích.

Strany samy  
 mohú bez  
 řečníkuov  
 mluvití.

Nestoji-li  
 obžalovaný  
 ku právu.

tribunal, aut infirmus, aut captus, aliisve causis legitimis de-  
tentus comparare non potuit. Et sententiam latam contra  
absentem ex causa necessaria nocere juris ratio non permittit,  
sed ostensa legitima absentiae causa, sine aliqua diminutione  
ad totam causam integraliter reformetur; quia ab omni lege  
urgens necessitas excusat.

§. 15. Item e converso reus, si actor contumax fuerit,  
ab instantia judicii absolvatur, actore sibi in expensis legi-  
timis ob illam litem factis sententialiter condemnato; etiam  
postea ad judicium veniens suis defensionibus uti poterit  
sicut reus; nam uni licere non debet, quod licebit alteri  
litigatorum, et cum judicia non debent claudicare. §. 16.  
Quatuor autem modis jure montanorum quis contumax judi-  
catur: Primus est, si actor aut reus non compareat; secundus  
vero est, si compareat, et judici non obedit; tertius est, si com-  
paret, sed a judicio illicitiatus recedit; quartus et ultimus,  
cum uterque comparet, sed actor durante judicio nullam reo  
objicit quaestionem, et hoc reus protestatus fuerit, giudice jam a  
judicio recedente. Actor ex eo contumax judicatur, reusque  
ab instantia judicii absolvatur, actore sibi in expensis legitimis  
condemnato. In omnibus his casibus pro convicto contumax  
judicatur, si nulla defensione legitima se poterit excusare. §. 17.  
Tenetur autem actor sequi regulariter forum rei, quia sententia  
a non giudice lata non tenet. §. 18. Et coram quocunque giudice  
competenti judicium fuerit inchoatum, ibidem etiam terminetur;  
nam juris ordo confunditur, si unicuique sua jurisdictio non  
servatur, nisi tunc ipsum judicium per appellationem legitimam  
ad superiorem judicem prorogetur.

## Cap. V.

### *De judicio extraordinario.*

Judicium autem extraordinarium est sine solemnitate  
de vilibus causis vel casibus cognoscere, quae cottidie oc-  
currunt, sicut fabrorum, sectorum et aliorum laboratorum,  
conquerentium de pretio deservito, ac de aliis quam plurimis  
causis, quae propter periculum montium nullam dilationem  
recipiunt, veluti de aqua extrahenda et de metis assidue di-  
stinguendis, ne pro dilatione judicii montibus aliquid impedi-

sky slovú helfrede a česky pomocné řeči, jakožto, byl-liby povolán k většie stolici, to jest k vyššiemu soudu, nebo nemocen, nebo jat, nebo jinými správnými příčinami zadržán jsa nemohl by státi. A zajisté ortel neb nález vynesený proti nepřítomnému z příčiny potřebné rozumnost práva nedopůštie, aby uškodil; ale když ukázána bude správná nepřítomnosti příčina, bez všelijakého umenšenie ke vší při v cele napraven buď; nebo nuzná a náhlá potřeba ode všeho práva vylučvá.

Hodné příčiny nestánie ku právu.

§. 15. Taktéž zase obviněný nebo pohnaný, nestane-li žalobce, máť od saudu zproštěn býti —; a on také přijda k saudu potom, svých obran moci bude užívati, jakožto i súpěř jeho; nebť nemá jednomu slušeti z súpěřuov, cožby druhému neslušelo, poněvadž saudové kulhati nemají. §. 16. Čtyřmi pak obyčejí právem horníkuov súzen bývá, ktož nestojí ku právu: Najprvé, když žalobník neb obžalovaný nestane k saudu; druhé, když postavě se neposlouchá súde; třetie, ač postaví se, ale otejde od saudu bez odpuštěnie súde; čtvrté a poslednie, když se oba postavíta, ale žalobník ani kto od něho nežaluje, dokudž saud trvá, na obviněného, a to pohnaný neb obviněný osvědčí súdeci, když jde od saudu. Skrze to žalobník súzen má býti za nestalého k sídu a obžalovaný neb viněný od stánie na saudě zproštěn buď, a žalobník jemu v správných nákladiech v té při činěných buď odsúzen. A v těch ve všech příhodách za přemoženého právem aneb za přesvědčeného žalobce má súzen býti, ač ižádnú výmluvú hodnú neb obranú nebude se moci vylučviti. §. 17. A dlužen zajisté jest žalobník neb púvod následovati správně saudu súpěře svého, totižto má jeho v tom právě hledati, pod kterýmž sedie; nález zajisté t. odsudek od nesvého súdece vynesený ndrží, to jest, moci nemá. §. 18. A před kterým koli súdeci saud bude začat, před týmžť má konán býti; nebo řád práva bývá pohanien, jestliže jednomu každému súdeci jeho poprava t. saudné právo nezachovává se, lečby tehdy ten saud skrze správné odvolánie podán byl k vyššiemu právu.

Nestane-li žalobník ku právu.

O čtyřech hodných příčinách nestánie.

Ktož chce na druhého žalovati, žalujž naň v tom právě, v němž obývá.

Před kým se saud začne tu buď konán

## Kap. V.

### *O saudu nezahájeném anebo nepořádném.*

Saud pak nezahájený bývá bez slavnosti o malých přech, totižto příhodách, kteréž se na vsáký den přiházejí, jakožto o zadržení mzdy kovářuom neb havěřuom neb jiným dělníkuom, anebo o jiných rozličných přech, kteréž pro ákodu horskú ižádného prodlenie nepřijimají, jakožto o vytahování vody a mezi ustavně rozdělování, aby pro prodlévánie saudu horám překážky nětco nevzniklo, a aby krátká hodina ne-

menti oriatur, neque laborem longi temporis destruat hora brevis. Haec tamen summarie cognoscendo cum discreta providentia judicentur. In hisque judiciis extraordinariis iudices plenam habeant potestatem juramentum de veritate dicenda a partibus exigendi, cum ipsis visum fuerit expedire, consideratis conditionibus personarum, ut inter partes quaestiones omnes eo facilius terminentur.

## Cap. VI.

### *De petitionibus actorum.*

Petitio autem, prout hic accipitur, nihil aliud est, quam exhortatio ad iudicem facta ratione juris, quod sibi debetur, aut speratur deberi in iudicio obtinendi.

§. 1. Sed primo debet actor aut ejus advocatus iudici factum vel rem gestam exponere, et ex eo sapienter elicere id, quod petat, specificando dilucide rem quam petit; causamque, quare ipsam petat, tenetur actor similiter assignare, in omnibus formam petitionum debitam observando, ne propter ineptam petitionem ab instantia iudicii repellatur.

§. 2. Debet etiam in hoc casu cautus esse actor, ut rem petat cum omni suo interesse, quod est lucrum cessans ac dampnum emergens, aut petat rem simpliciter cum omni sua utilitate et fructibus inde perceptis.

§. 3. Circa haec et alia in judiciis occurrentia patroni causarum multas protestationes ac intricaciones facere consueverunt, quibus brevitatis causa obmissis, tantum ea quae sunt de necessitatibus montani iudicii, diffinimus, ne sub longo sermone arguamur pauca dixisse; eo quod utilius est pauca idonee effundere, quam multis inutilibus mentes hominum aggravare.

§. 4. Omnium autem petitionum, de quibus inter aliquos agitur de quacunque re, summa divisio haec est: aut quod personales sunt, aut reales. Petit enim unusquisque aut ab eo, qui sibi in aliquo debitus est, ex promisso aut ex pacto; quo casu proditae sunt petitiones in personam, per quas intendit actor adversarium sibi dare aut facere oportere eam rem, de qua inter eas legitime conventum est; aut ab eo quod petit, qui sibi nullo jure personali remanet obligatus, movet tamen alicui de re aliqua controversiam, quo casu competunt in rem petitiones; veluti si rem corporalem quis possideat, quam Petrus suam esse affirmet, et possessor ejusdem rei se dominum esse dicat; si tunc Petrus ipsam rem sicut suam in iudicio petat, erit realis petitio. Simili modo si petat quis, jus sibi esse per foveam aut argentifodium tuum aquam derivandi, aut metallum, aut quid aliud educendi, ventumve per tuum ad suum argentifodium infe-

kazila práce dlúhého času. Tyto však pře, svrchně pozná-  
vadlné, s rozumnú opatrností súzeny buďte. A v těch sau-  
diích nezahájených súdce plnú moc méj kázati stranám při-  
sahati k pravení praydy, když se jemu zdáti bude podobné,  
znamenaje povaby osob, aby mezi pohádkami při tjem snáze  
bylo v spravedlnost uhozeno.

## Kap. VI.

### *O požádání puovoduov nebo žaluobci.*

Požádání pak, jakož tuto bífeme, nic jiného není,  
než napominání k súdci učiněné k obdržení práva na saudě,  
kteréž jemu příslušie neb nadějno jest příslušetí.

§. 1. Ale najprvét má žalobník nebo púvod nebo řečník  
jeho před súdci účinek nebo věc, kteráž se dála, řádně vypraviti  
a z toho opatrně vybrati to, čehož žádá, oznámě světle věc, kteréž  
žádá, a příčiny, proč jí žádá, ve všech věcech zpuosob požádání  
slušný zachovávaje, aby pro nehodné požádání od stánie k sau-  
du nebyl otehnán. §. 2. Máť zajisté žaluobce v té příhodě opatren  
býti, aby věci požádal se všie jejie příslušností, a to jest zisk  
přestálý a škoda vzniklá; aneb aby žádal věci sprostně se všim  
jejím užitkem i s puozitky odtud přijatými. §. 3. Při těch i jiných  
přech neb věcech, kteréž se v saudě přiházejí, řečníci mnohá  
osvědčování a zmatky obvykli jsú činiti, kteréžto pro příčinu  
krátkosti opustíce, toliko ty, kteréž jsú o potřebnostech hor-  
ského saudu, chceme vypraviti, aby chom pod dlúhú řečí ne-  
byli tresktáni, jako bychom málo vypravili; protože užitečnějie  
jest hodně málo vypraviti, nežli mnohými neužitečnými myslí  
lidské obtiežiti. §. 4. Všech pak požádání, o nichž mezi stra-  
nami v saudě děje se o kterúž koli věc, svrchovaný rozdiel  
tento jest: že požádání neb jsú osobnie, aneb věcné. Žádát  
zajisté jeden každý nebo od toho, ktož jemu v něčem dlužen  
jest, z slibu nebo z úmluvy; a v té příhodě vycházejí ta po-  
žádání na osobu, jimižto žalobník miěni připraviti súpře  
svého. aby jemu dal tu věc, kteréž jemu slibil dáti, aneb aby  
jemu učiniti musil tu věc, o kteréž mezi nimi správně jest  
smluveno; anebť požádá žaluobce na súpři něčeho, kte-  
rýžto žádným právem osobným není jemu dlužen, než proto  
se s ním saudí a činí jemu nesnážku o některé sbožie neb  
statek, jakoby příslušalo na věc požádání; jakožto kdyžby  
Václav držal dědinu neb jinú věcí tělesnú vládl, kteréžby  
Jan pravil že by byla jeho, a ten vladař řekl by, že jest  
vlastní pán té věci; když pak Jan požádá té věci v saudě,  
aby mu byla od Václava vrácena, jižť jest pře věci neb  
věcná. A týmž obyčejem požádá-li kto, aby měl právo

Kterak má  
žaluobce k  
súdu přistou-  
piti.

Dvoje jest  
požádání,  
osobnie a  
věcné.

rendi, similiter petitio erit realis. §. 5. Praedictas autem servitutes si ordinari poterunt sine impedimento partis alterius manifesto, ipsas deinceps propter publicam utilitatem privatae regulariter praefereendam, praesenti constitutione a nullo sibi sub obtentu ibidem omnium partium suarum statuimus prohibendas, nec quisquam in sua pertinacia ferendus, qui nihil aliud, nisi ut noceat, laturus est.

§. 6. Frustra enim actoris petitio attemptetur, si reus non possidet rem petitam, nec dolo desiit possidere. Unde ante litis contestationem interrogetur reus, an rem possideat jam petitam; si affirmet, se rem, quam non possidet, possidere, litem super eo sustinens secum contestari: condempnabitur actori ad omne interesse, vel quantum juraverit actor in litem. Sed si reus cum rem petitam possideret, se negaverit possidere: ulterius petitioni actoris non compellitur respondere, sed in eo punitur, quod in actorem, probantem possidere reum rem petitam, possessio ejusdem rei auctoritate judicis transferatur, quamvis ipsam suam esse non probet; quia judicia delusoria esse non debent.

## Cap. VII.

### *De reorum defensionibus.*

Sicut enim agentibus contra reos petitiones sunt proditae, simili modo exceptiones reis in defensionis subsidium conceduntur, interdum ad iudicium declinandum et interdum ad petitionem actoris elidendam.

§. 1. Et dicitur exceptio petitionis elisio. Et sicut petitio eliditur per exceptionem, sic exceptio per replicationem eliditur, ac replicatio per duplicationem; ita etiam duplicatio per triplicationem, et sic deinceps. Nomina defensionum diversimode nuncupantur; sed tamen largo modo exceptionis sumpto vocabulo quaevis istarum defensionum exceptio nominatur, quia defendendo intentum partis adversae nititur enervare. Sed omnia haec sciri oportet, ut hujus juris plena experientia habeatur, turpe enim est unicuique ignorare jus, in quo versatur. His vero cognitis reus, si quas habet defensiones contra iudicem aut actorem, proponat, ex quibiscunque causis sibi competere videantur, jus suum viriliter defendendo, quia nulli est juris beneplacitum denegandum, nec cuiquam facit injuriam, jus

skrže tvooj duol vodu z svého dolu provesti aneb rudu aneb nětco jiného vytahovati, aneb větru skrže tvooj duol do svého vedenie, takéž bude požádanie věcné. §. 5. A ty dřieve řečené služby, mohú-li zjednány býti bez zjevné překážky strany druhé, tehdy je potom tiemto ustanovením ustanovujem, pod zachováním tudiež všech dieluov svých, aby jich nebránili činiti pro obecní užitek, jenž má zvláštniemu užitku řádně předložen býti; aniž kto koli v své neustupnosti má trpien býti, kterýžto nic jiného, než aby uškodil, má přinesti.

Požádá-li kdo, aby měl právo skrže tvooj duol vodu vésti.

§. 6. Nadarmoť zajisté žalobníka požádanie pokúšie se, jest-liže obviněný věci požádanú nevládne a ndrží, aniž jest lstí přestal držeti. Protož dřieve, nežli k žalobě bude odpovědieno, máť býti otázan obžalovaný, drží-li tu věc požádanú; a jestliže on die, že by držel tu věc, kteréž ndrží, učiní-li odpověď k žalobě: tehdyť má odsúzen býti, aby žaluobci i užitky i pozitky navrátil, a což přiseže žaluobce, že jest na saud naložil. A pakli obžalovaný věci požádanú vládna zapří před saudci, by jí vládl, tehdy ten obžalovaný nenie dlužen žaluobci viece k té žalobě odpoviedati, než na tom má přestati: Když žaluobce dovede hodným svědomim, že súpeř jeho tu věc drží, kteréž jest požádal, tehda moci bude súdce súpeřovi prikázati, aby žaluobci bylo navraceno té věci drženie, jakžkoli jest nedovedl, by ta věc jeho byla; nebť saudové klamaví nemají býti.

## Kap. VII.

*O obranách neb odporách lidí pohnaných nebo obžalovaných.*

Jakožto žalobníkom proti obžalovaným požádanie jsú prošla, týmž obyčejem odpory obžalovaným jsú puojčeny na pomoc obrany, druhdy aby mohl súdu ustúpiti a druhdy aby požádanie žalobníka mohl odvrátiti.

§. 1. A sloveť odpora požádanie odvrácenie. A jakož požádanie skrže odporu bývá odepřeno neb odraženo, též odpora skrže druhé odvrácenie bývá porážena, a odepřenie skrže odvojenie; tak také odvojenie skrže otrojenie, totiž druhá odpora poráží třetie, a třetie čtvrtú a tak dále až do přestanie a pře zavřenie, když již strany proti sobě odpor klásti přestanú. A tyť odpory mají jména rozličná podle latiny; ale však štědrým obyčejem odpory vezmúce jména, každá z těchto obran sloveť odpora; neb jedna strana brančí se úmysl strany odporné mieni zrušiti. Ale všechny tyto věci musejí vědieny býti, aby toho práva plné zkušenie neb poznanie jmieno bylo; neb hanebné jest zajisté jednomu každému neuměti a nezhati práva, v němž přebývá. Tyto pak věci po-

Co sloveť odpora.



sibi debitum prosequendo. §. 2. Sed sciendum est, quod omnes exceptiones competentes contra judicem vel ad ejus iudicium declinandum, sunt primo et principaliter opponendae; omnes dilatoriae ante litis contestationem similiter opponantur; postea objiciens non auditur, nisi de novo, quae tunc objicit, se didicisse affirmaverit juramento; quia novo morbo convenit nova antidota praeparari. §. 3. Excommunicatio vero contra judicem vel actorem objici potest et probare in qualibet parte litis; reus autem excommunicatus respondere compellitur, ne de sua malicia videatur commodum reportare, omnibus sibi defensionibus legitimis reservatis. §. 4. Etiam exceptio falsi procuratoris non solum ante sententiam, verum etiam post sententiam potest opponi, qua probata iudicium nullum, nullius momenti controversiae reputantur. §. 5. Si autem reo nulla exceptio competat defensionis, tunc auctoritate hujus constitutionis, calumpnias multorum temere litigantium compescentis, ad reconventionis recurrat beneficium, si aliquid quaestionis habuerit contra actorem; non obstante veteri consuetudine, imo potius iniquissima corruptela, ut nullus alium reconvenire possit, nisi prius ab eo per iudicium jam inceptum fuerit absolutus. Volentes ergo errorem, multorum calumpnias detegentem, nostrae pietatis beneficio salubriter emendare, unde statuimus hoc edicto deinceps inviolabiliter observando hunc ordinem in reconventionibus amplectendum: Ut statim actoris petitione proposita, reus actorem reconveniat, quia regulariter ante litis contestationem debet fieri reconventio; postea vero nunquam auditur, nisi reconventionis petitio antea iudici sit porrecta, vel protestatus sit reus de reconventionem in eodem iudicio faciendam.

§. 6. Unde hoc praecipue considerari debet in actore alterius fori, qui in hoc casu forum sortitur alienum, aut sibi denegabitur petitio, si reo non respondeat reconventus. Tamen verius est, quod reo volenti praecise compellitur respondere, juxta illud: Non dedignetur quis eum iudicem contra se habere in reconveniendo, quem pro se habuit in agendo. §. 7. In his vero casibus nullum reconventionis volumus esse lo-

znajíce obžalovaný, ač ktoré má obrany, proti saudci nebo žalobníku propověz, z kterých koli příčin viděloby se jemu příslušet, práva svého mužsky bráně; nebo dobrodiní práva izádnému nemá zaprieno býti, aniž komu čini bezprávie, právo sobě slušné veda a provodě. §. 2. Ale vědieno má býti, že vsecky odpory, příslušející proti súdci nebo k jeho saudu ustúpení, mají před odpovědí k žalobě najpruv a prvotně předloženy býti na prvním stání; a vsecky odpory prodlevadlné před odpovědí k žalobě takéž položeny buďte; neb potom odpieraje nemá slyšán býti, lečby jistil pod přísahú, že jest tepruv znova zvěděl ty odporné věci, kteréž tehdy čini; nebo novému neduhu slušie nový lék pripraviti. §. 3. Klatba pak proti súdci neb žalobníku muož býti v odporě pokládána v každé stránce saudu; ale pohnaný neb viněný, ač pak jest kletý, má býti připuzen k žalobě odpoviedati, aby z své zlosti nebyl vidien pohodlé přinášeje, a ke všem obranám spravdivlým má dopuštěn býti. §. 4. Také odpora proti falešnému neb nepravému poručníku netoliko před saudným nálezem, totižto ortelem neb usúzením, ale i po orteli muož býti položena, kterážto když dovedena bude, saud nižádný, nižádné chvílky zmatkové nebuďte domněni. §. 5. Pakli pohnaný neb viněný nemá izádných odpor, tehda mocí tohoto ustanovenie, bezprávie mnohých všetečně se súdicích skrocujícieho, ten pohnaný má se uteci, aby žaluobci také pohnal, ač nětco měl by proti žalobníku; bez překážky starého obyčoje, nébrž radše přenepřavého porušenje, aby žádný žaluobce svého pohnati nemohl, leč by skrze saud již počatý od něho zproštěn byl. Protož chtějice ten blud, mnohých bezprávie zakrývájície, dobrodinim naše milostivosti spasitedlně opraviti, z toho ustanovujeme túto výpovědí, kteráž má potom neporušitedlně zachována býti, aby tento řád v zase-pohonění byl zachovávan a oblibován: Aby ihned, kdyžby žalobník požádanie položil neb propověděl, aby pohnaný neb obviněný svého žaluobci zase pohnal, neboť správně ten pohon má se zase státi před odpovědí k žalobě; potom nikdy nemá slyšán býti, lečby požádanie toho zase-pohnanie dřieve bylo súdci oznámeno, aneb žeby osvědčil viněný, že chce svého žaluobci k témuž saudu zase pohnati.

§. 6. Protož tot najviece má býti znamenáno na žalobníka z jiného práva, kterýž v té příhodě práva požíevá cizieho; nebo jemu bylo by odepřieno požádanie, ač, sám jsa pohnán, neodpověděl by pohnanému. Avšak spravdivlivě jest, aby připuzen byl skrze saudci, aby viněnému chtějícím odpoviedal podle toho řečenie: Nepohrdej izádný, aby toho měl súdci proti sobě, kteréhož jest měl proti súpeři svému, když jest žaloval.

Odpor na prvním soudci zjevny buďte, lečby potom znova zvěděny byly. Pře usúzená jedná, má-li potom jednú přestúzována býti. Jaká klatba jest.

Odpor muož nulož býti před ortelem proti nepravému poručníku. Pohnaný muož pohnat žalobníka svého.

A v kterémž saudě stane se hosti spravdivlivě, v témž má se dosti učiniti zase žaluobci.

cum: Si reconventionis petitio praejudicialis fuerit petitioni principali, vel si actor agat civiliter, et reus ipsum in reconventionem nitatur criminaliter impulsare, aut e converso si criminaliter actor egerit, reo ipsum civiliter impetente; merito reconventionis beneficium his casibus extinguetur, quia aequalitas est in judiciis partibus observanda, ne reconventio iniquitatis sit vinculum, sed justae petitionis subsidium. §. 8. Unde primo fit litis contestatio super petitione actoris, et consequenter super petitione rei; demum vicissim interrogationes, probationes et allegationes ambarum partium audiantur, et primo pro actore, deinde pro reo sententia proferatur. §. 9. Nec grave cuiquam existat, juris ordinem sic in causarum processibus feliciter observari, quam per reprobos juris ministros eo obmisso veram innocentiam frequentius condampnari; judicarius enim ordo cum sibi concomitantibus non sinit a justitia exorbitare juratos judices et actores illicitos, ipsorum conatus freno justitiae refrenando, nec temere litigantibus laxat habenas. §. 10. Et cum juxta canonicas sanctiones malos comprimere et bonos sublevare officium sit regale, quod sine justitia, quae est constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens, nequimus effectu mancipare, nam in sua executione ipsa mandat juris ordinem firmiter observari, cumque jus justitiae sit executivum, juris autem prudentia doceat, qualiter sortiri debeat hoc effectum, ut unusquisque sibi debitum mediante justitia consequatur: unde his tribus virtutibus, scilicet justitiae, juri ac deinde jurisprudentiae immobiliter adhaerentes, ex quarum fonte noster ordo judicarius derivatur, quem statuimus sub poena omnium bonorum ac personarum ab urburariis, judicibus, juratis ac omnibus aliis in judicio litigantibus ut pupillam oculi inviolabiliter custodiri. Quidquid vero contra jam statutum ordinem nostrum judiciarum sententiatum aut prolatum fuerit, ipso jure sit irritum et inane, nihilominus tamen poenae jam statutae nostri juris transgressoribus imminerebunt.

### Cap. VIII.

#### *De litis contestatione.*

Cognitis his sub brevitate debita, quae ante causae principalis ingressum saepe in judiciis ventilantur, quae praeparatoria sunt ad iudicium, quod per litis contestationem sumit

§. 7. Ale v jiných příhodách izádného nechceme miesta jmiati k zase-pohnanie: Jestližeby zase-póhonné požádanie na bezpravie t. ke škodč bylo prvotnímu požádanie, nebo jestližeby žalobce žaloval o zbožie neb o peníze, a obžalovaný jeho v zase-pohnanie mienil o prohřešenie trápiť; aneb zase kdyžby žalobce kladl súd o prohřešenie, a obžalovaný vedl saud proti žalobci o peníze neb o zbožie; tuť zase-pohonenie právo v těch příhodách umrtvero bude neb uhašeno; nebo rovnost v v saudiech máť stranám zachována býti, aby zase-pohnanie nebylo svazek nepravosti, ale pomoc spravdivého požádanie.

§. 8. Protož najprvé buď k žalobě odpovědzenie na požádanie žalobníka, a potom na požádanie viněného; potom třiedú otázky, duvodové a ličenie obú stranú slyšani budte, a najprvé žalobníku, potom viněnému ortel buď vynesen. §. 9. Aníž těžko buď komu, rád práva tak v při vedeni šťastně zachovávati, nežliby skrze nešlechtné práva služebníky, ten rád opustiece, pravú nevinu častějje odsuzovali; neb saudný zajisté rád s svými príslušnostmi nedopúštit prísežným súdciem od spravdivnosti vystupovati, i žalobníkuom neslušná jich mienenie uzdu spravdivnosti zuzduje, aníž všetečně sváricím se oslabuje oteží. §. 10. A poněvadž podle duchovných ustanovení zlé utiskati a dobrých pozdvihovati jest úrad královský, kteréhožto bez spravdivnosti, kteráž jest stála a věčná vuole právo jeho každému dávajic, nemuožeme k skutku přivesti, neb ona v svém vypósobení prikazuje rád práva pevně zachovávati; a poněvadž právo jest vypósobilost spravdivnosti a práva opatrnost učila by, kterak dojiti mělo by to k skutku, aby jeden každý sobě dlužné věci skrze spravdivnost dosáhl: protož těch tři ctností, totiž spravdivnosti, práva a právní opatrnosti nepohnutě přidržice se, z jichžto studnice náš rád saudný pocházice, kterýž ustanovujeme pod pokutú všech statkuov i osob, od urburéruov, súdci, prísežných i ode všech jiných v saudě se sváricích, jakožto zřítednice oka neporušitedlně ostřiehati. A což kolivěk již proti ustanovenému řádu súdnému našemu ortelováno neb vyneseno bylo by, tiem právem buď zrušené a marné; nicméně však pokuty již ustanovené našeho práva přestupníkóm nastanú.

Výklad  
svrchloho  
řeči.

Žalujeta-li  
dva na se.  
kto má druhu  
prvé odpo-  
viedati.  
Každý voť  
při řádnó po-  
dte práva.

Súdce saud  
právě, opatr-  
ně, spravdiv-  
livě.

O pokutách  
proti právu  
súdicích.

## Kap. VIII.

*O při svědčení neb o seprénie pře v saudě.*

Poznavše ty věci pod slušnú krátkostí, kteréžto před počtím pravého saudu často v saudiech bývaji přemietány, a jsúť některaké přípravy k saudu, a to počátek běre, když

exordium; ideo de ipsa, et de aliis sequentibus eandem usque ad definitivam sententiam, in hac ultima particula pertractemus.

§. 1. Est autem litis contestatio principalis negotii apud suum judicem pro tribunali sedentem actoris et rei hinc inde facta narratio, ob causam in judicio procedendi. §. 2. Fit autem litis contestatio per narrationem actoris in judicio propositam, et responsionem rei litem contestandi animo subsecutam; itaque lite contestata statim erit praestandum calumpniae juramentum.

### Cap. IX.

#### *De juramentis calumpniae.*

Cogitandum nobis, sublatis consuetudinibus male adinventis, virtuosas juris regulas nostros subjectos in omni quiete sine aliqua calumpnia conservantes in spe fertili subrogare; ideoque juramentum calumpniae in magnum remedium litium dirimendarum, statuimus hoc edicto, deinceps statim lite contestata a partibus litigantibus sine contradictione qualibet esse praestandum.

§. 1. Est autem calumpniae juramentum, cum quis jurat sub bona fine, non calumpniandi animo agere vel respondere. Sed calumpnia est falsa petitio vel injusta repulsio scienter intenta. §. 2. Ob hoc vero Nostrae Magnetudinis celsitudo calumpniae instituit juramentum, quod specialiter nostri regalia interest officii, temere litigantibus omnem viam praecludere malignandi, conservando in quantumcunque possimus, illaesos ab omni calumpnia innocentes. Ad cujus effectum mediante justitia effectualiter exequendum omnium fidelium nostrorum studiosam operam digne duximus invitandam, vera justaque judicia immobiliter stabilire, ex quo clarius aliquo sidere prae-fulgebit salus et honor totius regni nostri ac omnium fidelium nostrorum habitantium in eodem; quia nihil est, quod clarius lumine fulgeat, quam cum justitia recta fides in principe; et nonne fulgor principis omnes sibi fideles irradiat, et electos? inferiores enim suorum corruscant radiis dominorum. Ob quam rem merito tenentur subjecti operam dare suo principi fidelem ad omnem justitiam exequendam, ne suspecti videantur domino cum suo dissentire contra rempublicam obtrectantes: sed tamen quod principi placuit, legis vigorem habet; labiis enim regit rex, et cor regis in manu Dei est, et ubi voluerit, inclinabit illud, in cujus nomine omnia facta nostra, omnes-

žaloba projde a odpoveď na ni dána bude, a toť slove *pře seprenie* neb *pře svědčenie*; protož o tom, a což po ní následovati má v saudě až do úsudku konečného, v této poslední stránce vypravíme.

§. 1. Jestit pak pře přisvědčenie prvotního účinku před svým súdcí na stolici súdne sedícím žalobníka a viněného s obú stranú učiněné rozpravenie, pro pře na saudě provedenie. §. 2. A bývat pře přisvědčenie skrze rozprávku žalobníka v saudě vyloženú, a odpoveď vinného, pře přisvědčenie úmyslem následující; tak že, když pře přisvědčena bude, ihned má dána býti křivé žaloby přísaha.

Co slove pře přisvědčenie.

Kterak se děje. O přísaze jejíe.

### Kap. IX.

#### *O přísaze křivé žaloby aneb bezpravie.*

Slušiet nám mysliti, otejmúce zlé obyčejje, nalezené ctnostné práva řeholy, naše poddané ve všem pokoji bez všelijakého bezpravie zachovávajice, v naději užitečné vykázati; a proto přísahu křivé žaloby, na veliké lékařství sváruov rozvedenie, ustanovili jsme tauto výpovědí, aby potom ihned, když pře bude přisvědčena, od stran sváricích bez odpory všelijaké byla učiněna.

Proč jest nalezena přísaha křivé žaloby.

§. 1. Jestit pak přísaha křivé žaloby, že dobrou věru, ne křivého žalování nebo narčenie úmyslem žaluje neb odpovídá. Ale křivé obžalování neb narčenie jestit křivé požádanie nebo nespravedlivé otehnání, vědomě vymyšlené. §. 2. A proto Našie Výsosti velikost křivého narčenie ustanovila jest přísahu, nebo zvláště na nás příslušie úřad královský, všetečně sváricím-se všecku cestu zavřieti zlobenie, zachovávajice, jakž najvíce muožeme, bez úrazu od každého bezpravie lidí nevinné. Kteréžto věci skutku skrze spravedlnost skutečné dovedenie, všech věrných našich pilné snažnosti hodně umienili jsme pozývati, právě a spravedlivě saudy ustanovovati, z něhožto světlejšie každé hvězdy stkvieti se bude zachování a čest všeho našeho království a všech věrných našich bydlejících v něm; nebť nic nenie, co by se světlem světlejším stkvělo, nežli spravedlnost a pravá viera na kniežeti; a zdali světlost kniežete všech sobě věrných neosvěcuje a vyvolených? nižší zajisté stkvějí se svých pánuov paprsky. Pro kteréžto věc hodně dlužni jsú poddani snažnosti přidati svému kniežeti k vyvedenie všie spravedlnosti, aby zle domněli nebyli vidieni, s svým pánem se nesjednávajice, proti obecní věci pobluzující; ale poněvadž, což se jest kniežeti líbilo, práva moc má; rty zajisté svými zpravuje král

Co jest přísaha křivé žaloby.

Co jest křivé obžalování.

Proč jest přísaha nalezena.

Súdice a podání súdne spravedlivé vedie vydání práv kniežete svého.

que actus aggrediuntur, bella feliciter peragendo, regnum nostrum pace commendabili decorantes, et statum nostrae republicae sustentamus bene ad ipsius gloriam atque laudem, nihil de nostro ingenio praesumentes, sed omnem nostram spem ad solam providentiam referimus Trinitatis, unde totius mundi elementa processerunt, omnesque leges et constitutiones per ora principum divinitus proferuntur. Unde his salutaribus admoniti praeceptis, videlicet, „juste judicate filii hominum“, et „nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram,“ et tam divinis, quam humanis constitutionibus informati, secure statuimus, omnes principales personas in primo litis exordio subire calumpniae juramentum in hunc modum: Ut primo juret actor, quod non calumpniandi animo litem movet, sed quia credit, bonam causam habere. Deinde jurabit reus, quod credit se bona justitia uti, nulla se causa calumpniae defensurum. Item jurabit uterque, quotiens per judicem fuerit requisitus, respondere, quod verum esse credit, nec scienter falsa probatione utetur, nec petet dilationem causa subterfugendi judicium, ne lis retardetur; nec dedit, nec promisit, nec dabit, nec promittit aliquid pro hac causa per se vel aliam quamcunque personam interpositam, ut pro eo feratur sententia, nisi his, scilicet advocatis, aliisque personis, quibus licite jura dare permittunt. §. 3. Et hoc juramentum calumpniae non potest remitti a partibus, cum pro communi utilitate principaliter sit inventum, non tantum pro commodo privatorum. §. 4. Poena vero actoris est nolentis hoc parare juramentum, ut ab instituta cadat actione, reus autem pro confesso modo simili habeatur. §. 5. Volumus etiam, ut reverendum nostrae redemptionis, scilicet vivificae crucis signum, super quo erit jurandum, praesens omni hora reverenter in judicio collocetur, quatenus universi non immemores salutis propriae verum subvertere judicium cogitantes, ejus tam terribili praesentia terreantur, sane animadvertendo, quam grave sit corpori et animae, aeternam offendere Majestatem. §. 6. Nec hoc praestantibus juramentum ratione ejus poena aliqua imminet, neque ab eis ratione hujus juramenti pecunia aliqua exigatur; nam libere sine aliqua arrha hoc exigi volumus juramentum, ut eo facilius veritas in judiciis elucescat. §. 7 Et licitum sit parari hoc juramentum omni tempore, quo judici licet judicio praesidere, quia non est iniquitatis praesidium, sed scrutinium veritatis.

a srdce královo v ruce Boží jest, a kdežť bude chietí, nakloníť je, v jehožto jménu ke všem činuom našim i všem skutkuom přistúpáme, boje šťastně vedúce, královstvie naše pokojem chvalným ozdobujíce a stav naše věci obecni zdržujeme dobře k jeho slávě i chvále, nic do našeho vtípu nedoufajíce, ale všecku naši naději vznášieme k samé obmyslnosti Trojice svatě, odkudž všeho světa živlové pošli jsú a všecká práva a ustanovenia skrze ústa kniežat Božsky, totiž od Boha bývajj vynášena. Protož těmito spasitedlnými napomenuti jsúce prikázaniami, totižto „spravedlivě sudíte, synové lidští,“ a „nynie králové rozumějte, naučte se, kteříž sudíte zemi,“ a tak Božskými jakožto lidskými ustanoveniami naučeni jsúce, bezpečně ustanovujeme, aby všecky prvotní osoby, t. súdeťové, na počátku saudu, když se již stane prvnie pře početie neb sepčenie, aby křivé žaloby učinili přísahu tiemto obyčejem: Aby najprvé přísahl žalobník, že ne úmyslem bezpravie anebo křivého obžalovanie súdie se, ale že věří, by měl při spravedlivú. Potom přiseže obviněný, že věří, by dobře spravedlnosti požíval, nižádnú se příčinú bezpravie nebráně. Potom přisežeta oba, kolikrát od súdece budeta otázána, že chtěie praviti pravdu a že nechtie vědomě křivého svědecstvie požívatí, ani žádati prodlenie, aby meškán byl saud, aby tudy mohl zniknúti; a že nedal jest, ani slibil, aniž dá, ani slibí co za tu při skrze sám se anebo skrze jinú kterou koli osobu příležící, aby k jeho straně vynesen byl ortel, kromě těmto, t. řečníkóm, písaróm a jiným osobám, jimžto slušně práva dáti dopúšťějí. §. 3. A tato přísaha křivého narčenie nemóž býti odpúšťěna od stran, poněvadž pro obecni užitek prvotně byla by nalezena, a netoliko pro pohodlé zvláštnie. §. 4. Pokuta pak žalobníka jest nechtějíciho té přísahy učiniti, aby od začaté odpadl žaloby; pakliby obžalovaný nechtěl tak přisieci, aby jmien byl za přesvědčeného. §. 5. Chceme také, aby poctivé našeho vykúpenie, totiž obživitedlného kříže znamenie, na němž má býti přísáháno, přítomně v tu hodinu poctivé v saudu bylo položeno, aby všickni nepamětliví spasenie svého pravý saud mysléce podvrátiti, jeho tak hroznú přítomností byli přestrašeni, zdravě úmyslem šetřice a přemietajíce, kterak těžké jest tělu i duši věčnú rozhněvati Velebnost. §. 6. Aníž pro tu přísahu súdeři mají kterou pokutu trpěti, aniž od nich jelikožto pro tu přísahu peniezi kteří mají žádáni býti; neb chceme, aby svobodně ta přísaha byla činěna bez všelijakého úplatku, aby tiem snáze pravda v saudiech se prosvietila. §. 7. A slušiet tu přísahu stranám každý čas činiti, když koli slušie súdci na saudě seděti, nebť nenie útočiště nepravosti, ale uptánie pravdy.

Ktož z súdeťov má prvě přísahati.

O přisaze obviněného.

O přisaze obú súdeťov.

Nechce-li žalobce přísahati.

Přísaha bud na kříži.

O pokutě přísahajících.

Kdy má přísaha býti dopúšťěna.



**Cap. X.***De confessis.*

Quoniam reus in iudicio requisitus actoris petitiones quandoque negat esse veras, quandoque etiam confitetur, consequenter ergo de confessis in iudicio videamus.

§. 1. Et manifestum est, confessum in iure pro convicto haberi, juxta regulam evangelicam: „Ex ore tuo te iudico, serve nequam“; unde sine alia qualibet cognitione sententialiter condempnetur. §. 2. Multa tamen requiruntur ad haec, ut confessio propria cuiquam in tantum praejudicet, ut pro convicto finaliter habeatur, quod deinceps in cognoscendo nullae partes iudicis sint in eum, nisi ut sententialiter condempnetur. Primo requiritur, quod confessus in iure legitimae sit aetatis, ita ut in iudicio stare possit; nam in his confessionibus constitutis infra aetatem legitimam subvenitur, nam ipsorum aetas ignorat, quid videat in hac parte. Secundo, quod confiteatur voluntate spontanea, non coactus, quia quae vi metuve causa fiunt, rata utique non habemus. Tertio, quod sciens, non per errorem facti confiteatur; illa confessio sibi non praejudicat, dummodo ante sententiam probaverit se errasse; quia nihil tam contrarium est veritati, quam error, qui imperitiam detegerit, et qui errat, minime confitetur. Quarto, quod confiteatur contra se, quoniam contra se bene creditur confitenti; sed pro se confessio nulla valet, eo quod nullus in propria causa poterit esse testis. Quinto, ut confiteatur in iudicio, quoniam confessio extra iudicium non est tantae virtutis, quod confessus sine iuris cognitione aliqua condempnetur. Sexto, ut coram suo iudice confiteatur, nam sicut sententia a non suo iudice lata non tenet, ita nec confessio praejudicabit. Septimo, quod confiteatur adversario suo praesente vel ejus procuratore, alioquin confessus non habetur pro convicto. Octavo, nisi confiteatur de re certa vel quantitate certa, non valebit confessio, nam de ordine regulari super re vel quantitate incerta non est ferenda sententia. Nono, ut confiteatur de ea re, de qua quaestio vertitur inter partes, alioquin inutilis erit confessio, nam de ea re, de qua iudex cognovit, pronuntiare tenetur. §. 3. Multos autem alios casus obmittimus, quia nullum locum sibi iure vendicant montanorum, eo quod advocati montium bona simplicitate quandam cautelam evidenter apponunt, tam casus jam positos, quam multos alios tractantes de hac materia enodare, quam advocati iuris canonici et civilis contemp-

## Kap. X.

### *O vyznání v saudu, které vieže a které nic.*

Že viněný, v saudu tázán jsa, žalobníkovu otázání druhdy odpierá toho, což by naň žaluobce ličil, a druhdy se vyznává: protož tuto již potomně o vyznání v saudu vizme.

§. 1. A známoť jest, že ktož se vyznává v saudě, že to má súdece za dovedené jmieti, podle řeholy čtenie svatého, jenž die: „Z úst tvých saudím tě, sluho nerovný“; protož beze všeho jiného poznání máť býti odsúzen. §. 2. Mnohét pak věci k tomu příslušejí, aby vlastnie vyznání komukoli tak škodilo, aby za přemoženého konečně jmien byl a za přesvědčeného, tak aby potom v rozeznávání stran súdeci nebylo naň jiného, než aby ortelně byl odsúzen. Najprvét příslušie, aby ten, ktož se v saudu seznává, dospělého byl věku, aby na saudě mohl státi; nebo v takových seznáváních těm, ktož nemají došlých let, býváť spomáháno, nebo jich věk nevie, co by viděl s té strany. Druhé, aby se vyznával dobrovolně, bez přinucenie, nebo kteréž věci násilím neb s strachem se dějí, za duvodné a pevné jich nemáme. Třetíe, aby to učinil věda a nejša zklamán bludem té věci; neb jestližeby bludem jsa zklamán, k čemu se přiznal, to přiznání neškodilo by jemu, když by jedině před odsudkem neb ortelem dovedl, žeby blúdil; nebo nic tak protivného nenie pravdě, jakožto blud, kterýžto nedospělost odkrývá; a ktožť blúdí, nict nevyznává t. tent se nepřiznává. Čtvrté, aby vyznával proti sobě; neb proti sobě vyznávajícimu dobře věří se; ale zase vyznání k svému pohodlí nemá viery; neb ižádný v své vlastní při nemuož býti svědkem. Páté, aby se přiznal v saudě; nebo vyznání kromě saudu nenie takové moci, aby ten, ktož se přizná, bez dalšíeho poznání práva byl odsúzen. Šesté, aby se před svým saudcí vyznal, neb jakožto úsudek, od cizieho súdece jsa vynešen, nestojí a nedrží, též i vyznání před ním neškodí. Sedmé, aby se přiznal v saudě v přítomnosti súdece svého neb poručníka jeho, jinak ten, ktož se vyzná, nemá jmien býti za přesvědčeného a za přemoženého. Osmé, aby se přiznal o věci jisté nebo určené, a o jisté velikosti i určeném čísle, jinak nebude platné vyznání; neb podle řádu súdného o věci nejisté aneb neurčené velikosti nemá býti vynešen ortel. Deváté, aby vyznal o té věci, o níž jest pře mezi ním a mezi súdecem jeho, jinak bylo by neužitečné seznání; neboť o té věci toliko súdece má úsudek vydati, o kteréž saudí.

Kto svědčí k svému pohodlí aneb vyznává se.

O vyznání krom saudu.

Rozličné příčiny opustěny.

§. 3. Mnohé pak jiné příčiny tuto jsou opustěny, neb v právě

nunt tamquam excellentes propter verecundiam attestari. Et est protestatio talis: In prima enim litis congressione protestatur advocatus jus sui clientuli salvum fore habendo justam rationem juris sui, quod vulgariter *holung* dicitur, quotiescunque sibi fuerit opportunum; et quotiescumque in instauratione juris sui, vel in revocatione erroris deviaverit in una dictione, cadit a jure suo solummodo in hac parte; unde duabus vicibus post primam in quolibet articulo erroris vel alterius similis casus, ubi admittitur hoc beneficium juris, locum habet dicta juris restauratio.

§. 4. Protestatur etiam advocatus, si in causa fiat per ipsum negligentia, vel error, quod principalis persona possit suam causam restaurare per alium advocatum, vel per ipsum, prout principali personae melius visum fuerit expedire. §. 5. Et hunc articulum protestationis advocati similiter interserere consueverunt, ut ipsos incidentes in aliquas poenas principales personae indempnes conservent; et has legales ac rationabiles consuetudines firmiter approbamus; praemissa vero omnia approbantur sententiis juratorum. Et multae aliae possunt fieri protestationes, quas ad praesens causa brevitatis obmittimus, ne audientibus ex eo taedium aliquod generetur. §. 6. Sed sciendum est, quod istis confessionibus in jure factis stabitur, nisi principalis persona probaverit se errasse; tunc enim confessionem revocare potest, probato errore usque ad diffinitivam sententiam; sed nullo modo postea revocatur, quia error facti nondum finito negotio nemini nocet; causa vero decisa velamento tali ullatenus restauretur. §. 7. Debet etiam principalis persona errorem sui advocati revocare in continenti, ne ipsi appareat consentire.

## Cap. XI.

### *De probationibus.*

Quia saepe contingit, quod ea, quae in judicio proponuntur, probanda sunt, ut puta adversario negante, nam ex affirmatione et negatione res efficitur dubia: unde in hac parte necessarium de probationibus est videre.

horničiem miesta nemajú, proto že řečníci horniči dobrou sprostostí pře vedú a některakú ohradú, zřejmě se ukazuje, tak přihody již položené, jakožto mnohé jiné, rozprávějice o té věci vylíčiti, kterúžto řečníci nebo poručníci práva duchovního i císařského neb městského potupují, jakožto povýšenější, pro hanbu osvědčovati; než tito práva svých stran opatrností ohrazují. A to osvědčení neb ta ohrada jesti taková: V prvniem zajisté počátku neb sjití pře osvědčuje řečník právo své strany, že celé jest, maje spravedlivý duvod práva svého, jenž německy holung slove, kolikrátkoli bylo by jemu potřebie; a kolikrátkoli kto v napravování práva svého neb v odvolání poblúzenie pochybil by v jednom slovu, aby odpadl od svého práva v té mierě; protož po dvakrát po prvniem v každém artikuli poblúzenie neb jiného podobného klesenie, kdežto bývá dopuštěno to dobrodiní práva, miesto má řečené práva napravenie. §. 4. Osvědčujet také řečník, ačby v při stalo se skrze něho které obmeškání neb poblúzenie, aby prvotnie osoba mohla svú při napraviti skrze jiného řečníka, nebo skrze něho samého, jakož prvotnie osobě vidělo by se lépe příslušetí. §. 5. A tento artikul řečníci svému osvědčování obvykli jsú přiměšovati, že kdyžby oni propadli které pokuty v saudě, aby osoby prvotnie bez škody je zachovali; a ty správné a rozumné obyčejje pevně tvrdíme a jich pochvalujeme; svrchnie pak všecka osvědčování a ohrazování tvrdie se nálezy přisežných. Mohút také býti mnohá jiná osvědčování, ježto nynie opuštíme pro ukrácenie řeči, abychom posluchačuoem tesknosti nečinili. §. 6. Ale tuto slušie věděti, že dřieve praveným vyznáním, v saudu učiněným, věřeno má býti, leč prvotnie osoba, t. ten přiznavač, dovede, že jest v tom poblaudil; a když toho dovede, tehda bude moci své přiznání odolati; a toť má učiniti dřieve ortele neb nálezu konečného, neb potom nikoli k odvolání nebude dopuštěn; neb poblúzenie účinku izádnému neškodí, dokudž pře nebude skonána; ale když se pře úsudkem skoná, přikrytím takovým nemuož býti opravena. §. 7. Máť také prvotnie osoba poblúzenie svého řečníka odvolati v náhle, aby nezdála se jemu přivolovati.

Osvědčování řečníkov.

Vyznání v saudu.

Odvolání poblúzenie řečníka.

## Kap. XI.

### *O duvodiech a o křivém svědku.*

Že často přiházie se, že ty věci, kteréž se v saudu připovídají, že mají býti dovedeny, jakožto když súpěř neb protivník jeho odpierá neb zapierá, neb z jistění a zapierá-

§. 1. Est autem probatio rei dubiae legitime facta declaratio; res enim judici probanda est, licet ad hoc adversarii praesentia exigatur.

§. 2. Fit enim probatio multis modis, scilicet testibus, instrumentis, jurejurando, privilegiis, et praesumptione violenta; actor enim quod asseruerat, probare tenetur ordine regulari, eo quod negantis factum per rerum naturam nulla est probatio. Unde negativa directe nunquam potest probari, sed cum habet in se affirmativam inclusam; ut si petat Martinus a Petro decem libras grossorum, quas sibi Pragae in festo Beati Wenceslai mutuavit, Petrus vero negando illud debitum, probet se per totum illud festum Brunna stetisse; vel si Petrus negando illud debitum, quod petit Martinus, probat se legitime persolvisse; hoc modo indirecte probatur irregulariter negativa, cujus secundum naturam nulla est probatio, sed ei incumbit probatio, qui dicit, non ei, qui negat.

§. 3. Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigatur, ideo necessarium duximus post tractatum hujus materiae exemplis etiam demonstrare, quatenus possint non solum auribus, sed etiam inspectione oculorum ignorantes modum istarum probationum sic verissimum retinere.

§. 4. Nec aliquis ad probandum admittatur, qui probato nullum offerret adminiculum suae causae; nihil enim valet expectare, ubi non proficit expectatum, et peccatum est fieri per plura, quod fieri poterit per pauciora.

§. 5. Debent insuper probationes juxta descriptionem vivorum Imperatorum esse ab omni dubio expiatae, fulgentique lumine similes elucere. Quis enim hoc approbat sanae mentis, ut unus testis appetiatus pretio aut victus precibus alterum vincat? nam nihil carius emitur, quam quod precibus impetratur. Undecunque tamen ille testis veniat, aut etiam quantumcunque notus et idoneus: in contractibus, quibus non affuit, nec viderit, nec audierit contrahere litigantes, nec etiam redita ratione aliqua sui dicti debeat perhibere testimonium veritati, quae in hac parte ipsi penitus est aliena. Nam testes interrogandi sunt inter cetera, an viderint, an audiverint, per quae verba contraxerint litigantes, prout Sancti Evangelistae suum testimonium affirmando dixerunt: „Quod vidimus, scimus, et quod scimus, testamur, et testimonium nostrum verum est.“ Ergo a contrario sensu, quod est in jure validissimum argumentum, causam ignorantis falsum est testimonium et lege divina prohibendum, per manum infallibilis vivorum et

nie vec učinena býva mylná: protož v této straně slušief nám věděti o duvodiech.

§. 1. A jestit duvod mylné a pochybné věci právě učiněné doličenie t. zpravenie; neb ličenie má být dovedeno súdci, jakžkoli při duvodoch má býti přítomnost súde, to jest protivníka. §. 2. Dějet se pak duvod mnohými obyčejji, t. svědky, zápisy, přísahú a domněním nadčítým t. smělostí násilnú; žalobník zajisté, což jistí, dlužen jest dovediti na súde svého řádem pravým, protože přenie účinku skrze věci přirozenie nečiní izádného duvodu, ale ličenie. Protož řeč přená nemuož nikdy upřímě dovedena býti, leč má v sobě jistěnie zavřené, jako kdyby Martin žádal od Petra deset liber grošuo, kterýchž jemu den s. Václava v Praze puojčil, a Petr zapieraje toho dluhu i dovedl by, že ten celý den byl jest v Brně; anebo ačby Petr zapieraje toho dluhu dovedl, že jest jemu prvé zaplatil; tehda tiem obyčejem neupřímě dovedí se právem řeč přená, jejížto podle přirozenie upřímě izádný není duvod. A tak jest právy uloženo, že ten, ktož praví neb při líčí, má dovediti, ale ne ten, ktož zapierá.

§. 3. Ale poněvadž pravda více očitú věrú nežli skrze uši úmysluom lidským býva vtělena, jakož die Seneka, že lidé více očima nežli ušima věrie: protož za potřebné jsme uložili, po vypravení těchto věci příklady také okazati, aby mohli netoliko ušima, ale také patřením očí ti, kteříž by neviděli, obyčejje těchto duvoduov tak najpravějie pamatovati. §. 4.

Aniž kto buď dopuštěn k dovození toho, z něhožto dovedá, izádné pomoci nepřinesl by své při; nic zajisté nehodí se čekati, kdežto neprospievá čekaná věc; a hřiech jest býti skrze mnohé věci, což býti muož skrze menšie. §. 5. Majit nad to duvodové podle vypsanie zbožných ciesařuo býti od všeho pochybovanie očištění a stkvúcím světlem stkvíti se ku podobenství. Ktož by zajisté zdravé myslí to chválil a tvrdil,

aby jeden svědek, mzdú najatý aneb prosbami přemožený jsa, měl druha přesvědčiti? neb nic draže nebývá kúpeno, nežli což se prosbami obdržuje. A pak odkudžkoli ten svědek přišel by, aneb také jakžkoli známý byl by a hodný: v smlúvách, při kterýchž by nebyl, ani viděl, ani by slyšel smlúvati svářící, ani také vydada které přičiny rčenie svého, aby měl vydati svědecstvie pravdě, kteráž jemu v té straně ovšem jest neznámá. Nebo svědkové mají býti tázáni mezi jinými věcmi, viděli-li jsú nebo slyšeli, kterými slovy smlúvali jsú se svářící, jakožto svatí evangelistové Jan a Matúš své svědecstvie jistiece řekli jsú: „Což jsme viděli, to vieme, a což vieme, svědčíme, a svědecstvie naše právě jest.“ Protož zase, podle smysla odporého, jenž v právě jest duvod najstateč-

Obžalovaný má býti při duvodiech.

O obyčejji duvodu.

Žalobce má pře dovediti, ale ne obžalovaný. Stálejší jest světlomí, kteréž svědčí věc viděti nežli slyšěti.

Duvod pře nemá dlouho prodléván býti.

Duvod nebuď pochybuji.

O svědku námjenniku.

Vytazované svědkuo, cc. jsú viděti a slyšeti.

mortuorum iudicis, inter cetera sic conscripta: „Ne falsum contra proximum tuum dices testimonium.“ Falsidicus enim testis tribus personis est obnoxius: Primo Deo, cujus praesentiam contempnit, qui in omnium praesens est iudicio; deinde iudici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso laedit testimonio; cum uterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

§. 6. Unde dignum est, ut qui in tot manifeste victus fuerit deliquisse, taliter puniatur, quod saltem timore ejus teritus non facile quis in gravamen alterius proferat falsum testimonium.

§. 7. Et haec poena similiter immineat testem scienter falsidicum producenti, ut quos par facinus coinquinat, et aequa eosdem poena similisque comitetur.

§. 8. Jure vero montanorum confessio facta coram solo jurato in quacunque ardua causa, sufficientis testimonii plenissimum habet robur; quam potestatem taliter moderando statuimus, ut jurati quoad publicum officium suum, ad quod sunt instituti, tam in maniloquio, quam in iudicio accusandi plenam habeant potestatem.

§. 9. Sed quando sicut privatae personae ad dicendum testimonium producentur, aut literis testimonialibus inscribuntur, unus solus juratus plenam non facit probationem, juxta regulam evangelicam organo Dominicae vocis emissam: „ut in ore duorum vel trium stet omne verbum,“ et secundum legitimas sanctiones unius testis testimonium non est sufficiens, etiamsi praesidiali praeferat dignitate.

§. 10. Item nec testimonium valet, si testes singuli sunt in suis testimoniis singulares, aut si deposuerint non jurati, cujuscunque status vel dignitatis existant; quia jurare debent testes pro utraque parte, quam sciunt veritatem, prout melius poterunt recordari.

§. 11. Nolumus etiam de cetero, per partes principales vel per advocatos eorum aut per aliam quamcunque personam testes aliquo modo subordinari, reprobantes illam detestabilem consuetudinem, imo potius corruptelam: videlicet quando testes producebantur in iudicio, statim petebant sibi a iudice colloquium indulgeri, ad quod juratos et alios homines, prout ipsi placuit, invitarunt, ipsos per advocatos partis producentes, quo melius pro ipsa parte deponerent consulentes, qui tunc cum ipso avvocato testes subordinando modum proferendi testimonium in non modicum gravitatis praesudicium invenerunt; et cum testes venissent coram iudice jam testimonium

nější a najmocnejší, pre nevedúcieho falešné jest svědecstvie a zákonem Božím zapověděné, skrze ruku neoklamáného živých i mrtvých súdece, mezi jinými věcmi takto sepsaným: „Nepovieš proti bližnímu tvému falešného svědecstvie.“ Falešný zajisté svědek třem osobám jest povinen t. škodlivý, najprvé Bohu, jehožto přítomnosti potupuje, kterýž v každém přítomen jest saudu; druhé saudci, jehožto svú lští zklamává neb lží; třetíe a poslednie nevinnému, jemužto škodí křivým svědecstvím; avšak oba jsta vinna, i ten, ktož pravdy tají, i ten, ktož lež praví; nebo onen nechce prospěti, a tento žádá uškoditi. §. 6. Protož hodnět jest, aby ktož tak v mnohu bude přesvědčen hřešiti, aby tak treaktán byl, aby aspoň té kázní bázní ustrašen jsa, nesnadně kto na obtieženie jiného falešné vydal svědecstvie. §. 7. A táž pokuta má býti tomu, ktož vědomě křivého svědka provede, aby, kteréžto rovný hřiech srovnává a skvrní, aby týchž rovná pokuta trápenie následovala. §. 8. Než podle práva hornieho neb horničnieho vyznánie učiněné před jedním přísězným v kteréžkoli vysoké při a kterakkoli veliké, má plnú moc dostatečného svědecstvie; kterúžto moc takto uskrovnújice ustanovujeme, aby přísězní jelikožto k obecnému úradu svému, k němužto jsú ustanoveni, tak v ranném potazu, jakožto v saudě, žalovánic i svědčenie plnú moc jměli. §. 9. Ale když jakožto zvláštnie osoby ku pravenie svědecstvie provozeni budú nebo listem svědecným vepsáni budú, jeden sám přísězný nečiní plného duvodu, podle řeholy svatého čtenie, ústy pána našeho Ježíše Krista slavně vypověděné, „aby v ústech dvú neb tří stálo každé slovo“; a podle spravedlných ustanovenie svědecstvie jednoho svědka není dostatečné, také by pak súdcovým stkvěl se duostojenstviem. §. 10. Aniz také dostatečné jest svědecstvie a hodné, jestliže každý člověk jest zvláštni v svém svědecstvie, aneb svědčili-li jsú nepřisáhavše, kteréhož koli byli by stavu nebo duostojenstvie; neb jsú dlužni svědkové přísáhati, aby obú stranú pravdu pověděli, jakož najlépe budú moci pamatovati. §. 11. Nechceme také potom, by skrze strany prvotnie nebo skrze řečníky jich, nebo skrze jinú kterúkoli osobu, svědkové kterakkoli aby byli ozdobováni, totižto naučením svědecstvie srovnáni, hyzdice i zamietajúce ten nehodný obyčej, nébrž více porušení, t. když svědkové provozováni biechu v saudě, ihned prosili sobě od súdece potazu popřieti, a k tomu přísězných i jiných lidí, jakž se jim líbilo, pozvali jsú, jim skrze řečníka té strany žalobné radíce, kterakby lépe té straně svědčili, a ti s tiem řečníkem svědky ozdobíce neb srovnájice, našli jsú obyčej vydánie svědecstvie na nemalé bezpravie a škodu strany obžalované; a když jsú se vrátili

Falešný svědek škodný jest.

Vina falešného svědka toho, ktož pravdy tají.

Pokuta falešného svědkavuodce.

Vyznánie před přísězným jest stálé.

Svědecstvie přísězných u vlastni při.

Svědek jeden není dostatečný k duvodu, by pak byl i konšel. Rozdielné svědecstvie není dostatečné. Přisaha svědkuov.

Svědkové nemají učeni býti, kterakby svědčili.



professuri, eis non licuit saltem pedem de loco movere, alioquin repellebantur a testimonio tamquam indigni. Insuper in dicendo testimonio ac juramentum parando testibus etiam poena pecuniaria imminabat, ita quod propter poenas sic diversimode imminentes multi veri testes se ad ferendum veritatis testimonium subtraxerunt.

§. 12. Quibus omnibus tamquam abusivis radicitus extirpatis hanc circa testes deinceps regulam praecipimus observari, ut subordinatio nulla fiat; et si pars producens testes, vel ejus advocatus secreta cum ipsis, postquam ad iudicium venerunt, fabuletur, statim ut suspecti erunt a testimonio removendi.

§. 13. Omnes testes antequam dicant testimonium, jurare debent sine omni poena vel vara, et rem gestam sine praemeditato sermone iudici simpliciter enarrare, eo quod veritas est amica simplicitatis, nec veritas etiam adminicula verborum desiderat.

§. 14. Sed quando testes praemeditate eundem dicunt sermonem subordinati ad invicem, falsum praesumunt testimonium perhibere, et ideo merito sunt removendi.

§. 15. In omnibus vero praedictis iudices et jurati sicut suarum salutem diligunt animarum et favorem nostrae gratiae observare, ea testimonia, quae veritati invenerint aptiora, cum omni diligentia exequantur.

§. 16. Sed tamen cum circa majora cautius sit agendum, nobis visum est, ut in causis majoribus testes secreta deponant coram iudice, notario iudicii et uno jurato per partes communiter ad haec electo; sed si in unum concordare nequiverint, tunc quaevis pars unum eligat, qui una cum iudice testes examinent in secreto, ita quod nihil obmittant de contingentibus, quae ad veritatem pertinent declarandam.

§. 17. Nec dicta testium publicentur, nisi partes primo ulteriori renuntiaverint productioni; si autem renuntiare noluerint in instanti, ex tunc infra quatuordecim dies proxime subsequentes omnia munimenta et documenta ad suam causam pertinentia exhibeant in iudicio; alioquin ipso transacto tempore omnibus productionibus regulariter sit conclusum, et dicta testimonia aliis probationibus coram iudice ac juratis in praesentia partium publicentur.

§. 18. Et quaeratur a partibus, si velit aliqua objicere contra dicta testium et personas; tunc advocati partium coram iudice et juratis doceant de jure suo animo vigilanti, prout desiderant in causa pro suis clientulis triumphare, et quarum allegationibus et dictis testium aliisque argumentis, quibus veritas evidentius declaratur, iudices et jurati motum sui animi

svědkové před soudci, již svědecstvie vyznati majíce, neslušalo jim i nohu s miesta pohnúti, jinak odhánieni bývali od svědecstvie jakožto nehodní. Také když jsú svědecstvie vydávali neb přísáhali, tehdy určené pokuty peněžité byly jsú jim uloženy, tak že pro ty pokuty tak rozličné nastávajície mnozí praví svědkové k vydání svědecstvie pravdě odtrhovali se, a k vydání svědecstvie státi nechtěli. §. 12. Kteréžto všecky věci jakožto ohyzdné a nehodné kořenně vypeľve, tuto řeholu neb zprávu při svědciech prikazujeme zachovávat, aby mezi svědky srovnání žádné se nedálo; a jestližeby strana, kterážt provodí svědky, neb její řečník tajně s nimi, když již k soudu přijdú, šeptal by, ihned jakožto zlé domnění mají od svědecstvie otehnání býti. §. 13. Všickni také svědkové prvě než pravili by svědecstvie, dlužni jsú přísáhati beze vše pokuty nebo úplatku, a věc stalú bez přemýšlování řeči soudci sprostně vypraviti, protože pravda jest přítelkyně sprostnosti, aniž pravda pomoci slov žádá. §. 14. Ale když svědkové přemýšlenú tůž řeč pravie, tehdat domnění jsú falešně svědecstvie vydávati, vespolek jsúce ozdorně srovnání, a protožt mají býti hodně zahrnání. §. 15. Ve všech pak dřieve řečených věcech soudce a přísežní, jakož svých duší milují spasenie a přizeň naše milosti zachovávatí žádají, ta svědecstvie, kteráž by pravdě nalezli příhodnějšie, se vši pilností k konci přivodte. §. 16. Ale však, poněvadž při větších věcech opatrněji má činěno býti, vidělo se jest nám, aby v větších věcech neb přech svědkové tajně svědčili před soudci a písařem saudným a jedniem přísežným, skrze strany ze spolka k tomu zvoleným; pakliby se strany o jednoho přísežného svoliti nemohli, tehda každá strana jednoho vyvol, kteřížto spolu s soudci mají tajně svědky přeslyšeti tak pilně, aby ničehuož neopustili z příhod, což k vyličení pravdy příslušie. §. 17. Aniž pravenie svědkuov stranám mají býti zjevena, lečby strany dřieve odřekli se, že v té při nechtie více svědkuov věsti; pakliby se odřeknutí nechtěli v ta doby, tehda ve čtrnácti dnech najprvé následujících věcky ohrady a naučenie k jich při příslušné, listy a zápisy okažte v saudu; jinak, kdyžby ten čas pominul, všickni duovodové zavřeni buďte a staveni; a tu svědecstvie svědkuov s jinými duovody před soudci a přísežnými v přítomnosti obú stran buďtež zjeveny. §. 18. A tázáno má býti od stran, chce-li který odpor vésti která strana proti osobám těch svědkuov i svědecstvie; a v ta doby řečníci stran obú, před soudci a přísežnými, mají dáti naučenie bedlivým rozumem o právu svém, jakož žádají svým stranám vítězství obdržeti; a kteréž strany svědecstvím i jinými duovody pravda světlejše bude doličena zřetedlnějše, soudce a přísežní hnutie svého úmysla naučie, k té straně ortelujíce,

O pokutách  
přisáhy svěd-  
kuov

Strana neše-  
pci s svědky  
při saudu.

Svědkové  
budte slyšáni  
tajně a po  
jednom, bez  
potazu a bez  
rozmysluov.

Přísežní sou-  
te podle své-  
domie.

Před kým  
mají svědko-  
vé svědčiti.

Pravenie  
svědkuov ne-  
má býti zje-  
veno stra-  
nám, dokud  
všechn nepře-  
stýšie.

Svědecstvie  
buť stranám  
zjeveno před  
ortelem.

O odporu,  
chce-li jej  
kto učiniti  
proti svěd-  
kuom.

informabunt, pro ea parte sententiando, quae juris beneficio fungitur ampliori.

§. 19. Quicumque autem ex litigantibus hunc processum respuerit, secundum veterem processurus, et si in dictis testium vel interrogationibus, aut in examinationibus fuerit circumventus, sibi imputet, eo quod pro novo beneficio vetus elegit gravamen.

§. 20. Et sic petiturus aliquam rem debet secum afferre probationes et juxta regulam evangelicam convincere debitorem.

## Cap. XII.

### *De testibus.*

Magnae utilitatis nunc ratio nos invitat, ea, quae circa testes fuerint opportuna, vigilantissimo studio declarare, ne deinceps falsorum testium ratione vel etiam legitimorum subtractione sicut retroactis temporibus, possit veritas obumbrari; unde ad plenam tractatus istius cognitionem primo ac principaliter sciendum est, quod omnes homines ad dicendum testimonium admittuntur, nisi qui jure et legibus prohibentur. Et certe prohibentur: servus, mulier, impuberes, furiosus, infamis, pauper, suspectus et infidelis.

§. 1. Servus ideo prohibetur, quia servilis conditio est eo, ut proprius (*sic*); et hic servus dicitur a servando, nam olim Imperatores magna pietate moti captos in bello, qui tunc generaliter occidebantur, venundari praeceperunt, et sic vivi servabantur redacti in perpetuam servitute, quia ab initio jure naturali omnes homines liberi nascebantur; sed melius erat eos vivere in servitute, quam mori in libertate.

§. 2. Et est libertas naturalis facultas ejus, quod unicuique facere libet, nisi quod vi aut jure prohibetur, quia omnia sunt licita, nisi quae jure inveniuntur prohibita.

§. 3. Sed servitus est constitutio juris gentium, qua quis contra naturam domino alieno subicitur, et haec vera origo servitutis.

§. 4. Et sub eo, quando dicit, quod Imperatores captivos venundari praeceperunt, uterque sexus comprehenditur, et omnes pueri ab illis feminis procreati servi et servae, nisi tunc manumittantur, perpetuo remanebunt. Et sciendum est, quod in istis servitutibus semper partus sequitur ventrem. Est insuper alia species servitutis, scilicet, cum homo minor (*sic*) viginti annis ad pretium participandum se venundari passus est.

ktorážno práva dobrodiní požíva širšieho. §. 19. Ktož koli pak z súpeřív tiemto zjednaním a řádem saudným pohrzel by, chtě dávní řád zachovati, bude-li v svědčení svědkuov neb v zkušovanie jich zklamán, sám sobě porokuj, protože za nové dobrodinie zvolil sobě vetché obtieženie. §. 20. A tak, ktož má žalovati z některé věci, máť s sebou přivéstí duovody a podle pravidla čtenie svatého přemoci dlužníka neb súpeře svého.

Pokuta.

## Kap. XII.

*O svědciach a povahách jich a připuzenie jich k svědecstvie.*

Velikého užitku rozum nynie nás zuove, abychom ty věci, kteréž při svědciach jsú potřebné, bedlivú pilností vypravili, aby potom pro svědčenie křivých svědkuov neb také správných svědkuov odjetie, jakož se za dávných časuov dalo, aby nemohla pravda býti zastieněna; protož k plnému poznanie tohoto rozprávenie najprvé a prvotně vědieno má býti, že všickni lidé dopúšťejí se, aby pravili svědecstvie, kromě těch, jimžto práva bránie. A jsúť tito: sluha, žena, člověk nedospělého věku, blázen, zlopověstný, chudý, zle domnělý a nevěřící.

§. 1. Sluze zajisté proto zapovědieno jest svědčiti, neb jest povahy bídné, služebné a zakúpené, a nenie svoj člověk, ale jest vlastní toho, ktož jej kúpil; a ten služebník slove podle latiny zachovanec od zachovanie; nebo někdy ciesařové velikú milostivostí hnutí jsúce, zjmané v boji, kteřížto tehdy obyčejně zabíjeni bývali, prikazovali jsú prodávati, a tak živi zachovávaní bývali k věčné službě a podrobení; nebo od počátku právem přirozeným všickni lidé svobodní se rodili; ale lépe bylo těm zjmaným živu ostati v službě, nežli umřieti v svobodě. §. 2. A jestiť svoboda přirozená moc toho, což se jednomu každému slušně činiti líbí, leč což se mocí neb právem zapovídá činiti; neboť všecky věci slušné jsú činiti, kromě těch, kteréž jsú právem zapověděné. §. 3. Ale služebnost jest ustanovenie práva pohanského, jízto někto, proti právu přirozenému, pánu poddán bývá ciziemu; a toť jest pravý počátek služebnosti a kmen. §. 4. Protož v tom, kdež die, že ciesařové prikazovali jsú vězně prodávati v boji zjmané, zaviera se, že netoliko tiem mají rozumieni býti mužie, ale i jich ženy a děti obého pohlavie od těch žen urození, aby věčné sluhy byli, lečby rukou z služby byli propuštěni od svého pána. A slušiet věděti, že v těchto službách vždycky

Proč služebník nemuož svědčiti.

Co slove svoboda.

Co jest služebnost.

§. 5. Sunt et alii servi, qui nobis serviunt bona fide, qui non sunt proprii, sed dicuntur a serviendo.

§. 6. Mulier autem ideo removetur, quia levis est animi et inconstans, sed in testibus magna desideratur constantia, nec debet se virorum testibus immiscere.

§. 7. Impuberes autem ideo remonentur, quia nullum est eorum animi iudicium. Et dicuntur impuberes, qui sunt infra quatuordecim annos, juxta regulam juris sic dicentis: Puberes sunt masculi quatuordecim annorum; feminae vero viro potentes, id est majores duodecim annis. Et dicuntur puberes a pube, id est, a pudicitia corporis, quae incipit primo in eis florere; puerperae autem sunt, quae in annis puerilibus pariunt.

§. 8. Furiosus vero ideo removetur, quod sensu caret, nec potest discernere veritatem, nec aliquod negotium rationabiliter ordinare.

§. 9. Sed infamis ideo removetur, quod testes absque ulla infamia, suspicione et macula in ferendo testimonio requiruntur. Et est fama illaesae dignitatis status vita et moribus approbatus, et qui negligit talem formam, crudelis est, et non solum a dicendo testimonio, sed ab omnibus aliis actibus legitimis amovetur.

§. 10. Item pauper suspectus removetur, nam facile corrumpitur ad falsum testimonium; sed pauper fidelis jus suum salvum et integrum in omni loco et tempore retinebit.

§. 11. Et infidelis reprobatur; nam dubius in fide infidelis est, nec aliquo modo ei credendum est, qui viam veritatis ignorat, sicut Judaei, Saraceni et haeretici et omnes alii fidem catholicam abnegantes.

§. 12. Sed adhuc in testibus, qui admittuntur, haec attendenda sunt, scilicet dignitas, veritas, mores, gravitas, eo quod ex personis hominum dicta pensamus. Idcirco non semper ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testium fidem et testimonia, quibus lux veritatis existit major. Unde manifestum est, iudicem et juratos, qui testes examinant, magis posse scire, quanta fides adhibenda sit testibus, qui et cujus dignitatis et cujus aestimationis sint, et qui simpliciter sint dicere, utrum unum eundem meditatumque sermonem

porod břicha následuje, tak že, kdyžby máť z té služebnosti byla propuštěna a muž její v ní ostal, tehda ona, což po propuštění porodí, svobodnět jest. Jestit nad to jiná tvářnost služby, t. když člověk mladší dvúdcati let strpěl se jest prodati k účastnosti mzdy. §. 5. Jsút i jiní služebnici, kteřížto nám slúžie dobrovolně a s dobrú věrú, a kteřížto nejsú vlastní, ale sluby slovú od slúženie, a tíť mohú svědecstvie vydávati. §. 6. Žena pak proto odehnána bývá od svědecstvie, neb lehkého jest úmysla a neustavičná, a v svědciech potřebná jest veliká ustavičnost, protožt nemá býti mezi svědky muže vmiešena. §. 7. Nedošlého pak věku nebo let nemajície proto bývají odlúčení od svědecstvie, nebo jich rozumu izádný saud nenie. A slovút nedošlého věku ti, kteříž ještě čtrnácti let nemají, podle řeholy práva tak řkúcieho: Dospělých let jsú ti samcové, kteříž mají čtrnácte let; ale samice mužóm hodny bývají ve dvanácti letech, a slovút latině puberes, t. hrmovatí neb rúnovatí, od hrmy neb rúna, totiž od stydlivosti těla, kterážto tehdy najprvé v nich kvísti počíná; neb ta miesta při údech plodných počínají chlupatěti; ale roditelky, totižto rodičky, slovút ženy, ješto v letech dětinných rodie. §. 8. Blázen pak proto se odhánie od svědecstvie, že smysla nemá, aniž muož rozeznati pravdy, ani které věci rozumně řediti. §. 9. Zlopověstný pak neb pohaněný proto zavržen bývá od svědčenie, neb svědci mají býti beze všeho narčenie a bez všeliké zlé pověsti, domněnie a poskvrny. A jestit pověst stav neuražené duostojnosti, životem a mravy dovedený; a ktož zmeškává takovú pověst, ukrutnýť jest, a netoliko od pravenie svědecstvie, ale i ode všech jiných skutkuov správných odhánie se. §. 10. Také chudý zle domněný odlúčen má býti od svědecstvie, neb snadně porušen bývá k vyznánie falešného svědecstvie skrze dary; chudý však věrný právo své celé a zdravé na každém miestě i v každý čas obdrží a zachová. §. 11. Nevěřící má také zavržen býti v svědecstvie; neb pochybující u viere nevěrný jest, aniž kterým obyčejem má jemu věreno býti, nebo cesty pravdy neumie, jakož jsú Židé, Saracenové a kacieri, i všickni jiní viery křestánské zapierající. §. 12. Ale ještě na svědciech, kteřížto dopuštění bývají k svědecstvie, tyto věci mají býti znamenány, t. duostojenstvie, pravda, mravové, vážnost, neb z osob lidských řeči vážíme. Protož nevždyt má patřeno býti k množstvie, ale k čistě svědkuov viere a k svědecstviím, jimižto světlost větší pravdy jest. A protož zjevnět jest, že saudce a přisežní, kteříž svědkuov zkušují, lépe a více mohú věděti, kterak veliká viera měla by přidána býti svědkóm, kteří a kterakého duostojenstvie a které povahy nebo domněnie byli by, akteř

O pacholiciích služebných.

Kteři služebníci mohú svědčiti.

O ženském svědecstvie.

O svědecstvie mládeucov let nemajících.

Proč blázen nemuož svědčiti.

O zlopověstných.

Co slove pověst.

O svědecstvie chudých.

Svědecstvie židuov a pohanov.

Při svědčenie tyto věci mají šetřeny býti.

Druhdy menšie počet svědkuov při obdržie.

attulerunt, an ad interrogata ex tempore verisimiliora responderunt. Insuper sunt omnes circumstantiae testium cum summa diligentia inquirendae, an honestae et inculpatae vitae, an vero vocatus quis et reprehensibilis, an locuples vel egenus sit, ut lucri causa facile quid admittat, an inimicus sit ejus, adversus quem testimonium fert, vel an amicus ejus sit, pro quo testimonium dat; nam si caret suspicione testimonium vel propter personam, a qua fertur, eo quod honesta sit, vel propter causam, eo quod neque lucri neque inimicitiae causa sit, admittendus est.

§. 13. Sed testis, qui adversus fidem suae testificationis vacillat, suspectus est; nec quisquam hoc melius, quam judex et jurati possunt explorare, quos oportet circa testes, et alia, quibus animi sui motum informet, cuncta rimari.

§. 14. Item nullus testis in causa propria esse potest; et palam est illam causam esse propriam, cujus emolumentum et onus ad illum pertinet suo nomine.

§. 15. Etiam testes idonei non videntur, quibus potest imperari, ut testes fiant, eo quod velle ipsorum ac nolle in alieno dependet arbitrio.

§. 16. Item consanguinei et affines usque ad quintum gradum in testimonio removentur.

§. 17. Domesticorum etiam testimonium suspectum est, sicut servorum nobis bona fide servientium, et inquilinorum, ac aliorum nobis familiaritate similiter conjunctorum.

§. 18. Nolumus etiam, ut valetudinarii, senes, et debiles, et paupertate depressi ad iudicium causa dicendi testimonium evocentur, sed pro hac causa ad ipsos mittantur personae idoneae et discretae.

§. 19. Sed illum modum in dicendo testimonium penitus reprobamus, scilicet cum primus testis dixerat suum testimonium aliis testibus praesentibus ac intelligentibus universis, qui tunc dixerunt, dictum primi testis ipsorum etiam verbum esse, nullum aliud testimonium proferentes, in non modicum praejudicium veritati; nam unusquisque testis per se ipsum juratus debet dicere de illa causa, in qua testis producit, pro utraque parte plenam et expressam, quam noverit, veritatem, reddendo perfecte rationem sui dicti.

§. 20. Pars autem contra quam producantur testes, si voluerit, poterit ipsis remittere juramentum.

§. 21. In quacunque causa numerus testium non additur, duo testes sufficiunt, nam pluralis locutio duorum numero est contenta.

sprostně k otázkám odpovídají, jednostajnú-li a tauz řeč přemyšlenú přinesli jsú, čili k otázkám z času pravdě podobnější věci odpovídali jsú. Nad to všechny okolky při svědciích s svrchovanú pilností mají zvědět a vyhledati, počestného-li a nenarčeného života jsú, čili by pohaněný a zhyzděný aneb caychovaný a tresktaný byl, bohatý-li čili strastný byl by, ješto by pro zisk snadno se čeho dopustil; byl-liby nepřítel toho, proti komuž svědčí, čili přítel, komuž svědčí; neb nemá-liť domněnie zlého svědecstvie aneb pro osobu, kteráž je vyvedla, protože jest počestná osoba, nebo pro příčinu, protože ani pro zisk, ani pro nepřizeň děje se, dopuštěno má býti. §. 13. Ale člověk svědek, kterýžto proti vieře svého svědecstvie (svědčení) vrtlá neb pochybuje, zlého domněnie jest a hoden zavržení; nižť koho kto muože lépe zpytati, nežli súdece a příszejní, kteřížto mají všechny věci zvědět při svědciích i při jich svědčenie potřebné, jimžto hnutie úmysla svého a rozum mají naučiti k rozeznání krivdy a pravdy. §. 14. Takéť izádný nemuož býti svědkem v své vlastní při; a zjevnoť jest, že toho jest vlastnie pře ta, jejížto užitek i břiemě, totiž zisk i ztráta, k němu příslušie jeho jměnem. §. 15. Také ti svědkové nezdadie se hodni býti, jimžto muož býti prikazováno od toho, kdož je vyvodí, aby byli svědkové, protože chtěnie jich a nechťenie v ciziem záleží dobrovolenstvie. §. 16. Také příbuzní a přátelé až do pátého kolena aneb stupně odlúčení mají býti od svědecstvie. §. 17. Domácích také našich svědecstvie zlo domnělé jest, jakožto služebníkuv nám věrú dobrú slúžících, i podruhuov, i jiných, ješto jsú s námi takovú čeledností stovarišeni. §. 18. Nechcem také, by staří, neduživí, nemocní a mdlí neb chudobú obtiežení k saudu byli voláni k vydání svědecstvie, ale pro tu příčinu k nim vyslány bývajte osoby hodné a rozšafné. §. 19. Než tentoť obyčej v svědčenie ovšem hyzdime, totižto, když prvnie svědek pověděl by své svědecstvie v přítomnosti jiných svědkuv a rozumějících všemu, kdyžby tehda jiní slyšice řekli, že jeho svědecstvie jest jich slovo, izádného jiného svědecstvie nevydávajice, na veliké bezpravie pravdě; nebo jeden každý svědek skrze se samého má přísáhna pověděti o té při, v niež svědkem provodí se, za obě straně plnú a zřejmú pravdu, kterouž znal by, vydada dokonaly rozum pravenie svého. §. 20. Strana pak, proti kteréž se svědkové přivodie (provodie), chtěla-liby, bude moci jim odpustiti přísahu. §. 21. V kteréžkoli při počet svědkuv nepřičiní se, totižto nejmenuje se, v tět jest na dvě svědkú dosti; nebo množné mlúvenie počtem dvěho dostatečné jest.

Svědecstvie  
přítelů a nepřítelů.

Svědecstvie  
o zlého domněnie svědkuv.

Žádný nemá svědkem býti v své vlastní při.

O svědecstvie domácím.

Přítel nemuož právé svědčiti.  
Svědecstvie domácího.

Svědecstvie starých, mladých, chudých.

Svěděl-li jeden slovem mnohých, není stálé svědecstvie.

Kto má moc přísahu svědkům odpustiti.

Kdož se počet svědkuv nejmenuje, dosti jest na dvě.



**Cap. XIII.***De testibus cogendis.*

§. 1. Si autem testes odio, gratia vel timore se subtraxerint, iudex ipsos compellat veritati testimonium perhibere, ne ob defectum testium veritas occultetur; et iudex poterit poenam indicere secundum statum et facultatem testium nolentium comparere, semper ad majorem poenam processurus, si hoc temeritas promeruerit contumacis, ut poena unius metus sit multorum. §. 2. Si autem testes sic ad testimonium compellendi de aliena fuerint jurisdictione, tunc ipsos eodem modo compelli per virum clarissimum camerarium nostrum ad dicendum testimonium volumus sine mora.

**Cap. XIV.***De fide instrumentorum.*

Sub instrumentorum nomine omnes literae testimoniales, et quae veritatem instruunt, continentur.

§. 1. Et est instrumentum scriptura facta ad probationem alicujus rei, estque roboranda subscriptione ad minus duorum testium, et sigillo authentico, ut ei plena fides adhibeatur. §. 2. Sigilla autem jure montanorum authentica sunt: sigillum camerarii nostri, urburariorum, civitatum, juratorum montium, et judicum ac magistrorum montium; unde instrumenta his munita sigillis cum subscriptionibus testium faciunt in judiciis et extra judicia plenam fidem, dummodo non sint rasa, maxime in suspecto loco, scilicet circa datam vel circa propria nomina, nam in illis locis facilius consideratur falsitas instrumenti; nec etiam sint cancellata, neque in aliqua parte sui vitiosa, et quod in sigillis vera appareat sculptura, et quod orbita sit completa. §. 3. Sed testes in instrumentis inscriptos omnes praecipimus esse rogatos. §. 4. Et sciendum est, ideo fieri instrumenta, ut ea, quae inter homines aguntur, facilius comprobentur. §. 5. Si autem res gesta sine literarum consignatione veritate factum suum praebeat, non ideo minus valebit, quod instrumentum nullum de eo intercessit, quia plus valet veritas, quam scriptura. §. 6. Si quis autem incautus diversa instrumenta sibi invicem contradicentia iudicio protulerit, nihil probat, nam allegans contraria, non est audiendus.

**Kap. XIII.***O připuzení svědkuov.*

§. 1. Jest-li pak, zeby svědkové nenávisť, milostí neb láskú aneb pro bázeň odtrhli se, nechťice svědčiti, súdece je přípuď, aby svědecstvie vydali pravdě, aby pro nedostatek svědkuov pravda nebyla utajena; a súdece muož pokutu uložití podlé stavu a statku svědkuov nechťjících státi; a máť vždy většší pokutu přidávati, jestliže toho zaslúží zpurnost neposlušného, aby pokuta jednoho bázeň byla mnohých. §. 2. Pakliby ti svědkové, kteříž by měli připuzeni býti k svědecstvie, byli v jiném právé, tehdať mají býti k tomu připuzeni skrze muže přeslovútného, komorníka našeho, aby svědecstvie bez meškání vydali pravdě.

O připuzení svědkuov k svědčení.

Budí-li svědkové v jiném právé, kto je má pudití k svědecstvie.

**Kap. XIV.***O višře zápisuov nebo listuov zapečetěných.*

Pod jménem zápisuov všickni listové svědeční a kteříž pravdu napravují, mienie se.

§. 1. A jestit zápis písmo učiněné k duvodu některé věci, a máť býti potvrzen zápis podepsáním najméně dvú svědkuov a pečeti vzactnú, aby jemu byla plná viera přidána. §. 2. Pečeti pak právem horničím vzactné jsou: pečť komorníka našeho, urburěruov, měst, přisežných hor a súdci i pergmistruov; protož zápisové těmi ohrazení pečeti s podpisy svědkuov učinief v súdiech i krom sauduov plnú vieru, když jedně nebyli by shlazování a najvíce na místě zle domnělém t. při času dání neb na místě vlastních jmen, nebo na počtu peněz; nebo na těch místech snáze znamená se faleš zápisu; a jestliže list nenie přetrhován, ani které kazy škodné má v které své straně, a aby na pečetech pravé okázalo se rytie, a aby okršlek byl doplněný a celý v svém zpuosobu. §. 3. A prikazujeme, aby všickni svědkové v zápisu vepsaní byli prošeni. §. 4. Slušief také věděti, že proto bývají zápisové a listové činěni, aby ty věci, kteréž se mezi lidmi dějí, snáze byly dovedeny. §. 5. Pakliby která věc učiněná bez listuov zapsání pravdú účinek svuoj okázala, ne protoť méně mocná bude, že zápis žádný o ni neprošel jest; nebť více muož pravda nežli písmo. §. 6. Pakli kto neopatrný rozličné zápis sobě odporné vydal by, nicť nedovodí; neb ten, ktož dovodí odporných věcí, nemá slyšán býti.

Které pečeti jsou vzactné.

Falešni listové.

Proč jsou zápisové a listové naloženi.

Drží-li list neb zápis v sobě odpor.

**Cap. XV.***De privilegiis.*

Ut nihil de contingentibus obmittatur, sciendum est, privilegium in eo differre ab instrumento, quod privilegium tantum continet jus privatum, sed instrumentum continet jus commune.

§. 1. Jus autem privatum conceditur ad magnas preces, vel ob fidelia servitia subditorum; unde si privilegium confert tantum jus commune, non est privilegium, nam superfluum est hoc precibus impetrare, quod jam communi lege permissum est. §. 2. Et ideo privilegium dicitur lex privata, quia jus tribuit speciale. §. 3. Item privilegiorum aliud est dativum, aliud confirmativum; potest etiam utrumque, tam dativum, quam confirmativum simul in uno privilegio contineri, cum haec clausula privilegiis inseritur hoc modo: „(Tali) fidei nostro ob grata servitia nobis per ipsum facta fideliter et impensa, (talem) rem donamus, aut (talem) praerogativam concedimus literam per praesentem; et ne possit in posterum nostra donatio vel concessio ab aliquo violari, ipsam sibi eadem litera nostrorum sigillorum munimine roborata cum omni jure firmiter confirmamus.“ §. 4. Etiam est differentia inter privilegium personae datum, vel loco; si personae, non transcendit personam, et si loco, perpetuum est. §. 5. Item multa consideranda sunt illi, contra quem privilegia inducuntur, an perpetua sint, an temporalia? Si temporalia, et jam tempus effluxerit institutum, privilegia illa amplius non valebunt. §. 6. Considerandum etiam erit, si aliqua conditio privilegiis inserta non fuerit adimpleta, iterum nihil probant. §. 7. Et haec considerari oportet, an per delictum vel abusum privilegia sint extincta. §. 8. Est et illud considerandum, si posterius privilegium mentionem faciat de priore; nec primum appareat, posterius non valebit.

**Cap. XVI.***De praesumptionibus.*

§. 1. Praesumptio enim secundum jus montanorum raro per se facit plenam probationem, sed semiplenis probationibus praestat adminiculum. Si vero aliquis laborator alicui in suo argentifodio per aliquod tempus laboraverit, et dominus ope-

## Kap. XV.

*O listech práv zvláštních a o zápisích.*

Aby nic z příhod nebylo opuštěno, slušief věděti, že list práva zvláštnieho v tom dělí se od zápisu: neb ten list drží v sobě toliko *právo zvláštnie*, ale zápis držíe právo obecníe.

§. 1. Právo pak zvláštnie puojuje se k velikým probám, neb pro věrné a statečné zaslúžení; protož, jestliže list práva zvláštnieho, jenž obecně slove hantfešt, přinášie toliko právo obecníe, není list práva zvláštnieho, nebť zbytečné jest to probami uprošovati, což již obecním právem jest dopuštěno.

§. 2. A protož ten list práva zvláštnieho slovet právo zvláštnie: neb dáva právo zvláštnie. §. 3. A těch listuov práv zvláštních jeden jest *dávavý*, jiný *potvrdivý*; muožt také obuož tak dávavý, jako potvrdivý na jednom listu jmien býti a držien, když tato příměnka listóm vpisuje se tímto obyčejem: „(Takovému) věrnému našemu za věččné služby, nám skrze něho učiněné, věrné a naložené, (takovú) věc dáваме neb (takovéhoho) přidáníe puojujeme tiemto listem; a aby nemoblo napotom naše dánie neb puojučení od koho býti porušeno, ten jemu týž list našich pečeti ohrazením utvrzený se vším právem pevně potvrzujeme.“ §. 4. Také jest rozdiel mezi listem práva zvláštnieho osobě daným neb miestu; nebo daný osobě nepřetrvát neb nepřesahát osoby, pakli miestu, věčnýt jest.

§. 5. Také mnohé věci má znamenati ten, proti komuž listové zvláštnieho práva provodie se, věční-li by byli či časní? Jsú-li časní a již čas pomínul by ustanovený, listové ti více nehodie se, neb již moci nemají. §. 6. Také má šetřeno býti, jestli která povaha neb výmienka listuom vepsána aneb v nich položena, a nebyla by splněna, opět nic nedovodí. §. 7. Máť také býti snabdieno, jsú-li ti listové pro zlé požíváníe těch práv aneb skrze jiné prohřešení umrtveni. §. 8. Máť i to býti spatřieno, jestliže poslednějši list činil by zmienku o prvniem, a jedině leč první okáže se neb okázán bude, poslední platen bude.

List práva zvláštnieho, Rozdiel těch listuov.

O provodu listy práva zvláštnieho, věční-li jsú či časní.

O potvrzení obnovení listuov.

## Kap. XVI.

*O smělostech, které mají domněny býti pravé.*

§. 1. Smělost zajisté neb domněnie podle práv horníkuov řiedko sama plný duvod činí, než odpolu plným duvodóm dáva pomoc. Nebo jestliže který dělník někomu v jeho dole přes některý čas dělal by, a pán díela toho, jakžkoli vždy

Dělá-li kto komu a nejmenuje sumny za to díelo

ris, quamvis semper fuerit praesens, neget se eidem aliquod pretium statuisse, nec aliae probationes existant, tamen ille laborans pro victu cottidiano, non gratis praesumitur laborasse; unde ex sola praesumptione dominus operis eidem solvere pretium debitum compelletur. Unde praesumptio est alicujus facti dubii aliquotiens semiplena et aliquotiens plena investigatio: §. 2. Sed haec praesumptiones in extraordinariis judiciis sunt optimae vilium causarum dirimendarum, quia iudex in his causis recepto a partibus juramento de veritate dicenda, et ipsis examinatis, statim ex praesumptione eliciet veritatem ad finem negotio imponendum. §. 3. Item in omni causa, quae vertitur inter pauperes et potentes, regulariter est pro pauperibus, quod justam causam foveant, praesumendum, quia non est verisimile, pauperes litem contra suos instituere, nisi necessitate compulsi, vel etiam suscipere contra potiores, quibus pares esse non debent. §. 4. Unde iudices et jurati non solum ad unam probationis speciem debent motum sui animi inclinare, sed debent diligenter cuncta rimari, ut veritas insinuatione litigantium ipsis dubia clarius elucescat; quia vix est, ut volentes veritatem non inveniant judicantes. Nam teste Salomone optima eruditrix est praesumptio veritatis, prout multa ipsius judicia per praesumptionem elicitam manifestant.

## Cap. XVII.

### *De jurejurando.*

Nunc autem videamus de jurejurando, cujus usus multarum litium perimit quaestiones.

§. 1. In omnibus enim contractibus propter probationum inopiam litigium deciditur juramento, et in locum probationis succedit, quando consideratis negotii et personarum circumstantiis diligenter in iudicio ipsum alterutri partium iudex defert, aut pars parti, iudice approbante; tunc etiam in locum plenae solutionis succedit, majoremque auctoritatem habet, quam res habeat iudicata.

§. 2. Quia causa jurejurando decisa praetextu perjurii minime retractatur; sed jusjurandi religionis transgressio satis Deum habet ultorem, nec est de delicto ejusdem hominis pluries inquirendum, eo quod finis unius causae alterius exordium esse non debet.

§. 3. Quaecunque autem quis petitione conveniatur, si juraverit, ei proficiet jusjurandum.

§. 4. Sciendum est, eum, a quo jusjurandum petitur, per

byl přítomen neb při tom, a přes to odpieral by se, témuž mzdu některú ustanoviti, by pak jiných duvoduov nebylo, avšak jisté jest domnénie, že ten dělník nádenni ne darmo dělal jest; protož z samé smělosti, totiž z samého domnénie, pán diela témuž zaplatiti mzdu hodnú připuzen bude. Protož smělost neb domnénie jestif některakého účinku pochybného druhdy odpolu plné a druhdy plné uptánie. §. 2. Ale tyto smělosti neb domnénie v saudech zahájených jsút najlepšie lékařstvie k rozdělování lehkých při; neb súdce v těch přech přijma od stran přísahu o povědění pravdy a po zkušení jich, ihned z smělosti vybere pravdu k konci pře uloženie. §. 3. Také v každé při, kteráž vrtí se mezi chudými a mocnými, slušiet obecně jmieti domnénie, žeť chudý spravedlivú při vede; nebť nenie podobno, by chudí proti sobě bohatějším při vedli, leč nuzí připuzeni jsúce a bezpravím; nebo také přijímati mocnější, jimžto vrovhati se nemají. §. 4. Protož súdce a přísazní netoliko k jednomu obyčejí duvodu mají hnutie svého úmysla nachýliti, ale dlužnit jsau pilně všeho šetřiti, atby pravda súpěruov líčením mylná jim jasnějie byla osvícena; nebo sotvat se to přihodí, byť saudce pravdy nenalezli, když ji pilně budú hledati. Neb jakož svědčí Šalomún: Najlepšie naučenie pravdy jestif domnénie neb smělost, jakož to mnozí jeho saudové, z domnénie t. z smělosti vydanie, oznamují.

Domeni jesti přistup roz-súzení.

Súdi-li se chudý s bo-hatým, súdce k chudému buť nichýl-nějí.

## Kap. XVII.

### *O přísahání v zahájeném saudu, kterak má býti.*

Nynie pak již vizme o právu přísahání, jehožto požívání mnohých při pohubuje pohádky.

§. 1. Ve všech zajisté smluvách pro nedostatek duovo-  
duov pře neb svár koná se samú přísahú a vstupuje na mie-  
sto duvoduov, kdyžto súdce znamená pře i osob okolky  
s pilností a povahy, v saudě jednu stranu dopustí k přísaze,  
aneb strana stranu, a toho súdce potvrdí; a v ta doba při-  
saha miesto zaplacenie drží, a větší moc má nežli věc usú-  
zená. §. 2. Neb kteráž pře jest přísahú dokonána, pro při-  
činu křivé přísahy neb zlé přísazenie nikdy nebývá odvolána;  
než přísahy přestúpenie neb křivá přísaha máť velkého Boha  
mstitele, aniž má více o vině toho člověka býti ztazo-  
váno; neb skonanie jedné pře nemá býti druhé počátek.  
§. 3. A o kteréž koli při člověk pohnán bude, když nemuož  
býti svědomím přemožen, přísahú odbude. §. 4. Vědomo  
má býti zajisté, že od kohož žaluoce práva přísahanie  
žádá, máť býti skrze súdci připuzen, aby nebo přísáhl

Proč jest na-  
lezena při-  
saha.

Ktož přísá-  
hne o kteréž  
věc, nemá  
dále puzen  
býti.

Ktož nemuož  
přesvědčen  
býti, přísahúť  
odbude.  
Kto dluhu  
poplerá, ten  
přisáhlí za  
to neb zaplat.

judicem esse cogendum, aut solvere, aut jurare, alterumque ita eligat: aut solvat, aut juret.

§. 5. Datur vero et alia facultas eidem: si malit, referat jusjurandum; alioquin manifestae turpitudinis et confessionis est, nolle solvere, aut jurare, vel referre, qui sibi detulit jusjurandum.

§. 6. Et si is, cui refertur, nolit jurare, judex ei judicium facere recusabit; aequissime enim hoc facit, cum non debeat ei, qui jusjurandum detulit, relatum displicere.

§. 7. Unde dum res in jusjurandum dimissa sit, judex jurantem absolvet, referentem audiat, et si actor juret, condempnet reum nolentem jurare; reum, si solvit, absolvat, non solventem condempnet.

§. 8. Sed cum jusjurandum litium dirimendarum sit remedium, multis hominum malitiis obviando statuimus, ipsum exigendum omni tempore juridico et praestandum, nulla consuetudine servata retroactis temporibus aliquatenus renitente; non erat enim usus rationabilis, sed abusio abhorrenda, illis sacris temporibus propter justitiam non recipere juramenta, quia raro nullus erat adeo justus, idoneus et devotus, quamvis etiam juste conveniretur, sub praetextu tamen istius abusionis judicium subterfugiendo malitiose usque ad dies prophanos, quibus licitum erat jurare, dilationes, quamvis de facto suo non esset dubius, impetrare. Nec aliquis est sane mentis, qui hoc praesumat vel audeat abnegare, quando generaliter fere omnes homines magis causa subterfugiendi judicium, quam causa reverentiae sacro tempori exhibendae dictas dilationes usque ad haec tempora impetrasse. Nos itaque consideratis utrisque circumstantiis diligenter, vere dicimus tempus acceptabile diesque salutis magis contaminari, quam per talem abusionem venerari; unde non probat hoc esse, quod per hoc contingit abesse; magis hoc tempore placatur Deus, ut lites fine debito decidantur, quam si sub praetextu dictae abusionis indebite prorogentur, nam ubique malitiis hominum est occurrendum.

§. 9. Sed judicium ordinarium, ad quod dictum pertinet jusjurandum, in temporibus infra scriptis volumus exerceri, scilicet: Octo diebus ante Nativitatem Domini nostri Jesu Christi, usque ad octavam Epiphaniae; item a Dominica Palmarum usque ad octavam Pasche, ac omnibus diebus

anebo zaplatil; protož jedno sobě voliti má, totižto nebo přísieci, nebo zaplatiti. §. 5. Bývá také jemu na vuoli dáno, aby v té při sám přísáhl neb od svého súdeře přísahu přijal; jinak zjevného a hanebného priznání jest znamenie, ktož ani chce zaplatiti, z čehož jej súdeř vini, ani chce přísieci, že dlužen nenie, ani chce od súdeře přísahy přijieti. §. 6. Pakliby obžalovaný chtěl na přísaze svého žalobníka neb žaluoce dosti jmieti, a žaluoce nebude chtieti přísieci, súdece má jemu saudu odepříti; a najspravedlivějiet zajisté to činí, neb zajisté, poněvadž žaluoce jest od obžalovaného přísahy žádal, hodnět jest, aby zase k jeho žádosti sám za to, z čehož žaluje, přísáhl. §. 7. Protož, když pře bude přivedena na přísahu pro nedostatek svědkuov neb duvoduov, jestliže obžalovaný se odprieseže, súdece jeho té pře osvobodí; pakli obžalovaný přísahy na žaluoce podá, súdece má dopustiti, a priseže-li žaluoce, tehdy súdece obžalovaného odsúdí. Pakliby žaluoce nechtěl přísieci, súdece má obžalovaného v té při osvoboditi. Pakliby obžalovaný nechtěl přísieci a pravie, že jest ten dluh zaplatil, dovede-li toho, súdece ho má vysvoboditi; pakli nedovede, máť jej odsúdit. §. 8. Ale poněvadž přísaha jest lékařstvie k rozdělování při: mnohých lidí zlosti chtějice staviti, ustanovujeme, aby mohla přísaha požádána býti na každý čas súdný a činěný a činěný bez odpory všelijakého obyčejje v minulých časech zachovávaného; neb nebyl obyčej rozumný, ale hrozná neobyčejnost, té přísahy v svaté časy, totižto v postě a v advent, pro spravedlnost nepřijímati, protože řiedko kto bieše z toho spravedlivý, hodný a nábožný, ačkoli také spravedlivě byl jest pohnán, avšak pod omluvú a pod prikrytím té nehodnosti, chtě saudu zlostně ujíti, až do dní proklatých, v nichžto slušně bylo přísahati, prodlenie uprošoval, nemaje o své při pochybenie, ale jistotu. Aníž jest které člověk myslí zdravé, by směl toho přieti, že obyčejně téměř všichni lidé viece pro ujiti saudu, nežli pro čest toho svatého času, těch prodlévání jsú žádali. Protož my spatřivše oboje okolky snažně v jistotě pravíme, že čas vzáctný a dnové spasitedlní bývají viece poskvrněni, nežli takovými nehodnostmi počtění; protož nedovodiet, by to bylo, což od toho přiházie se býti, a viece toho času ukrocen bývá Bůh tiem, že pře k hodnému miestu bývají přivedeny, nežliby pro tu nehodnost nehodně byly prodlévány; neb ze všech stran zlosti lidské slušie stavovati a jim se opierati. §. 9. Než nechceme, aby saudové zahájení, k nimžto ty přísahy prislušejí, v časech dole psaných se dály, t. osmý den před narozením pána našeho Ježíše Krista až do ochtábu křtěnie Božieho; také od neděle květné až do ochtábu velikonočnieho;

Pakli nechce přísieci, přijmi přísahu od súdece.

Nechce-li žaluoce přísieci.

Žaluoce čli obžalování mají přísáhnúti.

O času a dni přísahúnie.

Který čas neslušie přísahati.



dominicis et festivis, qui praecipuntur per reverendum clerum in ecclesiis solempniter celebrari; et haec tempora deinceps in omnibus montibus pro certis feriis habeantur. Omnibus autem aliis temporibus licitum sit, iudicium ordinarium cum omnibus suis partibus exerceri. Et sic traditum est a sapientibus tam juris canonici quam civilis, ut exigi possit jusjurandum omni tempore juridico et praestari; non enim jurare est peccatum, sed pejurare omni tempore est interdictum.

### Cap. XVIII.

#### *De sententiis et re judicata.*

Da nobis, Domine, iudex justissime, sedium tuarum assitricem, sapientiam, quatenus ejus illuminati virtute hunc contra alias tractatum de sententiis totius juris quaestionibus concludentem, juxta illud praeceptum, scilicet: „Juste judicate, filii hominum,“ taliter exequamur, ut omnes, quos tua benignitate nostro regimini commisisti, esurientes et sitientes justitiam per nostram ordinationem complemento plenae justitiae satientur, et etiam in nostro nomine judicantes ab omni irreverenti et inprudenti animo conservemus, ut saluberrimum praeceptum tuum reverenter utrobique impleatur, ne isti etiam nostro regimini commendati cum illis judicialiter, quae hic sententia est, in qua laeserunt te, dampnatione perpetua judicentur. Unde volentes paterne utrisque monitionibus providere, statuendo, ut iudices et jurati solum te, Deum Salvatorem nostrum, qui praesens es in omni iudicio, praee oculis habeat praecipue in sententiis proferendis.

§. 1. Primo debet iudex de sententiis quaerere a juratis, nullo praepostero ordine servato; sed nec favore, odio, timore, praemio, vel expectatione praemii unam partem alteri praeferat aut praeponat, aequa vero lance procedat, ut jam dictum est, omnem ordinem praeposterum excludendo.

§. 2. Nec etiam quaerat sententiam ab illo jurato, quem noverit parti illi, pro qua quaeritur sententia, magis favere; eo quod in iudiciis est omnis suspicio submovenda.

§. 3. Jurati autem, a quibus omnis veritas sententiarum dependet, justas proferendo sententias cum omni reverentia praeceptum dominicum exequantur, ne ut praedictum est, cum illis, quos hic sententia iniqua laeserunt, illic damnatione perpetua judicentur.

§. 4. Jure autem montanorum sententia est responsio juratorum veridica, quaestioni finem imponens. Sed sententiarum duae sunt species, alia enim est interlocutoria, et alia definitiva.

a ve všech dnech nedělních i svátečních, kteřížto prikazují se od poctivého kněžstva v kostelech slavně svätiti; a ti časové potom na všech horách zajisté svätky mají jmieni býti. V jiných pak ve všech časech slušno má býti, aby saud zahájený se všemi svými príslušnosťmi veden byl. A tak jest uloženo od múdrych tak práva duchovnieho jakožto městského t. ciesařského, aby mohlo žádanó býti právo přísahy každý čas súdný, i činěno; nenief zajisté hřiech přísáhati, ale křivě přísáhati jestif na každý čas zapovědieno.

Jestli hřiech přísáhati cíll nic.

### Kap. XVIII.

*O úsudciech a o věci usúzené. O ortelech.*

Daj nám, Pane Bože, najspravedlivější saudec, stolic tvých prístojicie, múdrosť, aby chom její osvíceni jsúce ctností, toto pravenie o úsudciech neb o ortelech, jenž všeho práva pře zavierají, podle onoho prikázanie tvého: „Spravedlivě sudte, synové lidští,“ tak pôsobili a vynášeli, aby všichni lidé, kteréž jsi tvú dobrotivostí naší zprávě poručil, lační i žiezniví spravedlnosti, byli nasyceni, a také aby chom jménem našim súdiece od každého nepočetného a nestydatého úmysla zachovali, a aby přespasitedlné tvé prikázanie poctivě s obú stranú bylo zachovávano a naplněno, aby i tito naši zprávce také poručení v obecném všeho světa saudu nebyli k věčnému zatracenie súzeni. Protož chtějice z otcovské lásky oboje napominanie opatřiti, ustanovujeme, aby súdce a přísěžní samého tě Boha a Spasitele našeho, kterýž přítomen jsi v každém saudu, před očima měli a zvláště v úsudkuov vynášení.

§. 1. Najprvé zajisté dlužen jest saudec o úsudciech tázati od přísěžných naporád, izádného nepomina; ale ani nenávisť, bázní, ani přiezni, odplatú nebo čekáním odplaty jedné straně nemá nakládati mimo druhú, než rovnú váhú má jiti a spravedlivě súditi, jakož již jest povědieno, veškeren řád pomíjevý odvrha. §. 2. Aníž také má nálezu, totižto úsudku, ptáti od toho přísěžného, kteréhož by znal, že jest té straně nákladen, jížto ptá nálezu; neb v saudiech slušie každé zlé domněnie odlúčiti. §. 3. Přísěžní pak, na nichž má každý ortel ptán býti a od nichž všecka pravda orteluov závisí, mají se vši opatrností nálezy spravedlivě vynášeti, se vši (početností) poctivostí, aby ti, kteříž nynie křivě lidi saudie, nebyli potom spravedlivě súzeni k věčnému zatraceni. §. 4. Právem pak horníkuov úsudek, totiž ortel, jestif odpověď spravedlivá přísěžných při konec hledajících.

Súdce má vytazovati nálezuov od přísěžných.

Neortelujten. ktož stranu drže.

Přísěžní mají spravedlivě nálezy vynášeti.

Co slove ortel.

§. 5. Interlocutoria est illa sententia, quae profertur inter principium et finem causae, non super negotio principali, sed super emergentibus et incidentibus; sicut enim quaeritur, an tales testes recipiendi sint, an non, vel super jurejurando, vel super dilationibus et similibus, quae infra principium et finem incidunt.

§. 6. Sed definitiva sententia est illa, quae condemnatione vel absoluteione principalem determinat quaestionem.

§. 7. Tenetur insuper iudex secundum propositionem partium quaerere de sententiis a juratis, et semper quaerat inter duas sententias, quid juris sit, nisi tunc una pars nolit aut negligat aliquid pro se inquirere, ex tunc iudex sententiam ad requisitionem unius partis inquireat, quia vigilantibus, et non dormientibus jura subveniunt, juxta illud: *Vigilavi, etenim conditionem meam reddidi meliorem.*

§. 8. Et sic iudex inquireat de sententiis, nihil imminuendo penitus vel addendo, nam iudex defectum supplere non debet, sed si quid partes vel advocati partium de jure obmiserint, illud supplere potest in his et omnibus aliis juris praeceptis, ad justitiam litigantibus faciendam motum sui animi inclinando.

§. 9. Jurati sicut viri electi ad requisitionem iudicis omni parte aequitate litigantibus observata sententias proferrant, quas secundum leges nostras et statuta consuetudinemque laudabilibus rationibus approbatam noverint esse justas.

§. 10. Super his vero, in quibus non invenitur jus expressum, procedant aequitate servata, semper in humaniorem sententiam declarando. Si vero aliquod dubium ipsos emergerit de legibus nostris vel statutis per nos jam traditis, aut sententiis ad ipsorum maniloquium prorogatis, vel quaestionibus quibuscunque postea emergeris: illud deferant nostrae declarationi, quia cordi nobis est, sic omnia dubia juris et aenigmata enodare, ne oporteat ipsos deinceps aliqua juris penuria laborare; tantummodo instent, causas maturo celestique tractatu ac fine debito expedire, ut parcatur litigantium laboribus et expensis.

§. 12. Iudex autem tenetur sententias a juratis prolatas exequi reverenter: ut si actori res immobilis fuerit adjudicata, ipsum mittat in possessionem rei ejusdem, in ea ipsum viriliter manutenendo, quia non sufficit, quemque mittere in possessionem, nisi in ea missus etiam tueatur.

§. 13. Si autem res sit mobilis, ipsam actori cum effectu praecipiat praesentari.

§. 14. Sed si reus a petitione actoris fuerit per sententiam absolutus, ex tunc ipsum iudex in jure suo similiter

(pokládajíc), a jestiť duoj: jeden slove mezimlunvny a neko-  
nečny, druhý slove konečny. §. 5. Mezimlunvny úsudek slo-  
vet ten, kterýž bývá vydán mezi počátkem pře a skonáním  
o leckterýs kus, jesto se pře prvnie dotýče; jakož když bývá  
tázáno, slušie-li tyto svědky přijieti čili nic; aneb o přísaze,  
má-li tento dopuštěn býti k přísaze čilinic; aneb má-li toto prodlenie  
dáno býti čili nic; a tak o jiných kusiech; a na to bude ná-  
lez, tent slove nedokonalý neb nekonečny; neb přední při  
konce nečiní. §. 6. Ale nález neb úsudek konečny jestiť ten,  
jestot koná při, vedle spravedlnosti prisuzuje neb odsuzuje  
požádanie. §. 7. A dlužent jest sůdce podle líčenie stran  
tázati nálezu od přísěžných, co jest právo mezi dvěma rozu-  
moma, lečby tehdy jedna strana nechťela aneb zmeškala ptáti  
se nálezu, tehda sůdce ku požádanie jedné strany má tázati  
přisěžných, nebo bdějícím a nespanlivým práva pomáhají, podle  
onoho slova: Že jsem bděl, povahu mů učinil jsem lepál. §. 8.  
Mát také saudce ptáti se na nálezy, ničehuož nepřičiněje ani  
umenšuje; neb sůdce žaloby nebo požádanie v saudě nemá  
naplácti, než když by strany neb jich řečníci co z práva  
opustili, toť muož naplniti v těch i ve všech jiných práva  
prikázáních, k učinění spravedlnosti stranám hnutie úmysla  
svého nachyluje. §. 9. Konšelé pak a přísěžní, jakož mužie  
výborní, ku požádání sůdce se všech stran sůpěrom roven-  
stvie zachovávajice, úsudky, totíž nálezy vynášejte, kteréto  
podle našich práv ustanovenie a obyčejie chvalnými duovody  
doličeného znají, že jsú spravedliví. §. 10. Na ty pak věci,  
na něž právo nenalezá se zřejmě, jděte rovenstvie zachová-  
vajice, vždycky na milostivějši úsudek se uchylujice. §. 11.  
Pakliby které pochybenie jim vzniklo o práviech našich t.  
ustanoveních skrze nás již vydaných, nebo o úsudciech k jich  
ranému potazu odložených, neboli otázkách kterých koli po-  
tom vzniklých: toť mají k našemu vyličení vzněsti; neb jestiť  
nám k myslí, tak všecka pochybenie práva a pohádky vypra-  
viti, aby nepotřebovali oni potom kterým práva nedostatkem  
pracovati; toliko aby sůdce a přísěžní pilni byli, přezralým a  
rychlým jednáním a koncem slušným vypósobovati, aby ho-  
vieno bylo sůpěrom na nákladiech a pracech. §. 12. Sůdce  
pak máť úsudky od přísěžných vynesené vynášeti poctivě: tak  
že bude-li žalobci neb pówodu věc nemohvitá prisúzena, aby  
jej uvedl v drženie té věci, v ní jeho mužsky rukú bráně;  
neb nenie dosti uvěsti někoho na vládafstvie, lečby v něm  
uvedený také bráněn byl. §. 13. Pakliby věc byla mohvitá,  
tu žalobníku, příkaž, skutečně at dá. §. 14. Pakli viněný  
od požádanie žalobníka skrze ortel byl by osvobozen, tehdy  
sůdce jeho v právě jeho též braň, žalobníku o tom věčné

Sůdce ne-  
umenšuj, ani  
přiděň ná-  
lezu od přisěžných vy-  
daného.

Konšelé vý-  
nosy dítie  
podle práva

Přisěžní buď-  
te náchylněj-  
ši k milosti,  
než ku právu.

Přisěžní, ne-  
rozumějic  
právu, vzne-  
ste na krále.

Kto má ortel  
vyněti.  
O uvedení  
žalobce v  
nemohvitú  
věc.

O obraně ob-  
žalovaného  
zproštěného

tueatur, actori super eum perpetuum silentium imponendo. §. 15. Contra quemcunque autem absentem (causa reipublicae, aut infirmitatis, vel captivitatis, aut inundationis aquarum, ad majusve tribunal fuerit evocatus) fuerit sententiatum, et hoc probaverit; ad totam causam restituatur. §. 16. Quidquid autem de sententiis ordinandis aut scribendis, vel etiam de officio judicis in hoc titulo defectus fuerit, per tractatus supra in primo libro positos, scilicet de officio juratorum et de officio et potestate judicis montani, suppleri praecipimus, ita quod defectus unius tituli per pleniorum tractatum alterius suppleatur, ne legentes efficiat taediosos una eademque regula juris pluries repetita.

### Cap. XIX.

#### *De fructibus et litis expensis.*

Sed antequam ad utilitatem aut fructuum rei litigiosae necessariam materiam veniamus, aliquid praelibandum est, quo ipsorum planior et perfectior notitia habeatur.

§. 1. Fructus vero sunt et dicuntur, qui supersunt deductis expensis, quae fiunt ratione fructuum percipiendorum. §. 2. Item expensarum aliae sunt necessariae, aliae utiles, aliae voluntariae; necessariae autem expensae sunt, quibus non factis res erat penitus peritura; utiles autem expensae sunt, quibus non factis res tamen non erat peritura; sed voluntariae expensae dicuntur, quae fiunt propter nullam rei necessitatem, sed ad solam hominum voluptatem. §. 3. Nunc videndum est, quas expensas reus deducere debeat, rem restituere cum fructibus judicatus; si vero reus erat bonae fidei possessor, tenetur restituere rem cum fructibus tantummodo perceptis, necessariis et utilibus deductis expensis; sed post litem contestatam tenetur ad omnes fructus perceptos, et qui percipi potuissent, si alius cultor diligentior ipsam rem coluisset, ad exemplum malae fidei possessoris, qui ad fructus perceptos et qui percipi potuissent, semper tenetur, necessariis tamen et utilibus deductis expensis, eatenus, quatenus res per ipsas fuerit emendata; non enim debet petitor vel actor ex alia jactura lucrum facere. Voluntariae expensae a nullo deducuntur possessore, sed res cum illis expensis factas tollere potest, dummodo illud sine laesione rei faciat principalis. §. 4. De litis autem expensis hunc modum statuimus observari, ut in quacunque lite praestitum fuerit juramentum calumpniae, quod in illa expensarum nulla ratio adhibeatur; sed tamen, qui dolo et fraude adversarium suum in lite compulit laborare, et hoc

mlčenie ulože. §. 15. Proti komužkoli pak nepřítomnému, (příčinu věci obecnie, nebo nemoci, nebo vězení, nebo povodně vod, neb k větší stolici že by povolán byl) bylo by ortelováno, a toho dovedl by: ke vši při buď navrácen. §. 16. Cožkoli pak o zřízení náležuov nebo popisováních, neb také o úřadu súdece v tomto pravení bylo by nedostatku, tehdy skrze rozprávky svrchu prvních kněh (v prvních knihách) položené, t. o úřadu přísěžných a o úřadu a o moci súdece horského, doplniti prikazujeme, tak aby nedostatek jednoho pravenie neb kapitoly skrze lehčejšie rozpravenie jiného doplněn byl, aby čtúcie neučinila tesklivé jednostajná a táž řeč neb práva řehola mnohokrát opěťovaná.

Ktož ku právu nestojí z hodné příšiny, nemuož odsúzen býti.

### Kap. XIX.

*O použitciach věci súzené a o nákladiech v saudě učiněných.*

Ale dřieve nežli k užitkuov nebo použitkuov té věci o niž byla pře, potřebné řeči přijdeme, slušief něco napřed povědieti, jimžto těch věci zjevnějšie poznánie mohlo by jmieno býti.

§. 1. Požitciť pak slovú, kteřížto zbývají po odvodu nákladuov, totižto kromě nákladuov, náklady sečtúce, kteříž se dějí pro použitky, ješto mají přijati býti. §. 2. Nákladovéť jsou pak troji: jedni nuzní anebo potřební, druzí užiteční, třetie dobrovolní; nuzní nákladové jsou, jichžto kdyby nebylo, ta věc měla by zahynúti; ale nákladové užiteční jsou, kteřížto kdyžby nebyli naloženi, proto by ta věc nezahynula, ale jich učiněním věc jest lepšie ku prospěchu; dobrovolní pak nákladové jsou, kteréž činie ne pro potřebu té věci, než toliko k libosti lidské. §. 3. Nynief pak slušie věděti, které náklady má obžalovaný sčítati, jsa odsúzen, aby věc navrátil s použitky; protož, byl-li jest obžalovaný dobré viery vládať, dlužen jest navrátiti věc s použitky toliko přijatými, sečta užitečné a nuzné náklady neb potřebné, vrátí-li je dřieve sepřenie (t. přisvědčenie); ale po sepřenie, totižto přisvědčeni pře, máť všecky použitky vzaté, i kteříž jsou mohli odtud vzati býti, kdyžby lepšie těžať tu věc držal, úplně navrátiti, sečta však, totižto otejma potřebné a užitečné náklady, protože těmi náklady ta věc jest zachována aneb polepšena; máť zajisté žalobník t. žadatel z cizie škody zisku sobě nečiniti. Než dobrovolní nákladové nemají býti sečteni od vládaře ižádného, ale ty věci s těmi náklady učiněnými vzíti muože, když jedno bude moci to učiniti bez úrazu věci prvnějšie. §. 4. O nákladiech pak saudu tento obyčej jsme ustanovili zachovávatí,

Co slovúť požitciť.

Troji jsou nákladové.

Které náklady obžalovaný má platiti.

O nákladiech saudu.

appareat manifeste, condempnabitur sibi merito in expensis, eo quod fraus et dolus alicui patrocinari non debent. §. 5. Nec hæc expensæ dabuntur, nisi in principali petitione fuerint comprehensæ, vel pars ipsas petens in principio litis de ipsis petendis sint protestata, ut etiam in sententia definitiva ipsarum haberetur. §. 6. Sed in causa appellationis sine aliqua protestatione victus victori condempnabitur in expensis.

## Cap. XX.

### *De appellationibus.*

Appellandi sive provocandi causarum usus, profunde lateque diffusus, ultimo nos allicit in hac parte de ipso certam formam tradere et doctrinam, ut litigantibus in expensis et laboribus consulatur, iudicibusque etiam et juratis reverentia debita deferatur.

§. 1. Jure autem montanorum appellatio est (oratio), iniquæ sententiæ sive iniqui gravaminis querelam continens.

§. 2. Appellatur etiam ab iniquis sentiis et gravaminibus juratorum, ut si contra jus litigatorum sententiam tulerint iniquam, vel si per interlocutoriam aut alias indebite alterutri partium vias aliquod gravamen intulerint, quod si foret probatum, ad appellandum debeat sufficiens reputari.

§. 3. Judex vero montanorum nullas profert sententias, sed tantum exequitur sententias juratorum, a cujus executione si modum excedat, vel alias alterum partium gravet, legitime poterit appellari.

§. 4. Et est sciendum, quod modus ita bene exceditur in eo, quod est minus, sicut in eo exceditur, quod est majus. Unde præcipimus in hac parte firmiter injungendo, ut tam iudices, quam jurati omni diligentia se præcaveant studiose, ne aliquibus coram eis litigantibus materiam tribuant appellandi.

§. 5. Sane iudices non injuriose litigantes, sed benigno animo alloquantur, nec exequendo sententias modum excedant, neque aliquid in præjudicium alterius partis attemptare præsumant.

§. 6. Et jurati omnes sententias, prout pluries prædictum est, matura deliberatione bene proferant, ponderantes æqua lance jus suum unicuique tribuendo.

§. 7. Si qui autem ex ipsis suæ famæ prodigi ac honori proprio invidentes, aliquid in gravamen partis alterius per

aby, v ktoréž koli pri byla by učiněna křivé žaloby přísaha, aby v té izádné počítanie nákladuov jmieno nebylo; ale však ktož by úkladom a lstí súpeře svého k práci pripravil a k nákladuom, a to by se zjavně okázalo, budet jemu hodně odsúzen v nákladiech, pretože lest a úklad izádnému spomáhati nemají. §. 5. Aníž ti nákladové mají býti prisúzeni, jedině leč na prvím požádání, totiž v žalobě budú zavrieny, anebo žeby strana na počátku pře osvědčila, žeby jich žádati chtěla, aby také v konečném úsudku, totižto nálezu, jich odsúzenie jmieno bylo. §. 6. Ale v při odvolanie beze všeho osvědčovanie přemožený přemáhateli bude v nákladiech odsúzen.

## Kap. XX.

*O odvolání k vyššiemu právu kdy a kterak se má dieti.*

Odvolanie při obyčej, hluboce a široce rozlity a rozťžený, naposledy nás přivabuje, abychom v této miece o něm jisty spůsob vydali a naučení, aby súpeřóm, totiž saudícím-se, ke ztravám a nákladuom bylo razeno, a saudciem a přisežným počestnost dlužná byla učiněna.

§. 1. Právem pak hornikuov odvolanie jestit řeč, držeci žalobu nepravého nálezu a úsudku aneb nepravého obtiezenie.

§. 2. Odvolávat se zajisté od nepravých úsudkuov a obtiežovanie přisežných, jakožto, jestliže proti právu súpeřuov vynesú odsudek nepravý, aneb jestliže skrze úsudek nekonečný anebo jinak nehodně které straně učinie obtiezenie, kteréžto ač bylo by dovedeno, k odvolanie dostatečné mělo by domnieno býti.

§. 3. Súdce pak neb rychtář horniči podle jich práva nevynásie úsudkuov, ale tolikot k skutku přivodi úsudky přisežných, od jehožto k skutku přivedenie, jestliže miera přesáhne aneb kterak jinak stranu druhú obtieži, muožt spravedlivé býti odvolanie (odvoláno).

§. 4. A slušiet věděti, že miera přesáhání bývá přestúpena tak dobře na tom, když méně učiní, než učiniti má, jako i na tom, když více učiní, nežli má učiniti.

Protož prikazujeme v té miece pevně porúčejíce, aby též saudce jakožto přisežni vši snažností se vystřiehali, aby kterým, ješto se před nimi saudie, nedávali přičiny odvolanie.

§. 5. Majít také súdce s súpeři ne bezprávně, ale dobrotivým úmyslem mluviti, a vyvodiece nálezy miery aby nepřesáhali, aniž to mají činiti na škodu které strany.

§. 6. A přisežni mají vynášeti všecky své nálezy, jakož často dřieve praveno jest, s uzralým t. dospělým rozmyslením, aby dobře vynášeli, váziece rovnú váhú a dávajiece právo jeho každému.

§. 7. Pakli by kteří z nich, své slovútnosti ruko-

Co slove odvolanie.

Proš se má dieti.

Súdce nemá ortelovat, než toliko přisežni.

Kdy a kterak súdce miera přesáhá v saudu.

Súdce vynásie nálezy dobrotivě.

Konšelé vynásiejte ortel s rozmyslem, ale ne kvapná.

O pokuté bezprávného saudce.



sordes vel aliquo aliorum modorum prohibitorum perperam fuerit machinatus, quod tamen appareat manifeste: tanquam infamis a suo officio deponatur, in nostris montanis universis nunquam deinceps aliquod officium habiturus, quia tam vilem hominem reatus proprius ab omni dignitate excludet, imminetibus nihilominus poenis contra transgressores nostrarum legum et constitutionum statutis.

§. 8. Sed certe litigantes tenentur, provida deliberatione pensare, ne ipsos contingat frustratorie appellare, gravando se ipsos inanibus laboribus et expensis.

§. 9. Unde si aliquem a iudice ob gravamen appellare contingeret, ante gravamen non appelletur.

§. 10. Nam regulariter appellatio interposita ante gravamen nulla est, quia appellatio semper debet talem causam appellationi assignare, quod si forte probata deberet legitima reputari; nequaquam erit a quibuslibet iudicantium verbis comminatoriis appellandum; quid enim oberit conatus iudicis, si injuria nullum sequetur effectum?

§. 11. Et ideo ab omni gravamine appellari non licet, nisi ab eo tantum, quod fit in praejudicium juris illius, qui appellat; nec ad appellandum quemquam trahere debet propria voluntas, sed necessitas litigantium importuna, cum appellationibus non sit remedium ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentiae institutum, et bene puniendi sunt inique et frustratorie appellantes.

§. 12. Ab his autem gravaminibus legitime poterit appellari: si iudex aliquem in jus vocaverit tempore feriato, aut modum exequendo excedat, vel justitiam facere recuset, ac in multis casibus his similibus, prout necessitas litigantium edocebit. Eodem modo erit gravamen juratorum, si quem indebite gravaverint, appellandum; sed alio modo a sententiis juratorum appellabitur, ut statim inferius apparebit. Nec debent sibi iudex et jurati pro injuria reputare, quod victus in defensionem juris sui ad appellationis beneficium convolvit.

§. 13. Jure autem montanorum hoc modo a sententiis juratorum appellatur: Lata sententia statim ille, contra quem lata est, antequam ad alios actus divertat, vel ab illo loco recedat, (appellet). Amovemus illam consuetudinem, ut stet fixus, nec pedem audeat amovere; generaliter autem reprobamus omnem veteris consuetudinis subtilitatem, tantummodo fortunae hominum invidentem nec aliquid aliud adminiculum veritati vel justitiae afferentem, sicut hic: in appellando non movere pedem, et idem in testimonio proferendo; nonne sufficit hic, ne de loco recedat, antequam sententiam arguat vel ipsi consentiat manifeste?

tržní a své cti závidiece, to na obtieženie které strany šeradstvim nebo zlosti neb jiným obyčtcejem zapověděným křivě strojil, a to bylo by okázáno zjevně: tehda ten jakožto pohaněný neb bezectný, má s svého úřadu ssazen býti, na našich všech horách aby nikdy potom žádného úřadu neměl, neb takého hubeného člověka prohřešenie vlastnie ode všeho duostojenstvie odlúčí, a přes to jemu nastanú pokuty, kteréžto proti přestupníkuov práv našich a ustanovení jsaut ustaveny.

§. 8. Než súdeřové mají opatrným rozmyslem vážiti, aby se jim neudálo nadarmo se odvolávati, sami se obtěžujice pracemi a náklady. §. 9. Protož, chce-li kdo pro obtieženie od saudce se odvolati, ten dříve obtieženie se neodvolávaj.

§. 10. Neb z práva odvolanie před obtieženiem nic nenie; nebo ktož se odvolává, má příčinu svého odvolanie pověděti, kteréžto když by byla dovedena, měla by za spravedlnú býti přijata; protož nikoliť se nemá dieti odvolanie pro kteréž koli věci neb řeči hrozivé toho, od kohož chtěl by se odvolati; nebo což tobě uškodí chystanie súdece, jestliže bezprávie neduojde k skutku? §. 11. A protož se od každého obtieženie neslušie odvolávati, než toliko od toho, kteréž se děje na škodu práva toho, ktož se odvolává; aniž má koho přitahnúti k odvolanie vlastní vuoie, ale nuzná potřeba, poněvadž odvolanie nebylo by lékařstvie k obraně nepravosti nalezené, ale na pomoc neviny; protož hodnět jest, aby dobře treskání byli, kteříž se nehodně odvolávaji. §. 12. Od těchto pak obtěžovanie muožet se správně dieti odvolanie: jestliže súdece povolí koho k saudu den sváteční, aneb přestúpi-li mieru vyvodě nález, aneb odpovie-li učiniti spravedlnosti, a v jiných mnohých příhodách, jakož tomu potřeba těch, ješto se súde, káže a naučí. A též muož učiněno býti odvolanie od obtieženie bezprávného, učiní-li přísěžní které straně; než jiným obyčtcejem od úsudkuov přísěžných také má se dieti odvolanie, jakož hned dolejie bude okázáno. Aniž mají súdece a přísěžní za bezprávie počítati, že odsúzený jimi pro obranu práva svého uteče se k odvolanie. §. 14. A podle práva horničieho tiemto obyčtcejem od úsudku, totižto od nálezu přísěžných má se dieti: Když bude vydán úsudek, ihned ten, proti němuž vydán jest, dříve nežli se k jiným činuom obrátí aneb od toho miesta otejde, odvolaj se. Zamietámet zajisté onen obyčtcej, aby stál na tom místě ustrna, aby ani nohy kam směl pohnúti; neb obecne zamietáme každú vtipnost obyčtceje starého, kteréžto toliko na štěstie lidském spoléhá a nečiní ižádné pomoci pravdě neb spravedlnosti nepřinášie, jakož tuto, když se kto odvolal, aby nepohnul nohú, a též když jest svědecstvie vydával; neb dosti jest tuto, aby z toho miesta

Výstraha.

Odvolanie před ortelem vynesenie nicf nenie.

Ne v každém obtieženie má se člověk odvolávati.

V které věci sluší se výše odvolati a v které nic.

Súdece nemá za zlé jmieti odvolávajicimu-se.

Který čas má se dieti odvolanie.

§. 14. Appellans vero sententiam arguendo sic dicat: „Domine iudex, sententiam a juratis contra me latam arguo, offerens me meliorem ab eo loco, a quo de jure teneor, allaturum.“

§. 15. Vel poterit nunc dicere, si lata est contra jus scriptum, aut solitum ordinem judiciorum, ergo nulla, quod me offero legitime ostensurum; quia non prodest appellanti legitimam causam suae appellationis assignare, nisi probet ipse esse veram.

§. 16. Sed si sententia sic arguta contra jus scriptum lata non sit, sed quaestio sit, an aequitatem vel iniquitatem contineat: tunc solum ad nostram providentiam deferatur ad interpretandum per nos, an bene, vel male fuerit iudicatum; nam regulariter ejus est interpretari, cujus est concedere.

§. 17. Sane si inveniatur sententia bene lata, tunc remittatur appellans ad prius examen, appellato per iudicem taxatione praemissa in expensis legitimis condemnandus.

§. 18. Si autem inveniatur sententia male lata, et quod legitime fuerit appellatum: tunc praedicto modo per eum, qui de appellatione cognoscit, appellatus appellanti in expensis legitimis condemnatur; revocatisque in irritum omnibus, quae post appellationem legitime interpositam in praejudicium partis appellantis fuerint attemptata, quia appellatione praecedente nihil innovandum est; et sententia cum omnibus, quae post appellationem legitime interpositam in praejudicium partis appellantis fuerint attemptata, et principalis causa sine debito terminetur.

§. 19. Si autem arguitur, contra jus scriptum sententia esse lata, tunc recurrendum erit ad hunc librum; et si in eo apparuerit, bene sententiam esse latam et frivole appellatum: iterum appellans cum omnibus conditionibus, ut proxime dictum est, ad priorem iudicem remittatur.

§. 20. Sane si sententia inveniatur lata contra jus scriptum, vel solitum ordinem judiciorum: ipso jure nulla est, cum omnibus ipsamque sequentibus pronuncianda est penitus nulla esse; et in hoc appellatus per eum, qui de appellatione cognoscit, in expensis legitimis condemnatur; vel appellans poterit pro expensis ac pro omni suo interesse contra juratos agere, qui ipsum iniqua sententia aut contra jus scriptum prolata vel solitum ordinem judiciorum indebite aggravarunt.

§. 21. Et nos in hoc casu poenas contra juratos indurato animo firmiter prosequemur; nam seniores jurati, in quibus moralis viget maturitas, debent corrigere juniores, ne fines mandati excedant, nostri juris tramites violando; alioquin eis consen-

neodcházal, dokudž by nálezu neštrafoval nebo jemu přivilil zjevně. §. 14. Ten pak, ještoť se odvolává, když štrafuje úsudek, totižto nález, máť takto říci: „Pane súde, úsudek proti mně od přísězných vydaný treskci neb štrafují, podáváje se, že od toho miesta, od něhožto z práva mám přinesti, přinesu lepšie.“ §. 15. Nebo bude moci tehda říci: „Jest ten úsudek vydán proti právu psanému, neb proti obyčejí zvyklému sauduov, protož nenie ižádný, a tot chci právě okázati;“ nebť nenie dosti tomu, ktožť se odvolává, že hodnú příčinu svého odvolanie vydá, leč okáže, že jest pravá. §. 16. Pakliby nález štrafovaný nebyl proti právu psanému vydaný, než bylo by hádanie, totiž tázanie, drží-li rovenstvie čili nepravost: tehdy jedině k naší obmyslnosti má se státi odeslanie, aby námi bylo rozhodeno, jest-li dobře čili zle sauzeno; neb obecne ten má právo vykládati, ktož je má z práva vydávati. §. 17. A bude-li shledáno, že úsudek, totiž nález, jest dobře vydaný, tedy ten, ktož se jest odvolal, má odeslán býti k saudu dřevnímu, aby ho odsaudil k placenie nákladuov pravých súdepi jeho. §. 18. Pakli bude shledáno, že úsudek jest zle vydán a že právě stalo se jest odvolanie: tehda dřive řečeným obyčejem od toho, ktož má rozeznati o tom odvolání, má ten, proti komuž jest odvolanie, tomu, ktož se jest odvolal, býti odsúzen v pravých nákladiech; a ty všecky věci, kteréž jsou se dály pro odvolanie na pohoršenie toho, ktož se jest odvolal, mají býti zkaženy a odvolány; nebo dokudž odvolanie pře neskoná se, nemá nic býti obnovováno; a tak ten úsudek i se všemi jinými běhy, kteříž jsou se po odvolání dáli na pohoršenie tomu, ktož se jest odvolal, mají býti staveni, dokudž toho odvolanie pře nebude rozsúzena. §. 19. Pakli úsudek, totiž nález jest tresktán, že jest proti právu psanému vydán, tehdyť má útočiště býti k těmto knihám; a bude-liť v nich shledáno, že jest úsudek právě vydán a že se jest neprávě stalo odvolanie: tehdy ten, ktož se jest odvolal, se všemi povahami, jakož jest dřive povědieno, má býti k dřevnímu súdeci odeslán. §. 20. Pakli úsudek bude nalezen, že jest proti právu psanému vydán anebo proti zvyklému obyčejí sauduov: tehdyť z práva nic nenie, a se vším, což se jest po něm dalo, má býti usúzen, že moci nemá; a ten, proti komuž se jest stalo odvolanie, skrze toho, ktož o tom odvolanie učinil jest rozeznanie, má býti odsúzen ku placení ztravy a nákladuov tomu, ktož se jest odvolal; neb budeť moci ten, ktož se jest právě odvolal, vésti při proti přísězným, kteřížto nepravý nález jsou vydali a úsudek proti právu psanému aneb proti zvyklému obyčejí neslušně jsou obtiežili. §. 21. A my v té příhodě na přestupitele našeho práva po-

Kterými slovy má se dieti odvolání.

Odvolanie proti právu sanému.

Odvolanie proti právu nalezenému.

Odvolanie má býti vzneseno na krále.

Ktož se neprávě odvolá.

Vyneati-li konšelé zle ortel proti právu psanému.

Dle-li kto, by ortel vynešen byl proti právu, buď utočeno k těmto knihám.

Bude-li ortel proti obyčejí zvyklému.

Odvolavaš muož druhdy držeti při proti konšeluom. Pokuta na konšelé křivý ortel vynášející.

tire viderentur, quia error, cui non resistitur, approbari videtur, nec debet inde procedere injuriarum occasio, unde jura nascuntur.

§. 22. Debent insuper jurati appellantes cum suis literis causam appellationis continentem ad nostram praesentiam, aut camerarii nostri, ad quemcunque tunc fuerit appellatum, expedito ac breviter expedire, omnis dilationis materiam amputando.

§. 23. Utique cordi nobis est, lites sine debito litimari, firmiter statuendo, si appellans, nisi tunc legitime praepeditus, suam appellationem infra quatuor septimanas non fuerit prosecutus: ex tunc pro non appellante habeatur, ac appellato condempnetur legitimis in expensis. Judex quoque appellatione tali non obstante in casu principali procedat, quantum de jure fuerit procedendum, ut hoc saltem timore territus in gravamen alterius non facile quis praesumat quomodolibet appellare.

---

kuty dávno ustavené proti těm přísežným utvrzeným úmyslem pevně budem vésti; neb starší přísežní, v nichžto mravná trvá zralost, majíť treskati mlazšie, atby mezi prikázanie nepřestupovali, našeho práva cesty porušujiece; jinak bylitby domnění jako jim v tom svolujiece; neb blud, jemuž nebývá odepřieno, zdá se, by byl pochválen, anižť má odtud vycházeti bezpravie, odkudž práva se rodie. §. 22. Majít nad to všichni přísežní ty, kteříž se od nich odvolávají, s isty svými, v nichžto pře odvolanie jest popsána, před nás neb před komorníka našeho, aneb k komuž se jest stalo odvolanie, výpravně, brzo a snadně a krátce vypraviti, beze všeho prodlévanie. §. 23. V srdci nám jest zajisté, vždy sauduov slušným koncem uskrovniti, pevně ustanovujíce, jestli žeby ten, ktož se jest odvolal, leč by hodnú příčinú byl zaměstknán, ve čtyřech nedělech o tédne odvolanie svého nedovedlby: tehdyť má jmien býti za neodvolance a má odsúzen býti ku placenie nákladuov súpeři svému. A súdce netbaje odvolanie takového jdi v prvnie při a ved ji, jakož by z práva měla vedena býti, aby tauto bázní jsa aspoň ustrašen, na obtiezenie jiného nesnadně se kto odvolával.

Konšelé polote ortel sepsaný králi zapeštie.

Kto se odvolá, nepřinese-li lepšího ortel ve čtyřech nedělech, daromně jest jeho odvolanie.

## Terrae Lusatiae per Theodoricum marchionem archiepiscopo Magdeburgensi oblatio.

1301.

Diploma cujus contextum hiece exhibemus, inter privilegia terrae Bohemiae in arce Karlsteinensi servabatur, ut testatur inventarium privilegiorum: Na kúpení země lužické: List Theodorika lantgrabie Durinského, kdež prodává zemi Lužickou arcibiskupovi Magdeburškému a v tom listu hned vypisuje meze téhož markrabství MCCC. primo. — Typis exscripsit Balbinus in Miscell. VIII. 259.

Nos Theodoricus junior, Thuringiae landgravius, Orientalis et Lusatiae marchio.

Recognoscimus praesentibus, lucide protestantes:

Quod, cum nos venerabili in Christo patri domino Burchardo, sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopo, et suae ecclesiae terram seu marchiam Lusatiae cum proprietatibus inibi existentibus et cum omnibus suis juribus et pertinentiis, cum bonis infeudatis et non infeudatis, cum munitionibus, oppidis, castris inferius annotatis in eadem terra seu marchia existentibus, item in districtibus, distinctionibus, viis et inviis, molendinis, agris, cultis et incultis, silvis, lignis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, advocatiis, theloneis, monetis et cum omnium praedictorum jurisdictionibus, usibus, utilitatibus, fructibus ad praedictam terram seu marchiam Lusatiae attinentibus — pro sex millibus marcharum argenti vendidissemus et ejusdem terrae seu marchiae proprietates donavissemus, praedictamque terram seu marchiam Lusatiae cum attinentibus omnibus et singulis praenominatis, insuper cum ministerialibus, vasallis et mancipiis et aliis hominibus, cujuscunque conditionis existant, in jam dicta terra seu marchia commorantibus, in supradictum dominum archiepiscopum et ipsius ecclesiam libere et perpetuo possidenda transtulissemus: idem dominus Burchardus Magde-

burgensis ecclesiae archiepiscopus dictam terram seu marchiam cum omnibus et singulis praenominatis nobis in verum et justum et rationabile feudum rationabiliter contulit. Idem feudum seu jus feudale utilis domini, quod ad nos nunc dignoscitur pertinere, ex tunc ad eundem dominum Burchardum et ipsius ecclesiam Magdeburgensem libere devolvetur, ut idem dominus Burchardus archiepiscopus et sua ecclesia terram seu marchiam praedictam cum ministerialibus, vasallis, mancipiis ac omnibus juribus et pertinentiis suis supra nominatis, omni impedimento remoto, habeat et possideat, non solum quoad dominium, sed etiam quoad possessionem, libere et pacifice, pleno jure; ex tunc etiam ministeriales, vasalli, mancipia et homines cuiuscunque conditionis existant in ista terra dicta seu marchia commorantes, immediate ad eundem archiepiscopum ipsiusque ecclesiam pertinebunt. Ex quibus siquidem ministerialibus et vasallis ipsi domino archiepiscopo nomine suae ecclesiae jam homagium praestiterunt.

Item praesentibus protestamur et bona fide promittimus, quod bona, jura feudalia, infeudata et non infeudata terrae seu marchiae praedictae praedicto domino archiepiscopo et ipsius ecclesiae a nobis vendita et resignata et per nos in ipsum translata, absque omni dolo et fraude tenebimus, quae siquidem bona idem dominus archiepiscopus jam fidelibus et ministerialibus suae Magdeburgensis ecclesiae feudali titulo contulit suae ecclesiae possidenda. Principatum vero domino Romanorum regi ad manus praedicti archiepiscopi et suae ecclesiae resignabimus, cum ab eodem domino archiepiscopo aut a suo successore fuerimus requisiti. Quem quidem principatum praenominatus dominus archiepiscopus aut suus successor nobis conferet et conferre tenebitur, prout principatus conferri principaliter consueverunt.

Insuper recognoscimus per praesentes et nos praesentibus obligamus: nos procuraturos et facturos, quod dominus Albertus dilectus pater noster et dominus Fridericus dilectus frater noster venditioni, donationi proprietatum et traditioni hujusmodi suum consensum adhibebunt liberum et expressum, et venditionem, donationem et traditionem praedictas a nobis gratas et factas habebunt firmiter ratas, ita quod praedictus dominus Albertus pater noster infra hinc et proximum exstans festum Natalis Domini suas patentes literas ipsius sigillo sigillatas consensum et ratificationem hujusmodi continentes per ministerialem, qui vulgariter appellatur Jungebarer denestmann, utpote per pincernam, dapiferum, camerarium aut marschalcum ipsius, eidem domino archiepiscopo aut suae ecclesiae destinabit. Hoc idem etiam faciet et eodem modo



frater noster jam praedictus infra subsequentem annum a data praesentium numerandum.

Ut autem consensum et ratihabitionem patris et fratris nostri praedictorum infra terminos praedictos efficere et procurare teneamur, nos oppidum seu munitionem Chubin, Schidelowe cum hominibus et bonis infeudatis et non infeudatis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis etiam ab illa parte aquae, quae Sprewa dicitur, in qua quidem parte praedictum oppidum Chubin situm est, obligavimus et praesentibus obligamus, ita videlicet, quod si utriusque seu amborum consensum et ratihabitionem et literas ratihabitionem et consensum continentes hujusmodi minime procuraverimus, ut est dictum: ex tunc idem oppidum et castrum cum omnibus juribus et pertinentiis praedictis quoad dominium et possessionem perdere debemus et ipsi domino archiepiscopo et suae ecclesiae acquiri debet et libere praesentari, ut idem dominus archiepiscopus et sua ecclesia praedictum oppidum et castrum cum ipsorum pertinentiis habeat et possideat perpetuo pleno jure.

Item recognoscimus per praesentes, quod si feudum seu jus feudale nostrum, quod in marchia praedicta habere et retinuisse dignoscimur, aliqua necessitate cogente, utpote propter captivitatem nostram aut nostrorum hominum aut propter guerras habitas vel habendas, vel propter rerum inopiam aut propter onera debitorum necesse haberemus vendere vel infeudare aut modo quolibet alienare: hoc prius praedicto domino archiepiscopo et suae ecclesiae denuntiare debemus et ipsis comparanda seu emenda exhibere.

Quod si idem dominus archiepiscopus et ipsius ecclesia ea comparare seu emere voluerint, hoc facient ad aestimationem seu arbitrium Richardi de Alsleve Magdeburgensis curiae dapiferi, Henrici de Alsleve, Hermanni de Wederden dicti de Warmpoter ministerialium Magdeburgensis ecclesiae, nec non Friderici de Cholchenburg, Friderici de Istrele, Ottonis de Ilborch dicti Slavi ministerialium ecclesiae, qui ad aestimandum valorem juris nostri, quod in dictis bonis habemus, et ad ordinandum terminum seu diem solvendae pecuniae per praedictum dominum archiepiscopum et suam ecclesiam et per nos sunt communiter deputati; et si quem de praedictis nostris arbitris ab hac vita decedere contigerit, in locum defuncti substituemus aequè dignum infra proximum mensem, postquam super hoc per praedictum dominum archiepiscopum fuerimus requisiti; hoc idem debet facere et faciet dominus archiepiscopus supradictus. Quos si non fecerimus, Lipsk intrabimus, praedictus vero dominus archiepiscopus Magdeburgensis . . . . . ad jacendum intrabit, unde nulla nocte

exibimus, donec per nos aut per jam dictum dominum archiepiscopum in locum defuncti aequae dignus fuerit subrogatus.

Si autem dictus dominus archiepiscopus et sua ecclesia jus nostrum, quod habemus in praedictis bonis, nollent emere vel non possent, postquam ipsis a nobis esset exhibitum, vel per sex dictos ministeriales fuerit aestimatum: ex tunc aliis seu alii in feudum conferre, vendere, obligare vel alio modo alienare licite potuerimus cuicumque, dummodo juri dicti domini archiepiscopi et ipsius ecclesiae in nullo praejudicium generetur.

Nomina vero castrorum, oppidorum, munitionum, terminorum, districtuum praenominatae terrae seu marchiae Lusatiae sunt haec: Praedicta enim terra seu marchia Lusatiae incipit ab illa parte aquae Damis et continet in se terram Zarowe; item praedicta terra incipit ab Oelstera nigra et protenditur usque ad Oderam, et ab Odera usque ad fluvium Stube et a fluvio Stube usque ad fluvium Boberae, et specialiter in se continet terram Sarowe, quae ex Stube usque ad fluvium Boberae extenditur, usque ad terminos Poloniae et usque ad terminos terrae Budissinensis. Item continet in se curiam Preluz et oppidum Trebule, item castrum Golschin et oppidum et castrum Lucowe, oppidum Chubin et oppidum et castrum Lubratz, castrum Schodolove, oppidum et castrum Sprevenberg, curia Dannenrode, oppidum Kalove et novum castrum apud Hodebutz cum oppido et castro Hodebutz, castrum Lubbenow, item castrum et oppidum Vredeburch, castrum et oppidum Scheickendorp, castrum et oppidum Trebitz, curiam Zinnicz, castrum Rychenwalde, curiam Reineswalde, cum villis, molendinis, silvis, nemoribus, fluminibus et aliis ibidem attinentiis, prout superius est expressum.

In cujus rei evidens testimonium praesens scriptum inde confectum nostri sigilli munimine fecimus communi.

Testes sunt honorabiles viri: Bernhardus praepositus dictus de Welpia, Ropertus de Mansfeld camerarius, Otto de Brzerma cantor, Burchardus de Schrapelo magister, Heidenricus de Zupz, Henricus de Prunnenberg canonici Magdeburgensis ecclesiae. Nobiles viri Conradus de Wersberg, Heningus de Phula dictus Strutz, Richardus de Alsleve, Magdeburgensis curiae dapifer, Heyno Gumbertus et Joannes de Alsleve, Hermannus de Wederden, dictus de Warmpoter, Gherekus Landhoy, Joannes de Wreceleve, Joannes burggravius de Lynorch, milites et ministeriales supradictae Magdeburgensis ecclesiae, nec non Otto et Bado de Ylborch junior, Fredehelinus de Kodebuz, Fridhelinus et Bernhardus fratres de Paoh, Joannes et Hermannus burggravius de Gholsyn fratres de Chandesberg, Al-

bertus Knuth, Joannes et Guntherus fratres de Ghelnowe, milites et ministeriales nostri et quam plures alii fide digni.

Actum et datum in Damis anno millesimo trecentesimo primo in inventione Beati Stephani protomartyris.

---

104.

### Wenceslai, filii Wenceslai II., in regem Ungariae votatio.

1301.

Mortuo Andrea rege Ungariae, nullo praeter unicam filiam parvulam herede relicto superstitute, plures potentes comites ac nobiles cum civibus Budensibus ac cum aliis civitatum multarum valentioribus Ungariae convenerunt, ac praevio consilio Wenceslaum, juvenem Wenceslai regis Bohemiae et Poloniae filium, in regem et dominum concorditer elegerunt; attenderunt illi et in memoriaolvebant tenaci, reges Boemiae de prosapia nobili regum Ungariae descendisse (linea nempe muliebri), ingentemque ipsorum potentiam, vigeantem gloriam ac supereminentem divitiarum copiam esse. Rex pater, qui jam duo regna, unum tantum heredem habuit, petitioni gentis Ungariae auditum facilem illico non concessit. Importunis tamen precibus jugiter patri pro filio instabant Ungari, fidelia obsequia pollicentes ei; peculiare quoque regis consilium applicant se ei, allegantes rem et sermonem hujusmodi: „Non te latet, domine rex, et nos ipsi cognoscimus et patres nostri narraverunt nobis, quod lata est Ungariae terra ac ipsius potentia minime mensurata; reges enim Ungariae, qui ante nos fuerunt, per totam fere Germaniam tyrannidem exercentes longe dominati sunt. Et quid est, quod aequo in altum possit extollere regalis honoris et laudis praeconia, aut ordinare melius statum bonum in Boemia, quam si filius tuus, domine rex, regnare coeperit in Ungaria! O quantae ineffabilis supereminentiae suborietur tibi, rex, gloria, cum tua quae jam duorum gestat scepra regnorum dextera, obtineat et tertium, si non per te, tamen per filium! O speranda pacis tranquillitas et praeconizanda inviolabilis securitatis dignitas, cum in Boemiae, Poloniae ac Ungariae regnis una dominabitur et gloriabitur potestas! Dignum opere est, ut non solum filium, sed etiam pro tam communi bono quisvis fidelis immolare debeat, si opus fuerit, et se ipsum!“ — Patre demum annuente Wenceslaus juvenis in Ungariam est profectus, eodemque anno (1301) in die Ruffi mart. per Colocensem archiepiscopum in civitate Alba regnum Ungariae sacro diademate cum praeclara solemnitate festive coronatus est. Sic heres Boemiae factus est rex Ungariae (Chron. Aulae Regiae.)

---

105.

## Foedus inter Wenceslaum II. et regem Franciae contra Albertum regem Romanorum.

1303.

E codice Formularum regis Alberti I. — Palacký Formelbücher I. n. 118.)

Nos Wenceslaus Dei gratia rex Bohemiae et Poloniae.

Notum esse volumus universis praesentes inspecturis, quod nos cum illustri et magnifico domino Philippo Francorum rege, in sinceritate dilectionis et amicitiae specialis vivere cupientes, ad talis cum eo devenimus foederis unionem:

I. Quod contra quemlibet hominem cujuscumque fuerit conditionis, dignitatis et status, et specialiter ac nominatim contra Albertum, qui pro rege Romanorum se gerit, ut nos et praedictus rex firmiter ab imminentibus utrilibet nostrum ab eo periculis nos salubriter praeservemus, promissimus et promittimus cum omni nostra potentia per totum dicti Alberti vitae tempus nos fideliter adjuvare.

II. Ita quod ex nunc statim uterque nostrum, non quaesita vel exspectata alia monitione vel requisitione alterius, ipsius se manifestum inimicum ostendat et actualiter eum, fautores et adjuutores ejus pro cunctis suis viribus impediatur et impugnet, nec alteruter nostrum ab ipsorum impugnationibus desistat sine alterius beneplacito et consensu per ejus literas, cujus inter nos consensus habendus et quaesitus fuerit, apparente.

III. Et ut contra praedictum Albertum tam praedictus rex Franciae quam nos possimus eo ferventius et potentius nos fovere, promittimus ultra illos omnes homines quos in nostris regnis et dominiis obtinebimus, stipendiarios de Teutoniae partibus pro centum millibus marcarum argenti ponderis Praegensis, inclusis in illam summam illis stipendiariis quos jam de dictis Teutoniae partibus convenimus, convenire et acquirere infra hinc et festum beati Jacobi apostoli. Ipse etiam rex Franciae ultra illos homines, qui suo dominio sunt subiecti, stipendiarios de Alimania, qui ipsius dominiis confinibus sunt vicini, pro centum etiam millibus marcarum argenti ejusdem ponderis usque ad praedictum festum convenire promissit, ut tam nos cum nostris quam ipse rex Franciae cum

aus stipendiariis contra praedictum Albertum nos melius et potentius prout praemisimus, adjuvemus.

IV. Promittimus insuper, salva in omnibus Apostolicae sedis reverentia et cultu christianae fidei, quam profiteamur et columus sicut quilibet veri christianae fidei professores, quod si ejusdem sedis antistes cum praedicto rege Franciae, amico nostro carissimo, in concordia vivere secumque amicabiliter stare noluerit et ad ejus dispendia se contulerit, nos una cum domino illustre rege Ungariae Wenceslao filio nostro, toto posse defensionem insistemus ipsius, sibi ad hoc omnem favorem, quem poterimus, impendemus, et his omnibus impeditioem toto posse praestabimus, per quae contra eum idem Apostolicae Sedis antistes robur accipiat, vel ad offendendum suae fortificationis haberet augmentum. Ipse etiam rex Franciae et pro praedicto filio nostro, si ipse summus pontifex nobiscum et cum filio nostro praedicto amicabiliter stare noluerit vel ad nostra vel dicti filii nostri dispendia se converterit, promisit facere illud idem.

Praemissa autem et singula promissa nostra servare, tenere et adimplere, ac contra ea non venire nec facere promittimus, data et praestita super hoc juramenti nomine regis fide nostra.

In cujus rei testimonium etc.

---

106.

## Statuta hospitem mercatorum Pragae frequentantium.

1304.

E codice Urbis antiquae Pragae typis exscripsit E. F. Röslerius in collectione sua: Deutsche Rechtsdenkmäler aus Böhmen und Mähren. I. LXXXVII.

Nos Wenceslaus — — —

notum esse volumus — — —,

quod universitas civium nostrae Antiquae Civitatis Pragae nec non cives Novae Civitatis Pragae sub castro, videntes quod ipsae civitates multa detrimenta et dampna recipiant et receperint a temporibus retroactis propter hospites, de quibuscunque terris sua mercimonia ligata et non ligata in dictas civitates adducentes, de nostra speciali gratia et favore statuerunt:

1. Ut quodcumque dicti hospites cum suis mercimoniis ad dictas civitates venerint, in ipsis civitatibus stare debent

et sua mercimonia ibidem deponere vel ipsa deducere, si eis placet; et si quinque diebus in dictis civitatibus manserint, tunc debent sua mercimonia disligare coram duobus probis viris et notario, qui per cives ad hoc electi fuerint, et tunc dicta mercimonia nullatenus de civitatibus deducere teneantur; quod si non facerent, extunc ad solutionem trium marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneantur, et nihilominus disligare dicta mercimonia tenebuntur, sub conditionibus superius praenotatis.

2. Item statuerunt, ut dicti hospides sua mercimonia non debeant in ipsa civitate Pragensi aliis hospitibus vendere, sed tantum Pragensibus et aliarum civitatum nostrarum de Boemia et Moravia civibus, qui collectas suas et alia jura civitatum facere et exsolvere consueverunt; quod si non facerent, extunc tam hospes vendens quam emens poenae subjaceat praenotatae, ita quod quilibet eorum ad solutionem trium marcarum argenti sine difficultate qualibet teneatur, et tam venditio quam emptio mercimoniorum, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem; et si unus eorum recesserit, et alter remanserit, idem qui remanserit, poenam solvere tenebitur duplicatam.

3. Item statuerunt, ut quilibet hospes, recipiens hospites extraneos ad hospitium suum, apud eosdem hospites nusquam debet emere aliqua mercimonia; et si hospes tam emens quam vendens secus fecerint, extunc quilibet eorum ad solutionem sex marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneatur, et nihilominus emptio et venditio, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem.

4. Item statuerunt, quod quotiescunque aliquis ex civibus utriusque civitatis per duos viros idoneos, quibus fides adhiberi poterit, inculpatus fuerit, quod societatem in venditione et emptione mercimoniorum habuerit cum hospitibus, idem inculpatus debet assumere duos viros idoneos, quorum quilibet ad centum marcas argenti habere dinoscitur; et illi duo cum inculpato juvabunt, quod societatem non habuerit cum hospitibus praenotatis; et si idem inculpatus se expurgare non poterit cum duobus viris idoneis, quod dictam societatem cum hospitibus non habuerit, extunc ad solutionem decem marcarum argenti poenae nomine teneatur, et nihilominus jurabit, quod nullam societatem cum hospitibus de cetero exercere debeat vel habere.

5. Item statuerunt, quod nullus civium utriusque civitatis mercimonia aliqua ab aliquo cive de Flandria vel de Venetiis aut de aliis regionibus quibuscunque, in praedictas civitates ducere debet, ibidem alicui civium assignanda, nisi literam

testimonialem habeat eandem, quam civis aliquis ex ipsis civitatibus pro mercimoniis hospiti suo ad partes praedictas dinoscitur destinasse; et si aliquis civis praedictarum civitatum aliqua mercimonia sine dicta litera in ipsas civitates de quibuscunque regionibus duxerit, ille idem civis tres marcas argenti et quantum denarium de mercimoniis adductis nomine poenae dare et exsolvere teneatur.

5. Statuerunt etiam, ut cum praescriptis poenis muri, turres, pontes fracti, viae, semitae et alii defectus civitatum quicumque fuerint, debeant emendari.

7. Proterea volumus, ut praedicta statuta ad Reinherum de Florentia et ad ejus societatem se aliquatenus non extendant.

Nos autem praedictorum civium supplicationibus in hac parte favorabiliter inclinati, praedicta statuta prout superius sunt expressa, volumus et mandamus inviolabiliter observari.

In quorum omnium testimonium et robur perpetuo validurum praesentes literas fieri et sigillis Majestatis nostrae jussimus communiri.

---

107.

## Conventio inter Albertum regem Romanorum et Wenceslaum III.

1305, 18. Aug.

Pertzii Mon. Germ. Historica : Leges II. pag. 486.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus.

Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod super discordia, quae inter nos ex una parte et illustrem quondam Wenceslaum Bohemiae Poloniaeque regem ex altera vertebatur, dum vixit, cum ejus filio illustri Wenceslao Bohemiae Poloniaeque rege, avunculo et principe nostro carissimo, ad concordiae, quam cum eo cunctis diebus vitae nostrae servare bona fide promittimus, devenimus unionem:

(I.) Primo quod omnis excessus, si quos ipsius avunculi nostri Bohemiae ac Poloniae regis genitor praedictus in nos, vel Imperium quocunque modo commisit, propter quos in ipsum genitorem suum nostra legalis sententia lata vel bannum promulgatum fuissent, quae ejus se extenderent ad heredes, praedictum Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem avunculum nostrum, praedicti quondam Wenceslai Bohemiae

et Poloniae regis filium, heredem et successorem ac heredes suos ab ipsis excessibus suis et bannis absolvimus et in perpetuum auctoritate regia reddimus et esse volumus omnimode absolutos.

(II.) Promittimus praeterea in regia fide, praedictum Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem, avunculum nostrum, heredes et successores suos, Bohemiae et Poloniae reges, in ipsis Bohemiae et Poloniae regnis et omnibus aliis principatibus et terris ac juribus, ac omnibus aliis, quae ad ipsum Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem, avunculum nostrum, ex successione paterna vel quocunque alio titulo pervenerunt, nec de jure, nec de facto, toto vitae nostrae tempore aliquatenus impedire, etiamsi aliquod jus, quod vulgariter dicitur *anspruch*, nobis vel imperio in eis competeret vel diceremus competere vel nobis aut Imperio aliqua competere videretur. Sed ipse Wenceslaus Bohemiae et Poloniae rex, avunculus noster, heredes ac successores sui, Bohemiae et Poloniae reges, praedicta regna, principatus, terras ac omnia supra dicta cum pleno dominio et omnibus regnorum, principatum et terrarum ipsarum titulis, honoribus, juribus, jurisdictionibus, utilitatibus, in terra et super terram, in regnis, principatibus ac omnibus praedictis et ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria vero et hereditaria jure proprietatis et hereditario, debent obtinere in perpetuum et ea libere et pacifice possidere.

(III.) Illustres praeterea Otthonem et Stephanum duces Bavariae, Ottonem, Hermannum, Joannem et Waldemarum marchiones de Brandenburg, qui in guerra et discordia praedicta, quae inter nos et praedictum quondam Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem vertebatur, ipsius regis Bohemiae et fautores et adjutores fuerint; insuper omnes alios, qui notabiliter et actualiter adjutores vel fautores praedicti regis Bohemiae et Poloniae contra nos in eadem discordia sunt vocati et inventi, sive sint banniti, sive proscripti vel obligati per nos vel per alios: praedictae concordiae et unioni includimus et inclusos esse volumus tenore praesentium, et eos omnibus bonis in praedicta concordia, propter praestitum contra nos praedicto regi Bohemiae adjutorium vel favorem, eis ablati et honoribus et juribus eorum restitimus et esse volumus plene et integre restitutos, nec quod eis ex hoc in ipsis bonis et eorum juribus et honoribus ulla diminutio vel laesio aut praejudicium aliquod generetur.

(IV.) Promittimus insuper super terris, hominibus, bonis et juribus terrae Wratislaviensis stare dictis et ordinationi spectabilium virorum, Bertoldi comitis de Hennenberg et



Burkkardi burggravi de Magdeburg, per nos et praedictum Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem, avunculum nostrum, ad hoc concorditer electorum.

(V.) De munitionibus autem, si quas ipsius Wenceslai Bohemiae et Poloniae regis, avunculi nostri, progenitores in terra Egresi, quam cum suis pertinentiis ipse Wenceslaus Bohemiae et Poloniae rex, avunculus noster, ea integritate, qua ipsa terra genitori suo per felicitis memoriae Adolphum Romanorum regem, praedecessorem nostrum, olim fuit, compromisit restituere, sua pecunia comparamus, inter nos et ipsum Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem, avunculum nostrum, taliter est ordinatum: ut eadem munitiones discussioni juris subiaceant, utrum videlicet ad nos vel ad ipsum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae regem, avunculum nostrum, debeant pertinere, nisi ipsas idem Wenceslaus, Bohemiae et Poloniae rex, avunculus noster, a nobis in feudum voluerit obtinere.

In cujus rei testimonium praesentes exinde conscribi et Majestatis nostrae sigillo jussimus communiri.

Datum apud Nürnberg XV. Kal. Septemb. indictione III. Anno Domini MCCV, regni vero nostri anno VIII.

---

108.

## Generalis confirmatio privilegiorum regum Boemiae.

1305, 20 Aug.

Goldastii Appendix documentorum.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Universis sacri Romani imperii fidelibus praesentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Quanquam nostrae benignitatis regia celsitudo quoslibet, quos Romanum ambit imperium, teneatur dulcorosis favoribus et benignis promotionibus amplexari: tamen dignum judicat nostra Serenitas et congruens arbitratur, ut eorum, quos nobis carnalis unit affectio et identitas sanguinis propagat et sociat, honoribus adaugendum et commoditatibus procurandis ferventius et vigilantius intendere debeamus. Ad hoc itaque consideratione habita et respectu illustrem Wenceslaum Bohemiae et Poloniae regem, avunculum et principem nostrum carissimum, ampliori benevolentia et gratiosiori affectu prae aliteris prosequi cupientes, omnia privilegia, feuda, jura, liber-

tates et gratias illustri quondam Wenceslao regi Bohemiae genitori suo, ac sibi et ipsorum heredibus, praedictis regibus Bohemiae, a nobis et nostris praedictis imperatoribus et regibus Romanis concessa et concessas approbamus, innovamus, ratificamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo, ausu temerario, contraire; quod qui facere praesumpserit, gravem nostrae Majestatis offensam se noverit incurrisse.

In cujus nostrae approbationis, innovationis, ratificationis et confirmationis testimonium hoc scriptum exinde fieri et Majestatis nostro sigillo jussimus communiri.

Datum apud Nurnberg XIII. Kal. Septemb. indictione III. Anno Domini MCCCXV, regni vero nostri anno VIII.

---

## Ordo ducum atque regum Boemiae.

Čech, dux Čechorum.

Krok.

Libuša )( Premysl.

### Premyslidae.

Nezamysl.

Mnata.

Vojen.

Unislaus.

Kresomysl.

Neklan.

Hostiwit.

Boriwoj I. (bapt. cc. 874).

Spytigneus I. (cc. 895—912).

Wratisslaus I. (cc. 912—926).

Wenceslaus I. Sanctus (928—935).

Boleslaus I. (936—967).

Boleslaus II. (967—999).

Boleslaus III. (999—1002).

(Wladiwoj, Polonus) 1002—1003.

Jaromír (1003).

Boleslaus III. (denuo dux 1003).

(Boleslaus Polonus,) 1003—1004.

Jaromír (denuo dux 1004—1012).

Udalricus (1012—1037).

Bretisslaus I. (1037—1055).

Spytigneus II. (1055—1061).

Wratisslaus II. (dux 1061—1086, rex 1086—1092).

Conradus I. (1092).

Bretisslaus II. (1092—1100).

Boriwoj II. (1100—1107).

Svatopluk (1107—1109).

Wladisslaus I. (1109—1117).

Boriwoj II. (denuo dux 1117—1120).

Wladisslaus I. (denuo dux 1120—1125).

Soběsslaus I. (1125—1140).

Wladisslaus II. (dux 1140—1158, rex 1158—1173).

Fridericus (1173).

Soběsslaus II. (1173—1178).

Fridericus (denuo dux 1178—1189).

Conradus II. Otto (1189—1191).

Wenceslaus II. (1191—1192).

Přemysl I. (1192—1193).

Bretisslaus III. Henricus episc. (1193—1197).

Wladisslaus III. (1197).

Přemysl I. (denuo dux 1197—1203, rex cognomento Otacarus 1203—1230).

Wenceslaus I. (rex 1230—1253).

Přemysl Otacarus II. (rex 1253—1278).

Wenceslaus II. rex 1278—1305).

Wenceslaus III. (rex 1305—1306).

## Duces Moravorum.

### Mojmiridae.

Mojmír I. (830—846).

Rostisslaus (Rastiz, 846—870).

Svatopluk (Zuentibald, 871—894).

Mojmír II. (894—907?)

## Series episcoporum.

### a) Moraviensium.

Constantinus-Cyrellus 869.

Methodius episc. 869, archiepiscopus 874—895.

Wiching, episc. Nitriensis, suffr. 884-8.

Suffraganeus sedis ignotae.

Gorazd archiepiscopus?

Archiepiscopus et tres suffraganei 900

Wraczen ep.?

### b) Pragensium.

Dietmarus 973—982.

Adalbertus (Wojtěch) Sanctus 983—997.

Thiddag 998—1017.

Eccardus 1017—1023.

Izzo 1023—1030.

Severus 1030—1067.  
 Gehhardus (Jaromir) 1068—1090.  
 Cosmas 1091—1098.  
 Hermannus 1099—1122.  
 Menhardus 1122—1134.  
 Joannes I. 1134—1139.  
 Silvester 1139—1140.  
 Otto 1140—1148.  
 Daniel I. 1148—1167.  
 Gotpoldus 1168.  
 Fridericus 1168—1179.  
 Valentinus 1180—1182.  
 Bretislaus, qui et Henricus 1182—1197.

Daniel II. (Milik) 1197—1214.  
 Andreas 1215—1224.  
 Pilgrimus 1224—1225.  
 Budilov 1225—1226.  
 Joannes II. (de Dražic) 1226—1236.  
 Bernardus 1236—1240.  
 Nicolaus 1241—1258.  
 Joannes III. (de Dražic) 1258—1278.  
 Tobias (de Bechyně) 1278—1296.  
 Gregorius (Zajic de Waldek) 1296—1301.  
 Joannes IV. (de Dražic) 1301—1318.  
 1329—1343.

### c) Olomucensium.

Joannes I. 1063—1085.  
 Wecl 1088—1091.  
 Andreas 1092—1096.  
 Henricus I. 1096—1098.  
 Petrus I. 1090—1104.  
 Joannes II. (Ventrosus) 1104—1126.  
 Henricus II. (Zdik) 1126—1150.  
 Joannes III. 1151—1157.  
 Joannes IV. (Calvus) 1157—1172.  
 Dietleb 1172—1181.  
 Pilgrimus 1182—1184.

Kaim 1184—1194.  
 Engelbertus 1194—1199.  
 Joannes IV. (Bavor) 1199—1201.  
 Robertus 1201—1240.  
 Conradus I. (de Friedberg) 1241—1245.  
 Bruno (de Schaumburg et Holstein) 1245—1281.  
 Theodoricus (de Nova Domo) 1281—1302.  
 Joannes VI. 1302—1311.

### Index rerum.

Accusator falsus 50.  
 actor 376.  
 adulterium 15, 101, 112, 201, 206.  
 advocatus civitatis v. villae 78, 85, 169, 172, 203.  
 — vel prolocutor 59, 400.  
 alapa 79, 60, 100, 204.  
 ackers-teil (mont.) 163.  
 ameth-mann 125.  
 aneuanc 103, 109, 204.  
 angevelle 125.  
 annus et dies 74, 76, 205.  
 anspruch 445.  
 appellatio 95.  
 aqua, judicium aquae 15, 52, 73, 74.  
 — (mont.) impediens 207, 329.  
 archipresbyter 15, 16.  
 archa 155.  
 Banca 91.  
 barones terrae 50, 77, 84, 105, 113, 157, 205.  
 beneficiarii 51, 52, 53, 77, 84.  
 besteller 308.  
 blasphemia 77, 98.  
 blut-runst 107, 204.

bos, jumentum 16.  
 braceare 169, braxatio cerevisiae 60.  
 bulgae (mont.) 294, bulgarum refectores 314.  
 burgenses 115, 117, 201, 202, 207.  
 bute 125.  
 Calumpniae juramentum 75.  
 cambium 127.  
 camerarius judicii 25, 29, 53, 55, 62  
 90, regni 136, 157.  
 campiones 57.  
 camposores 127.  
 canones 10, 14.  
 caput vid. glava.  
 carpentarii (mont.) 268, 304.  
 castellanus 55, 56.  
 castra aedificanda 49, 51, 52, 143.  
 cautis salis 24.  
 census 28, civium 155, tributiorum 111.  
 cimiterium Judorum 132, 138.  
 circulus regalis 27, 105.  
 citatio 376.  
 clamor 169.  
 claves falsae 97.  
 clerici 51.

- collecta generalis 49.  
 colloquium generale 51, 146.  
 coloni (mont.) 270, 271, 308.  
 comes civitatis 15, 16.  
 compositio 105, forma 106.  
 compromissio 172.  
 concessio, porrectio (mont.) 318, 346,  
     352, 353, 358.  
 conductio locatio 368.  
 confessio 398.  
 conflatoria (mont.) 328.  
 connubia 15.  
 consuetudines antiquae 56.  
 consules civitatis 172.  
 contumacia 210.  
 corona regalis 258.  
 crux 97, 104, 203.  
 cultores (mont.) 119.  
 curia (hof) 168, 206, (judiciaria)  
     55, (imperialis) 39, hospitum merca-  
     torum Pragaе 24.  
 custodes (mont.) 268, 270, 306.  
 Čeď 1.  
 chistostne (čistotně) 144.  
 Tham (mont.) 328.  
 Damnicatio 60.  
 debitum 57, 76, 84, 86, 92, 96, 203, 205.  
 deceptor 103.  
 deciae 14, 80, 168.  
 dědina 2, 3, 4, 5, 6.  
 deductio filiae 102.  
 Dei justitia, iudicium 73, 74.  
 denarii 24, 25.  
     — falsi 88, 89, 112, 201, 219.  
     — moravicales 165.  
     — Pragenses 127.  
     — Viennenses 221.  
 denest-mann, jungebarer 437.  
 desky pravdodatně 4.  
 děti 2.  
 děvě súdně 4, 5.  
 dies et annus 140.  
 dies feriales in iudicio 380.  
     — Judaeorum 140.  
 dies peremptorii 76, 113.  
 dinst-mann 125.  
 dinst-wyf 125.  
 discidium 15, divortium 145.  
 divisores metalli (mont.) 312.  
 donatio 372.  
 druho, derho (druh) 63, 70.  
 duellum 105, 200, 210.  
     — iudiciarium 52, 65, 139, 170,  
     199, 200, 202.  
 Ecclesia, res ejus 100.  
 edictum 73, 74, 90, 138.  
 electoratus 246.  
 emenda 127, 170.  
 emptio venditio 362.  
 ern-nachtschicht (mont.) 314.  
 ern-tagschicht (mont.) 314.  
 erholunge 94.  
 erz-kauffer 317.  
 examinatoria monetae 127, 157.  
 exceptio 388.  
 excommunicatio 390.  
 executio 434.  
 exilium 74.  
 expeditio 29, 50, 52, 157, 143.  
 expurgatio 73, in cruce 104, per pro-  
     bos homines 201, per testes, 95.  
 extranei 57, 210.  
 Fabri (mont.) 310, 311.  
 falsarii monetae 60, 87, 88, 94, 127,  
     157, 201, 220.  
 falsi crimen 170.  
 familia 206.  
 famuli 184.  
 ferra, ferramenta (monet.), 127, 218, 222.  
 ferrum ignitum 74, 76, candens 52,  
     manuale 15.  
 ferto argenti 58, 116, 169.  
 feuda 124, 154, 161, 183, 186, 210.  
 fidejussores 30, 73, 74, 76, 79, 92, 201.  
 fiscus v. camera ducis 16.  
 vlangae (valangae) 105, 106.  
Exortis turbis belli Husitici tabulae regni in arce regia Křivoklát (Bürgleins) asservabantur, unde castro ipso a. 1422 die 18. Maii ignibus laeso, Plznam primo, dein in arcem Karlštejn devectae sunt, una cum regni Boemiae et regis iurium libris custodiendae (Pulk. Cont. Mon. B. hist. IV. 162). Téhož léta hrad Křivoklát vyhořal jest zapálením od maršale, kdežto dsky zemské byly prvě chovány s korunú i s jinými klénoty; a odtud jsú

do Plzně neseny; ale již na Karlšteině se chovají, i všechna jiná práva zemská vše zeme české i s korunou království (Let. čestí 52).

Exeunte saeculo XV. tabulae terrae iterum Praegae servabantur: Novae in curia regia Veteropragensi, antiquae in castro Praegensi. Anno 1497 constitutum est, ut antiquae tabulae in castro Praegensi maneant; si vero quis indigerit his tabulis, ut officialis unus cum illo qui vult videre aliquid proscriptum in illis, ascendat et illi legat (ZZVlad. 170, 166, 167).

Ineunte saeculo XVI. omnes tabulae in castro Praegensi repositae sunt, ubi a. 1541 die IV. ante Nonas Junii incendio illo calamitoso correptae penitusque haustae sunt.

E Majestate Carolina, quod monumentum anno circiter 1350 scriptum est, cognoscitur, fuisse tum consuetudinem, ut libri tabularum scribendo completi, quorum ob vetustatem nullus jam usus esset, in sacristia cathedralis ecclesiae Praegensis reponerentur (Nisi haec, quae forent super hereditatibus et causis finitibus jam compositae, quas, ut moris fuit antiquitus, sigillatas prius, in sacristia cathedralis ecclesiae Praegensis volumus custodiri, nullatenus aperiendas, nisi praesentibus supremo camerario et terrae baronibus, ut est moris. Art. XXVII). Inde etiam perscipi potest, quomodo factum sit, ut Victorini Cornelii a Všehrd temporibus contractuum libri, libris Zdislaji a. 1320 confectis antiquiores, in aedibus tabularum terrae non exstarent; dein quomodo ipsorum librorum, in quos citationes aa. 1318—1326 inscribebantur, reliquiae usque ad nostros dies conservari potuerint, quas in arce Novae Domus nuper inventas esse supra scripsimus.

De tabulis Bohemiae multa sunt scripta; attamen hisce demum annis diligentius de iis inquiri scribentur coeptum est.

Rem tractaverunt:

Victorinus Cornelius a Všehrd, *Knihy devatery o praviech a súdiech i o dskách země české (1496—1508)*. V Praze 1841.

Balbinus Bohuslaus, *De tabulis regni Bohemiae (Riegger, Materialien zur Statistik von Böhmen V. 1788. — Balbini Liber Curialis 1793. — Cf. Auersperg, Commentar, Brünn 1816. — Ramhofs J. H. von Ramhofen k. Rath und Declamator bei der k. Landtafel, Bericht vom Ursprung, Aufkommen und Zufällen der preiswürdigsten böhmischen Landtafel. Leipzig 1756. — Riegger, Materialien XI. Heft 1793.*

Voigt Adaut., *Ueber den Geist der böhmischen Gesetze in den verschiedenen Zeitaltern (P. 156, 157)*. Dresden 1788.

Hasner Jos., *Handbuch des landtäflichen Verfahrens im Königreiche Böhmen*. Prag 1824.

Palacký Frant., 1. *Desky zemské (Pomůcka ku poznání řádu zemských království českého v 2. polovici XIII. století. Casopis Českého Musea 1831)*. 2. *Dávno-li desky zemské v Čechách založeny jsou? (Ib. Č. Č. M. 1835)*. — 3) *Vypisky právní a soudní ze starých desk zemských království Českého. (Archiv český II, III, IV.)*

Maloch a Jerábek, *Dsky (Slovník Naučný II. 1862)*.

Jireček Herm., *Příspěvky k literárnímu rozboru památníků práva slovanského v Čechách a na Moravě: Dsky (Č. Č. Musea 1862)*.

Palacký Frant., *Reč o historické důležitosti starých desk zemských r. 1541 pohořelých, a o potřebě i způsobu obnoviti je, pokud možná, zase. (Č. Č. Musea 1863)*.

Jireček Herm., *O obnovení desk zemských r. 1541 shořelých (Č. Č. Musea 1864)*.

Schmidt v. Bergenhold, *Geschichte der Privatgesetzgebung im K. Böhmen 1866. P. 94—101. Prag 1866*.

Emler Joseph., *O zbytcích desk zemských r. 1541 pohořelých (Pojednání kr. české společnosti nauk 1867)*.

Dvorský Franc. et Emler Jos., Reliquiae tabularum terrae citationum vetustissimae (Ib. 1868).

### Tabulae terrae districtuales.

Praeter tabulas terrae etiam tabularum regionalium vel districtualium, quae apud cudas (czudas) asservabantur, reliquiae atque memoriae extant. Cudae autem appellabantur judicia regionum, in quas Bohemiae erat divisa. Quaecumque invenire adhuc contigit, saeculi XIV sunt; eas usque ad initium bellorum Husiticorum in usu fuisse ex rebus in eas relatis apparet.

Tabularum regionalium reliquiae et quae eas olim in usu fuisse demonstrant testimonia, si tempora quibus quaeque scripta sunt observaveris, hoc ordine sese excipiunt:

### Tabulae terrae cudae Nimburgensis.

1322. Wok conqueritur super Marquardum de Zwierzeticz pro vadio CCC m. arg., quia roboravit se sibi amfacibili ordinatione sub hoc vadio, debuit enim excipere de *tabulis terrae in Newburga* (ante festum b. Wenceslai transierunt VI anni hoc anno), et quia non fecit, amisit vadium nominatum.

(*Dvorský et Emler, Reliquiae tabularum terrae citationum vetustissimae, Pragae 1868, p. 65.*)

1407. In villa Cratonoss Pohancze de ibidem decessit. Litera proclamationis in Nimburga sabbato in die S. Georgii emanavit. — Slach de Mezileissie nomine Joannis de Hawranye defendit hereditates praedictas post Pohanczonem proclamas, dicens, eum habere melius jus quam dominum regem, et offert eum probaturum jure obtento *per tabulas Nimbургenses*. — Terminus docendi in crastino Margarethae. Ibi defendens praedictus nihil docuit.

(*Dsky dvorské. — Emler, O zbytcích.*)

### Tabulae terrae Melnicenses.

1348. Carolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex. Notum facimus universis, quod inspectis multiplicibus studiosis obsequiis fidelium nostrorum juratorum et universitatis civium in Melnik, quibus ipsi nobis nec non clarae memoriae illustri Joanni quondam Boemiae regi, genitori nostro carissimo, sinceris affectibus et innatae fidei constantia placuerunt, et se poterunt reddere continuo gratiores, ipsis et successoribus ipsorum universis, nec non civitati Melnicensi *stylum, regimen et annotationem tabularum terrae* habenda, regenda et dirigenda committimus, ipsos cives et civitatem ad gubernationem, possessionem et fructum eiusdem officii virtute praesentium reducentes, ut praedictas tabulas terrae gubernent, omni jure, usufructu ac utilitate possideant, quemadmodum easdem temporibus clarae memoriae illustris Elisabeth, quondam reginae Boemiae, matris nostrae carissimae, in possessione pacifica tenuerunt et sicut idem officium supra dicta mater nostra ipsis dignoscitur erogasse. Inhibentes universis capitaneis, camerariis, subcamerariis, iudicibus, justiciariis, officialibus, vice-officialibus, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne praedictos cives Melnicenses, successores ipsorum et civitatem praedictam in regimine, stylo et annotatione earundem tabularum impediunt, aut sinant per quempiam alium impedi, sub poena nostrae indignationis, quam qui secus fecerit se cognoscat graviter incursum, praesentium sub nostrae Majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Zitaviae anno Domini Millesimo trecentesimo quadagesimo octavo, indictione prima, XV. Kalendas Septembris, regnorum nostrorum anno Romanorum tertio, Boemiae vero secundo. Ad relationem ducis Saxon. Joannes plebanus Noviforensis.

(Orig. in c. r. archivo Vindobonensi. — Felsel, K. Karl IV. Urk. 196.)

#### Tabulae terrae cuae Plznensis.

1389. In villa Dubnyczy Habartus decessit. Litera proclamationis in Pilznam feria III. post festum S. Valentini emanavit. Sezema de Czigicz nomine Jaroslai de Homberka defendit X marcas arg. obtentas per *tabulas czude Plznensis*.

(Dsky dvorské XIII, 181. — Emler, O zbytcích.)

#### Tabulae terrae cuae Satcensis.

1381. In villa Tuchonicz Prziech decessit. Litera proclamationis in Luua, fer. III. ante Benedicti . . . emanavit. Henricus de Smolniczie defendit tres sexagenas census annui in Nehassicz juris obtenti per *tabulas Saczenses*.

(Dsky dvorské XIII, 166. — Emler, O zbytcích.)

1382. In villa Lhota Pawel decessit. Literae proclamationis in Sacz in die S. Vincencii emanavit. Slawibor de Sacz defendit V marcas arg. juris obtenti per *tabulas terrae zude Sacensis*. Frana de Zacz defendit XXV marcas arg. juris obtenti per *tabulas terrae zude Sacensis*. — Terminus docendi utrumque fer. VI. quatuor temporum penthecostes. In eodem termino Slawibor praedictus docuit per *tabulas terrae zude Sacensis*, prout se docturum offerebat, et datum est eidem pro jure obtento.

(Dsky dvorské XIII, 169. — Emler ib. — Archiv český I. 397.)

#### Tabulae terrae Greczensis districtus.

1394. Benessius de Bissicz, alias de Lompnicz, veniens coram pleno beneficio districtus Greczensis recognovit publice, quia tenetur exbrigare Jarossium de Studencze, sicut existit fidejussor pro fratre suo Alberto de Chotieticz obligatus; si autem non exbrigaret, tunc praefatus Jarossius cum filio suo Zdencone de Studencze debet ipsum Benessium de Bissicz impignerare in XX marcis minus lothone, quilibet eorum in decem marcis, vel se intromittere de hereditatibus in villa Hlubokém et in Oleńnice, curia rusticali, silvis, communitate, pratis et omni libertate, et in Libstat judicarium, alias rychtu, cum ortis, libertatibus, et ea vendere, proponere vel facere pro libito suae voluntatis; et promisit dictis beneficiariis praedictos Jarossium et Sdenconem de omnibus dampnis exbrigare, prout in *tabulis Greczensis districtus* plenus continetur. Anno Dom. MCCCLXXXIII. feria IV. ante Luciae.

(Dsky dvorské. — Emler, O zbytcích.)

1395. Benessius de Bissicz veniens coram pleno beneficio Greczensis districtus fassus est et publice recognovit et roboravit Zbraslao filio Jarossii de Studencze, quia tenetur Jarossium patrem eius exbrigare de toto illo debito, ubicunque pro ipso obligatur, et specialiter a Strziezmanno de Rokytniczye pro nobili Alberto de Choticzicz; si autem non exbrigaverit, ex

tunc praedictus Zbraslaus aut post decessum ipsius pater suus Jarossius poterit dictum Benesium de Bissicz in bonis ipsius habitis vel habendis cum solo camerario vel nuntio castellani in decem marcis argenti minus lothone impignerare usque ad totalem summam pecuniae capitalis cum dampnis et impensis, prout in *tabulis Grecozensis districtus* plenius continetur. Anno Dom. MCCCLXXXV. fer. VI. post purificationem Mariae.

(*Dsky dvorské. — Emler, O zbytcích.*)

Quia fecit ei dampnum suo posse sine jure bezpravným plenum cum Jo — actori de L — podle svých desk zemských úřada Hradeckého in sua hereditate in B —; perdit in avena, in piso et in equis pro 10 m. arg. minus loth.

(*Žaloby, in codice manuscripto caes. univ. Prag. 17, E. 4.*)

Quia fecit ei dampnum suo posse sine jure nomine úřada Hradeckého podle jich desk staného práva, in sua hereditate in K —; perdit in diversis annonis, equis pro 100 marc. etc. Post hoc dampnum puovod jich desky neb úředníci pamět.

(*Žaloby.*)

1396. Anno Domini MCCCLXXXVI dominica Respice, infra octavas b. Viti factum est judicium generale coram providis viris Johanne Dubrawecz purgravo in Skala, Marquardo giudice, Stephano magistro civium, Mathyegkone, Hawlikone sartoribus, Marsone ballistario, Joanne Peniczka, Blazcone secundo, Joanne Stawe et ceteris tunc juratis: Ego Adamecz civis in Grez Reginae praesente libro protestor, quia omnem concordiam totalem et finalem feci rationalibiter, benevole, non coacte, per Joannem Dubrawecz purgraviu tunc in Skala, arbitrum generalem inter me et meos amicos aut propinguos quoscunque consanguineos parte ex una, et Stephanum magistrum civium tunc et Mykess Brziezinsky et Hanusskonem Logyk parte ex altera, nil relinquendo in causis, quas movi, citationibus et obtentis in *tabulis terrestribus Grecozensis districtus*, praescriptam concordiam ratam et gratam inviolabiliter tenere promitto per me et per meos amicos, et totaliter cuncta finem habent.

(*E codice manuscripto Jicinensi cc. 1845 apud parochum Joannem Sidon servato.*)

1419. In villa Luzan Johannes dictus Bibrstein de ibidem decessit, cujus bona ad dominum Regem legitime sunt devoluta. Litera proclamationis a. D. 1419 fer. II. ante festum S. Valentini in Garomirz emanavit. Zdena de Luzan defendit praedicta bona post Johannem quondam maritum suum proclamata et offert se probaturam dotalitio tabulis terrae et *tabulis crude districtus Grecozensis*.

(*Dsky dvorské XV, 36. — Emler, O zbytcích.*)

### Liber Lutomericensis.

1413. Jan z Zahoran přišel před úřad Litoměřický, i přiznal se dobrovolně, že má dáti a platiti kopu gr. stříbrných Pražského rázu platu věčného tu s svých dědin v Zahoranech Dorotě, sestře své vlastní, jejím dětem vlastním, a ona to přijala za svůj díel, a to jim má platiti rozdielně den Sv. Havla, ježtož nyní nejprvé přijde, puol kopy gr., a den sv. Jiří inhed potom přišcí puol kopy gr., a tak na každé léto věčně na ty roky má jim platiti. Pakliby kdy svrchupsaný Jan Dorotě nebo jejím dětem nedal,

obměškal anebo dáti nechtěl, tehda Dorota anebo její děti mohú a mají Janovi prvěpsanému na jeho dědinách tu v Zahoranech s jedním komorníkem Litoměřickým bráti své jistinné peníze dotud, dokavadž by jich i s škodami a náklady nevybrali. Impositum A. D. MCCCCXIII. feria sexta post Ostensionem reliquiarum. (*E libro Lutomericensi.*)

(*Ex tabulis curiae regiae. — Pal. Archiv I. 397.*)

### Tabulae terrae Moraviae.

Moravia saeculi XIVmi unum habuit terrae iudicium cum tabulis binis, quarum alterae Olomucii erant, alterae Brunae. Vetustissima earum memoria anni est 1303 et ad czudam Olomucensem refertur; at prima tabularum Brunensium notitia e literis a. 1327 scriptis percipitur. Novam legem de utrarumque tabularum administratione Carolus rex a. 1348 sanxit; „ab antiquis enim temporibus — ait Carolus in literis a. 1359 datis — quaedam consuetudo, imo verius corruptela in marchionatu Moraviae observata fuit et adhuc nostris temporibus, quibus videlicet marchio Moraviae eramus (1333—1346) communiter servabatur, quod vid. castrorum, munitio, praediorum, bonorum, rerum, possessionum, villarum et locorum per Moraviam venditiones, permutationes, donationes, obligationes, cessiones, colligationes et uniones talium inter fratres, consanguineos, agnatos sive affines aut alios quoscumque, coram camerario dicti marchionatus Moraviae agebantur.“

Ab eo inde tempore libri obligationum et inscriptionum usque ad nostram aetatem continuantur et exstant.

Quae de antiquissimis tabulis terrae Moraviae testantur, literae hae sunt:

1303.

In nomine Domini. Amen. Acta legitima crebro per aemulorum casantur calumpnia, seu oblivionis discrimen sentiunt, quin in scripta publica redigantur. Nos igitur Witko de Swabenitz zudarius Moraviae, serie praesentis privilegii profitemur, quod nos deliberato animo et maturo nostrorum amicorum et fidelium consilio, ex pura voluntate meroque favore ac consensu inclyti domini nostri W . . . , Bohemiae et Poloniae regis, ratione dotalitii quingentarum marcarum, sexaginta grossorum Pragensium et duorum pro una marca currentium, quod dotalitium a conjuge nostra Berchta super bona quae dicuntur Potschatek, acceptavimus et recepimus: eidem dominae Berchtae villam nostram Marwyns vice versa pro suo dotalitio, quod nobis habere debet, pro 500 m. gr. praedicti numeri et ponderis, obligamus etc. Si autem nos ipsam dominam supervixerimus, easdem 500 m., quas ab ipsa super bona seu de bonis Potschatek habemus, convertere possumus secundum nostrae arbitrium voluntatis. . Haec acta tam legitime celebrata. . in *tabulas publicas Olomucensis eude*, ad quam universae provinciae Moraviae se reclinant, redegimus in signum efficaciae amplioris.

In cujus rei testimonium praesens scriptum sigillo nostro et sigillis testium subscriptorum duximus communiri. Testes etc.

Actum et datum Brunnae anno Domini MCCCIII, proxima dominica post diem S. Nicolai.

(*Ex originali septem sigillis rite confirmato et in archivo olim monasterii Aulae S. Mariae, nunc terrae Moraviae, asservato typis excerpit Boček: Codex dipl. Mor. V. 158.*)

1327.

Nos Johannes Dei gratia Boemiae et Poloniae rex ac Lucemburgensis comes, ad universorum notitiam praesentium et futurorum volumus pervenire, quod cum ob reverentiam sanctae Dei genitricis, virginis Mariae, loca quaelibet in ipsius honorem fundata veneremur dignis honoribus et prosequamur favoribus gratiosis, specialiter tamen monasterium monialium Aulae Sanctae Mariae in Antiqua Brunna, Cysterkiensis ordinis, Olomucensis diocesis, cujus fundatores sumus et censei volumus, amplectimur favoribus gratiosis. Sane quod cum prius monasterio Aulae Sanctae Mariae, abbatissae et conventui capellam S. Procopii et certa nostra . . . donaverimus omni jure, utilitatibus et jure patronatus, quibus ad nos et praedecessores nostros spectabat, de gratia speciali hujusmodi vero capellae S. Procopii gratias, jura et libertates de munificentia regalis clementiae ampliari volentes, damus et concedimus abbatissae et conventui monasterii praedicti has gratias perpetuo duraturas: (1) Quod quaecumque nos, heredes sive successores nostros, reges Boemiae et marchiones Moraviae, bernam sive steuram in terra Moraviae recipere continget, extunc abbatissa et conventus praedicti monasterii stylum bernae sive notariam supremam bernae Brunnenensis provinciae dare et conferre habeant, cui velint, tali tamen personae, quae ad reddendam rationem sufficiat dictae bernae. (2) Et quod abbatissa et conventus monasterii praelibati etiam habeant dare et conferre notariam zudae Brunnenensis, qui notarius *tabulas terrae* habeat omni jure et utilitate, quo *ab antiquo terrae sive zudae notarii* consueverunt habere, personis tamen idoneis, quibus velint. (3) Et ubicunque moneta sive urbora in toto marchionatu Moraviae nunc est sive in posterum statuatur, volumus et concedimus, ut abbatissa et conventus monasterii saepedicti dare et conferre habeant officium examinationis sive examinitoris in urbora et moneta, omni jure et utilitatibus, quibus in monetis est consuetum examinationis sive examinitoris officium pertractare. Insuper omnia jura, gratias, libertates, immunitates et exemptiones rationabiles, quas dicta capella sancti Procopii ab antiquo habuit, et ea quae rationabiliter demonstrari poterint, approbamus, innovamus et confirmamus, et ex certa nostra scientia perpetuis temporibus stabilimus, praesentibus perpetuo valituris.

In cujus rei testimonium et robur perpetuum praesentes fieri volumus et nostri majoris sigilli munimine jussimus communi.

Actum et datum Brunnae III. Kal. Maii. Anno Domini MCCCXXVII <sup>1)</sup>

(Orig. membr. mon. Aulae S. Mariae. — Chytil Codex VI. 337.)

1348.

Anno Domini MCCCXLVIII in concilio *Olomucii* in crastino b. Jacobi *tabulae terrae* originem habuerunt secundum dispositionem et ordinationem invicti principis et domini, domini regis Romanorum et Bohemiae, quae *tabulae* praedictae *terrae* sive *acta* in potestatem honorabilis viri, domini Witkonis archidiaconi Olomucensis, per consensum dominorum et baronum

<sup>1)</sup> Ad hoc privilegium refertur, quod in Libro domini Ctiborii a Tovačov de jure terrae Moraviae, exeunte saeculo XVto commemoratur: Ten písaf zemský se také dáti má pánem zemským, ač panna abatyše Králové kláštera praví, že by ona jeho podati svobody a obdarování zvlášt-nieho měla; ale toho jest v držení nikdy nevešla, ani kdy kterého podala (V. Brandl, *Kniha Tovačovská* pag. 126).

Moraviae sunt assignatae, praesentibus nobilibus dominis, domino Stephano de Sternberk et domino Johanne de Crawarz et domino Herardo de Cunstat, summis camerariis Olomucii et Brunnae et aliis quam plurimis fide dignis . . .

Anno domini MCCCXLVIII. primo sabbato post festum S. Jacobi ap. *haec tabulae factae sunt in colloquio coram dominis Johanne camerario et Herschone sudario, Witkone archidiacono Olomucensi, notario terrae Moraviae, praesentibus nobilibus viris, dominis Erhardo de Cunstat, Stephano de Sternberk . . .*

## 1348.

In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis ejusdem MCCCXLVIII. feria sexta in die b. Petri ap. ad vincula, coram nobilibus viris, domino Gerhardo de Chunstat, camerario *Brunensi*, honorabili viro, domino et magistro Hermanno, praeposito ecclesiae S. Petri in Brunna, terrae notario, et Theodorico de Spran, czudario ceterisque sudarum, vid. Brunensis, Snyomensis et Jempnicensis beneficiariis et aliis nobilibus et incolis terrae Moraviae quam pluribus, colloquium terrae generale eodem die in civitate Brunneni praedicta celebrantibus, venditiones, donationes et resignationes, ceterique modi alienationis consueti subnotati, rite et rationabiliter sunt peracti, et *tabulae seu libro terrae, quem serenissimus princeps Dominus Karolus Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex, ad preces et de maturo nobilium et consiliariorum suorum consilio, pro insertione vel annotatione venditionum, donationum, prout supra, bonorum sive hereditatum nobilium et incolarum in districtibus supradictis situatorum, provide constituit et creavit, pro testimonio et memoria causarum subscriptarum perpetuo valituris, praesentibus praedictis, sunt inscripti.*

## 1349.

Anno Domini MCCCXLIX. feria sexta post octavas Epiphaniae in *Brunna* in colloquio terrae generali praesentibus nobilibus viris, dominis Gebhardo de Chunstat, camerario, honorabili viro domino Hermanno, praeposito Brunneni, notario terrae, et Theodorico de Spran, czudario Brunneni, ceterorumque districtuum sudarum beneficiariis, aliisque nobilibus et incolis terrae, quam plurimis fide dignis, venditiones, donationes seu resignationes ac congressiones factae sunt infra scriptae . . .

## 1349.

Anno Domini MCCCXLIX in *colloquio Olomucensi* proximo sabbato post festum purificationis coram domino Stephano de Sternberg, praesentibus domino Johanne de Crawarz camerario Olomucensi et domino Herardo de Cunstat camerario Brunneni, domino Hersone de Lelekovicz, zuda Olomucensi, et aliis pluribus fide dignis et domino Witkone arcidiacono Olomucensi et prothonotario terrae, Teoderico de Spran et ceteris aliis . . .

Ceterum tabulae Moravienses alia ratione quam in Bohemia appellantur: nomen enim singulae habent a camerario, cujus quaeque temporibus scriptae sunt. Series earum usque ad exortum bellum Husiticum haec est:

## . Libri Olomucenses.

1. Liber domini Johannis de Crawar, domini de Tyczin et Helfenstein, Crumnaw et Roznaw, camerarii supremi czude Olo-



mucensis 1348—72. (Includit et Librum domini Benessii de Crawar primum 1371—72.)

2. Liber secundus domini Benessii de Crawar, domini de Straznycz et Plumlaw, camerarii supremi czude Olomucensis 1373—74.

3. Liber domini Wenceslai de Straznicz 1376—79.

4. Liber domini Wokonis de Crawar, domini in Tyczin, supremi camerarii czude Olomucensis 1381—86.

5. Liber domini Joannis de Luckow 1386—87.

6. (Caret denominatione: In reverso excussum est insigne domini Ješkoni dicti Puška de Kunstat) 1389—99.

7. Knyehy prwnye pana Petra z Crawarz, pána Plumlow-ského, naywyssyeho komornyka Olomuczského 1406—09.

8. Liber domini Petri de Crawarz, alias de Straznycz 1412.

9. Colloquium primum nobilis domini Wilhelmi de Pernstain, camerarii supremi czude Olomucensis 1417—20.

#### Libri Brunenses.

a) Liber domini Erhardi de Cunstat primus 1348—50.

b) Liber domini Joannis de Crawar, camerarii 1351—52.

c) Liber domini Johannis de Bozkowicz 1353—61.

d) Liber domini Wilhelmi de Cunstat, alias de Polehradicz 1364—67.

e) Liber d. Mathusii de Sternberg alias de Lucow 1368—72.

f) Liber domini Jesskonis de Sternberg 1373—84.

g) Liber Ctiborii de Cymburg 1385—92.

h) Liber domini Erhardi de Cunstat secundi 1398—1404.

i) Colloquium primum et liber nobilis domini Erhardi de Cunstat tertii, camerarii supremi czudae Brunensis 1407—1412.

k) Liber dni Wilhelmi de Pernstein (Kniehy starého pána Wiléma z Pernssteina) 1409.

l) Liber nobilis domini Joannis de Lompaicz, camerarii supremi 1415—18.

Ordo qui circa tabulas Moravienses observabatur, explanatur in libro domini Ctiborii de Cimburg: Editio Demuth pag. 58—67, editio Brandl cap. 88—109. — Ratione historica de his tabulis egerunt Joannes Luksche in libro qui inscribitur: Das alte und neue Recht Mährens und Schlesiens (Bd. II. 1818 p. 19 etc.) et Al. Šembera in dissertatione: Staré desky zemaké i manské v Moravě a Opavsku (Č. Č. Mus. 1846). Ipse contextus antiquissimarum tabularum Olomucensium et Brunensium nuper publici juris factus est, instante Petro equite Chlumecký, impensis nobilium terrae Moraviae, operá imprimis Josephi Chytil et Caroli Demuth. Libri inscribuntur: Die Landtafel des Markgrathums Mähren (Brunae 1854 sq.).

**Tabulae citationum.**

Etiam libri citationum cuae Olomucensis aequae ac Brunensis ad hunc diem exstant, eorumque series a primis annis saeculi XVti incipit. Denominationem libri singuli a signo quod eis est impressum, traxerunt, ut: Strzela (i. e. Sagitta), Hwiezda (i. e. Stella).

(Specimen contextus exhibuit Alois. Šembera in libro nuper edito, qui inscribitur: Dějiny řeci a literatury české.)

**Tabulae terrae Opavienses.**

Uti provincia Olomucensis Brunensisque, ita etiam provincia Opaviensis quae antiquitus Moraviae pars erat (vid. Codex jur. boh. I. 60, 79), suum iudicium suasque tabulas habuit, quae incendio a. 1431 in cineres versae sunt.

(Staré desky zemské i manské v Moravě a v Opavsku. Č. Č. Mus. 1846)

**Tabulae Carnovienses.**

Regio Carnoviensis (Jaegerndorfensis), postquam ab Opavia est sejuncta, quod exeunte saeculo XIV sub principe Nicolao IV factum est, suum iudicium Carnoviae constitutum suasque ibidem tabulas habere coepit. Hae tabulae a. 1404 scribi sunt coeptae; quae in eas referebantur, primis temporibus sermone germanico inscribi solebant.

(Staré desky zemské i manské v Moravě a v Opavsku. Č. Č. Mus. 1846).

**6.****Sententiae a iudicio terrae Bohemiae latae**

(Inventiones baronum — Nálezové)

Barones qui in iudicio terrae Bohemiae iudicum nomine ac potestate fungebantur, decreta sententiasque non ad certa quaedam legum praescripta conformabant, sed auditis examinatisque utrimque litigantium argumentis suo consilio suaque prudentia lites dirimebant. Cujus quidem instituti causam hanc afferebant, quod essent liberi, neque scriptis legibus adstricti; liberum liberis esse, sua decreta scitaque quilibet vel addendo vel demendo immutare. Hanc opinionem in animis confirmatam labefactare non potuerunt iterati conatus regum, qui legibus scriptis corrigere et moderari iudicia voluerunt, veluti a. 1272, quum Otacarus II. vellet „de jure Magdeburgensium et aliarum terrarum et regionum meliora quae sibi et suis fidelibus videbantur, exigere et jus formare et confirmare in regno suo, jura vilia et inutilia amputando, consuetudines malas in melius commutando; quod suis displicuit baronibus“ (Beneš minorita). Item regnante Wenceslao II, qui magistro Gozzio de Urbe Vetere, Italo, a. 1294 in Bohemiam vocato, codicem juris bohemici conscribendum mandavit (Wencelaus 'omnia jura regni sui hactenus diffusa et penitus imperfecta sub certis legum canonumque regulis constringere cogitavit, quatenus secundum suum sensum temerarias in suis causis sententias nullus amplius excogitare praesumeret, imo scripta lege contentus, quemadmodum potens ita et humilis, pro se

pugnare iustitiam in foro cuiuscunque iudicii persentiret. Quidam autem de regno nobiles, his auditis, non modicum doluerunt, et occasione sumpta ab huiusmodi proposito animum regis avertere studuerunt, ne videlicet, si vigor scripti juris per hunc modum invalesceret, fructus quem de abusivis eorum adinventionibus hactenus consueverunt tollere, illis forsitan deperiret. *Chron. Aulae Regiae* Cap. LI).

Idem evenit a. 1355, quum Carolus efficere non potuit, ut corpus legum quod Majestas Carolina est appellatum, in Bohemia valerit. Declarat Carolus in literis revocatoriis anno 1355 datis, se et omnes principes, barones regni ac coronae Bohemiae, suosque insuper et ipsorum heredes et successores perpetuo ad dictorum iurium observantiam non esse ligatos quomodolibet vel astrictos, sed potius solutos ac liberos, statuitque, ut ipse rex et principes et barones et regni et coronae Bohemiae subditi et fideles perpetuo antiquis et consuetis iuribus, omni impedimento cessante, frui pacifice et perpetuis gaudere temporibus debeant.

Attamen in tabulas terrae inscribi sententias suas barones iubebant. Inde nimirum est factum, ut iudicia quae de certa aliqua re fecerant, normae instar essent, ad quam iudicia similibus in causis dirigerentur. Atque profecto decreta et iudicata quae omnium in usu versarentur, de tabulis diligenter exscribi esse solita constat, quae quidem barones ipsi in usum suum excerptanda curabant. Imprimis autem terrae notariis antiquitus concessum liberumque erat, baronum decreta, sive in omnes causas civeseque sive in singulas singulose valerent, exscribere, ut haberent ad quod et ipsi acta sua accomodarent et unde ceteros quoque terrigenas de jure legibusque ambigentes edocerent.

Itaque pergratum nobis accidit, quod supremi terrae iudicii decreta etiam ante funestum annum 1541 quo tabulae terrae flammis conflagrarunt, de eisdem exscripta ad nos pervenerunt, ut *etiamsi tabularum corpus interiiit, mens tamen earum et ratio nobis servata sit.*

Scripta autem, librique in quibus ejusmodi excerpta plus minusve integra leguntur, hi sunt:

a) Officium regni Bohemiae circa tabulas ab a. 1396 (Maciejowski *Historia prawodawstw słowiańskich* VI). — Cit.: **Officium.**

b) Aliquot inventiones baronum, exeunte saeculo XIV. scriptae et in codice manuscripto caes. univ. Prag. 17. E. 4 servatae. — Cit.: **Inventiones.**

c) Domini Andree de Duba, supremi terrae iudicis, interpretatio juris terrae Bohemiae: *Výklad na právo zemské*, ab a. 1400—12 (Arch. II). — Cit.: **Z. Dubá.**

d) Liber wladikonis et iudicii assessoris Alberti Hogeri de Očedělic ab a. 1496, nondum publici juris factus. — Cit.: **Ojř.**

e) Jura et Constitutiones terrae Bohemiae: *Zřízení zemské království Českého* 1500. (Arch. V.) — Cit.: **ZZVlad.**

f) Victorini Cornelli a Všebrd de juribus, iudiciis atque tabulis terrae Bohemiae libri novem: *Knihy devatery o praviech a súdiech i o dskách země české*. 1500—10. — Cit.: **Všebrd.**

g) Corpus sententiarum judicialium collectum anno 1535: *Nálezové* (Právník 1862). — Cit.: **Nálezové.**

h) Excerpta e tabulis terrae vetustissimis Joannis Hodějovii, regni Bohemiae viceiudicis, ab a. 1537 (Balbini *Liber Curialia*, opus posthumum).

i) Excerpta e tabulis terrae per varios codices manuscriptos saeculi XV. dispersa, uti sunt: *Talmbergicus primus, secundus archivi Treboniensis, tertius Musei boemici, quartus bibliothecae caes. Vindobonensis.* — Cit.: **Talmb. — Treb. — Mus. — Vienn.**

Tabulas terrae Bohemiae e reliquiis quae exstant, partim typis describendas curavit celeberrimus Fr. Palacký in collectione quae inscribitur: **Archiv český** I—V. — Quod nos in hoc libro in medium protulimus, solum

ae iudicium sententiae eaque decreta sunt, quibus vigor non specialis, sed universalis inest, quaeque fontem potissimum iuris Bohemiae slavici constituunt et repraesentant.

Intermixta sunt decreta aliquot comitiorum, quae procul dubio tabulis terrae inserta erant.

### Primo Zdislavi.

I. Zdisl.

1320—1336.

#### A. 23.

Inventum fuit et est per barones terrae et juris peritos et etiam viros religiosos, in iudicio facto coram D. Rege, quod donatio vigorem non habuit, pro eo quod Pribislaus fuit clericus ordinatus, vid. subdiaconus; ideo ipsae Clarae nihil dotare potuit (= 1320.)

(*Talmb. — Arch. II. 333.*)

#### A. 28.

Když kto také jakú nešlechtnost nebo svévolnost proti králi, proti zemi, nebo moc proti právu učiní: takového každého zboží na Královskou Milost přichází, by pak ten kdož se toho dopustí, měl syny, bratři, strýce nebo jiné přátely nedielné; neb ti toho nemohú obdržeti, ani toho kterým právem obrániti (To psáno v prvních Zdislavových A. v osmmezciémé: Jan z Boží Milosti... = 1321).

(*Všehrd, Dodatky 486.*)

Kdožby učinil proti králi, aneb: moc proti právu: taková zboží připadají na krále, by pak syny měl (V 1. Zdislavových A. 28. Jan z Boží atd.).

(*Nálezové, O zmatku.*)

#### A. 38.

Ktož svého zboží žádnému nezapíše, svobodu toho plný maje, a přátel žádných nedielných nemá: to zboží pravě a spravedlivě na krále přichází, a JMst takové zboží spravedlivě dává, komuž ráčí. Tak svatě a slavně paměti Jan z Boží milosti český a polský král, dědictvie Milomovo, kterýž bez dědicův zemřel, dal jest Mařanovi z Olešnice a jeho dědicóm (To najdeš v I. dskách Zdislavových A. 38 a jiných toho krále dání bez čísla = 1321).

(*Všehrd, VI. 34.*)

Na krále každé dědictvie připadá, kteréž kto bez odporu a nárokův drží a toho žádnému nezapíše, v tom bez dědicův sejda; taková dědictvie a zboží všecka na krále spravedlivě připadají. (Dóvod ve starších dskách I. Zdislavi A. 38. Jan z Božie milosti.)

(*Všehrd I. 3.*)

**I. Zdisl.** Král muože dáti zboží na JMst spadlé, komuž ráčí. (V I. Zdislavových A. 38).

(*Nález, O nápadích.*)

#### **B. 4.**

Boleslav vévoda slezský, hajtman království českého, zboží Kunšovo z Divišovic, kterýž bez dětí umřel, a naň bylo připadlo, Vladivojovi svú a krále českého mocí dal jest. (To se čte ve dskách Zdislavových I., kteréž sú najstaršie ze všech, B. 4, kdež Boleslav etc.)

(*Všehrd VI. 34.*)

Král muože dáti zboží na JMst spadlé, komuž ráčí. (V I. Zdislavových B. 4, kdež Boleslav atd.)

(*Nálezové, O nápadích.*)

#### **B. 16.**

Kdyžby komu svědkové svědčili, že Jan a Petr jsou praví hromaždníci aneb společníci, mají ti svědkové zpraviti to se zmatkem. (Primo Zdislai B. 16. Causa quae vertebatur.)

(*Nálezové, O spolku a rozdílu.*)

#### **B. 21.**

Jan, král, dědictvie Jana z Kocňovic, kterýž bez dědicův sšel, jinému dal jest. (V týchž dskách Zdislavových I. B. 21.)

(*Všehrd VI. 34. Cf. Všehrd I. 3.*)

#### **B. 42.**

Dcera dědi, když ji otec samu ostaví bez synuov, aneb kdyby i synové byli a zemřeli prvé nežby ji odbyli, anebo kdyžby syny od sebe oddělil a dcera sama neodbyta při otci by zůstala. (V I. Zdisl. B. 42. Jan z boží milosti.)

(*Nálezové, O otci.*)

#### **B. 45.**

Marca sexaginta quatuor grossos Pragenses valet, ubi Johannes rex etc.

(*Talmb. — Arch. II. 334.*)

**B. 47.**

I. Zdisl.

Joannes rex protestatus est ibidem et tabulis terrae studiose mandavit annotari, quod Margaretham orphanam, filiam Prockonis de Slavošova quondam dicti, postquam ibidem pater ejus mortuus esset, non relictis post se aliis suis pueris, sed tantum ipsam filiam, permisit eam gratiose uti eo jure, quod barones terrae invenerunt et de ipsius regis pleno statuerunt consensu: Quod quaelibet filia moriente patre et non relinquente post se filios, gaudere debet de successione omnium bonorum et hereditatum patris, quo filius, eo jure etc.

(*Talm.* — *Arch.* II. 335.)

Ještě pod jmenem dědicův i dědičky se zavírají, neb v právé českém někdy dcera také dědí. (Toho důvod v I. dskách Zdislavových B. 47: Jan z boží milosti.)

(*Všehrd.* IV. 6.)

**D. 40, D. 45.**

Na krále každé dědictvie připadá, kteréž kto bez odporu a nárokův drží, a toho žádnému nezapiše, v tom bez dědicův seřda; taková dědictvie a zboží všecka na krále spravedlivě připadají. (Důvod v starších dskách, I. Zdislai D. 40: Jan český a polský král = 1324.)

(*Všehrd.* I. 3.)

**E. 44.**

Johannes rex dedit ad burgraviatum Pragensem bona.

(*Talm.* — *Arch.* II. 335.)

**Secundo Zdislai.**

II. Zdisl.

1337—1345.

**B. 8.**

Po starých dskách se nachází, že se súd zemský jest držieval i v Praze dole v klášterfch. (O tom psáno v II. Zdislavových B. 8)

(*Všehrd.* II. 1.)

**D. 25.**

Idem ut sub B. 8. (*Všehrd.* II. 1.)

Per quosdam cives Pragenses litigatum fuit, quod homines Cruciferorum hospitalis in pede pontis in Praga, coram eis conventi, respondere deberent jure terrae, ipsis Cruciferis contradicentibus, quod non aliter respondere deberent, nisi secundum quod in eorum

**II. Zdisl.** privilegiis et terrae tabulis plenius continetur. — Tunc D. Karolus, beneficiarii et barones, auditis et diligenter perspectis ipsis privilegiis et tabulis, invenerunt constantissime pro iure: Quod de cetero et perpetuo sic homines eorum, ut in ipsis privilegiis et tabulis continetur, respondere deberent, et nullo unquam tempore in hoc articulo et in omnibus aliis articulis per quemcumque hominum contra ipsos Cruoiferos et hospitale eorum nihil in contrarium deberet penitus attentari; et si quid attentatum fuerit quodocumque per quemcumque, in iudicio sive extra iudicium, hoc statim abjici debet et semper irritum reputari, propter gratiosissima et specialissima ipsorum privilegia, ob pietatem et favorem infirmorum ac debiliū ejusdem hospitalis a pluribus principibus terrae Bohemiae eis prae ceteris specialius concessa (Secundo Zdislai = 1343).

(*Arch. II. 337.*)

### K. 16.

Invenerunt pro iure (vid. literas a. 1316 pag. 5.), quod propter hujusmodi non iudicam ad terrae tabulas impositionem eadem hereditas in Mančic ad ipsum D. regem iure devolutionis ipso facto existit devoluta = 1345, 17. Dec.)

(*Raigrad. — Arch. III. 308 et II. 337.*)

Nález o tom panský, že jeden nedal sobě ve dšky klásti podle práva, a z té příčiny ten statek připadl jest na krále (Secundo Zdislai K. XVI).

(*Ojář.*)

**III. Zdisl.**

### Tertio Zdislai.

1348—1355.

### B. 17.

a) Dominus Karolus rex super haesitatione seu dubio contra, vid. an is qui filium cuiuspiam indivisum a patre suo, nec etiam matrimonialiter conjugatum, ad jus terrae evocaverit, eo non respondente vel nolente contumaciter comparere, hujusmodi actor memoriales super suum jus dare debeat contra reum, vel non? per barones determinari et pro iure inveniri mandavit. Qui barones pro iure invenerunt:

Quod hujusmodi filius, non conjugatus, nec divisus ab ipso patre suo, ad instantiam cuiusvis, pro quacumque re seu causa ad iudicium terrae fuerit evocatus vel citatus: donec divisus ab ipso patre suo vel conjugatus legitime fuerit, non debeat cuiuspiam in iudicio respondere, nec etiam aliquis respondebit eidem, et per con-

sequens memoriales super eundem non debeant, nec per eundem III. Zdisl. contra alios debeant exhiberi.

b) Ceterum ibidem pro jure fuit inventum: Ut nullum juris praejudicium seu nocumentum ex hoc oriatur vel oriri debeat, si quis in hereditatibus suis, per donationem emptione unionem cum aliis vel alio seu testationem vel quovis modo seu titulo alio acquisitis — exceptis dumtaxat hereditatibus in foro judicialiter obtentis — cum camerario a beneficiariis Pragensibus dato infra tres annos continuos et sex septimanas a die assecutionis hereditatum earundem non fuerit dominatus, quorundam prava adinventione seu consuetudine dominationis praedictae, quae potius corruptela dicenda est, quae in talibus servabatur, non obstante. Quam quidem adinventionem pravam praedictorum seu dominationem praedictam, barones cassaverunt irrevocabiliter et etiam annullaverunt, censentes eandem dominationem nullius esse ammodo efficaciae vel momenti. (III. Zdislai B. 17 = 1348, 17. Mart.)

(*Raigrad. — Arch. III. 308. — Cf. Talm. — Arch. II. 338.*)

a) Nalezli vuobec za právo: Syn nedielný otce svého nenie povinen v saudu zemském žádnému odpoviedati z dědictvie otce svého. A také žádný otec z synových závad není povinen statkem svým za něho platiti, dokudž jest otec živ (v quaternu III. Zdislai B. 17.)

(*ZZVlad. — Arch. V. 16.*)

Nalezli za právo, že syn nejša dielen otce svého a nemaje manželky, nenie povinen v saudu zemském žádnému odpoviedati z dědin otce svého, jakož bylo první za právo nalezeno. (Tertio Zdislai, B. 17.)

(*Výpis z desk 1534. Arch. V. 510. — Arch. II. 338.*)

Syna od otce nedielného nepoháněj; neb nestane-li, nic ani sobě ani otci neztratí. (Nález o tom v III. dskách Zdislavových B. 17. Karel se pány).

(*Všehrd, III. 7.*)

Syn neoddělený od svého otce nemá býti pohánien z otcovských věcí. (V 3. Zdislav. B. 17. Král se pány.)

(*Nálezy, O žalobách.*)

b) Páni vuobec za právoalezli a na věčnost bez pohnutí: Aby žádný na svých dědinách žádné škody neměl, ani svého práva co pohoršil, ješto by naň přišlo aneb připadlo po přieteli, aneb po společníku, aneb zápisem budiž jakýmžkoli, nápadem, kdyžby po nápadu těch dědin ve třech létech a v XVIII nedělích pořád zběhlých na nich nepanoval komorníkem pražským. A ten nespravedlivý nález aneb zvyklost zlá, ješto jest při těch věcech se zachovávala, takové



III. Zdiel. panování kázali sú páni v nic obrátiti, a to neproměnně ustavivše. že takové panování od té chvíle moci žádně mieti nemá. Než při tom jest znamenitě vymieněno: „krom dědin, kteréby se saudem obdržely“, kto by na nich v třech létech a osmnásti nedělách nepanoval, bude jemu to se škodů a právn jeho ku pohoršení (Tertio Zdislai B. XVII).

(Ojříř. — *Talmb. Arch. II. 338*).

Cc. 1348.

Sancimus, nemini omnino licere juxta limites regni nostri Boemiae ferri candentis vel aquae frigidae experimento uti aut alio genere experimentorum similium, vel inducere ad utendum (Maj. Car. XXXIX).

Mnoho obyčejův pohanských v právě zemském českém jest držáno, jako očista železem horúcim aneb uvrzenie na vodu. A ten obyčej stál bez přietrži až do ciesaře Karla a do kněze arcibiskupa Arnošta prvního Pražského; ten jest ciesař, s plnú radú arcibiskupa i všech panův a zeman, ten obyčej zrušil, že jedno žaloby maji v sobě tři škody mieti, a nic vice; a pohnaný má samú přísahú otyti póvoda. (Z Dubé 1.)

Co-j' pak zlého v našich hříšných zemských praviech, ješto-j' ješto v nich mnoho pohanského obyčeje! A kakž-koli některého jest polepšeno za ctuého arcibiskupa Arnusta, jako onoho, ješto sú Boha pokúšeli, po některých žalobách na vodu mecíc, aby voda ukázala, jest-li vinen nebo není; po některých pak horúcie železo z ohně vynmúc dávali je v holé ruce, a druhdy i nevinnému, aby tak ukázal svú nevinu! (Tomáš ze Štítného, O obecnych věcech křestanských: Súdciem.)

Ordinatio communis pacis per nonnullos tam de Boemia quam de Moravia barones et wladicones per juramenta corporalia in generali colloquio Pragae edita et firmata = 1350.

Per barones inventum est:

(1.) Quod cum poprawczones, villici, militares homines, vel cujuscunque fuerit conditionis status homines, profugos persequerentur, et illi profugi coram eis fugam receperint, quod ubicunque militares homines vel cujuscunque sint conditionis, audientes clamorem vel recipientes nuntium a persequentibus praedictorum profugorum non exirent et eos non juvarent modo simili persequendo cum crida ac clamore: ille militaris homo pro emenda quinque marcas solvat, nisi haberet excusationem infirmitatis vel absentiae, quod tempore illo absens fuisset. Et si inculparetur de contrario, tunc debet jurare, quod sit innocens, et purgabit se per juramentum. Si vero in eodem iuramento errabit, perdet similiter quinque marcas. Ipsum vero juramentum praestare tenebitur coram nobis (i. e. rege) aut poprawczonibus tunc praesentibus.

(2.) Si autem praenominati persecutores profugorum prope villas eos profugos persecuti fuerint ita, quod illi de villa clamorem pos-

sint audire, vel eorum nuntium receperint, et si tunc omnes de illa villa, qui sani sunt corpore, non current cum eis similiter persequendo: tunc de quolibet laneo ratione poenae dominus illius villae debet recipere quinque grossos; quos si non receperit infra quindenam, det ipse dominus personaliter pro huiusmodi sua negligentia quinque marcas nobis, similiter et poprawczonibus.

(3.) Et qui de aliqua re ipsos profugos repulserit, quod sibi habeat, nisi sit per profugos alicui ipsa res ablata.

(4.) Praeterea est inventum, quod ubicumque tabernae celebris memoriae regis Wenczeslai, avi et praedecessoris nostri carissimi, publice hucusque fuerint, adhuc esse debeant, impedimento quolibet non obstante; tabernatores quoque in villis ubicumque residentes ad vendendum cerevisiam brasia facere non debent, sed ipsam cerevisiam in civitatibus seu oppidis ipsis magis contiguus debebunt et tenentur emptionis titulo comparare (= 1350).

(*E literis Caroli regis Praegae a. 1350 Sabbato proximo ante dominicam: Misericordia Domini iudici, juratis ac communitati civium civitatis Iglaviae datis. — Hormayer, Taschenbuch für die vaterl. Geschichte. S. 188, J. A. Tomaschek, Deutsches Recht in Oesterreich im XIII. Jahrhundert. 334.*)

### Decretum comitiarum regni Bohemiae 1356.

A. D. 1356 dominus Karolus Romanorum imperator et Bohemiae rex, considerans, quia in regno suo Bohemiae multa committebantur latrocinia, et malorum hominum, quorum magna excreverat multitudo, delicta remanebant impunita, volens tantis malis occurrere, congregato magno concilio principum, baronum, nobilium, wladikonum et civium ad regni Bohemiae coronam pertinentium, de ipsorum communi consilio et consensu statuit et lege perpetuis temporibus servanda sancivit et pro iure adinvenit:

(1.) Ut si quis baronum, nobilium, wladikonum vel civium vel alia quaecunque persona laicalis cujuscunque status vel praeeminentiae existat, pro crimine furti, latrocinii, seu rapinae accusata, proscripta vel condemnata fuerit, et se de huiusmodi crimine secundum ius terrae infra terminum sibi statutum expurgare non posset, aut si ejusmodi sui excessus sunt notorii vel manifesti: quod deinceps eadem persona perpetuo sit infamis, careatque omni jure et ad nullos actus legitimos vel honorificos admittatur, tam in judiciis, quam extra, ubicunque locorum, non obstante, si ipse imperator vel sui heredes aut successores, reges Bohemiae, tali dampnato, proscripto, accusato vel bannito darent veniam de commissis vel gratiam, etiam sub quacunque forma verborum vel literarum, quia talis gratia seu restitutio erit civiliter intelligenda.

(2.) Videlicet, quod idem sic restitutus seu reformatus gratiae regiae, mortem temporalem quam propter mala sua prome-

III. **Zděl.** ruit, ex indulgentia principis non patiat, sed tamen hiis quibus dampna intulerit, satisfaciatur iuxta suae possibilitatis facultates.

(3.) Et quamvis omnia restituerit, nihilominus tamen infamis remaneat, et omni jure atque honore careat toto tempore vitae suae. (Concordant sacrae leges et canones, quae dicunt, quod non potest facere iudex, quin condemnatum furti sequatur infamia, et iterum: Licet animas per poenitentias salvare possimus, infamiam tamen abolere non possumus.)

(4.) Statutum est etiam in eodem concilio, ut pauperibus quibus hactenus modica vel nulla iustitia in terrae iudicio reddebatur erga divites et quoscumque barones, fieret debita iustitia et iustitiae executio conveniens.

(Benessii de Weitmil Cron. lib. IV. 1356).

I. **Prien.**

**Primo Prisenakonis.**

1356—1361.

**L. 18.**

Jindřich ze Hradce mocný otcovský poručník . . . přiznal se, že prodal dědictví sirotkuov . . . za 300 kop. gr. a seznal, že jest tu summu peněz všicku přijal.

(Talb. — Arch. II. 339.)

I. **Dač.**

**Primo Dačic.**

1361—1364.

II. **Dač.**

**Secundo Dačic.**

1365—1369.

**A. 6.**

Najjasnějš knieže a pán, pan Karel římský král a český král, rozkázal ve dsky zemské vložit, že páni země české našli za právo: Že ktožby koli člověka zabil, ten vražedník z toho mordu aneb z hlavy na svém právě neb saudu, k kterémuž příleží a přisedí, a ne na jiném, totižto zemanín v zemském, man na manském, měštěnin na městském právě nařekán neb viněn býti má (Secundo Dačic A. 6—1366).

(Talb. — Arch. II. 340. — ZZVlad. — Arch. V. 433.)

## G. 2.

H. Dač.

Litterae studentium in theologia et artibus (Secundo Dačic G. II).  
(*E cod. mon. Crucif. Prag. — Rieger, Materialien VI. 203.*)

## O. 12.

Která města, země a zámky císař Karel k české zemi a k českému království dobyl a připojil (Secundo Dačic O. 12).

(*Nálezové, O králi.*)

## Decretum comitiorum de iuramentis. 1368.

Eodem tempore 1368 dominus imperator advertit sapienter et invenit, quod circa formam iuramenti in jure terrae Bohemiae, quae quidem forma longa nimium et periculosa erat, multae commitebantur malitiae atque fraudes. Volens igitur ipse obviare hujusmodi malitiis et fraudes malorum destruere, de communi consilio et consensu baronum, nobilium, wladikonum regni Bohemiae, hujusmodi formam iuramenti abbreviavit et sic abbreviatam statuit in iudicio terrae perpetuis temporibus observandum. Et est forma haec:

*De quibus me (talís) inculpat, de hiis sum innocens. Sic me Deus adjuvet et omnes sancti Dei.*

Prior vero forma et antiqua iuramenti formabatur secundum formam querelae propositae, et ita longa erat, quod paucissimi poterant pertransire; unde necesse fuit hujusmodi fraudibus obviare.

(*Benessii de Weitmil Cron. IV. 1368.*)

Forma iuramentorum: *Na tom przysaham, giemž mye N. wyny, bych sye gemu w geho diedyňy uwazal bezprawnye, tyem sem gemu w tym newynen. Tak my Boh pomahay y wsy swyety.* (Ita Domini barones invenerant anno LXVIII. f. VI. quatuor temporum Pentecostes.)

(*E codice man. juris bohemicí olím Zaluskiáno, nunc caes. bibliothecae Petropolensis.*)

Potom opět císař Karel ustavil že kratšími slovy již přísahaji, nežli dřeve; neb dřeve ten, ktož pohonil, učinil žalobu velmė dlúhú a nesnadnú, a sám se jí učil několik neděl' neb jeho řečník, aby jí uměl prožalovati: a druhý pak, jen třikrát jí uslyše, měl přísíeći týmiž slovy, a jakž chybil na jediném slovu, tak vše ztratil. To-j' již minulo.

(*Štitný, O obecných věcech křest. — Súdciem.*)

## I. Ulr.

## Primo Ulrici.

1371—1375.

## D. 15.

Najjasnejší knieže a pán, pan Karel etc. rozkázal všem úředníkom Pražským desk zemských mocně a přísně, aby žádných sirotkuov k spolkuom nepřipúščeli, jediné leč-by je prvě osobně opatřili a na ně pohleděli (Primo Ulrici D. 15 = 1372).

(ZZVlad. — Arch. V. 499. — Arch. II. 340.)

Inventio baronum super citatis pro capite. Ante a. 1378.

Invenerunt barones pro iure: Quod si citatus (pro capite) jurando non processerit, tunc statim captivari debet et apud purgraviū Pragensem detineri in carcere perpetuo. Si autem amicus ipsius purgraviū fuerit, tunc servabitur in carceribus, ubi domino regi et baronibus videbitur expedire, tam diu, donec ipsi regi et baronibus de ejus innocentia constiterit, aut ipse actor et amici ejus supplicaverint, ut dimitteretur.

229. Když pówod žaluje (o kón neb) cožkolivěk, že je vchoval na svém hnoji i živo i mrtvo: tehda právo postihnutí pówodu svědky, jakž draho zceněno; právo, jako z dluhu, na kříži. — Pakli proti tej žalobě odpovéd taká, že die: „ten kón, nebo cožkolivěk, jehož se Mikeš z Unhošče a mae jal, ten se je rodil na mém hnoji i živ.

i mrtví, na to jinám pravějšie lidí: tehda právo o to hřebi, čím se svědkóm právo dostane; ale voda neslušie. — Pakli odpovie, že die: „tento kón, jehož se Mikeš z Unhošče jal, ten mř je takto přišel“, a nevěř-li, by se u neho urodil: tehda právo na pówodových svědcích ledno. — Pakli pówod žaloval, že jeho nezchoval na svém hnoji; ledno že mu jinak přišel; ale pohuaný brání, že jej vchoval mřva i živa na svém hnoji: tehda právo na odpoviedačových svědcích.

230. Když pówod žaluje, jehož se jal, nebo cožkolivěk kápl, nebo kak mu jest přišel, pověděl; ale odpovie-li, že die: „nevěři tomu, by byl tvój“: tehda právo pówodu vypršiesci, jehož se jal, samému svá rukú na kříži, a pówodovi svědci sešli; více práva neate.

231. Když pówod žaluje, jehož se jal, kolko let jměl dřeva, než jej ztratil: odpovie-li že je méně let jměl, než pówod pověděl: tehda právo na pówodových svědcích ostalo, že převyšil léta pówod, a nebož se jato, nebo vyfjerajú to; svědci sešli; že ponižl let. — Pakli by otpierač převyšil pówodovi, by více let jměl, než pówod jměl, doniž neztratil: tehda hřebi mezi svědky o léta. — Tehda právo úřadu vyznati saměmi sobú, nebo listem, že je to, jehož se jeli, že se jemu bylo s právem dostalo, a ot nich dále nebo jemu podáno; a to berú na svú duši i na vieru. — Pakli toho svědectvie nepřinesl nebo nepřivedl: tehda je, ktož se doložil úřada, ten buďe ztratil bez přísah.

232. Ježto se popravec doloží, tomu vyznati samiem sobú nebo listem svým, že to bře na své kmetstvo, že mu se je s právem dostal u provinění, a ot neho neb ot jeho tovariše dostal se jemu, nebo u nebož se jato. Tehda když tak vyzná, bezpravně se jal; pakli tak popravec nevyzná, tehda jest propřel.

233. Ježto se desk dokládá, tehda právo přinesti list, kak dsky svědčie, s právem-li se jemu dostalo, nebo dsky uslyšte, s právem-li mu užiti jich.

**XXXIII. O zavržení svědka svědectvie.**

**XXXIV. Z hlavy i z přihlavného dobytka pomocníky zpraviti se, kaké přivesti.**

**XXXV. Z ženakého podávenie kaké přivesti svědectvie.**

**XXXVI. Kak svědectvie věsti, nebo pomocníky, všech řečí, vřp, i všech nároków zpraviti se.**

(Znamenáno, kak se v slubnie řeči (s ludmř?) z eo zpraviti.)

234. Z plena právo se spraviti zemským právem, jemuž vinu dávajú, saměmu třetiemu. Ale byloliby pravějšě, aby pówod přísáhl napřed z své ikody: tehdy právo byloby odpoviedači otpřiesci se; potom za vodu dva pomocníky otpřieszta, že je nevinen, z nebož popřiesžen. — Z lápeže takéž, z zlodějstva takéž, z přieboje takéž, z lesa posědnie takéž.

**XXXVI.** 235. Ježto svědky za vodu, z dluhův, nebo z dědin, nebo což ve dsky slušie: též právo, jako v úředě; ledno voda sešla mezi nimi z toho, ale ledno za vodu vrci hřebě. Tehda, když svědky postavie před křížem, rciz: „svědek,“ nebo „svědci právo vezmá.“

236. Z ohně právo se zpraviti, komuz vinu dávajú, samému sedmému. Ale byloliby pravějšě, pódvod popřísez napřed svú škodu; tehda odpoviedač otpřisiehá se také, a za železo šest pomocníkův otpřisete, že nevinen. — Z výboje takéž, ze sverepic takéž, z hlavy takéž, z přihlavného dobytka takéž, z chromoty takéž.

237. (Ježto se zpraviti samému svú rukú.) Zrady právo se otepřieti samému svú ruku, jemuž vinu dávajú; sirotčie právo. Pakliby žaloval z toho pódvod, a odpoviedač jemu nebránil, na odpovědi pódvodovi vésti právo za vodu. Z přivedenie takéž, z žitie, z přijetie takéž.

238. (Ježto vypřisieci z ran.) Z modrých právo popřisieci samému svú rukú pódvodu, zjevě co jej ran bolelo, nebo dáno; z otvřitých ran i z síných takéž.

239. Z podávenie dievky právo se otepřieti samému sedmému.

240. Z hanby ženské též právo, jako z dievky.

**XXXVII.** **XXXVII.** Kto móż svědkem býti čím nebo ze co jich kak vésti, o jetiú svědka.

## 8.

### Fragmentum praxeos judiciariae.

Exscriptum e codice manu scripto olim Crumloviensi, nunc caes. reg. bibliothecae universitatis Pragensis, signato XVII. C. 22. Idem contextus reperitur in codice manu scripto bibliothecae principum a Colloredo-Mansfeld sec. XV, Stockholmio Pragam delato.

#### *I. Kdyžby kto chtěl držeti koho dlúho na útocích.*

Kdyžby kto chtěl koho na útocích držeti dlúho, uteka se ke dskám nebo k tomu úředníku, kterýž komorníky vydává, vložiz útok naň, nechajž státi do šesti neděl, opraviz rok až do druhých šesti neděl, a když druhých šest neděl a když třetích šest neděl mine, vlož na něho póhon ve dsky k čtvrtým šesti nedělem, a kaž pohnati. A když rok přijde svědčiti póhonu, kaž komorníku, ač změte svědčenie; a když nebude svědčeno, tehdy máš lhótu mieti do šesti neděl. Tu pak nedada minúti tēm šesti nedělem, vložiz opět útok znovu, opravujž opět vždy v šesti nedělech až do třetice. A když mine opět osmnácte neděl, kažiz jej opět i druhé pohnati, změtiž opět póhon; tu opět máš mieti lhótu do šesti neděl. Tu pak opět nepropúštěje šesti neděl, vložiz útok, opravujž rok vždy v šesti ne-

dělech až do třetice, jakožs prvé provolal. A když poslední rok přijde, kažiž pohnati anebo propust jeho; neb nemuožeš jeho déle na útoctch držeti.

(Cf. *Andraeae a Duba Výklad §. 114.*)

## II. Kdyžby kto chtěl pohnati koho, an své dědiny jiným zapsal.

Kdyžby kto chtěl koho pohnati, an své dědiny jiným zapsal, a neměl nikdež dědin svobodných, muož jej pohnati z tkáče. A když bude pónon klásti ve dsky, má jej vložiti „odnikudž“ (jmenuje jej pravým jmenem); a když jej bude chtieti pohnati, má mieti komorníka pražského v městě najbližšiem odtud, tu kdež ten sedí, i má v trhový den biříče dobytí, aby lidi svolal v hromadu svým obyčejem, až do třetice. Tu komorník pražský má říci: „Prav jeden druhému, žeř pohnám tohoto, ješto tuto bydlí, a nemá svobodných dědin, a proto jej jmenuji „odnikudž,“ neb jest své dědiny jiným zavadil, aby stál tento den (jmenuje rok, k kterému jej pohní).“ A když rok přijde, stane-li pohnaný, muož odpovědieti i brániti se právem, jako jiný zeměnin; pakliby nestál nebo kterak právo ztratil, tehdy ten, ješto jej pohní, dada naň památné, má vésti své právo obyčejem takovýmto:

Když minú po staném roku dvě neděli nebo vice, opět má vzieti komorníka pražského a dobytí biříce v témž městě, jakož jest prvé pohnán, aby opět lid svolal svým právem. Tu komorník pražský má říci: „Prav jeden druhému, že tento odtudto obdržal právo na tomto „odnikudž“ (jmenuje jej tím jmenem, jakož jest pohnán), a dán jest jemu rok do desieti neděl, aby se s ním smluvil o to právo, jakož jest na něm obdržal.“ A když mine šest neděl těch k úmluvě nebo k smluvení: tehdy ten, ktož pohní, má vzieti úředníka pražského a komorníka s ním, a opět do tého města jíti a biříče dobytí, aby lid svolal svým právem nebo řádem jako dřeve. Tu úředník má lidem povědieti a říka: „Protože se jest nesmluvil tento (jako jej pohnil) „odnikudž,“ s tímto (jmenuje je) obzvodím toho, kterýž jej pohnil, na toho pohnaného i na jeho sbožie movité i nemovité, kdež má nebo mieti bude.“ A když vzvod ve dsky vložen bude, tehdy třikrát opanovati ve dvě neděli a ve dvě až do třetice. A když to vše učiní a ve dsky vloží, tehdy má jemu dán býti úředník na ohledání všeho jeho sbožie. Pakliby sbožie neměl, ale i naň na samého. A kdyžby to ohledání ve dsky vešlo, tehdy po šesti nedělích má jemu dán býti list od úřada pražského pod pečeti úředníčí ke všem popravcóm, purkrabím i vládařuom, purgmistruom i rychtářom, aby jemu jej jali a v ruce dali za pravého jistce zatkaného i otsúzeného pravým zemským právem, a on má zaručiti králi i pražskému úřadu, že nemá jemu životu nic učiniti, ale chovati jej, ani tepla ani studena, ani syta ani lačna, až do své vuole nebo do smlávy o své právo.

## Majestas Carolina.

Singulare juris boemici monumentum codex est imperatoris et regis Caroli IV, qui Majestas Carolina appellatur. Notum erat Carolo IV, quid a superioribus regibus Premyslao II et Wenceslao II tentatum esset, quum corpus legum scriptum quibus omnes regni incolae tenerentur, confici promulgarique vellent; quin etiam illius codicis qui Wenceslao regnante fuerat confectus, leges aliquot ad manus ipsi fuerunt. Unde ignorare non potuit, utriusque regis conatum, quod comitia et barones refragarentur, ad irritum cecidisse. At parum prospero illorum successu minime deterritus dequo rem eandem aggressus corpus juris quod auctoris sui nomen tenet, perfecit.

In Prooemio rex multis verbis exponit, quo consilio ejusmodi corpus juris instituerit; induxisse in animum non solum „constitutiones et leges novas condere,“ sed etiam antiquiores leges vel scriptas vel usu et consuetudine confirmatas renovare, atque in unum codicem colligere (quin etiam antiquas leges plurimas, quas partim in scriptis, licet in compositis et confuse redactis, partim vero sola consuetudine et utentium moribus approbatas, per praedecessores nostros, reges Boemiae factas, invenimus vel concessas, in unum codicem, Majestatis Nostrae felici nomine nuncupandum, retigere).

Ejus codicis capita et praescriptiones in omnibus causarum et quaestionum generibus valere debebant ita, ut juris constituendi libertas quae usque ad illa tempora obtinuerat, subinde tolleretur (per quas i. e. leges cunctis iudiciis aut officialibus nostris, majoribus et minoribus, recte iudicandi, secundum quod scriptum invenerint, materia praebeatur, et variandi iudicia in causis eisdem vel similibus — quod saepe factum in offensam divinae iustitiae et subditorum nostrorum lacrimabile detrimentum audivimus — facultas quaelibet adimatur).

Majestas Carolina, qua universum jus terrae quum privatum et iudiciale tum publicum complectendum erat, a constitutionibus religionis (I—V) exorsa ad leges juris publici describendas transit; ibi agitur de successione regni hereditaria, de terris quae in ditione regni sunt, de partibus terrae Boemiae, de comitiis, de summis terrae magistratibus, de officialibus regis, de iudiciis, de tabulis terrae (VI—XXIX); postremo leges iudiciorum in causis criminalibus exercendorum et leges juris privati civilis adjunguntur.

Codicis perscriptio post annum quadragesimum quam rex Wenceslaus II mortuus est (1305), ergo a. 1346 facta est, quo anno Carolus post mortem Joannis patris sui († 26. Aug. 1346) regnum Boemiae adeptus est. Verisimilimum est, Carolum jam tunc dum Moraviae marchio erat, antequam in patris locum successit, juris sic constituendi curam gessisse; nam quum rex esset factus, omnia codicis capita jam erant singillatim perscripta (1346);

neque tamen in fraudem inducamur, quod arx Karlsteinensis quae a. 1348 condita et a. 1358 exaedificata est, ibi commemoratur; etenim hujus arcis nomen posterius, anno circiter 1355 codici insertum est.

Atque hic mirum videri potest, quod in *Majestate Carolina* Moravia plane silentio praeteritur. Carolus qui et ipse diutius Moraviae praefuerat (1333—1346), ut futurae ejus conditioni et cum Boemia consociationi provideret, singulare quiddam animo proposuerat, quod etiam brevi post reapse exsecutus est. Voluit quippe, ut Moravia feudum coronae regni Boemiae esset utque in familia regia Luxemburgensi, qui duorum pluriumve regis filiorum natu minor ideoque natu maximo aetate proximus esset, Moraviam teneret atque in ea filiorum suorum natu maximum successorem haberet. Hoc constituit literis, quas VII. Idus Aprilis a. 1348 nec non iis quas Kal. Jan. a. 1349 dedit. Ex quo intelligitur quid causae fuerit, cur in *Majestate Carolina* nulla Moraviae mentio facta sit.

Sed *Majestas Carolina* eundem quem Premyslai et Wenceslai codices exitum habuit: Comitibus Boemiae rogationem de illa asciscenda non acceperunt, sed tanto consensu antiquaverunt, ut rex non solum consilium ejus perferendae deposuerit, sed etiam ne unquam in Boemiae valeret, justis literis hac de causa perscriptis sanxerit.

Barones autem illi rogationi obstiterunt, primum, quod jus scriptum libertati suae juris pro arbitrato constituendi adversabatur, dein, quod codex antiqua regni privilegia immutabat et regis potestatem magno baronum incommodo augebat, tandem quod Moravia quasi cum Boemiae regno consolidata non esset, praetermitteretur.

Litterae argumento memorabiles, quibus Carolus codicem suum rescidit atque irritum essejussit, datae sunt II. Nonas Oct. a. 1355 atque hisce verbis sunt scriptae:

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Amen.

Carolus IV. divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus et Boemiae rex:

Notum facimus tenore praesentium universis, quod licet jam dudum de consilio, voluntate, scientia et consensu nostrorum et regni nostri Boemiae principum et baronum jura quaedam adinvenienda duxerimus et etiam statuenda eademque quorundam principum et baronum praedictorum accedente consilio ac expresso consensu in scriptis redacta et in uno volumine fuerint sigillata, prout hoc in notoriam et publicam prodiit notionem;

quia tamen praefatum volumen, quod videlicet, sicut praefertur, fuerat inde confectum, una cum sigillis eidem appensis, fortuito casu fuit igne consumptum in nihilumque redactum;

et quia nihilominus tam nos quam praefati principes et barones jam dicta jura servare non promisimus nec aliqua super his praestitimus juramenta, et adhuc in nostro et principum ac baronum eorundem libero pendebat arbitrio, si jura ipsa promissionibus et juramentis in talibus opportunis confirmare, approbare et vallare vellemus, quod usque hodie non est factum a nobis vel principibus ac baronibus ante dictis;

dictaque jura a tempore quo illa condidimus usque modo num-

quam publicata, intimata, seu nunciata fuerunt, nec in terris, civitatibus seu foris publice proclamata;

ideoque decernimus et auctoritate regia ex certa scientia declaramus:

Nos et omnes principes ac barones nostros et regni ac coronae Boemiae antedictos, nostrosque insuper et ipsorum heredes et successores perpetuo ad dictorum jurium observantiam non esse ligatos quomodolibet vel astrictos, seu potius solutos esse ac liberos ab eisdem, nec non ab omnibus sententiis, punctis et articulis, quae et qui in dictis erant juribus comprehensæ;

quodque tam nos quam ipsos seu nostros et ipsorum heredes et successores, sicut præmittitur, in honore, statu, personis vel bonis quaecunque poenae in ipsis juribus seu dicto volumine olim ut præmittitur, promulgatae contingere vel notare non possint, aut debeant, ullo unquam tempore quovis modo, ullumve nobis vel ipsis nostris et eorum heredibus et successoribus in honore, statu, personis aut bonis praejudicium generare quomodolibet vel afferre.

Nos enim principibus, baronibus saepedictis, eorumque heredibus et successoribus promittimus pro nobis et heredibus ac successoribus nostris, Boemiae regibus, bona fide et auctoritate regia statuimus et hac praesenti constitutione perpetuo duratura saucimus:

ut nos et praedicti principes et barones nostri ac regni et coronae Boemiae subditi et fideles, nostrique et ipsorum heredes ac successores perpetuo antiquis et consuetis juribus omni impedimento cessante frui pacifice et perpetuis gaudere temporibus debeamus.

(Signum serenissimi principis et domini, Domini Caroli Quarti Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi, Boemiae regis.)

Testes huius rei sunt: Illustris Rudolfus senior Saxoniae dux, sacri imperii archimarscalcus, venerabilis Prezlaus Wratislaviensis, aulae nostrae cancellarius; Joannes Argentinensis, Theodoricus Mindensis, Fridericus Ratisbonensis et Henricus Lubecensis episcopi; ac illustris Rudolfus junior Saxoniae dux, et spectabilis Henricus de Schwartzburg, Joannes Magdeburgensis; Ulricus de Helfenstein et Albertus de Anhalt comites et alii quam plures.

Praesentium sub Nostrae Imperialis Majestatis sigillo testimonio literarum, datum Praegae Anno Domini 1355. Indictione octava, 2. Nonas Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Iisdem verbis scriptae sunt literae Joannis marchionis Moraviae, qui erat Caroli frater atque, ut tum videbatur, haud dubius regni successor.

Causam autem, cur legum suarum codicem in irritum vindicasset, Carolus hanc praetexuit, quod ipse codex, antequam a rege et baronibus esset acceptus ratusque esse jussus, casu quodam consumptus incendio esset. Haec autem causa omnino dicis gratia erat conficta; nam et latina exempla Majestatis Carolinae et in sermonem boemicum translata saeculo XV. scripta

plura ad nos pervenerunt, quae quum verborum contextu inter se concinant, ex uno fonte manasse videntur, ita ut credi nequeat, unum quod tum exstaret, exemplum totum periisse.

Exempla latine scripta haec nota sunt: Primum illud, quod erat Universitatis Pragensis, nunc vero nusquam apparet. Ad hoc exemplar Palacký opinatur Jesínium a. 1617 suam *Majestatis Carolinae* editionem instituisse.

Exemplum bibliothecae Universitatis Pragensis, quod legitur in codice manuscripto signato I. G. 18.

Exemplum Treboniense, quod continetur codice sign. B. 3, qui anno 1486 scriptus est.

*Majestatem Carolinam* typis describendam edendamque primus curavit Paulus Ješín a. 1617, eamque his verbis inscripsit: *Majestas Carolina sive Constitutiones. Caroli IV. Rom. Imp., quibus ille regnum Bohemiae formandum orandumque censuit. Nunc primum in lucem prolata studio Pauli Geschinii. Hanoviae 1617 (fol. VIII et 44).*

Altera, accuratissima editio Palackii est, quae legitur in „*Archivi*“ libro III. sub num. D. VII.

*Majestas Carolina* nimis diligenter, singulis etiam verbis expressis in boemicum conversa, in tabulario Treboniensi servatur. Praeterea aliquot exempla translationis boemicae, attamen non integra, exstant.

Interpretationis boemicae Treboniensis exemplar Palacký in lucem edidit in libro *Archivi III.*, contextu verborum latino ad contextum boemicum in lateribus paginarum adjuncto.

### Statuta zemská. — Řád koruny české.

(Statuta regni Boemiae.)

Factio baronum Georgio regi adversa in comitiis a. 1465 habitis libellum querulum plurium capitum ad ordines detulit, ubi inter alia legitur:

V Statutích Zemských takto stojí: „Také ustanovujem panskú radú, aby všecka zbožie, dediny, svobodné manské nebo městské, spravdivě odumřené, na krále českého měly připadnutí; a ty on má dáti a rozdávat, komuž se jemu líbí. (Arch. IV. p. 104.)

Si, quatenus haec statuta fuerint, quaeris, ipsam *Majestatem Carolinam* in arctum collectam fuisse scito; nam eadem haec libelli queruli verba reperiuntur in libris manuscriptis, qui et ipsi appellantur „*Statuta*,“ atque idem verborum contextus est *Majestatis Carolinae* in epitomen boemicam coactae.

Ipsa Statutorum inscriptio testatur esse *Majestatem Carolinam* quodammodo contractiorem; ibidem enim dicitur, haec esse Caroli imperatoris jura, quae interpres omissis compluribus sermonis latini ornamentis boemice explicaverit. Verba ejus prima sunt:

Boha Všemohúcieho ku pomoci vyzýváje, Řád i Ustavenie, jinak Statuta království českého, mnohé okrasy latinské opustě, tuto chci český vyložiti, jakož jest je šťastné paměti Karel ciesař popsati kázal s volf panskú, když byl všel v českú zemi, v ty časy divně valků roztrženú (!), a tak tůž zemi českú v řád navrátil.

Atque haec sunt illa *Statuta*, quae se aliquando separatim publicaturum esse Palacký in tertio *Archivi* volumine pollicitus est.

Libri manu scripti, quibus *Statuta* continentur, omnes sunt saeculi XV., et quidem:

1. Qui olim fuit Ambrasius, nunc vero servatur in caes. aulica bibliotheca Vindobonensi, quem jam B. Balbinus abhinc annis fere ducentis vidit.



2. Qui olim fuit Crumloviensis, nunc quidem est caes. reg. bibliothecae universitatis Pragensis sub sign. 17. C. 22, anno 1469 conscriptus.

3. Lobkovicianus, Pragae in bibliotheca principum a Lobkovic servatus etc.

Pro lege Majestas Carolina, ut jam supra diximus, valuit nunquam, quin etiam aperte reacissa est atque abolita, quum tota tum singula ejus capita. Nihilominus tanta erat ejus auctoritas, ut etiam subsequentibus saeculis et ipsa comitia et regni incolae respectum habere et provocare ad ipsius auctoritatem solerent. Cujus quidem rei unum exemplum ex iis quae a. 1465 gesta sunt, supra attulimus. Alterum adjungemus, ex rebus a. 1466 gestis assumptum; tum enim qui in comitiis ad jura et privilegia terrae exquirenda delecti erant, de regno defendendo haec protulerunt: O vojních: Co se nalezá v Právích (a) Statutích císaře Karlových, že obyvatelé království českého pomezí na svojo náklad do tři neděl brániti mají, a prodliho-liby se to dále, tehdy sobě a koňuom potřebu z království bráti mohú — a ačkoli ta Práva odvolána jsú týmž císařem a Janem markrabí moravským léta MCCCLV, však to tak v právích zemských muož býti vyjednáno a okázáno, neb táž Statuta na stará práva zemská ukazují (Arch. V. p. 363).

Unde sequitur, Majestatem Carolinam ejusque epitomen boemicam quae Statuta Terrae vocantur, *quatenus antiquum jus complecterentur, pro juris fontibus fuisse habitas*, etsi nec verbis nec contextu pro legibus valebant.

Atque ut tandem, num quae capita antiquioris codicis regnante Wenceslao II. confecti in Majestatem Carolinam sint recepta numque illa capita a legibus Caroli discerni possint, aliquo modo constituatur: unam cognitionis notam esse censemus *Juris regalis montanorum* (vid. Cod. juris boh. I. 102), ab Italo Gozzio de Urbe Vetere conscripti, cum Majestate Carolina collati verborum et sententiarum vel convenientiam vel discrepantiam. Quae enim Majestatis Carolinae partes eisdem sententiis, eodem orationis genere quo „Jus regale montanorum“ contextae sunt, eas dicere licet a codice Wenceslaico nunc ignoto profectas in illam immigravisse (Ejusmodi partes asterisco notavimus atque Juris regalis montanorum locos qui illis respondent adfunximus).

Latínium Majestatis Carolinae contextum ad exemplum manuscriptum bibliothecae universitatis Pragensis I. G. 18, Statuta ad exemplum manuscriptorum ejusdem bibliothecae 17. C. 22, cum Lobkoviciano collatum, exhibemus.

### Prooemium.

1. Totius universitatis actor et rector, summus opifex, unus Deus, creaturarum omnium nobilissimam hominem ad imaginem propriam effigiemque formavit, et paulo minus ab angelis minuit, praeponens eum ceteris creaturis. Quem cum simplicem produxisset et rectum: ipse libero voluntatis abusus arbitrio, quod dignitatis praerogativa potestas divina concesserat, quaestionibus infinitis se reddidit involutum.

2. Inde successiva posteritas, paterni vitii maculata contagio, velut a stipite suo virgultum non discrepans, inter se rancores suscitavit et odia. Rerum dominia, quae

jure naturæ debebant alias consueverant esse communia, par-  
tatis animis fecere distincta. Inde proprium sibi quisque  
quaerens, avaritiae coecitate confusus, alius furta, alius pu-  
blice rapinas committere, demum bella, seditiones et cetera  
humanae miseriae mala, pullulare frequentius incoeperunt.

3. Unde ipsa rerum necessitate cogente, nec minus  
divinae provisionis instinctu, principes gentium sunt creati;  
per quos scelestis criminandi licentia arceretur, et paci-  
ficis ac quietis tuta securitas praeberetur; qui leges et  
jura conderent, et ad regulam cuncta disponderent; ut per-  
sonis consideratis et causis, inter homines futura litigia  
rationabiliter diffinirent.

4. Sicque Deo propitio regno nostro Boemiae nobis  
successione legitima devoluto, Serenitatis nostrae mentem  
solicitam cura multiplex coepit arripere, (et propter) de-  
fectus varios, quos humani generis instabilis causat con-  
ditio, invalescentes jam nimium in regno ipso, sedule, cir-  
cumspecte necessaria quaeque et opportuna remedia me-  
ditari; ne potestate regia nobis divinitus attributa videa-  
mur abuti, et reipublicae curam subditorumque quietem  
pacificam, quae nobis incumbunt, negligentiae otio resignare.

5. Cum igitur inter cetera, quae majoris fuerunt  
causa dispendii dicti regni, cognoverimus alienationes multi-  
modas diversis titulis insignitas, terrarum atque castrorum  
plurium, de mero regis demanio sistentium et ad justitiam  
regiam exercendam immediate pertinentium atque mensam;  
factas dudum personis singularibus pluribus, baronibus sci-  
licet et ceteris nobilibus dicti regni, per quosdam praede-  
cessores nostros Boemiae reges illustres, immediate se-  
quentes serenissimum principem memoriae celebris reve-  
rendum dominum avum nostrum Wenceslaum, secundum  
Boemiae regem illustrem, fere annorum spatio quadraginta  
decursu, quarum alienationum causa potissima concurrente,  
et carissimi genitoris nostri recolendae memoriae D. Jo-  
hannis, Boemiae regis illustris absentia diutina, in diversis  
mundi partibus, specialiter Galliae, Italiae ac etiam Teo-  
toniae tunc temporis militantis, regno ipso variis turbini-

bus et procellis jactato, multimode coepit primum justitiae potestas tremenda tepescere; inde latronum, furum et multiplicis generis maleficorum sepes nefariae pullulare, et successive in stipites et truncos validos crescere; ut paene regnicolis fidelibus nostris et advenis aliis, regnum adire volentibus, nulla aut rara securitas itinerum praeberetur; et quod dolendum est gravius, infra lares proprios, in quibus omnis cessare debebat immanitas, tutumque cunctis esse refugium, eorum vita pacifica et domestica per scelestos hujusmodi crudeliter turbaretur. Nec dextera regia poterat contra tam gravem pestem libere virgam bajulare justitiae, nec decenti subsidio tam miserandis personis talibus subvenire, dum regis castris praedictis a suo jam demanio abdicatis, quorum tam opportunitate locorum, propter ipsorum fortalitia atque situm, quam redituum et proventuum inde solito solvendorum, regalis auctoritas potenti brachio provisioneque solerti tantis dispendiis potuisset occurrere, et rigore, ut expedit, justitiam ministrare; consideratione etiam habita singulari, quod castellani atque custodes eorumdem castrorum, qui nec in custodia, nec in alia cujusvis officii potestate auctoritate regia inibi praesidebant, sed privatarum personarum dicta castra vigore alienationum hujusmodi tenentium de mandato, nullum in ministranda justitia circa regiones illas praebebant Majestati regiae auxilium, consilium vel favorem.

6. Quibus, et plurimis necessitatibus aliis et defectibus, crescebat audacia criminandi et dabatur ubique materia excedendi; ipsique latrones et fures, prostratam atque confusam taliter cernentes justitiam, partim violenter, partim timore, partim conscientia vel errore, infirmitatis eorum contagio regiones singulas corrumpentes, multorum locorum atque terrarum receptacula et refugia quam plurima occupant. Et demum in tantam penuriam fragilitatemque, causantibus alienationibus supradictis, potestas et dignitas regis devenere, ut baronibus et nobilibus dicti regni, armata manu publice discurrentibus, caedes, incendia et crimina plurima nefaria committentibus, nullam possent pe-

nitus justitiam exercere; imo quod gravissime, proh dolor! est ferendum, decore regio vilipenso, regalis cogebatur auctoritas barones ipsos et nobiles, quos clementer et provide pacificare quaerebat, assidue sequi, et quandoque pecuniarum quantitates plurimas, quas pro exiguae mensae suae sustentatione vix quaerere poterat, baronibus ipsis, ut pacem facerent, elargiri.

7. Quae singula regiae pietatis nostrae cura circumvolans animo vigilantissimo, noctes plurimas ducens insomnes, quotidianos sponte perpessa labores, ut rempublicam penitus delapsam sublevaret, et desideranti populo praeteriti moeroris aerumnis oppresso, securitatem et pacem quaereret: juvante deo, et devotorum nostrorum non deficiente auxilio, (quos ideo nos, licet invites, tantas pecuniarum summas exhibere de proprio non valentes, pro communi omnium populorum dicti regni evidenti compendio et securitate et pace perpetuis acquirendis, non nostra utilitate propria, multipliciter in collectis et datis oportuit aggravare), discrete providit et confecit, quod terras et castra praefata ceteraque jura nostri demanii et ad justitiam regiam sive mensam de laudabili more primaevo immediate spectantia, jam in majori parte redemimus a detentoribus eorundem, (prius illis exhibitis et integre persolutis per munificentiam regiam, non solum ex debito, sed ex gratia, saepius pecuniarum summis non modicis, pro quibus detentores ipsi illa eis obligata fore causis et rationibus diversis et plurimis asserebant), et ad ipsum nostrum regium demanium, justitiam atque mensam ea reduximus et adunivimus permansura; et ut deinceps idem nostri fideles et subditi eorumque futura posteritas in similibus sumtibus et collectis amplius non gravarentur.

8. Sed quia volentibus inire opus perfectum, non tantum sufficit praeterita reformare et praesentia bene disponere, nisi etiam perspicaci mentis intuitu curent futuris eventibus providere (quia omnino providentia dicitur, si, quae sunt futura, tractentur): providimus (non nostro ingenio confidentes, sed ad illius omnipotentis gloriam et

misericordiam infinitam nostrae mentis vertentes intuitum et preces sedulas porrigentes, qui res penitus desperatas concedere et feliciter consummare suae virtutis magnitudine potest), constitutiones et leges non solum novas condere, quas, nobis promulgatas divinitus, novimus pro conservatione justitiae et pacis acquisitione perpetuae dicti regni fidelibus expedire; quin etiam antiquas plurimas, quas partim in scriptis, licet incomposite et confuse redactis, partim vero sola consuetudine et utentium moribus approbatas, per illustres principes praedecessores nostros recolendae memoriae reges plures Boemiae factas invenimus vel concessas, in unum codicem Majestatis nostrae felici nomine nuncupandum, per nos prius correctas atque suppletas, lucido ordine et stilo pensatis redigere, illasque secundum congruentem materiam debitis titulis assignare, quo legentibus propensior pateat intellectus; per quas etiam cunctis iudicibus aut officialibus nostris majoribus et minoribus recte judicandi, secundum quod scriptum invenerint, materia praebetur; et variandi iudicia in causis eisdem vel similibus (quod saepe factum, in offensam divinae justitiae et subditorum nostrorum fidelium lacrimabile detrimentum audivimus), facultas quaelibet adimatur; et ut hactenus tam dire prostrata justitia, per nos deo medio relevata libere perseveret, et depressis rebellionibus et sceleribus quibuscunque, animose triumphet.

9. Has igitur constitutiones nostras, tam saluberrimas vobis et utiles, fideles carissimi, laetanter accipite, et Deo gratias agite, qui per Nos, suos in hac parte ministros, dedit vobis vivere scripta lege, quos tam longis temporibus contigit incerto iudicio multorum opprimentium iugo feroci colla submittere, et litigiorum sententias saepe, non rationis tramite, sed iudicantis arbitrio repartare.

10. Et quoniam deo juvante haec cuncta peregrimus, operis nostri primitias eidem sincera devotione reddentes, ad laudem et gloriam unigeniti domini nostri Jesu Christi, gloriosissimae trinitatis et totius coelestis curiae, principium fieri a fide catholica iussimus reverenter.

*(Boha všemohúcieho ku pomoci vzývaje, Rád i Ustavenie, jinak Statuta kralovstvie českého, mnohé okrasy latinské opustě, tuto chci česky vyložití, jakož jest je šťastné paměti Karel císař popsati kázal s volí panskú, když byl všel v českú zemi, v ty časy divně valků rostrženú, a tak tůž zemi českú v rád navrátil.)*

## (Constitutiones.)

### I. De fide catholica.

§. 1. Sanctissimam trinitatem, substantiam unicam trinamque personam, (quam in nomine Patris et Filii et Sancti Spiritus simpliciter credimus firmiterque tenemus, eundemque filium dominum Jesum Christum redemptorem nostrum Deum verum de Deo vero genitum ex patre hominemque factum ex Maria virgine natum tota mente totoque corde devotissime confitemur), universum populum regni nostri Boemiae, quem catholicum novimus et fidelem, secundum quod sacrosancta catholica et apostolica credit ecclesia, humiliter revereri volumus et fateri; fideles nostros subditos in Christiana religione nobis fratres reputantes et filios, pietate paterna salubriter exhortantes, ne forte exterarum regionum contagio, a regni dicti limitibus non distantium, ipsorum fidei puritas et sincera devotio pro tempore maculetur. §. 2. Reliqui vero dementes atque vesani catholicae fidei sacro dogmati repugnantes, praeter divinae ultionis aeterna supplicia, infames facti, Majestatis nostrae indignationem mortiferam se noverint incurrisse.

*(Versio boemica hujus articuli desideratur.)*

### II. De paganis et Sarracenis.

§. 1. Paganis aut Sarracenis domicilium facere laeremve fovere in christianissimo regno nostro Boemiae interdicimus penitus et vetamus. §. 2. Mandantes nemini nostrorum fidelium subditorum licere paganum aut Sarracenum aliquem receptare in suis domibus aut agris, nisi eis ut viatoribus, per regnum nostrum transeuntibus ad partes forte remotiores, aut etiam infra regnum pro mercaturis seu causis aliis accedentibus, hospites, caupones seu stabularii necessaria et quaeque convenientia ministrarent; quod fieri permittimus, dum tamen cuiquam in fraudem fidei catholicae non procedat.

### *O pohaniech a Saraceniech.*

*Ovošem ustavujem, aby žádný pohan ani Saracen obydlenie domu, ani podružie v českém kralovstvi mieti nemohl ani měl; než toliko aby jim dán byl nocleh a potřeba*

*jakožto lidem pocerstným a hostem skrze semí do jingoh semí jedícím nebo ždícím, a to pod pokutú upravenú, jakož se o ně dole psáti bude (sic).*

### III. De haereticis.

Quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam; quid enim potest ab omnibus gravius existimari, alias tolerari, quam divinae potentiae copiosam clementiam, in proprio filio humano generi attributam, miserorum latrantium dentibus percipi acerari? Hi sunt haeretici, qui oves dominicas a Petri custodia, cui pascendae a Jesu domino nostro bono pastore sunt creditae, segregare conantes, velut lupi rapaces intrinsecus, eoque mansuetudinem ovium praetendunt, quomocunque possint ovile subintrare dominicum, quod demum desiderant suis lupinis morsibus demoliri. Hi sunt filii patris nequitiae et fraudis auctoris, ad decipiendas simplices animas destinati. Hi sunt serpentes, qui latenter videntur inserpere, et sub mellis dulcedine virus evomunt, ut dum vitae cibum se ministrare simulant, a cauda feriunt, et immiscent mortis poculum, velut quoddam durissimum aconitum. Hi dum sanctae et individuae Trinitatis essentiam denegant, sub uno contextu nequitiae tres simul offendunt: deum videlicet, proximos et se ipsos. Deum, cum dei fidem et filium unigenitum non agnoscunt; proximos, dum ipsis sub specie spiritalis alimoniae, haereticæ pravitatis oblectamenta ministrant; crudeliter etiam saeviunt in se ipsos, dum post animarum dispendium corpora denique saevae mortis illecebris (quam per agnitionem verae fidei possent evadere), vitae prodigi, impudenter involvunt. Contra tales itaque deo et hominibus sic infestos, quorum quidam (sicut accepimus) ex exteris nationibus accedentes, regnum nostrum, Christiana religione clarissimum, haereticæ pravitatis tenebris maculare conantur, continere non possumus, sicut nec debemus, aliquo modo motus nostros, quin debitae ultionis gladium in eos exeramus: §. 1. Praesenti promulgato divinitus sancientes edicto, ut crimen haereseos et damnatae sectae cujuslibet, prout sacrosanctae et apostolicae ecclesiae decretis habetur, velut crimen publicum possit ab omnibus intentari; imo crimen laesae Majestatis nostrae debet ab omnibus horribilius reputari, quod in divinae majestatis injuriam noscitur attentatum. §. 2. Nemine etiam deferente, diligenter investigari volumus hujusmodi sceleris patratore, et per officiales nostros sicut et alios malefactores inquiri, et inquisitione notatos, etiam si levis suspicionis argumento tangantur, a viris ecclesiasticis vel praelatis, ad quos spectat, examinari jubemus. §. 3. Per quos si evidenter inventi fuerint a fide catholica saltem in articulo fidei deviare, ac per ipsos pastoralis more communiti, tenebrosis diaboli relictis in-

aidiis, noluerint agnoscere deum lucis, sed in errore concepto mala constantia perseverent: praesentis nostrae sanctionis edicto damnatos mortem pati haereticos decernimus, quam affectant, ut vivi in conspectu populi comburantur, flammarum commissi judicio, qui sacri flaminis lumen agnoscere et patris aeterni perennem gloriam quaerere, unigenitique filii passionem, redemptionem humani generis credere denegarunt.

*O potupení kacířův a jich pomstě.*

*Hospodine, tví vĕru a chválu žádajíce rozmnožiti ustanovím: Aby kterýž-kolivěk kacíř které-kolivěk sekty byl řádem přemožen skrze biskupa a jiné preláty, a shledali ho býti kacířského, aby byl s ohlášením lidu obecního ohněm spalen.*

IV. De inquisitione haereticorum.

§. 1. Haereticos cujuscunque sectae, quos sicut non solum ad requisitionem praelati vel inquisitoris pravitatis haereticae, sed etiam ex eorum officio, ut jam decrevimus, inquiri et capi volumus, sic captos per officiales eosdem dictis praelatis aut inquisitoribus remitti, vel eorum certis nuntiis assignari praecipimus et jubemus.

*O jímání kacíře a před inquisitora našimi popravci vydání.*

*Přísně přikazujem popravciem našim, purkrabiem i městským, kolikrát-by koli potřebie bylo sjímati kacířův, aby je tak snusiece před osobu biskupa a mistra kacířského a jiné preláty, a jeho u vasby postavili.*

V. De receptatoribus haereticorum et credentibus et complicitibus eorum.

§. 1. Omnis sectae haereticos a quoquam juxta limites regni nostri Boemiae, in domibus aut agris, aut aliter quoquomodo, indifferenter receptari, prohibemus omnino. §. 2. Receptatores vero, si qui fuerint scienter, aut credentes, aut complices, aut alias quocunque modo consentientes eis, sive fautores, bonis eorum omnibus confiscatis, relegandos in regno praedicto in perpetuum esse censemus.

*Ktožby kacíře přijemali, věřili neb kterou účastnost s kacíři měli.*

*Mocně ustanovujem, ktožby kolivěk kacíře přijemal kteréž-koli sekty, nebo je trpěl, aneb s nimi obcovał, odporně našetře*



*svrchu psaného ustavenie, aby všecka jeho slobie do komory krále Českého provinil bez otpuštění a i s královstvom Českého věčně vypořádien byl.*

**VI. De terris et urbibus ad regium demaniam seu mensam spectantibus non alienandis.**

Quanta pericula, quantaque dispendia et aerumnas alienatio dudum castrorum et aliorum jurium, ad regiam justitiam spectantium atque mensam, in regno nostro Boemice, tam circa regiam dignitatem, quam circa subditorum nostrorum fidelium quietem et pacem (generaverit), satis abunde superius diximus et ostendimus validis argumentis. Quae omnia deo freti in statu decenti jam feliciter posuimus. Sed quia persaepe recidivum consuevit esse gravius morbo primo; et ne, quod tantis laboribus pro communi omnium utilitate perfecimus, et non sine eorundem subditorum gravaminibus et impensis, possit faciliter deperire et pestem deteriorem ingerere, quinimo duret perpetuum, quod perpetuo noscitur profuturum: §. 1. Hac perenni et irrefragabili constitutione praesenti, praevia nostri naturae deliberatione consilii, decernimus sciendum, quod singuli reges illustres, heredes successoresque nostri, ad quos successivis temporibus regnum nostrum Boemiae ex descendenti vel collaterali linea successionis legitimae devolvetur, vel ea deficiente (quod propitius deus avertat), electionis jure pervenerit, infra mensem continuum quemcumque a die successionis aut electionis hujusmodi numerandum, debeant, sanctorum evangeliorum libro posito coram eis, in publico testimonio, proclamatione scilicet vel praecizatione publice praecedente, in loco ipso dumtaxat, quem ad hoc duxerint eligendum, ambabus manibus eisdem tactis evangelis sacrosanctis, praestare solemniter juramentum: §. 2. Quod nullo umquam tempore, per se vel alium, tacite vel expresse, publice vel occulte, terras aut castra seu jura demanii regii, justitiae sive mensae, quae particulariter et distincte huic saluberrimae constitutioni inseri et inscribi mandavimus, (ne possit ignorantia quaeque praetendi, aut dubietatis ullius involucri exoriri), et alia eis quaevis dependentia vel annexa, in solidum vel in parte, communititer vel divisim, non donabunt, non vendent, non pignori obligabunt; §. 3. nec illa cuiquam, aut eorum forte regimen vel custodiam, committent vel commendabunt perpetuo vel ad tempus aliquod terminatum; non dividant vel separabunt, nec etiam permutabunt; §. 4. denique nulli hominum, etiam patri, vel filio, aut fratri, per modum provisionis forte, vel sustentationis vitae eorum, vel alio excogitato modo quocumque, tenenda vel possidenda concedent; §. 5. nec pro dotibus filiarum aut sororum, nec illustri reginae super eis vel eorum aliquo dotalitium assignabunt;

§. 6. Nec aliquo praemissorum modorum distrahere vel alienare volentibus seu tractantibus assensum directe vel indirecte, quacunq[ue] ratione vel causa praestabunt; §. 7. sed ea custodiri et regi facient per officiales proprios, ad id per eos specialiter deputatos, ad honorem et gloriam diadematis regalis, Boemiae rei publicae, iudicii atque iustitiae tuitionem, fortitudinem atque favorem, et totius universitatis fidelium dicti regni securitatem atque pacem; poena perjurii dignitati regiae imminente, in qua deum potentissimum iudicem solum se habere cernat et ultorem, apud quem nec locus iniquitatis relinquatur, nec acceptio personarum habetur, nec munerum cupido versatur. §. 8. Si quis autem in tantam furoris andaciam currere repertus extiterit, ut contra hujus sacrae constitutionis tam votiua, tam accepta decreta quidquam petere et impetrare praesumpserit: ipso jure careat impetratis, et notae infamiae maculis aspergatur, et velut manifestus reipublicae dissipator, regniq[ue] Boemiae aemulator et proditor, poenas omnes criminis laesae majestatis ipso facto se noverit incurrisse. §. 9. Quibus adjicimus, ut bonis omnibus exspoliatus, (quae non solum confiscari mandamus, sed etiam cedi volumus et occupari), ubique infra limites regni, per quoscunq[ue] forte deprehensus fuerit, ut bonis, ita vitae solatio, nullo exquisito iudice, impune privetur. (Dignus est enim omnium pietate carere, omnique privati consortio, qui solus omnium salutis et quieti se impudenter opponere, et visus est velle regalis gloriae speculum obfuscare, et rempublicam universumq[ue] popululum dicti regni subvertere pariter et dissipare.) §. 10. Castra et jura, nullatenus alienanda vel etiam permutanda, videlicet sunt haec: In Polonia quatuor civitates, scilicet: Wratislavia, Novum forum, Glogovia, Frankenstein, et duo castra, scilicet Zoboten et Gorow. In Budissinensi provincia sunt infra scriptae civitates, scilicet: Budissin, Gorlicz, Lubovia, Lubanum et Kamenicz. In Boemia sunt infra scriptae civitates, scilicet: Praga, Grecz cum sylva, Albrechticz, Chrudim, Plzen, Hawelswerd, Nimburg, Sittavia, Lutomericz, Zacz, Pirn, Pons, Kadan, Tachovia, Tusta, Piesk, Budvicz, Czaslavia, Kutnis, Kurim; et infra scripta castra: Glacz, Frustenberg, Lichtenburg, Bezdiez, Künigstein, Ellepogen, Frimberg, Pretenstein, Burgleins, Karlstein et Klimberg. §. 11. Et infra scripta, quae sunt pignora, scil. Egra, Flos et Parkstein; quae amplius alienari non debent, nisi ab Imperio redimantur.

*O sněmu a roskázání, kterak kráľi čeští nemají otlučovati od koruny České měst a hradův dole psaných.*

*A dále ustavujem a nalezáme na valniem sněmě všech našich věrných s povoleniem kráľovstvie našeho Českého, aby*

*budúci naši náměstkové, králové Čeští poslušní neb snad od jinad zvolení a povolání králi, pod přísahú a zlořečenstviem od Buoha věčným měst a hradov duole psaných nikakéž ot České koruny a ot požievánie krále Českého neodlučovali, nezastavovali, ani nesměnili, dcerám neb královnám svým na nich nevěnovali. Pakliby kto od nich přijal, tehdy by ten v nemilost králorstvie Českého upadl, a hrdlo, sbožie i dědiny, kteréžby měl v království Českém, ihned skutečně ztratiti má.*

*To jsú tito hradové a města s právy jich, kteříž nemají býti odlučováni:*

*V Polště čtyři města: Vratislav, Neumark, Hlohov, Frankenstein, a dva hrady: Sobotka a Gorov.*

*V Budišinské zemi tato města: Budišiu, Zhořelec, Libava, Luban, Kamenec.*

*V Čechách tato města: Praha, Hradec Králové s lešém, Albrechtica, Chrudim, Plzeň, Hawelswörth, Nimburg, Žitava, Litoměřice, Zatec, Píseň, Most, Kadaň, Tachov, Domažlice, Písek, Budějovice, Čáslav, Hora, Kárim. A tito hradové: Kladsko, Furstemberk, Lichtemburk, Bezděz, Königstein, Loket, Frimberk, Bretenstein, Hrádek Křivoklát, Karlštejn a Zvíkov.*

*A tato města a hradové, totiž Cheb, Floss a Parkštejn; ti nemají odlučováni býti od koruny České, lečby ciesář je vyplatil.*

† . 12 1594 no

## VII. Qualiter necessaria sint castra et civitates.

§. 1. Nam dignam et salubrem constitutionem hujusmodi non solum voluntatis affectus, verum evidens et inaestimabilis persuadet necessitas, cum in omnibus regni nostri provinciis et earum qualibet singillatim necessarium sit civitates munitas haberi, in quibus czudarii sive iudices fidelibus subditis nostris debitam possint administrare justitiam, et ad quas obtinendae justitiae possit haberi respectus. §. 2. Castra vero fore necessaria quis abnuit? Nam ipsorum purgravii sive villici, praeter custodiarum solertiam, quam ipsis castris tenebuntur diligenter apponere. et praeter collectionem fructuum et reddituum villificationum ipsarum, quos regali mensae praesentare tenentur, etiam ad executionem omnium sententiarum, quae per iudices (in) ipsorum provinciis latae fuerint, cum debitae sollicitudinis efficacia laborabunt. §. 3. Cum etiam nonnullae civitates et castra in metis regni praedicti, tam ad praeccludendum hostilem ingressum, quam ad invasionem inimicorum, pro regnicolarum salute et commodo, et regni iuribus et honoribus defensandis, necessariae videantur.

*O hrazených městech a o rychtářích.*

*Tuto řeci chceme, že duostojné jest a potřebie pilné, aby města hrazená měla v sobě rychtáře opravné a hodné, a hradové, zvláště pomezní, také purkrabie k popravení a k dopomožení všeho práva buďto k krvi nebo k zboží a k obraně obce České; a to aby spravovali v spravedlnosti, i zboží jim poručená a požitky, kteříž z toho přicházejí, spravedlivě králově komoře dávali; a na popravu mají mieti vuoli a potvrzení krále Českého.*

## VIII. Quae civitates et castra possunt obligari.

Sicut magis insignia et opportuna circa ministrandam exequendamque justitiam loca, civitates et castra particulariter annotata solemnibus constitutionibus nostris jam exemimus ab omni alienatione vel abdicatione demanii nostri regii, justitiae atque mensae: ita decenter quaedam alia minus notabilia praesenti constitutioni inscribi jubemus, in et super quibus nobis nostrisque successoribus in posterum illustribus Bohemiae regibus, pro ingruentibus casibus honorem et statum regiae majestatis persaepe spectantibus, §. 1. Licere permittimus et sancimus liberum regiae voluntatis arbitrium, illa in solidum vel in parte, communiter vel divisim (ad tempus duntaxat) concedere vel pignori obligare, dum tamen totum tempus concessionis aut obligationis cujuslibet annorum decem numerum semel aut pluries non excedat, nec ultra confirmare; et etiam pro dotibus sororum vel filiarum, et in dotalitium reginae illustris assignari facere, ad vitam dictae reginae dictarumque filiarum atque sororum tantummodo, et non ultra; et alias secundum emergentes necessarios vel opportunos eventus de illis disponere pro libitu suae voluntatis, dum tamen alienatio perpetua, aut ultra praescripta tempora, non sequatur. §. 2. Nisi forte de eis permutationem fieri contigerit, quae causam regiam redderet meliorem, scilicet in terris, vel castris, vel bonis aliis stabilibus, apparentibus consimilis valoris aut praecminentiae dignitatis bonorum atque locorum, quae taliter duxerit permutanda, quod dicti regis arbitrio relinquatur; de quo praesentent dicti reges illustres, ut supra in constitutione proxima praecedenti, solemne juramentum. §. 3. Quae loca sunt ista, videlicet: Jaromir, Trautnow, Curia, Mielnik, Ausk, Luna, Slana, Aquensea, Miza, Klatovia, Verona, Sicca, Colonia; et infrascripta castra, videlicet: Kosteletz super Sazavia, Stegreif, Ebrspach, Moywin, Bettlern, Angerbach, Misemburg, Nečtin, Munchelains, Protivin, Froburg, Vožic, Bernart (?) et Hassenstein.

*Která města a hradové mohou zastavena býti.*

*Již jsme řekli, která města a hradové nemají zastavena a nastaveni býti; a již pravíme o těch, ješto pro pilnú potřebu a obecné dobré České země mohou zastavena býti některdy do šesti let u věniech dielně neb vcele, a také směněna mohou býti za otměnu tak dobrou, ješto by nebylo škodno království Českému; pod takú bezpečností, aby z těch směněných měst a hradov najměň též požitkuov a služby i práva bez umenšení přicházelo k království Českému. A to jsú tato města: Jaroměř, Trutnov, Dvůr, Mělník, Ústie, Lány, Slaný, Vodňany, Stříebro, Klatovy, Berún, Sušice, Kolín. A tito hradové: Kostelec na Sázavě, Stegreif, Ebersbach, Mojvín, Žebrák, Angerbach, Nižburk, Nečtiny, Mníšek, Protivín, Fraunberk, Vožice, Bernart (?), Hasištejn.*

## IX. De obitu regis et officio successoris.

§. 1. Jubemus, quando deo volente contigerit illustrem regem Boemiae univorsae carnis viam incedere, et praesentis vitae fragilis solatio laborioso privatum, ad coelestis regni perennia gaudia deo propitiante deferri: quod barones et nobiles inferiores ac universitates omnes dicti regni assistere vel parere, quodque burgravii seu castellani vel custodes, aut alio quocunque vocabulo nuncupentur, de mandato vel ordinatione dicti defuncti regis custodientes vel servantes, seu alias gubernantes, castra et jura in constitutionibus proxime praecedentibus signata, illustri immediato successori futuro regi, vel alii cuicunque, resignare vel tradere aut restituere non audeant vel praesumant, sub poena infamiae et privationis perpetuae dignitatis, officii vel honoris, (quas si contra fecerint, ipso facto se noverint incurrisse), nisi prius in publico testimonio, sicut alia sacra nostra proxima constitutione cavetur, rex dictus solemne praestiterit juramentum „de non alienandis bonis et juribus regis“ superius annotatis.

*Kdyžby král umřel, kterak purkrabie a vladaři s hrady a s městy mají učiniti.*

*A my také ustavujem pevně po smrti každého krále purkrabiem i jiným vladařóm, kteříž hrady královy, města aneb jiná zboží držie, aby jich budúciemu králi ani komu jinému postúpiti nesměli, pod pokutú narčenie a zbavenie úraduov, duo-stojenstvie nebo cti po vše časy, jeližby prvě zjevně a v obecné radě bylo to ohlášeno a jeližby prvě budúci král slavní učinil Českému království přisahu.*

X. De civitatibus infra scriptis, qualem honorem novo regi debeant exhibere, et quale juramentum ab eodem recipere.

Honorabiles et egregias civitates regni nostri Boemiae, Pragae, Wratislaviam, Budissin et Montes Kutnis, regiae Nostrae Majestati carissimas et dilectas, sicut hae ceteras alias civitates dicti regni virtutibus et maturitate civium praecellunt atque frequentia populorum: ita honorificentia dignitatis et gloria singulari erga celsitudinem regiam cupimus insigniri, in his maxime, quae regalis dignitatis honorem, cunctorumque fidelium statum respiciunt pacificum et tranquillum. §. 1. Hac igitur constitutione providimus ordinandum, quod singulis successoribus nostris Boemiae regibus illustribus, qui fuerint pro tempore, si eos aliquando civitates praescriptas, vel earum aliquam adire contigerit, ante insignia regalia coronationis assumpta, vel etiam postea, cum tamen primum civitates ipsas adierint, debeant cives cujusque civitatis ipsarum obviam honorabiliter et decenter exire, suaeque regali potentiae, in signum purae devotionis fideique sincerae, claves civitatis reverenter offerre. §. 2. Prius tamen, quam claves ipsae offerantur et civitatem ipsam rex introeat, praestito per eundem juramento solemniter, tactis scilicet sacrosanctis evangelii reverenter per eum, non equitando, sed de equo descendendo, ad honorem dei exhibitis coram eo: „quod toto tempore vitae suae bona fide, sine diminutione vel circumscriptione quacunque, servabit et servari faciet ex integro constitutiones editas per dominum Karolum, Boemiae regem illustrem, reverendum praedecessorem suum, de non alienandis civitatibus, castris et juribus ad regium demanum Boemiae atque justitiam spectantibus sive mensam.“ §. 3. Quo exhibitio jure, fidelissimi cives cum jubilo exultationis caritatis et tripudiis, mente devota et obedientia subiectiva regem eundem, verum dominum ipsorum, in civitatem suscipiant, et animis exultantibus introducant, longissimis deo propitiante temporibus civitatem ipsam, universumque populum dicti regni, regendum sibi divinitus attributum, in pace perpetuo servaturum.

*Kterak podepsaná města krále nového mají přijeti a on je při práviech jich zachovati.*

*Města počestná přepovýšená Českého království: Praha, Vratislav, Budišín a Hora mají krále nového přivítati a přijemati s počestností a s zpíváním velikým a s svátostí a s jiní slaví proti němu vynduce, a mají Jeho Milosti klíče od města na znamenie viery a poddanie poctivě dáti. A prvě král s koně svého ssiesti má a na svatém čtenie přísieci, aby je při jich práviech a řádíech bez umenšení a bez zápisuov a bez zástav za-*

*choval, jakož napřed Karlem císařem jest ustaveno od onoho odlučováně měst, a neodlučovati měst. A potom měšťané s chvalú a s velikú poctivostí přijmúce krále mají jemu okolnie lidi poddávati v jeho poslušenství, a on je má spravovati milostivě.*

#### XI. De juramento regis, quando coronatur, de non alienandis castris etc.

Quae pro salute cunctorum et totius reipublicae communi compendio statuuntur, debent in publicam deferri notitiam, ut fideles nostri cognoscant, quam grate quamque assidue pro illorum quiete mens nostra laborat. §. 1. Hac itaque regia ordinatione sancimus: quandocunque successivis temporibus singulis vicibus illustres reges Boemiae dicti regni diademate contigerit publice (ut moris est) coronari: in ipsa coronatione, antequam sibi in capite diadema ipsum per sacras manus archiepiscopi Pragensis, qui pro tempore fuerit, imprimatur, (vel praelati alterius, tunc forte ecclesiae Pragensis sede vacante, vel ipso renitente), de verbo ad verbum praestare et recitare teneatur solemne juramentum „de non alienandis castris et juribus demanii regii sive mensae,“ in forma constitutionis Nostrae super hoc editae annotata.

#### *O korunování krále a o jeho přísaze.*

*A také kráľom budúciem ustavujem, kdyžby korunu kráľovství Českého přijímali, prvé nežli přijmú korunu na hlavu, aby přísaku slavnú učinili znovu, měst a hraduov nezastavovati, a práv. jich jim neměňiti.*

#### XII. De conventu et congregatione baronum.

Ut, quae communem et publicam utilitatem magis inspiciunt, in singulorum deducta notitiam, facilius et vivacius memoriae nostrorum fidelium imprimantur: §. 1. Decreto praesenti praecipimus inviolabiliter perpetuo observari, quod annis singulis in primo conventu seu congregatione de more antiquo fiendis apud egregiam civitatem nostram Pragensem, in primis scilicet quatuor temporibus Nativitatem Domini nostri salvatoris immediate sequentibus, ad petendam justitiam coram Regia Majestate, principum, praelatorum, baronum ceterorumque nobilium ac universitatum regni nostri praescripti, praedictae nostrae constitutiones sub rubrica „de non alienandis juribus demanii regii“ tam salubriter editae, de verbo ad verbum, praesentibus principibus, praelatis, baronibus, ceterisque nobilibus ac universitatibus supradictis, in publico alta voce legantur et exponantur

Boemiae idiomate regionis, per notarium terrae qui fuerit pro tempore aut ejus idoneum substitutum, quem ad hoc idem ipse duxerit eligendum; §. 2. poena imminente notario, si praemissa implere remissus vel negligens repertus extiterit, privationis officii notariatus terrae, ammissionisque dignitatis omnimodae pariter et honoris.

*O sněmu a svolání panuov zemských před krále nového.*

*Libilo se jest nám a za právo nalezáme, aby před nového krále páni a obec v suché dni vánočnie byli svoláni a statuta nebo práva ustavená ohlasně skrze písaře zemského nebo jeho náměstka před obcí čtěna byla; a byl-liby ten písař obmeškaly neb neřádný, že by to učiniti obmeškal, má pisu zbaven býti a všeho (i svého) duostojenstvie i cti.*

### XIII. De bonis alienari permissis.

Decernimus, ne sacris ordinationibus nostris, quas pro generalitatis commodo, non privato compendio, componere non cessamus, superfluae interpretationis obscuritas oriatur: §. 1. Quod bona et jura quaecunque, ad regiam cameram sive fiscum devoluta jam, aut in posterum devolvenda, sive sint feudalia aut aliarum nobilium personarum, sive sint burgensatica, jure successione vel proscriptioe seu confiscationis, quaecunque ratione vel causa fieri contingat, sive etiam emptionis aut justo titulo alio bona quaeque ad regiam cameram devolvantur: ea omnia et singula, in solidum vel in partem, possint libere, omni abjecta reprehensione vel nota, per illustrem regem donari, vendi, et quocunque alienationis titulo distrahi et transferri in quascunque personas, pro libito suae voluntatis. (Decet enim auctoritatem regiam non artari, quin sicut indignos et criminosos debitis poenis jubet affligi, ita benemeritos et condignos possit munificentiae suae muneribus praemiari.)

*O odúmrtch kterýchkolivěk na krále spadlých.*

*Také ustavujem s raddú panskú, aby všecka sbožie, dědiny svobodné, manské nebo městské, otumřelé spravedlivě na krále Českého měly připaduiti, a on muož dáti a je rozdati, komuž se jemu liebie, v též právo, jakož ty dědiny otumřelé prvé záležely; ale jest přičiněno, že dědiny proviněné králi nebo na nepřátelech dobyté má dáti s raddú panskú, komuž se jemu zdá zapodobné.*



XIV. De petentibus privilegia gratiarum super bonis nondum vacantibus, vel beneficiis ecclesiasticis.

Desiderantes, ut omnis malignandi tollatur occasio, ut omnis odii vel rancoris fomes radicitus praecidatur, ne subditos nostros, quos in personis et rebus volumus esse securos, contingat vivere contrariis animis inquietos: §. 1. praesenti decreto sancimus, ne cui, cujuscunque dignitatis, praeeminentiae vel status existat, nobili vel plebejo, liceat quoquomodo abinde in antea impetrare vel petere regiae majestatis privilegium vel indultum generale aut speciale super quibuscunque bonis vel juribus ad nostram cameram sive fiscum quomodolibet devolvendis, quae scilicet tempore petitionis ipsius nondum devoluta fuerint, ratione forte successionis vel proscriptionis, seu publicationis, vel alia causa quacunque, sibi per majestatem ipsam donandis, vel aliter concedendis. (Inhonestum ambitiosumque nimis est, petere quae nondum subsunt, et spe vana concipere alterius rerum se dominum fieri, qui occulto dei judicio, casu, qui spectat in alium, posset celeriter occupari.) §. 2. Quod si quis tanta cupiditate confusus appareat, omnino careat impetratis, nec possit ratione impetrati indulti, vel alia occasione quacunque requirere vel monere regem super praemissis vel aliquo praemissorum. §. 3. Quae omnia ~~et~~ inde petentibus ecclesiastica beneficia non vacantia, quae spectant ad majestatem regiam conferendam, intelligi et trahi volumus et jubemus.

*O potvrzení majestátov na zbožie odumrlá nebo kostelnie.*

*Přísně prikazujem a chceme, aby žádný bez potvrzenie dědin otumrlych nebo kostelniech ot nás a ot Českých kráľuov neměl, jeliž by ty kráľovskú naši volí listem, majestátem nebo dskami zemskými anebo dvorskými v manství s poslem z naší raddy a vědomie potvrzenie měl, a v ty jinak nevcházel sví mocí; nebo ktožby jinak učinil, uprošené dědiny zase by vrátil i ztratil, kteréž my znovu podati muožem.*

XV. De prohibita divisione terrarum regni.

Veritate testante, omne regnum in se divisum nemo ambigit desolari; et ratio naturalis nos instruit, quod virtus quaelibet est fortior unita, seipsa dispersa. Quid enim profuit tantis curis atque vigiliis, tantisque difficultatibus et laboribus regnum nostrum Boemiae jam paene collapsum deo propitio reparasse, et ad honorem regiae celsitudinis et statum subditorum pacificum reduxisse, si aemulorum versutiis aut calumniantium simulatis precibus pro tempore disjungi contingat et leviter lacerari? Huic itaque morbo pestifero

viam praecidere, et solitae providentiae nostrae remediis vigilanter occurrere deo juvante disponimus, cujus propitiatio regni nostri florere facit imperium, et gloriam nostram docet salutem inquirere populorum. §. 1. Hoc igitur edicto perpetuo inhibemus cunctis principibus, baronibus, feudatariis, ceterisque nobilibus atque civibus vel plebejis regni nostri Boemiae, ne quis ipsorum quacunque ratione vel causa, quae posset via qualibet excogitari, ullo unquam tempore libertatem seu exemptionem, aut aliam cujusvis generis separationem vel divisionem nondum impetrare, sed nec petere tantum audeat vel praesumat a Regia Majestate in persona vel bonis juribusve suis, castris specialiter aliis seu terris situatis infra limites dicti regni; per quam a nostris vel successorum nostrorum Boemiae regum illustrium ordinationibus et mandatis se ipsum suasque terras, castra, loca etiam quaelibet sive jura, a limitibus et unione regni praedicti solutum auderet dicere vel immunem, ipsa loca vel terras, in solidum vel in partem, soluta quomodolibet vel exempta. §. 2. Imo ipsi personaliter cum terris, castris et juribus omnibus, sive bonis eorum, sub nostro successorumque nostrorum Boemiae regum jugo, consuetoque dominio et unione terrarum regni praedicti perpetuo manent, et mandatis nostris successorumque nostrorum saepe dictorum, sicut retroactis temporibus ipsi fidelissimique praedecessores ipsorum fecerunt, devote ac efficaciter pareant et intendant. §. 3. Decernentes expresse, quod reges, qui pro tempore fuerint, jurent tam in principio adaptionis regni praedicti, quam postea subsequenter reiterent in coronatione eorum (prout in constitutione alia „de non alienandis regis juribus“ continetur), quod nullo unquam tempore libertatem aut exemptionem separationemve cujusvis generis et divisionem a regno praedicto juribusque et limitibus suis concedent, tacite vel expresse, publice vel occulte, quacunque ratione vel causa, in persona vel bonis quibuslibet alicui praedictorum; nec petenti seu tractanti talia directe vel indirecte praestabunt audientiam vel assensum; poena perjurii imminente regiae dignitati, quae solum deum habet ultorem, cujus nemini licet determinare judicium. §. 4. Contra vero libertatem seu exemptionem hujusmodi impetramentem, praeter infamiam qua notatur, poenae omnes criminis laesae majestatis ipso facto currant, et omnino careat impetratis; ceterique principes et barones seu nobiles ac universitates omnes regni nostri praedicti insurgere manu armata, bonaque ejus invadere et dissipare penitus possint et debeant; quem velut regni proditorem atque scissorem et laceratorem, reique publicae atque status pacifici fidelium regni omnium turbatorem et invasorem manifestum, persequi et offendi impune volumus et jubemus.

## O zúpovědi dědin a hradův.

Řeči přísnuí ustavujeme, aby žádný pán, zeměnin, man, služebník neb nápravník, světský nebo duchovní, dědin, hraduor, bytuor svých nepoddával, všech nebo dieľně, ot České naše koruny ižádnému jinému kniežeti nebo pánu cizozemci, ani kterému jinému tvrce holdoval. Také žádný vladyka menší nebo kterěžkolivěk osoby zeměnin, bytův a dědin svých aby žádnému pánu Českému nebo ciziemu nepoddával, než každé v svém právé, jakož za starodávna bylo, ostalo; pakliby kto všetečně to učiniti směl, jehožto i král Český pro přísahu sverchupsanú tajně neb zjervně přivoliti nemá k dieľu nebo ke všemu roztržení nebo ku poddání dědin pod pokutu křivé přísahy, ješto Buoh nad námi pomstí. Pakli by to kto směl učiniti a dědiny své, jakož se sverchu jmenuje, otláčili a poddali, teu každý, komužby byly ty dědiny dány, má od toho dánie padnutí a v nemilost těžkú královstvie Českého upadnutí. A jiní kniežata a páni mají jemu valem jeho dědiny vzieti a to sbožie roztrhnúti, a jeho jakožto protivníku a zkázce obecného dobrého hnúti a nutiti ode všeho.

## XVI. De juramento regum super divisione non facienda.

§. 1. Jurabunt etiam dicti reges, modo et forma praescriptis, se nullo unquam tempore, quacunq̃ ratione vel causa, divisionem vel separationem ullam, aut aliam quamcunq̃ diminutionem vel aretationem facturos, per se vel alium, seu fieri permissuros vel passuros, de limitibus seu terris habitabilibus vel non habitabilibus cultivandis vel sterilibus in regno praedicto, sive ad regium demanium, sive ad principes, sive ad barones vel nobiles, sive etiam ad civitates aut alias quascunq̃ personas vel loca spectantibus quomodo. §. 2. Et generaliter, dignitates, honores et praerogativas omnes regni Boemiae illibatas unitasque defendere et servare, una cum castris et juribus omnibus in sacra nostra constitutione contentis. §. 3. Et quod, si per eum vel alium quocunq̃ modo vel forma factum in contrarium quidquam reperiat̃, quacunq̃ roboris solemnitate vallaretur, ex nunc illud revocatur auctoritate regia penitus et annullatur, sub virtute per eos tunc taliter praestiti juramenti. §. 4. Has autem binas constitutiones singulis annis legi et publicari volumus in primis quatuor temporibus, modo et forma, quibus constitutiones alias nostras „de non alienandis juribus regis“ publicari superius est statutum.

*O přísaze králův, aby každého zachovali při jeho praviech.*

*O kterak přísná nebo pevná každého krále, náměstka našeho, přísaha má býti, aby nedopúšťel roztrženie a rozhlícenie ot královstvie svého Českého dědin všelikterakých, úřaduov a práv jich, kterýchž sú požievali a potvrzenie jich mají k svým svobodám; a netoliko by jich neotlučovali, ale aby je zachovali při jich svobodách a praviech starožitných.*

#### XVII. De officialibus regni.

In majoribus dignitatibus et officiis majora imminent pericula, et graviora solent oriri dispendia. Quo expedit diligentius et maturius praeveniendó caveri, quam post casum suffragio mendicató succurri. §. 1. Itaque praesenti decreto jubemus, quod supremus camerarius, supremus czudaj sěh judex, ac notarius terrae, qui mero et immediato regis arbitrio statuuntur, et ceteri camerarii, czudarii, notarii et officiales alii, ab ipsis supremis tribus officiis dependentes, omnium provinciarum regni nostri Boemiae, nullo unquam tempore constituentur seu ordinentur ad vitam cuiquam communiter vel divisim; nec officia ipsa vendantur, obligentur, aut alio quovis alienationis titulo distrahantur, perpetuo vel ad tempus. §. 2. Et ut haec efficacius validentur, adjicimus statuentes, quod singuli reges, qui pro tempore fuerint, tempore coronationis ipsorum in publico, videntibus cunctis populis, prius scil. quam gloriosum diadema capiti regio per sacras manus Pragensis archiepiscopi (vel praelati alterius, Pragensis ecclesiae sede vacante, vel renitente forte eodem archiepiscopo, vel forte inhabili existente), imprimatur, jurent sacris evangeliiis manu tactis, ordinationem nostram praesentem perpetuo tenere et inviolabiliter observare. §. 3. Cujus transgressores poenis afficimus, ut si quisquam pro tempore tam ambitiosus et temerarius extiterit, quod ex dictis officiis aliquod ad vitam impetaverit, aut illud sibi vendi seu obligari, vel ad tempus determinatum quoquomodo committi, contra hujus edicti seriem, perpetuo vel ad tempus fecerit: ipso jure careat impetratis, et venditio seu alienatio quaeque nulla penitus et invalida censeatur, nec possit quisquam, ratione forte literarum super hoc impetratarum a regia majestate, vel alia occasione quacumque, regem monere vel requirere quoquomodo super praemissis aut aliquo praemissorum. §. 4. Et idem per omnia intelligi volumus et jubemus de officialibus omnibus et singulis consimilibus provinciae Plznensis, licet dependentes vel suppositi dictis supremis officiis non dicantur. §. 5. Similiter idem per omnia servari jubemus et mandamus de officialibus regiis quibuscunque ducatus nostri Wratislaviensis et marchionatus Budissinensis

(Cur etenim non generaliter ad omnes provincias et terras nostras extendimus, quae universaliter pro omnium fidelium nostrorum communi compendio generalique favore justitiae statuimus?)

### *O úřednicích zemských.*

*Snažně z ustavenie prikazujem, aby najvyšší komorník, sudí a piesaň a jiní menší úředníci, kteří ot nich pocházejí, a všickni jiní úředníci v Čechách, v kniežetství Vratislavském a v Budišínském panství, v markrabství Moravském úřaduov, ktož by kde držal od krále, kteréžby slušely k cúdě nebo k jich úřaduom, žádný jich nenajiemal, neprodával, nezastavoval, nerozděloval do času nebo věčně. Také aby žádný z nich neprosil úřadov věčně nebo do času, aby na ně žádných listov obdržoval, pod pokutí úřadov zbavenie.*

### XVIII. De burgraviis constituendis.

Aequitatis atque justitiae zelatores cuncta quaerimus statutis nostris adjicere, per quae possit virga justitiae nostrae adversantes singulos liberis motibus castigare. Tunc enim quiete vivimus, cum statum fidelium nostrorum pacificum intuemur. §. 1. Igitur statuimus perpetuo observari, ne castellani seu burgravi in castris seu locis de nostro regio demanio, ad justitiam regiam specialiter pertinentibus et ad mensam, statuuntur seu quomodolibet ordinentur ad vitam vel ad aliquod determinatum tempus, sed libero semper regiae voluntatis arbitrio cassentur atque mutentur, vel secundum merita permutentur, ne fraus possit fieri justitiae, et executionem illius quando-cunque videatur negligere, qui certo tempore debere se noverit officio praesidere. §. 2. Poena imminente, quicumque regiae celsitudinis literas seu privilegia contra praesentis edicti seriem seu mentem impetraverit, notae infamiae; et bonis suis omnibus publicatis, careat perpetuo impetratis. §. 3. Quae firma servare et servari facere, reges illustres Boemiae, qui fuerint pro tempore, in coronatione ipsorum jurare in publico teneantur.

### *O purkrabiech že mají osazováni býti.*

*Ustavujem znamenitě a chceme, aby král Český, kterýž bude, přísáhl, purkrabí věčných nebo do jmenovitěho času na hradiech králových svých k držení nepotvrzovati, než aby je proměnití mohl snad pro jejich nešlechtnost, když kolivěk a kolikrát se jemu líbí; pakliby kto které potvrzení na své purkrabství vzal nebo dobyl, inhed toho purkrabství má zbaven býti*

*a v pokutu nesľechetenstvie vpadnúti a sbožie svá obdržená proviníti má věčně.*

### XIX. De iudicibus et rectoribus.

Locorum iudices et rectores subditorum vita et conversatione decet esse conformes. Inconvenienter quidem jus diceret, qui ab illis in pluribus discreparet. §. 1. Et propterea statuimus, quod nullus officialis, quacunq̄ honoris dignitate vel administratione praeferat, ad iudicium scilicet ordinandus, praefigatur vel ordinetur a quoquam in regno nostro praedicto et locis singularibus ejus, qui nesciat intelligere et proferre idioma seu linguam Boemicam generalem, quam scilicet Sclavonicam dicimus. §. 2. Nisi tamen de speciali gratia clementia regia quibusdam, quos forte morum atque virtutum laudanda congeries vel peritia literarum redderet meritos sive dignos, officia ipsa duxerit concedenda.

#### *O súdcích, rychtářích a vladařích.*

*O rychtářích, vladařích, súdcích, kteřížkoli v České zemi po rozličných místech mají ustaveni býti, aby nebyli jiného jazyka lidé, jedno opatrní Čechové věhlasní; lečby kaký byl cizozemec dobrý, vzácný a učený; ten z milosti královny mohlby ustaven býti k úřadu.*

### XX. De recto iudicio ordinando.

Ut rectum in regno nostro Boemiae ubique procedat iudicium, et nulla relinquatur occasio a recto tramite deviandi, §. 1. sancimus, quod barones, in singulis provinciis de more solito ordinandi, tres in numero in officio majorum scabinorum seu justitiariorum vel correptorum, et ceteri nobiles eodem numero per loca singula (ut est moris) minores scabini praefigendi, §. 2. non ordinentur vel statuantur ita, quod duo ex eis tribus fratres existant.

#### *O sídu a konšelech zemských.*

*Nechceme opustiti toho, než přiesně chceme, aby tři páni zemští každému kraji konšelé byli větší; a jiní menší urození mají ustaveni býti, aby nebyli jiného jazyka jedno Čechové; také abyšta dva bratry nebyla se třmi (čtřmi) v konšelství.*

## XXI. De proscriptis et usurariis, ne ad officia ordinentur.

Pracsidentes ceteris debent sicut officio, ita honestate vitae et moribus praesidere, vel saltem non in deterius discrepare. §. 1. Volumus ideo et mandamus, quod nullus proscriptus jam seu in posterum proscribendus, assumatur ad officium scabinatus, aut aliud quodlibet pertinens ad iudicium. §. 2. Quod idem intelligatur de usurariis jam repertis vel alias notoriis et publice reputatis.

*Kteří nemají v úřad voleni býti.*

*Všem psancuom, vypověděncóm, zjevným lichevníkóm prikazujeme, aby nebyli posazeni ani přijímáni v konšelské duostojenství.*

## XXII. De juramento officialium.

Quia parum prodesset jura condere, nisi quibus ea commissa sunt exsequi, ordine debito fidelique sensu et animi maturitate procederent; et ut taliter procedendi illis materia praebeatur, et omnis iniquitatis occasio praecidatur, §. 1. constitutione praesenti providimus ordinandum: quod officiales sive magistratus omnes ad reddendum justitiam deputati, quacunque praeeminentia dignitatis aut administratione praefulgeant in regno nostro Boemiae, in introitu quisque officii sui, praesente populo loci illius, in quo debet facere residentiam pro iudicio ferendo, (praecedente scilicet proclamatione publica), jurent sacrosanctis evangeliiis manu tactis, „se in timore dei et ad honorem et gloriam regiae majestatis Boemiae, statumque pacificum et tranquillum devotorum fidelium dicti regni, in decreto sibi officio fideliter cuicunque absque personarum acceptione ministrare justitiae complementum.“

*O přísaze úředníkův.*

*Statečně ustavujem, každý, k kterémužkoli úřadu bylbý přivolán, v tom městě úředniečím přivoláný nebo povoláný, obecnímu lidu na svatém čtení aby osobně přísahu učinil, jakož obyčej jest, a zvláště aby nebyl osob přijímač.*

## XXIII. De burggraviis etc. dominis suis rebellantibus.

§. 1. Si quis burggravius seu castellanus castris seu fortalitiis regis illustris, aut principis, baronis, vasalli regii, aut alterius cujuscunque personae regni Boemiae, spiritu tantae rebellionis assumpto, praesumpserit domino dicti castris vel fortalitiis, per se vel per alium

recuperare volenti castrum ipsum, contradicere, aut aliter quocunque modo contra ipsius dominium rebellare: infamis effectus, omnium bonorum publicatione, proprietati domini dicti castri applicandorum, et ultimi poena supplicii feriat. §. 2. Quem velut proditorem per quoscunque persequi et capi permittimus et jubemus, assignandum propinquiorei iudicio, per quod poena praescripta plectatur.

*O purkrabiech i o jiných svým pánóm protivných.*

*Chceme z pevného našeho ustavenie, kterýžby se kolivěk purkrabie neb úředník, neb ktož kolivěk jiný pánu svému s hradem neb s úřadem protivil, neb hrud proti vůli pána svého dělal neb opravoval, nešlechtností aby byl oznámen a sbožie i dědiny jeho vlastnie aby proto na toho pána připadly.*

XXIV. De residentia beneficiariorum circa tabulas terrae.

Morem laudabilem approbantes, qui non tantum antiqua consuetudine regni nostri, quantum etiam sacro scripto jure fulcitur, quod magistratus jura reddentes residere jussit in publico: §. 1. edicto praesenti decernimus perpetuo observari, quod supremus camerarius et supremus iudex seu ezuda, annis singulis quater, semotim tamen quisque, scilicet circa officium proprium, debeant iudicio residere, quantum ad eorum cuiusque spectat officium, justitiam quaerentibus redditori, stateramque rectam gestantes in manibus, (memores divini iudicii, quod nulli omnino licitum est declinare, quia ea mensura remetietur eis, cum qua aliis duxerint mensurandum). §. 2. Nisi tamen ex causa, quae multae possunt contingere, regiae majestatis arbitrio relinquenda, alicujus officialium praescriptorum residentiam specialiter duxerit suspendendam. §. 3. A quo etiam excipi volumus officiales eosdem, qui tempore residentiae fiendae praedictae reperirentur vacare servitiis dictae regiae majestatis.

*O sedání úředníkův u desk zemských.*

*Neopústieme také toho řádu ustaviti z práva, aby každý úředník zemský, totiž komorník, sudie, na vsáké léto z práva na každé suché dni k úřadóm svým do Prahy přijeti měli, a súd, což se jich dotýče úřadów, aby súdili; lečby se kdy přihodilo; že pro královu pilnú potřebu některý z nich nemohlby býti; to vynímáme a skrze to žalujícíem na jich právé nemá nic škodno býti.*



## XXV. Quibus officia tabularum sunt conferenda.

§. 1. Suprema majoraque officia camerariatus, judicaturae et notariatus terrae, per Majestatem regiam solo ipsius voluntatis arbitrio libero conferenda, personis tribuantur virtutum morumque gravitate perspicuis, in quibus morum vitaeque probitas et justitiae caritas inquiratur; dum tamen camerarius et judex ipsi supremi barones seu de baronum genere descendentes existant. §. 2. Et idem intelligi volumus de ceteris officialibus in regno constituendis ubique per nos, aut per quoscunque habentes auctoritate regia constituendi eos liberam potestatem; scilicet, quod moribus et virtute perspicui compositaeque viventes, pacis et justitiae amatores, non diffamati, neque suspecti, praesidere quibuscunque officiis statuuntur; qui tamen resideant seu habitent et hereditates possideant in regno Boemiae praedicto.

*O těch, ješto jim úřadové zemští ot krále mají dáni býti.*

*A my najvyššie úředníky zemské, komorníky, sudie a písaře, k našie vuoli svobodně máme ustanoviti a dáti tak, aby oni, komorníek a sudie, byli z řádu panského. A tak i o jiných úřednicích mocí královskú po Českém království ustanovených, též chceme míeti, aby byli urozeni v spravedlnosti a v mraviech i v múdrosti rozumní a na cti bez poskvrny zachovali, jakož o nich právo káže.*

## XXVI. De residentia notariorum terrae.

Notarii terrae, sicut consuetudo bona diutinis longaevisque retro temporibus approbavit, residentiam facere volumus in castro nostro Pragensi.

*O bydlení písařův zemských.*

*Jehožto také z staré paměti přivodíme, aby písaři zemští bydlení své se dskami zemskými měli na našem Pražském hradě, a jinde nic.*

## XXVII. De tabulis terrae.

§. 1. Tabulae, quae per terrae notarium confici debent, pariter simul cum ipso notario teneri et servari in castro nostro Pragensi jubemus. §. 2. Nisi hae, quae forent super hereditatibus et causis finitis jam compositae, quas (ut moris fuit antiquitus) sigillatas prius, per supremum camerarium, supremum czudam seu judicem et burg-

gravium dicti nostri castris Pragensis, ac dictum terrae notarium, in sacristia cathedralis ecclesiae Pragensis volumus custodiri, nullatenus aperendas, nisi praesentibus eodem supremo camerario et terrae baronibus, ut est moris.

### *O dskách zemských.*

*Ey pilně prikazujem, aby dsky zemské, kteréž pisařem zemským mají zřízené býti aneb zřízeny budú, chovány byly na hradě Pražském. A kteréž by byly dokonány, ty mají chovány býti pod pečeti a zámkem nejvyššího komorníka, sudieho, pisaře a purkrabie Pražského v zákřístě kostela Pražského, a ty dsky nemají vyniemány býti, lečby při tom byli dřieve řečené úředníci, jakož jest obyčej.*

### XXVIII. De criminosis ad gratiam principis reductis.

Principalis clementia tali debet moderamine terminari, quod limes justitiae videatur protinus non offendi. Hoc igitur edicto perenni, deo propitio, statuimus: §. 1. Quod quandocunque regiae pietatis favor quemquam maleficum, utpote de latrocinio sive furto aut alio quocunque crimine annotatum, dignatus fuerit inspicere, et poenam personalem forte, seu bonorum publicationis, aut aliam cuiusvis generis (quam propter ea incurrisse de jure vel consuetudine regni nostri constiterit), gratiose remittere: non intelligatur idcirco nota infamiae, quam pro praemissis incurrisse dinoscitur, quocunque super hoc principis indulto emanato, remissa; §. 2. quin potius infamia ipsa criminorum hujusmodi, quem suis insigniis maculosis aspersit, demeritis exigentibus, comite vita non deserat, et ceteris recte vivendi speculum derelinquat.

*O vypověděnci a psanci, pankhartu etc. královí milostí ke cti navrácentí.*

*Slovútně oznamujem, když bychom koho zlořečeného, zloděje, nebo pankharta, koprívce, vypověděnce nebo usedance nebo kterakoli na cti potraceného z naší královské velebnosti ke cti dřevnie přivolali a jej naši milostí očistili: žádný jemu potom toho nemá vzdvihati; nebo po pohanění přijat jest každý věrný k milostí, když potom chce se uchovati.*

### XXIX. De pactis illicitis.

Detestandam nostris temporibus querelam plurimorum fidelium fide dignorum relatu audivimus, continentem, quod latrones sive

fures, aut alias publicorum itinerum violatores, (quorum sectas juxta limites regni nostri retro temporibus pullulare non paucas nec invalidas novimus, quasque, nobis gratia suffragante divina, Majestatis Nostrae vigilans cura et sollicitudo provisa tam salubriter quam potenter gladio ultore justitiae in parte majori delevit et quasi radicatus extirpavit), quos per malefactores hujusmodi capi et depraedari contingit, non solum bonis eorum quae deferunt spoliant, ac etiam severitate crudeli concussi, captos ipsos carceribus et tormentis asperrimis affligentes, cogunt per violentiam atque metum secum pacisci, et pecuniarum summas pro facultate cujusque, et quod est gravius, ultra facultates etiam proprias, ut cruciatus intolerabiles fugiant, promittere et cum jure firmare, juxta certum statutum inter eos terminum ad malefactores eosdem deferri facere, vel portare, aut se personaliter ad dictos carceres et tormenta nefaria redituros. Quorum plures, alios prae timore, alios prae simplicitate nimia (opinantes, pactis hujusmodi illicitis et nefandis prorsus se esse in foro conscientiae sive jure astrictos), pactorum ipsorum fuisse intelleximus servatores. Huic itaque morbo pestifero, nos qui voluntarios labores appetimus, ut quietem subditis nostris acquiramus, salutiferae medicinae remedio pro futuris temporibus tam pie quam provide occurrere cupientes, praesenti constitutione perpetuo valitura sancimus: §. 1. Hujusmodi conventiones sive pacta, vel his similia, quocumque casu et inter quascunque personas, cujuscunque status vel dignitatis existant, per vim seu metum (qui tamen cadere possit in constantem virum), inita vel firmata, nullatenus non valere, nec in se continere alicujus roboris firmitatem. §. 2. Quae nos ex nunc, prout ex tunc, omni efficacia et viribus vacuumus, atque decernimus nullius prorsus fore substantiae vel momenti. §. 3. Et ut uberioris cautela suffragium apponatur, adjicimus in mandatis, quatenus nulla persona, quacunque occasione, suggestionem sive causa seducta vel impulsam, quidquam solvere vel dare alicui, per se vel alium, vigore conventionis seu pacti alicujus ipsorum audeat vel praesumat, ne patrimonii sui injustum patiaturs dispendium, et ceteris tam gravis erroris relinquat exemplum. (Nemini equidem venire debet in dubium, quod — sicut veneranda legum decrevit antiquitas — ea quae vi metuve facta sunt, viribus non subsistunt, nec ligat exhibitum vinculum juramenti, quia super re illicita, nec gratis praestitum, sed extortum; et quia juris provida sancit auctoritas, ubi principali vitio non teneri, ibi accessorium nullatenus observari.) §. 4. Quod si quis reperiat pro tempore contra hujus saluberrimae constitutionis mentem quidquam dictis furibus vel latronibus impendisse, totidem poenae nomine fisco nostro impendere sit astrictus. (Decet enim, ut excessum suum luat improvidus, qui principis beneficium cognoscere recusavit ingratus, et praelegit furibus et latronibus complacere, illorum forte conscius criminum, quam providentiae regiae pro com-

muni evidentique nostrorum fidelium dicti regni utilitate laudabilia instituta servare.) §. 5. Poenis aliis contra malefactores praescriptos de jure communi seu consuetudine regni nostri competentibus, in suo robore duraturis.

*O nezřizenyjch úkolech, najmiech a šacování.*

*Uminili sme z našeho jistého ustavenie pevno držeti, ktožby kolivěk od jiných překážky činících nuzně moci a kvaltem jat nebo šacován byl, žádnému tomu aby se nestavěl, ani svého slibu plnil, ani jemu kterých úplatkov aneb šacunkov dával, se nebo své sbožie tudy vyplacuje; nebo práva chtie tomu, aby nuzného slibu žádný držeti nesměl. Pakliby kto komu šacunku co dal, tolikéž do naší komory královské má propadnutí, protože se jest neradoval právu našemu ustavenému, a zlodějóm pomoc a přičinu dal ke zlému.*

XXX. De prohibito lusu taxillorum.

Gloria principis propagatur, dum subditorum patrimonium augendo servatur nec morum incompositorum lascivia dissipari permittitur; quid enim in principe gloriosus, quam subditos in vitae moribus habere compositos et in facultatibus locupletes et quietos? Sed non sufficit agenda agnoscere, nisi praesidentis auctoritas operoso subsidio curet ea executioni mandare. Sane consuetudinem male gratam, quae dici potius meretur abusus, in dispendium multiplex nostrorum fidelium regni nostri Boemiae diutinus observatam, sicut accepimus, tollere penitus intendentes: edictali constitutione praesenti sanciendo mandamus, §. 1. Quod nulla persona, in quacunque parte vel loco regni nostri praedicti, quacunque occasione vel causa commota, audeat vel praesumat cum taxillis vel ad taxillos seu alio argumento aut instrumento cujusvis lusorii generis ludere, vel (quod quidam dicunt incongrue) solatiari, eo modo vel forma, quibus res sive bona aut pecuniarum summae ludentium, per viam obligationis, contracti debiti, aliquando etiam juramento firmati, perdam veniunt in ludum praedictum, licet non inter manus, ut communiter fieri assolet, (scilicet in pluribus mundi partibus), bona et pecuniae ipsae habeantur, sed in patrimonio proprio asserantur; et ipsum patrimonium obligando, super illo promittant invicem perdendam pecuniam quantamcumque integraliter soluturos. (Ex quo coguntur plurimi lugere domestice, et unde piae et hilaris vitae suffragium sibi liberisque suis et ceterae familiae consueverat adhibere pacificus, inde merores et egestates varias ex hujusmodi lascivis moribus suscipere compellatur improvidus; et deinde, quod dolendum est, penaria

impellente, aliena misere quaerendo, subripere et vitam suam, nota gravis erubescenciae relicta posteris, vituperose finire.) §. 2. Obligationes, conventiones aut promissiones in casu hujusmodi aut similitudinis vel quocumque modo firmatas, tanquam contra bonos mores factas, ex nunc prout ex tunc decernentes nullius fore efficaciae vel momenti. §. 3. Nec liceat se asserenti victorem in ludo praedicto ratione conventionum vel promissorum talium monere, requirere seu impetere victum et promissorem hujusmodi quoquomodo; nec ipsi victo ratione monitionis, requisitionis vel impetitionis ipsius, aut etiam absque eis, quidquam per se vel alium solvere, vel alias satisfacere de promissis. §. 4. Poena imminente victori, si solum petere vel monere praesumpserit, ut praefertur, et totidem pecuniae fisci nostri commodis applicandae, pro quota summa victum monere vel impetere ausus erat; et ipsi victo, si solvere praesumpserit, ut praetangitur, ejusdem summae pecuniae, vel rerum forte solutarum aestimationis debitae pecuniariae quantitatis, dicti nostri fisci commodis deferendae. (Etenim etiam illum poena condigna debemus affligere, qui regiae pietatis gratiosa remedia infirmitati suae oblata spernendo non meruit obtinere.)

### *O záповědi kostečné jhry.*

*Kostky nebo v kostky hranie i všechny jiné hry, kteréžto k skažení nebo k ochuzení lidskému mohly by býti, i také nepočetné klamání zapoviedáme. A jestližeby kto na druhém dědiny nebo co jiného vyhrál, a ten se jemu projhrav sapsal plnění penězi, dědinami nebo jinými věcmi, ten zápis žádně moci nenie ani má býti. Pakliby vždy z těch vyhraných peněz kto upominal, nebo právem jich dobýval, tehdy cheme z plně raddy a z našeho ustavenie, aby ten neplnil, což jest prohrál. Pakliby proti našemu ustavení dal nebo plnil peníze projhrané, ihned tolikéž což dá, a ten což ot něho vezme peněz nebo jiného zboží, do královny komory oba tolikéž, propadneta a pokutu k libosti naší uložení trpěti mata bez milosti.*

### XXXI. Quomodo admittitur ludus taxillorum.

§. 1. Licere permittimus ad taxillos volentes quoscunque, paratam pecuniam tantum deludere §. 2. mutuum vero nonnullum contrahere in ipso ludo, ultra unam sexagenam grossorum, in pecunia scilicet numerata, non aliter. §. 3. Qui contrafecerit, dans mutuum perdat illud, et tantundem fisco nostro poenae nomine sit astrictus; recipiens autem tantundem similiter nostrae camerae poenae nomine solvere teneatur, nec responderere cogatur mutuum concedenti ultra praescriptam pecuniae quantitatem.

*Kterak dopuštěna jest hra v kostky.*

*Řekli jsme svrchu o kostce; více díme, že hry nyníie dopuštěme hráti v kostky neb v jinú hru toliko do kopy grošův; ale na žádné dluhy ani na pojičky. Pakliby kto komu více prohrál na který dluh, a on jeho z toho upomínal, nemá jemu více plniti nežli kopu gr. A což jest více toho dluhu prohraného a on onomu plnil mimo tu kopu, tolikéž nám do naší komory ten ktož plní má propadnutí a tolikéž ktož beře více mimo kopu prohraných peněz, a oba v pokutu upadneta a v nemilost naši královskú.*

## XXXII. Ne bona fidelium in manus mortuas transferantur.

Nostrorum fidelium bona et jura quaecunque sistencia infra limites regni nostri, (quae cuncta sub regiae ditionis dominio, quaedam scil. immediate, quaedam vero mediante alio, licet diversimode, non est dubium teneri), ad honorem et statum regiae dignitatis, dictorumque fidelium commune compendium, et secundum forte casus futuris temporibus emergentes, subsidium et levamen teneri et servari decrevimus; ne etiam forte servitia, regiae camerae ex dictis bonis praestanda, nobis aut successoribus nostris regibus futuris illustribus pro tempore pereant, neve devolutio honorum eorum ad eandem cameram regiam in casibus debitis, qui possint contingere, quomodolibet valeant circumscribi; et ne personarum obsequia, inhabilitate quacunque, in quas forte bona ipsa translata fuerint, nostrae majestatis regiae necessitatis aut opportunitatis tempore denequentur. Hoc igitur edicto perenni sancimus. §. 1. Nemini cujuscunque status, prae eminentiae vel dignitatis existat, nobili vel plebejo, licere bona sua quaecunque infra dicti regni confines sistencia, communiter vel divisim, quacunque ratione vel causa, donare, vendere, transferre, seu alio quocunque alienationis titulo permutare, in personas, loca sive collegia, seu manus mortuas, vel alia quaecunque genera locorum vel personarum, quae immediate in personis et bonis non possint de jure servire atque parere regis ordinationibus et mandatis; §. 2. Quibus etiam a seculi hujus vita migrantibus, non possint libere, obstante forte privilegio vel alia libertate quacunque, in casibus debitis de consuetudine regni permissis, bona ipsa devolvi et devoluta teneri et administrari per regiam cameram sive curiam suprascriptam. §. 3. Bona vero, quae taliter contra praesentis constitutionis seriem seu mentem translata reperirentur, vel de quibus transferri exstiterit ordinatum, licet nondum realiter translata fuerint, intelligantur ipso jure nostrae regiae camerae confiscata.

*Abý dědiny neb sbošie služebníkóv králových v ruce mrtvých nepřipadlo.*

*Ižádnému manu, služebníku neb nápravníku nemá přislušeti, aby dědiny své služebné, manské nebo nápravničí k službě České koruny přislušejece vzdal, prodal nebo zapsal neb směnil osobám mrtvým (osobě ihned budoucí, nebo ta osoba druhé dáti nemuož) totiž v zádušie nebo kostelním vladaruom k věčnosti i všem jiným, ještoby snad pro nehodnost svého života z těch dědin služby královny zastávati nemohli. Pakliby kto učinil neopatrně bez královny vuole a oputštění, žeby dědiny své zapsal, dal, prodal nebo směnil dielně nebo všechny: tehdy jeho dědiny jmenem pokuty do královny komory mají připadnutí, a král má z nich zpuosobiti a je tak osaditi, aby jemu a budoucímu králi s nich mohla služba jíti.*

### XXXIII. De conspiratoribus.

Regiae nostrae majestatis caritas, quam erga regnicolas fideles nostros incessanter habemus, voluntarios nos impellit nocturnis vigiliis diurnisque solertis diligenter inquirere, quae illis possunt ad quietem proficere et ab inimicorum dissidiis et violentis incursibus praecavere. Dudum equidem inter principes et barones regni nostri inique comperimus observatum, quod ex eis quidam, inimico humani generis suggerente, conspirationes, ligas seu confoederationes illicitas invicem faciebant, easque cum literis et jure saepe vallabant. Quorum occasione rancores et odia inter eos et principes et barones alios circumstantium regionum orta, quandoque caedes, ruinas, incendia, et alia quaeque dissidia rerum et personarum utrinque fructam pestiferum pariebant. Quod nos non solum praecidere, sed radicitus evellere molientes, sancimus. §. 1. Nullam omnino conspirationem, ligam seu confoederationem vel jurationem inter quosunque principes vel barones seu magnates dicti regni, quacunque occasione vel causa, contra quamcunque personam aut locum vel universitatem, vel alias quocunque modo in genere vel specie, literis aut jure firmatam, sive etiam absque eis, fieri debere vel in posse, absque regiae majestatis expressa conscientia vel mandato. §. 2. Qui vero contra mentem praesentis constitutionis conspirationem vel ligam hujusmodi fecisse vel iniisse reperti fuerint, quique ad haec consensum praestiterint, consilium vel favorem: ipso facto regis indignationem se noverint incurrisse, et a regis gratia se suaque omnia realiter dependere.

### *O sápisiech neřádných a o šibalech.*

*Statečně chceme a ustavujem tak, aby páni, rytieři, vladky, panoše, měšťané, sedláci a jiní kteréžkoli osoby lidé žádných*

*přísah, tovařistvie, jinak šibalstvie sobě nezapřisahovali, ani kterých zápisov zvláštniech v zemi naší České nečinili a tím spravedlnosti aby netupili; lečby opatřeno bylo naší vůli nebo našich budúciech králův českých. Pakliby kto slovolně všetečný proti našemu ustavení učiniti směli, osobami svými i s svým sbožiem ot naší milosti padnúti mají.*

## XXXIV. De eodem.

Consimilis quasi morbi labem pestiferam tollere, et ex toto corpus egregium regni nostri purgare cura sollicita cupientes, decrevimus §. 1. nulli omnino nobilium aut plebejorum seu villanorum, vel alterius cujusvis generis personarum, (quod aliquando turpiter factum fuisse comperimus), quacunque ratione vel causa conspirationem vel ligam seu confoederationem vel conventionem aliam cum aliquibus facere vel inire, contribuendo simul pecunias vel res alias, in mortem alicujus certae personae, vel aliter quouomodo in genere vel in specie, licere facere vel inire, aut attentare duntaxat. §. 2. Qui autem contra fecerint, et qui contra facientibus consilium praestiterint vel assensum vel favorem: ipso facto regis gratiae sint commissi. §. 3. Si vero mors hominis inde causata fuerit, bonis eorum omnibus confiscatis, capitis poena plectantur.

## O. témž.

*Vyřekše prvé o zápisiech a o tovařistvě ve zlém, nynie také ustavujem všem kteréhožkoli stavu lidem, aby přísah mezi sebou neměli šibalských a peněz na to nesdávali ani sbírali; snad kdyžby se přihodilo, šebý koho zvláštnie nebo šibalsky zabili, aby těmi penězi složenými úkladně jeho zaplatili. To zapovídáme pod naší královskou milostí. Pakliby kto zabítý těmi penězi byl zaplacen nebo otložen: tehdy ti všickni, ktož jsú k tomu ty peníze přidávali, hlavy stětie trpěti mají, a sbožie jich do královny komory má připadnúti.*

## XXXV. De incendiariis.

Superbiam, divinitati semper exosam, clementiae nostrae detestatur assensus, et regiae auctoritatis nostrae tremenda potestas cogere debet eos esse pacificos, quos elationis vitium excitat inquietos. Praesenti itaque edicto jubemus, §. 1. Quod si quis baro ita divinum contemnens judicium, nostraeque justitiae non reverens dignitatem, cum banderia, manu armata, in alterius baronis terram cucurrerit, illamque in totum vel in partem incenderit, per se vel alium seu alios, aut tantummodo absque incendio cum banderia currerit, vel absque banderia currendo incendium fecerit, ipso facto regis gratiae commissus esse noscatur, satisfacto prius incensis ta-



libus et damna passis ex integro de bonis et rebus incendiarii supradicti, aestimatione congrua praecedente. §. 2. Prius enim intendimus passos injuriam atque dispendia justae restitutionis compendio recenseri, quam fisci nostri commoda procurari. (Tunc enim thesaurus noster augetur, cum fidelibus nostris et subditis sine cunctatione justitia ministratur.) §. 3. Et quod supererit ex bonis et rebus ipsis jam commissis, fisci nostri compendio devolvatur.

### O žhářčch.

*Pakliby kto pán, rytieř nebo panoře, brannú a oděnú rukú s korúhví nebo s praporcem druhému pánu neb jinému v jeho zemi běžal, nebo bez korúhve vražedlně přičena sžehl nebo spálil nebo skrze jiné spáliti zjednal: proto v naši královskú nemilost s tím se všiem, což má, beze vši výmluvy upadnutí má; a z svého bytu nebo sbožie má tům dosti učiniti, komužby jest skrze oheň škodu učinil, a zbylo-liby co mimo to, to má do našť královské komory přijieti.*

### XXXVI. De divisione hereditatum vel aliorum bonorum communium.

Altercationum materiam plurimarum, quam in sacro auditorio nostro vidimus frequentari, provisione nostra tollere volentes, sancimus: §. 1. Quod fratres consobrini, aut alii quicumque sanguine vel affinitate conjuncti, vel prorsus extranei communem hereditatem habentes, volentes a communione secedere et partes quisque proprias habere, divisionem hujusmodi solemniter debeant celebrare, §. 2. Videlicet: Principes vel barones coram Regia Majestate, aut si praelegerint barones ipsi, coram tribus baronibus scabinis seu justitiariis vel rectoribus illius provinciae, infra cujus limites hereditas ipsa sita aut pars potior ipsius reperietur. §. 3. Nobiles vero alii coram tribus nobilibus scabinis ejusdem provinciae sitatae hereditatis. §. 4. Ceteri vero plebeji vel oppidani coram iudice civitatis illius vel oppidi, infra quam vel ejus pertinentias est dicta hereditas situata. §. 5. Extra vero alium praedictorum modorum divisionem aliquam alleganti, velut non legitime factam, nulla probatio admittatur, nec divisio aliqua facta credatur, sed pro communione alleganti judicium sine dilatione feratur.

### O dělení sbožie nebo dědin.

*Potřebie jest, aby každý věděl, před kým má rozdiel svoji dědin bráti: Nejprv před králem a před jeho raddú, druhé před pány a před konšeli zemskými, třetí před úředníky zemskými,*

*toho dskami potvrdě. Pak jini menši berú rozdiely své před svými pány nebo před rychtáři neb před konšeli v súdiech zahájěných.*

### XXXVII. De regina Boemiae secundo nubente.

Humanae considerationis discreta provisio ex actis praeteritis futuris ordinationibus sumit exemplum; et tunc potest venturis casibus remediis opportunis occurrere, si quae praecesserunt similia, voluerit diligenter inspicere. Dudum siquidem illustris quondam regina Boemiae, rege marito suo defuncto, relictis liberis in regno ipso successivis, matrimonio secundo se junxit cuidam baroni regni praelibati; cujus occasione quanta in regno ipso supervenere dissidia atque dispendia, regni ipsius scissio enormisque jactura, putamus ex causa sanctius subticere, quam literarum praesentium historico sermone vulgare. Sed ne iterum causa fluctuosi periclitantisque maris pelagum generosa regni nostri navis introeat, sacra constitutione praesenti providimus ordinandum: §. 1. Quod si in posterum quando-cunque illustrem reginam Boemiae, coronatam scilicet et, ut decet et moris est, sacra unctione linitam, viduamque relictam, secundo nubere alicui principi vel baroni, aut cuicumque regnicolae dicti regni contingat: regina ipsa a jure dotalitii sui ipso facto cadat, et a regno praedicto exilii perpetui poenam portet. §. 2. Qui vero regnicola taliter eam uxorem habere praesumpserit, eadem exilii poena plectatur; quam protendi in generationem tertiam temerarii sanguinis sui per lineam descendantem inclusive volumus et jubemus. (Meriti sunt etenim regni solatio et habitatione privari, qui regnum a periclitationibus variis, desolationibus et scissuris non curarunt tutum debite praeservari.) §. 3. Ubi vero cuicumque alteri quam regnicolae nupserit, dum tamen principi generoso, ipsius reginae honorificentiae et statui digno nubat. (quod sibi libere permittimus), receptis atque reductis locis et terris sibi pro dotalitio assignatis in potestate atque custodia succedentis legitime in regno praedicto, decem millia marcarum argenti reginae praedictae pro dotalitio suo assignentur; vel si magis elegerit rex ipse succedens, dictarum terrarum atque locorum redditus sive fructus ad vitam suam, deductis sumptibus, tri-buantur.

### *O králové České, kteréž se podruhé vdává.*

*Udá-li se králové České korunované, mazané, a to proti právu, kterého pána zemského pojieti, tehdy chceme a ustavujem, aby ona svého věna, kteréž ot krále má, všelikterak prásdna byla, a na budúcieho náměstka to připadnutí má; a ona má z královstvie Českého věčně vypovědiena býti. A ten, ktožby ji směl pojieti, má také se všemi přirozenými do třetieho kolena*

*tuž výpověď z země trpěti. Pakliby které knieže královu pojal, má ji ven do své země vezieti a věna jejíeho požievati, dokudě by mu král Český deset tisícovův hřiven stříbra nedal za výplatu věna jejíeho nebo méně, jakěby bylo ujednáno.*

### XXXVIII. De coronatione regis et reginae.

Decorem regni statumque pacificum nostrorum fidelium diligentia qua possumus inquirere non cessamus; nec posse credimus labori succumbere, cum deo juvante cuncta semper disponimus ordinanter. Quanta possunt evenire pericula, quantaque oriri dissidia regni solio glorioso vacante, quis sanae mentis ignorat? Tunc veluti pastore seducto de medio, grex insolita libertate disgreiens, insidiantium luporum faucibus carpitur et ovile relictum faciliter dissipatur. Hoc igitur edicto perpetuo providimus ordinandum: §. 1. Quod succedentes pro tempore in regno Boemiae singuli futuri reges illustres, infra sex menses continuos a die successionis inantea numerandos, debeant vocatis principibus, baronibus, nobilibus et universitatibus dicti regni, omni condigna solennitate servata, ut moris est hactenus, regale diadema per manus sacras Pragensis archiepiscopi, aut praelati alterius, (Pragensis ecclesiae sede forte vacante, vel ipso archiepiscopo renitente, aut alias inhabili existente), omne felici suscipere, et in regem gloriosissime coronari; §. 2. Et infra tantundem temporis spatium illustrem consortem reginam, quando-cunque et quotiescunque regem forte contigerit matrimonio copulari, diadematis similis faciant insignis coronari. (Decet enim, ut quos providentia divina conjunxit in unum, unius etiam honoris et gloriae suscipiant incrementum.)

#### *O korunování krále českého.*

*Nynie budúclem kráľom Českým ku paměti přivodíme: každý od přijetie kráľovstvie v šesti mēsieciech svolaje pány etc. od biskupa Pražského, nebo kdyby snad stolice prázdnila biskupská, tehdy od jiného biskupa neb preláta šťastně má korunu a namazanie přijieti kráľovské. A v témž času i kráľova, kolikrát by potrebie bylo, korunu i duostojenstvie přijieti má, a v duostojenství aby se radovala s kráľem svým.*

### XXXIX. De ferro candente et aqua frigida.

Errorem gravissimum, sanctissimae religioni christianae contrarium ac obnoxium statui et quieti devotorum nostrorum fidelium, de medio gregis populi christiani regni nostri Boemiae penitus ex-

stirpantes, sancimus: §. 1. Nemini omnino licere juxta limites dicti regni ferri candentis vel aquae frigidae experimento uti, aut alio genere experimentorum similium, vel inducere ad utendum quacunque occasione vel causa, commissi forte criminis, violentiae in virginem vel adulterii, sicut aliquando factum fuisse comperimus, aut alias quovis modo exquisito. §. 2. Poena imminente contra facienti, aut illi consilium vel favorem praestanti, post infamiam, bonorum omnium publicationis in fiscum; et ubi personaliter capi possit, (quod fieri cuicunque nedum permittimus, sed jubemus) incendio sive aqua, prout in altero ipsorum deliquerit, finem turpissimum faciat vitae suae. (Qui enim dei omnipotentiam tentare praesumpserit, et illius occultum judicium deridere, proximum suum per naturae contraria cogendo perire, dignus est merito, naturalis hujus vitae solatio non gaudere.

*O železu horúciem a vodě.*

*A zakazujem i přiesně prikazujem a zapoviedáme, aby vec té přísahy pohanské, totiž skrze železo horúcie a na vodu puštění, nepožievali o žádnú věc, a tudy Boha, svého tvorce, nepokúšeli, buďto o úmós neb o podávenie panen etc.; neb živi byli, přísahna Bohu, neb skrze Buoh přísahajiec, (neb jest on serchované dobrý); pod pokutú zbavenie jeho sbožie a pod hrdlem, nebo pod ohněm neb pod utopeniem neb kterým jest hřiechem shřešil proti svému bližniemu.*

**XL. De tabellionibus contra prohibitum conficientibus instrumenta.**

Nostrorum fidelium querela frequens aures clementiae nostrae pulsavit, quod in regno nostro Boemiae notariorum seu tabellionum publicorum numerus longus, scientia tamen et artis peritia summe brevis, subditorum nostrorum in opinata causat incommoda, versutiis, fraudibus aut erroribus gravibus locum praebens; tandem rancores parit et odia, et suscitatur saepe discordias atque rixas, per quae fidelium eorundem facultates labuntur, ac ipsi necessitates varias et aerumnas pati coguntur. Quod nos, qui subditorum ipsorum statum pacificum assidua meditatione semper inquirimus, nec immerito moleste ferentes, hac salubri ordinatione sancimus: §. 1. Quod nullus omnino, se dicens notarium seu tabellionem publicum cujuscunque regis seu principis, aut alterius cujuscunque personae, habentis quantumcunque legitimam potestatem, auctoritate creatus notarius publicus vel tabellio, audeat vel praesumat officium sive artem notariatus seu tabellionatus publici quomodolibet exercere infra limites dicti regni,

nisi prius per nostras aut successorum nostrorum Boemiae regum illustrium, qui pro tempore fuerint, patentes literas, sigillo pendentis majestatis regiae impresso typario communitas, meruerint exercendi licentiam obtinere. §. 2. Acta vero quaeque contra constitutionis hujus seriem per dictum notarium, notae forte sumptae, vel instrumenta confecta, ex nunc prout ex tunc, nullius valoris esse decernimus vel momenti; ipso nihilominus temerario ausu contrarium faciente, velut falsario, puniendo. (Quos enim regiae majestatis examen duxerit approbandos, non est dubium, eos providos et peritos esse repertos.)

### *O pisariach obecných.*

*S paměti pokládáme, aby žádný písař obecný nebo jiný písař od desk přisežný, snad jsa publice stvořený v naše České zemi, i což pod naši korunu slušie, skutkův žádných, listov, instrument i jiných zápisuov činiti nesměl, lečby skrze ny nebo naše náměstky hodnost a potvrzení přijal, a naše listy na to s pečetmi neb sekretem na potvrzení měl; jinak cožby kolivěk vedl nebo psal, to za nic chceme míeti a žádné moci nemá míeti, a jakžto nad falešnikem má pomštěno býti.*

### XLI. De recognitione fienda per principes et nobiles novo regi.

Regalis diadematis nostri nobilissimam partem, clarissimorum principum regni nostri Boemiae feuda, regiae mentis arcano volumus servari praecipua, et congruentis cautelae suffragio providere, ne qua in posterum super eis possit dubietas occurrere, aut incertitudo quaelibet alternandi materiam generare. (Siquidem nihil est gratius, quam humanis rebus semper adhibere cautelam, quae si non sit necessaria, non gravat esse superflua.) Praesenti itaque lucida lege sancimus: §. 1. Quod quilibet princeps, marchio, dux et vasallus, et quicumque alius inferior nobilis feudatarius regni nostri praedicti, singulis successoribus nostris legitimis Boemiae regibus futuris illustribus, infra annum continuum, numerandum a die successionis in regno cujusque regum ipsorum, §. 2. Et quotiens etiam dictos marchiones, duces et vasallos aut inferiores nobiles feudatarios morte interire aut mutari continget, infra consimilem annum a die mutationis hujusmodi continue numerandum, terrarum atque castrorum, dignitatis aut honoris, et generaliter bonorum omnium atque jurium, quae tenet vel possidet infra limites dicti regni, recognitionem debite faciat, et ab eis infeudationem recipiat, et praestet personaliter fidelitatis debitae sacramentum; si tamen reges ipsi eodem anno degerint in regno praedicto. §. 3. Alioquin si absentes exstiterint, debeat

hujusmodi princeps, marchio, dux vel vasallus, aut inferior nobilis feudatarius, infra eundem annum coram capitaneo generali regni praedicti solemniter protestari; et infra sex menses continuos a die reditus regis taliter absentis in regnum in antea numerandos, recognitionem, infeudationem et juramenti praestationem praedictam decenter implere. §. 4. Nisi fortasse marchiones, duces et vasalli, aut inferiores nobiles feudatarii, extra terram sine dolo forent absentes; quo casu volumus, ut a die reditus ipsorum ad patriam infra tempus semestre in praesenti constitutione expressum ad debitam consummationem dictorum omnium teneantur. §. 5. Quod si quis ex dictis principibus, marchionibus, ducibus et vasallis aut inferioribus nobilibus feudatariis praemissa facere non curaverit: transactis terminis superscriptis, rex praedictus, qui tunc exstiterit, vel dictus capitaneus generalis, possit et debeat ad manus regiae majestatis recipere jura et bona praedicta quaecunqve, tenenda et servanda per eum, donec praemissa omnia et singula fideliter impleta fuerint. (Per hanc enim ordinationem nostram et jura nostra redduntur illaesa, et dictorum clarissimorum principum, marchionum, ducum et vasallorum ceterorumque nobilium dignitates et bona magis certa et regalis auctoritatis protectione secunda.)

#### *O přiznání kniežat a pánův k novému králi.*

*Pamatujem, aby všichni, markrabie, vévody, knížata, páni, manové menší i větší, v roce a ve dni ote dne korunování krále počítajiece manstvie ot krále přijali. Pakliby snad krále nebylo, tehdy před kapitánem ty časy země České se přiznali; a po navrácení krále do země v šesti měsieciech přijedúce mají svá manstvie s přísahú přijeti. Lečby svrchu řečených kniežat nebo pánův ty časy v zemi neb v bydlech jich nebylo, tehdy po vrácení jich do země podle času, jakož se svrchu jmenuje, mají to dokonati. Pakliby kto z dřieve jmenovaných toho naplniti nedbal v těch časech jmenovaných, tehda dřieve řečený král nebo kapitán obecni, kterýžby za toho času byl, mohli a má v ruce Králové Milosti vzieti práva a sbožie všelijaká skrze něho držená, dokudžby dřieve jmenované věci vsecky spolu spravedlivě nebyly naplněny. (Skrze to naše ustavenie práva naše jsú nepoškrvněna, a sbožie a věci čisté dřieve řečených a z moci a pomoci králový jistějšie.)*

#### XLII. De citationibus contra regem.

Licet humano jure princeps legibus sit solutus, et cunctos populos sibi subjectos habeat judicare, et a nemine ipse judicetur:

quia tamen digna vox est majestate regnantis, alligatum se legibus principem profiteri, (quod etiam per praedecessores nostros Boemiae reges illustres observatum fuisse comperimus), praesenti constitutione decernimus: §. 1. Quod si quis quandoque forte a nobis vel successoribus nostris Boemiae regibus illustribus, qui fuerint pro tempore, reputaverit se gravatum, seu causam ullam se velle dicat intentare nobiscum: tunc supremus camerarius et barones sive kmetones de causae vel gravaminis meritis diligenter et libere inquirentes, demum quicquid justum reppererint, pronuncient vel decernant; §. 2. Quorum pronuntiationi et decreto stare et contentari rex ipse, sicut et subditus vel querelans de benignitate regia, teneatur. §. 3. Decore tamen et honestate regiae dignitatis in hoc specialiter reservatis, quod nulla prorsus praemissorum occasione, vel alio quocunque modo excogitato vel via, contra personam regis citatio vel vocatio aliqua personalis emanet, sed contra officiales suos, qui ad hoc extiterint deputati, procedat. (Per hoc enim et splendor justitiae, quem ubique in regno nostro lucere singulariter cupimus, purus servabitur, et clementiae nostrae zelus, quem ad justitiam gerimus, piis operibus insignitur.)

### *O pöhoniech proti králi.*

*A kakž kolivěk král pro duostojenstvie své vyňat jest z súdův v zemi své, avšak aby pravda se šířila: komorník nejvyšší (purkrabie Pražský), a páni a kmetové České země mají žalujícím na krále spravedlnost učiniti, a král jich náles i ortel z své milosti zvláště trpěti má; tak, aby žádného úrazu na svém duostojenstvie a na své osobě netrpěl skrze jich odsúzení, ale jeho úředníci aby to splnili a trpěli, což jsou na to vydáni, z jeho statku a sbožie, a král jim má to beze lsti a přisně přikázati.*

### XLIII. Ut rex non citet quemquam.

§. 1. De consuetudine laudanda processit, quod ut regiae dignitatis supremum decus ab omni indecentia servetur illaesum, nulla debeat in persona regis contra quoscumque citatio emanari. §. 2. Sed cum casus emerit, utpote de juribus regis occupatis, vel alia quærimonia privatarum etiam personarum, sub nomine judicis curiae regiae procedat citatio, quae terminum competentem assignet citatis ad comparendum coram majestate regia, sicut illa duxerit ordinandum. §. 3. Si quis forte nobilis vel alius quicumque contra majestatem regiam vel homines suos excesserit, possit per literas regias tales excedentes publice facere per fora proclamari, quod certo termino compareant in curia regis; §. 4. De quibus tamen defectibus regem tangentibus barones seu kmetones juxta solitam judicabunt.

*Král nemá puohonem býti.*

*Slično cheme mieti, aby od osoby královny žádný pohnati neměl ani mohl, než příhodilo-li by se v králových právech pře-kažení aneb žeby dědiny drženy byly nebo z věci jiných obecných šla by žaloba nebo bylo žalováno, pod jmenem dvorského sudieho pónon má vyjeti. Pakli by kto proti králi které věci nebo dědiny držal, tehdy dvorský sudí má je kázati provolati, a rok z práva prodlený tomu provolání i surchu jmenovanému puohonu uložití a podle obyčeje, což krále dotýče, páni a kmetové mají súditi.*

## XLIV. De prolatione termini per iudicem.

Sicut observatum reperimus antiquitus, statuimus, ut si quando iudex terrae, in testimonium duorum vel plurium, alicui in quacun-que causa terminum de certa scientia assignaverit, aut ad postulationem alicujus dilationem concesserit: tantam efficaciam et vigorem censeatur habere hujusmodi terminus, licet unicus taliter assignatus, quantum trina publica proclamatio per trium dilationum debita et consueta intervalla in foro publice facta reperiretur habere.

*O prodlení roku sudím daném.*

*Kdyžby sudí komu rok přede dvěma nebo přede třmi nedělní z svého jistého vědomie o kteroužkoli věc nebo ku prosbě větší prodlenie dal nebo puojčil: takú moc měj rok ten jeden, jakoby se troje provolání stalo trhem.*

## XLV. De regni defensione.

Munitio quaeque bellica tractanda semper est mente quieta, quia tunc male quaeritur, cum jam imminentibus hostibus necessaria iudicatur. Itaque futuris eventibus praecavere volentes, et subditorum nostrorum fidelium securitatem et pacem, quas illis nostris temporibus multo labore quaesitas feliciter deo juvante contulimus, illaesas a cunctis hostium violentis incursibus praeservare: edicto praesenti providimus ordinandum, sicut ex institutis antiquis regni nostri Boemiae jam comperimus observatum: §. 1. Quod si quando contingat hostes regni nostri praedicti metas invadere vel intrare, tunc indifferenter omnes, tam principes, barones et nobiles sive vladykones, quam etiam, cives et oppidani, imo populus universus regni, juxta ordinationem regiam et mandatum, debeant armata manu circa metas ipsas potenter assistere septimanis quatuor, sumptibus



propriis et expensis, patriam propriam viriliter defensuri. §. 2. Si tamen ultra quatuor septimanas eos defensionem regni expediret intendere, tunc eo tempore duntaxat, quo ultra septimanas ipsas quatuor vacaverint defensionem praedictae, liceat eis de bonis et juribus regis tantum recipere et non ultra, quantum eis et equis eorum sufficiat ad expensas.

### *O obraně království Českého.*

*Také přihodilo-li by se kdy, žeby nepřítel v zemi vpadl, tehdy všechna knížata, páni, šlechtici, rytíři, vladyky, měšťané i všecken obecný lid mají hned branní rukou jíti a jíti z příkázání a řečením krále až na mezi české. A tu mají trvati bránice mezi čtyřmi nedělemi na svůj náklad a o své stravě. Pakli by do té chvíle trvati nemohli (pakli by děle tu trvati nemohli), tehdy potřeb mají sobě dobytí na království toliko sobě a koním, a nic více.*

#### XLVI. Ut tempore guerrae non exeant regnicolae extra terram.

Ad defensionem patriae quisque debet singulari quadam caritate prospicere, et personam suam cunctis objectare periculis, ne patriam suam lacerandam relinquat extraneis. Hoc igitur edicto jubemus, §. 1. Quandocunque regem Boemiae sive regnum ipsum contingat guerram habere, nullo omnino regnicolae quacunquē ratione vel causa licere exire limites dicti regni, nisi hoc de certa scientia dicti regis processerit et speciali gratia vel mandato. §. 2. Quod si quis exire praesumpserit, bonorum omnium publicatione mulctetur.

#### *Aby zemané v války z země nevycháseli.*

*I také ustavujem tak, že kdyby válka proti české zemi byla, tehdy žádný zemětin nemá z země jíti, dokudby ta válka trvala, lečby zvláště odpuštění od krále obdržel. Pakli by kdo směl z země vyjeti všetečností, tehdy sbožie svého a dědiny, kterážby měl v království Českém, ohlasně zbaven má býti.*

#### XLVII. Ut servi tempore expeditionis a dominis suis licentiam non petant.

Nulli omnino licere permittimus, sed protinus inhibemus quacunquē domini servitori expeditionis iam proclamatae tempore licentiam petere a domino suo, quacunquē ratione vel causa, expeditione ipsa durante, contra sui domini voluntatem.

*Panoše: neb služebníci v čas válečný otpuštěnie neberte ot pánoů.*

*Líbí se nám i ustavujem, aby žádný v provolání války na vojnu od svých pánoův otpuštěnie nebral, dokudšby ta válka stála, proti vůli jeho pána, neb by to bylo proti každého eti a více.*

#### XLVIII. De Boemis servientibus extraneis dominis.

Quia saepe contingit, (quod ex magnanimitate procedit), barones aut nobiles vel wladykones regni nostri Boemiae certis dominis vel amicis eorum in diversis mundi provinciis extra regnum ipsam commorantibus, cum stipendiis, aut sine, in armis servire: praesenti constitutione sancimus: §. 1. Personas hujusmodi cujuscunque promissi vel conventi servitii ratione vel causa terrae Boemiae publice vel occulte, tacite vel expresse, per se vel alium nullatenus nocere debere. §. 2. Quod si quis et cujuscunque status vel conditionis existat, pro tempore contra fecisse repertus extiterit: bonis omnibus confiscatis, velut patriae propriae regnique aemulator et proditor, capitali sententia feriatur.

*Čechové neslužte cizozemcóm.*

*Ey opět za právo vyřiekáme, kterýžby količek Čech nebo zeměnin v službě nebo na žoldě byl neb slúšil v cizích zemích, aby pro žádnú věc i skrze žádnú výmluvu s svým pánem proti České zemi nebýval; paklby to zrušil, má za svádci vědien býti, a sbožie jeho a hrdlo na královú milost připadnutí mají.*

#### XLIX. De juribus regis silvarum.

De juribus silvarum nostrarum regni Boemiae, quarum densitas arborumque admiranda proceritas non inter minimas particulas regni gloriae est notanda, tam pie quoad fideles nostras silvis ipsis convicinas, ne ille forte litigare nobiscum et sumptibus ac laboribus gravari cogantur, quam provide quoad regalia jura nostra servanda disponere intendentes, morem priscum, sicut accepimus, specialiter etiam in hoc imitantes, sancimus: §. 1. Quandocunque nobilis aliquis sive clients causam cum nostra curia super metis silvarum habere contigerit, tunc pro parte regia producantur novem silvani seu servitores, pro parte vero clientis totidem nobiles vel clientes; §. 2. quibus in praesentia parggravi nostri aut villaci regionis illius constitutis, adhibitis etiam duobus vel uno saktem militibus ad hoc specialiter commissariis deputatis per regiam majestatem, et loco

causae seu litigi per eos diligenter inspecto, ipsi purggravius aut villicus et milites informationes omnes, facientes ad materiam causae, diligenter recipiant, et si possunt debite concordare, fodi faciant magnos acervos et terminos stabiles atque notos infigere, per quos causa ipsa sopita, nulla in posterum relinquatur occasio litigandi. §. 3. Si vero non possent debite concordare, tunc sorte data per purggravium seu villicum supradictos, tres ex productis novem testibus supradictis, quos sors ipsa elegerit, super dubiis causae, jurati prius, ferant testimonium veritati; secundum quod iudicium dirimatur, et ponantur acervi vel termini juxta testimonium eorundem. (Taliter etenim et juri nostro consulitur, et fideles nostri longis dispendis non gravantur.)

### *O právé králových lesuov.*

*Vše to pevně postavujem, kdyžby se mezi kým o jeho lesy a o naše meze svár stal a ztrhl; tehdy od nás má povoláno býti devět hajných nebo služebníkův a s druhé strany tolikéž devět panoší neb vladyk, a před vladařem nebo lovčiem toho kraje, přivolajiec k tomu jednoho nebo dva rytiefe, otpuštieny to vedle jich svědomie, a v jistém ohledání lesów a mezi meze a hranice a kopce znamenité mezi našimi lesy a jeho učiniti. Pakliby snad nemohlo tak dokonáno býti, ale z těch devieti tři z našich a tři z toho našeho súpere losem vybraní podle rozkásanie toho lovčieho neb vládaře a těch, kteříež jsú k tomu přivoláni, majie pod přísahú ty meze, hranice a kopce učiniti a to osvědčiti pro paměť a tvrdost lepší.*

### L. De incisione silvarum.

Silvarum nostrarum admirandam exteris pulchramque congeriem non tam velumus dissipari, quam etiam diligenti custodia ab omni prorsus succisione, nisi quam specialiter permiserimus, intendimus praeservari; et intactam perpetuamque manere volentes, jubemus: §. 1. Quod nullus ex silvanis nostris sive lowczis, aut alia quaeque persona, quacunq[ue] ratione vel causa, possit incidere aut exportare lignum aliquod ex silvis ipsis, seu alienare vel vendere, nisi tantummodo aridum lignum, vel quod vi ventorum ceciderit, §. 2. His itaque duobus generibus lignorum duntaxat uti liceat, illaque vendere silvanis nostris ad camerae nostrae compendium, juxta solitum et antiquum; nisi de certa scientia regia et speciali gratia concessum aliud alicui per literas regias patentes appareret. §. 3. Poena imminente contrarium facienti, mutilationis manus dextras, qua adjunctrice potissima praesumitur rationabiliter deliquisse, et

publicationis in fiscum hereditatis, quam a nobis seu curia nostra pro aervitio onustodiae silvarum visus exstiterit possidere.

### O mýcení lesův královských.

*S paměti ustavenie dávného lesov našich královských i jeden lovčí nebo hajný náš bez našeho zvláštneho odpustění nemá mýtití, než toliko súš a vývratky; ty mají mýceny býti a prodávány; a ty peníze mají obráceny býti do naší královny komory. Leč bychom zvláště komu odpustili, po našich zjevných zvláštnech lesiech, které lesy mýtití nebo darem dáti, tak mohú polesní nebo hajní ty lesy prodávati nebo mýtití pod vyměřením a peníze do naší komory pod vyčteniem obrátiti, pod pokutú ruky pravé utěti a pod ztracením dědin těch, kteréš od České koruny za službu hájenství našich lesův mají.*

### LI. De ablatione equorum volentibus subripere silvas.

§. 1. Quandocunque contigerit, quod silvani nostri seu locczy alicui infra silvam equos et currus abstulerint, praetendentes illum cum dicto curru venisse subripere seu furari ligna nostra silvarum, illo haec omnino negante: ut altercatio finem recipiat in instanti, secundum quod fore comperimus hactenus observatum, sancimus in hujusmodi casibus duos ad minus silvanos seu locczos in curia nostra regia, coram scilicet officialibus nostris regionum illarum haberi; §. 2. A quibus prius exacto juramento, duos digitos elevando, ut moris est eis, testimonium volumus perhiberi, juxta quod litigium dirimatur. §. 3. Et si reperiatur culpabilis ille, cum bonis suis omnibus regis gratiae sit commissus.

### O pojetí koní na krádeži lesu.

*Slíbujeme o pojetí konie tak držeti, kdyžby komu konie i s vozem v lesiech našich královských, an chtěl drva krásti, pojati byli, a pře o to vznikla: tehdy dva hajná z toho kraje lesův na dvoře našem před úředníky našimi téhož kraje zdvihnúce dva prsty (nebo háky), kdyžby popřisegli, že jest les nebo drva chtěl krásti a bráti, bude-li shledán tím vinen, tehdy se všiem svým sbožiem na královu milost má podán býti.*

### LII. De metis et limitibus silvarum.

Si quando de metis seu limitibus silvarum regalium Boemiae inter regis procuratores aut alios quoscunque regnicolas altercatio

oriatur, testes non extranei, nec de remotis partibus in controversia producantur, sed nulli penitus admittantur, tam contra nostram regiam curiam pro parte alia, quam etiam vice versa contra partem aliam pro parte nostrae regiae curiae supradictae, nisi silvani, in locis propinquioribus habitantes metis aut territoriiis ipsis, de quibus quaestio ventilatur.

### *O meziech a vysázení lesův královských.*

*Eš bývá svár mezi rozličnými lidmi a zvláště mezi úředníky královými lesnými o meze a o rozdiely a prosečí lesné: cheme aby jiní o tom svědkové nebyli vzati než najbližnější hajní neb polesní toho kraje lesu, a těch svědectvie a ukázanie má přijato býti a držáno.*

### LIII. De silvis excisis.

Silvas nostras, quas in aliquibus partibus earundem succisas et effossas, et aliquas cultas et laboratas audivimus, quasque nostras hereditates existere et ad nostram regiam cameram devolutas post mortem illustris regis Ottacari divae memoriae nemo debet ambigere, ad eandem regiam cameram pertinere decernimus et jubemus; nisi aliud clementia regia cuiquam reperiat de gratia speciali per suas patentes literas concessisse.

### *O lesiech královských vykopaných.*

*Přisuzujem a přikazujem, aby jakož lesové naši, kteříž jsou smýceni a ze dna vykopáni po Ottakarovi předku našem, jenžto jsou již dědiny, ty a takové dědiny tak vykopané příslušali na nás věčně a na naše krále budoucí spravedlivě, a žádný uvázati se v ně nemá, leč bychom jemu je vydali a vysadili v službu nebo v plat, a toho potvrdili listy našimi.*

### LIV. Ut non excorientur arbores silvarum regalium.

Ne constitutionibus suprascriptis, quas pro conservatione silvarum nostrarum regalium diligenter edidimus, ullatenus fraus fiat; sancimus: §. 1. Ne quis, (quod dolorose saepius factum fore percepimus), quocumque tempore anni, maxime in vere, aut etiam in aestate, arbores silvarum ipsarum quacumque ratione vel causa, in primis vel secundis aut aliter quoquomodo corticibus excoriare, vel cortices ipsas incidere vel rumpere audeat vel praesumat, §. 2. Poena imminente contrarium facienti: si silvanus fuerit, excoartationis manus

dextrae, et publicationis bonorum omnium, quae a nobis pro servitio custodiae silvarum earum noscitur obtinere; si vero alia quaecunque persona, excoriationis manus dictae poenam tantummodo patiatur.

### *O dřievě lesuov oblupování.*

*Ovšem bude-li hajný náš kóry proneb nebo druhé bípiti neb kterák odřezovati s dřievie, ihned má ruku praví ztratiti a sbožte i dědiny své k hájenství příslušejíce ohlasitě stratiťi do komory králový; paklby jiný člověk cizí to činil, tehdy sa to toliko ruka pravá má jemu ulata býti.*

### LV. De impositione ignis ad silvas.

Si quis tanta temeritate repletus exstiterit, quod ignem imponeret vel imponi fecerit in silvis nostris aut baronum nostrorum vel aliorum quorumcunque juxta limites regni nostri Boemiae, aut in arboribus vel herbis earum, ardore igneo usque ad vitae exitum comburatur.

### *O požáríech lesniech.*

*Světle tomu chcme, ktožby kolivěk z úmysla lestného lesy naše nebo jiných zeman páčil nebo požáry v nich činil neb jiné dřievie neb kořenie, upálen má býti bez milostí.*

### LVI. De caedentibus silvas vel distrahentibus.

Contra caedentes arbores seu ligna silvarum poenas debitas statuimus, Sed quia caesas per aquas maxime aut per terram ducere multos impune percepimus, statuimus, quod si quis arbores seu ligna quaeque, quantumcumque non inciderit, si tamen caesas contra formam constitutionum nostrarum duxerit per aquam vel terram, aut auxilium dederit ad ducendum, poena consimili mutilationis manus dextrae feriat.

### *O plavcích lesu kradeného.*

*Všichni, ktožby lesy bez znamenie a bez formy sekali v lesiech a po vodě nebo po zemi vezli by: ti mají pravú ruku stratiťi, i ktožby jim k tomu pomoc anebo radu dávali.*

LVII. De custodia silvarum, quae succisae fartim ducuntur  
per aquas.

§. 1. Purggravios seu castellanos nostros castrorum infra scriptorum (sic), super labentia flumina regni situatorum, curam vigilem et custodiam die noctuque habere volumus diligentem, ut ligna quaeque vel arbores, quae plurimae in silvis nostris subreptae per eadem flumina duci percepimus, et demum, nostra conscientia inconsulta, verti in utilitates proprias privatorum, in camerae nostrae dispendium et gravamen. §. 2. Cum igitur territorium et districtum castri, cui quisque praest, pervenerint, per eos vel per alios, quos ad id duxerint deputandos, intercipientur, et arrestentur, simul et personae quaecumque ducentes ligna et arbores supradictas; et statim facta nobis conscientia speciali, tamdiu eas teneant arrestatas, donec a nobis aliud habuerint in mandatis §. 3. nisi patentes literas nostras ostenderent, aut alia intersigna, ad haec specialiter deputata, per quas forte illis majestas regia concesserit eas arbores deducendas §. 4. Poena imminente castellanis praedictis, si scienter permiserint transire arbores aliquas sive ligna contra mentem ordinationis praesentis, amissionis officii et dupli restitutionis in fiscum valoris sic dictarum arborum vel lignorum. §. 5. Si vero negligenter et ignoranter, poena dupli tantummodo feriat; poenis aliis, contra caedentes vel ducentes arbores sive ligna statutis, firmis manentibus atque fixis

*O pozorování plavby dřev se hradův.*

*Přikazujem purkrabíem hradův našich, kteříž nad vodami sedí, aby lesův mimo ně plovúciech prokrásti nedopúšťeli a ty stavovali a dotud je tu drželi, dokudž by od nás listov neb jiného rozkázanie neměli. A kdyžby purkrabie vědomě ten les nebo dřevie propustili, tehda úřadův svých mají zbaveni býti; a začby ten les stál, to dvě peněz do královny komory mají dáti; pakliby nevědomě obmeškali a propustili, tehdy pokutu toho dvoého do královny komory propadnú; a ti, ktožby ten les sekali nebo vozili, z ustavenie našeho dřevie jmenovaného pokutu mají trpěti.*

LVIII. De hereditatibus et bonis ad regiam cameram devolvendis.

Curiae nostrae regiae jura, quae maxime priscorum temporum usu longissimo sunt probata, quantum debite possunt, praeter injuriam alicujus, procurari volumus et tueri; quia decet principem, sicut subditos in pace servare et universalem justitiam colere, ita proprii juris futura compendia non abjicere, quae recte disposita,

in subditorum fidelium commoda propria saepius a regali munificentia transferantur. Sancimus igitur, quandocunque regnicola quisque, cujuscunque status seu conditionis existens, a seculi hujus vita labili migraverit, nullis relictis liberis a suo corpore legitime procreatis, quod bona omnia et hereditates, quae fuerunt dicti defuncti, ad nostram regiam cameram sive fiscum totaliter devolvantur.

*O dědinách a zbožích do královny komory připadených.*

*Ey kdyžby kto v království našem bez dět, spravedlivě ot něho pošlých, umřel a dědin svých, kdež moc a právo jest, nikomuž nepřisvědčil, tehdy dědiny jeho tolik pusté na krále mají připadnutí, a nábytkové zeměniena každého na najbližšího přítele, nejprvé po meči počítajiec.*

LIX. De alienandis hereditatibus.

§. 1. Siquis hereditatem propriam in vita sua cuiquam dare, vel alio modo concedere et a se in alium transferre voluerit, debeat ante licentiam petere a regia majestate §. 2. Qua licentia petita et concessa, mittat nuntium, scilicet baronem officium kmetonis habentem, ad supremos beneficiarios, qui ad relationem dicti baronis, pro parte majestatis ejusdem eis factam, poni facere debeant ad tabulas terrae infra annum continuum tunc proxime subsequentem, tempore scilicet unius ex conciliis generalibus, ut moris est, in quatuor anni temporibus celebrandis. §. 3. Aut si praelegerit, in uno ex dictis conciliis, sedentibus in judicio supremis beneficiariis, coram ipsis asserat et publice protestetur dationem seu concessionem hujusmodi, quam facere jam intendit, nulla alia petita regis licentia vel obtenta §. 4. et subsequenter ad tabulas posita datione seu concessione praescripta, de mandato beneficiariorum supremorum ipsorum, possessionem realem transferat hereditatis seu rerum taliter concessarum in eum, cui duxerit concedendum, sicut alia super hoc edita nostra constitutione cavetur. §. 5. Qua solennitate servata, licet postea persona talis absque liberis decesserit, in hereditate tamen seu bonis per eam concessis taliter seu datis camera regia seu fiscus nihil intelligatur posse petere vel habere. §. 6. Alia vero hereditas quaecunque, in mortis articulo, sicut aliquando factum audivimus, vel alio quoquomodo citra sollemnitatem praescriptam donata, vel qualitercunque concessa, quibuscunque personis, collegiis aut locis ecclesiasticis vel secularibus publicis vel privatis, concessionibus et donationibus ipsis ex nunc prout ex tunc per nos penitus annullatis et invalidis factis, ipso jure fisco nostro intelligatur esse commissa.



*O odlučování dědin.*

*Také ktožby dědiny své komu dal, odlučil, poručil nebo jinak v jiní personu obrátil, to učiniti muož dopuštěniem královým a po pánu zemském kmetci úřad majeciem nebo z rady královny po jednom ve dsky sobě má vložiti v roce, na kteréž chce suché dni, a ty dědiny, kdyžby bez dětí umřel, nemají na krále připadnutí; ale jinak jiné dědiny, kteréž bez povolenie našeho kterýmžkolivěk osobám dáním, podáním, odkázaním na smrteelné posteli postúpeny budú, to chcme za nehodné mieti, a na nás s právem mají připadnutí.*

## LX. De translatione hereditatum occulte in alios.

Aliquando factum fuisse comperimus, quod quidam hereditates proprias in alios transferre volentes, illas occulte transferunt seu donant, et occulte ad tabulas scribi faciunt, nulla a clementia regia petita licentia, nec aliqua notificatione supremis beneficiariis, ut moris est, facta. Quod, quia cedere in praejudicium nostri juris et dictorum beneficiariorum officii et honoris contemptum non ambigimus, detestantes, sancimus §. 1. Donationes, concessiones seu translationes hereditatum taliter non servata solemnitate debita quibuscunque factas, super quo beneficiariorum eorundem testimonium stare volumus, nullius penitus esse vigoris, sed eas hereditates seu bona quaecunque taliter occulte donata seu translata, velut indignis, ablatas, regis camerae confiscari. §. 2. Scriptor autem, qui occulte taliter hereditates seu bona praedicta ad tabulas posuerit ultimi supplicii poena plectatur. §. 3. Ut committendae fraudis omnis materiam omnibus auferamus, constitutionem praesentem subscriptae cautelae suffragio communimus, sancientes expresse, quod post impositionem ad tabulas dationis seu cuiusvis concessionis hereditatis alicujus, hoc penitus observetur, videlicet, quod ad requisitionem donatarii seu illius, cui facta fuerit datio vel concessio suprascripta, supremi beneficiarii specialem nuntium debeant destinare, qui donatarium seu concessionarium hujusmodi in corporalem possessionem inducat rerum seu hereditatis taliter concessarum infra annum continuum a die positionis ad tabulas supradictae numerandum. §. 4. Qui etiam, adepta possessione praedicta, faciat statim voce praeconia publice proclamari tribus diebus fori illius civitatis vel loci, in quo est situata vel concessa hereditas supradicta, (vel si forte ibi forum non celebraretur, in tribus foris, diversis tamen vicibus, locorum propinquiorum circumstantium hereditati praedictae), quod talem donatarium, (proprio nomine et cognomine nominando,) in possessionem dictae hereditatis induxit ratione dationis seu concessionis factae per talem. §. 5. Super qua si quis jus

aliquod se habere dicat, vel alias quidquam petere voluerit, coram supremis beneficiariis, sedentibus in judicio in alio conciliorum in quatuor anni temporibus celebrandorum, compareat, infra tres annos et sex septimanas a die ultimae proclamationis continue numerandos, de jure suo debite ostensurus; comminando, quod ultra dictum terminum veniens, nullatenus audiretur. §. 6. De quibus singularis idem nuntius immediate relationem facere teneatur supremis beneficiariis supradictis, qui relationem eandem ad tabulas scribi et inseri facere per terrae notarium, vel vices gerentem juxta dationem seu concessionem praedictam, nullatenus differant vel omittant. §. 7. Si quis autem post lapsum terminum trium annorum et sex septimanarum praescriptarum comparuerit, jus aliquod se habere dicens in bonis hereditatis praedictae, audientia sibi super hoc denegetur omnino. §. 8. Quod si relatio dicti nuntii pro tempore scripta in tabulis et apposita non appareat, ut praefertur, dationem seu concessionem quamcunque cujusvis hereditatis, quantumcunque ad tabulas positam, nullam penitus et velut non factam censi decernimus et volumus ab omnibus reputari.

#### *O tajném odevzdání dědin jiným.*

*A zvláště ktožby dědiny své nezachovaje řádu a poctivosti, bez otpuštění králova před jedním úředníkem neb pisařem, bez vdomie větších úředníkuov, tajně komu ve dsky kladl, ten ty dědiny do královy komory ztratí a pisař, kterýž to píše, smrt trpěti má. S paměti větší ohlašujem, komužby které dědiny byly dány neb odkázány a ve dsky vloženy, úředníci mají jemu dáti posla na ty dědiny, aby jej v ty skutečně uvedl a to v roce a ve dni. A má ta provoláno býti na třech trzích; a neotpíraliby kto toho sbožie ve třech letech a v šesti nedělech, potom jemu nemá dáno býti slyšení obyčejem izádným.*

#### LXI. De dotibus ad regiam cameram devolvendis.

Quod novimus antiquitus observatum, praesenti renovamus edicto: Quod si mater a filiis suis dotem recipiens nuptias secundas contraxerit, et subsequenter ipsa ejusque maritus secundus decesserint, nec in vita sua dotem suam eandem cuiquam concesserit et ad tabulas solemnitate servata non posuerit: dos talis, sive sit in hereditate, sive in numeratae pecuniae quantitate, ad regis cameram noscitur pertinere.

*O věnech do královny komory spravedlivě připadených.*

*Ej pravíme, kteráž vdova od svých sirotkuov se otlúčí a stav svojoj promění a věna svého nižádnému nezapiše, tehdy to věno, buďto na dědinách nebo na hotových peněžích, na krále spravedlivě připadnutí má.*

## LXII. De hereditibus ad regiam cameram pertinentibus.

§. 1. Informatione fide digna accepimus, ad jus regium in solidum pertinere omnes hereditates effossas jam, et quae effodientur in posterum in montibus, videlicet in metis terrae ultra Usk, ultra Pontem et ultra Cadanum usque in Damassia. §. 2. Quare praesenti sancimus edicto, omnes hereditates infra praedictos terminos repertas jam, vel quandocunque reperiendas, ad regiam nostram cameram devolvi et penitus applicari. §. 3. Qui vero usurpasse aliquid ex dictis hereditatibus visus extiterit, aut effodisse vel aliter extirpasse, in silva nostra egregia, infra quam dicti termini situati noscuntur, poena infamiae et quadrupli restitutione mulctetur. (Etenim inter ceteras silvas nostras, illa cordi nostro debet esse praecipua et singulari diligentia custodiri, quae tam utili, tamque mirabili arborum congerie regnum nostrum Boemiae circuit. Cujus eminens protensusque ambitus praestat feliciter eidem regno propugnacula perpetuo gloriosa).

*O dědinách vykopaných za Kadaní a za Mostem.*

*Známo činieme ustavenie toto, že ktožbykolivěk na horách nebo lesiech pomezných za Kadaní a za Mostem nebo za N (sic) vykopal a v dědiny obrátil, to jest naše, ale ne jeho; pak-li by kto co směl sobě osobiti, to čtvero musí zase navrátiti po narčení nepoctivého slého.*

## LXIII. De hereditibus civium.

Cujuscunque civis hereditas libera (non censuata, nec civitati admensurata) absque liberis ex suo corpore legitime procreatis decedentis, velut bona nobilium, ad regiam cameram pertinet de jure et de consuetudine regni nostri.

*O dědinách městských.*

*Ey dědiny městské, k městu nepřiměřené, svobodné, ktožby s nich s městem nedržel nebo netrpěl, a bez dědicuov dědičných manželských umřel, ty dědiny jako vladyčie na krále mají spadnutí.*

LXIV. De hereditatibus propter excessus ad regiam cameram devolvendis.

Bona et hereditates cujuscunque, propter commissa per eum crimina, capitis vel suspendii aut alia quaque poena defuncti, superstitibus etiam liberis ex ejusdem criminosi defuncti corporequantumcunque legitime procreatis, de jure regni nostri et consuetudine approbata ad regiam cameram nullo medio devolvantur.

*O dědinách otpravených pro zlé skutky že na krále nemají připadnutí.*

*Ey dědiny těch, kteříž pro zlé skutky život ztratí a ostavi po sobě spravedlivé dědice, dědiny jeho proto nemají do komory královny žádným činem připadnutí; ale mají zuostati při těch dětech anebo při jeho strýcích, jsú-li nedielní.*

LXV. De hereditatibus devolvendis ad filios vel parentes.

§. 1. Hereditates parentum utriusque sexus, scilicet patris et matris, quas ad filios ex eorundem parentum corporibus legitime procreatos deferri regaliter volumus et sancimus, non solum de liberis in paterna potestate sistentibus seu cum ipsis parentibus simul cohabitantibus, sed etiam de emancipatis seu divisis a parentibus supradictis intelligimus. (Licet enim personarum et locorum remotio inducatur, non propterea sanguinis necessitudo, quae nulla potest ratione divelli, aliquatenus separatur.) §. 2. Si filii vel filiae, divisi seu emancipati a parentibus eorum, superstitibus parentibus ipsis decedant: eorum hereditates et bona non ad parentes ipsos, sed ad regiam cameram de jure regni et antiquissima consuetudine devolvuntur. §. 3. De jure et consuetudine regni nostri, filiae nuptae aut viduae in bonis et hereditatibus defunctorum parentum non succedunt, quae liberis aliis ex dictis parentibus non exstantibus, ad fiscum regium non est dubium pertinere; cum contentae stare debeant dotibus, quas ex dictis hereditatibus, vel alias ab eorum parentibus habuerunt; quas nec eis auferri vel impediri patimur quoquomodo. §. 4. Innuptas vero filias, a parentibus non divisas, in bonis et hereditatibus succedere omnino permittimus et jubemus.

*O dědinách na syny neb na dcery po rodičích nápadných.*

*My také milostí naší ustavujem, aby dědiny po otci a po materi na jich děti nebo najbližšie přátely řádu mužského nebo ženského, jakžkolivěk byly by dielni nebo blízko nebo daleko by-*

*dlili, spravodlivo pripadly. Opät budú-li deti ot otca a ot matere oddieleny, tých deti dediny nemajú zas na otca a na matku pripadnúti; ale nezavadily-li sú ich žiadnym právom, takda na kráľa majú pripadnúti spravodlivo, a to z starého obyčaje kráľovstva Českého. Pravíme, kdežby tak dcery od svých otcov a mater byly otevďány a měly svá věna ve škách: ty nemajú dědin otcových ani mateřiných dědi, ale mají dosti mieti na svých věniech, kterýchžto žádný ot nich otlučiti nemuž; jeliž po smrti svých mužův mohou svá věna dáti komužkolivěk chtě; ale dcerám neotevďaným odpúštíme, aby po svých otcích dědily; avšak před nimi dědictvie mají ostaviti pacholikóm, ať jsou kteří živi.*

#### LXVI. De filiis portione paterna a parentibus habere volentibus.

§. 1. Filius divisionem seu emancipationem a parentibus suis habere desiderans, eam quancunque, completo tamen anno quindodecimo aetatis suae, petere possit. §. 2. Ad ejus petitionis instantiam cogatur pater aut mater secum dividere et partem sibi debitam assignare de bonis seu hereditatibus, quae illis a parentibus eorum, scilicet avis vel proavis dicti filii, obvenisse noscuntur.

#### *Kdy syn muož dielen býti.*

*Ovšem oznamujem, že synové, kteříž patnácti let dojdú, mohou ot svých otcov nebo mater žádati dielu, a má jim s právem dán býti toliko z toho sbožie, kteréž jsou ich otcové nebo matery od dědův svých neb pradědův měli a dědili.*

#### LXVII. De hereditatibus collateralium.

Sicut nuptas aut viduas in bonis et hereditatibus parentum succedere prohibemus: multo magis intelligere se debent esse exclusas a successione fratrum vel sororum omnium earundem.

#### *Panny a vdovy oddělené nemají dědi.*

*Dědi nemají panny nebo vdovy, ani nápad nemá na ně žiti, kteréž jsou diely ot svých otcův nebo mater vzaly; a ovšem nemají nápadu mieti mezi bratřemi nebo mezi sestrami jinými, poněvadž jsou otce nebo matere své byly dielny.*

## LXVIII. De distractione hereditatum a filiis.

§. 1. Si quis, omni pietate paterna postposita, tantae severitatis aut dementiae furore repletus extiterit, quod hereditatem, quae sibi a parentibus suis legitimis et naturalibus communiter vel divisim obvenit, alienare vel aliter dissipare voluerit, et filios suos legitimos et naturales amicorum bonorum solatio et facultate privare, hoc agere sibi penitus inhibemus §. 2. Sancientes expresse, alienationem hujusmodi temerariam, de bonis et hereditate praedictis quomodocunque fiendam, nulla roboris firmitate consistere, nisi forte necessitate causante vendere voluerit in solidum vel in partem, (quod sibi fieri permittimus, ut est moris); §. 3. sed ea bona et hereditatem ad dictos posteros suos servari debere. §. 4. Si vero bona alia sive hereditatem habeat, quae sibi aliunde obvenierit, aut proprio labore vel pretio quaesierit seu emerit: illa possit alienare, et de illis disponere liberae arbitrio voluntatis, solemnitate tamen, quae ad hoc requiritur, observata.

*O obličení dědictvie ot synuov.*

*Synóm nebo dcerám, ačby kto ze zlosti ukruťné dědiny, kteréžby měl od svých předkův roztržené, ot nich nenávistivě chtěl otlúčiti bez viny: to zapovídáme. Cožby sbožie nebo dědín měl jinak dobyté a dobytých, z těch jinak muož spusobiti jakž se jemu líbí, zachovaje pochváleně řád a právo.*

## LXIX. De hereditatibus servitorum regalium, qui dicuntur služebníkové.

§. 1. Hereditates servitorum nostrorum intactas et illibatas servare volentes, nulla prorsus superveniente causa alienari vel dissipari permittimus, per quas servitores alios, regiae nostrae mensae necessarios et opportunos, temporibus congruis quaerimus et habemus §. 2. Et propterea constitutione praesenti sancimus, nulli omnino mulieri licere dotem aut dotalitium habere vel recipere super hereditatibus supradictis, vel hereditatis ipsius bonis mobilibus vel pecuniae quantitatis ullis, ultra decem marcas argenti, quas habere posse permittimus, ex causa dotis, vel dotalitii tantum, non alia, in bonis ipsis mobilibus vel pecuniis, si exstant dumtaxat. §. 3. Alioquin bonis et hereditatibus ipsis superexstantibus integris remanentibus et illaesis.

*O dědinách služebníkův králových.*

*Služebníkův našich dědiny celé a neroztržené zachovati chtěie ustavujem, aby ižádné země našich služebníkův neslu-*

*šelo mieti nebo vzieti na dědinách již řečených věna více než deset hřiven stříbra, kteréžto jim za věno mieti dopůštíme na sboží srchniem anebo na hotových penězích.*

LXX. De hereditatibus eorundem regalium servitorum.

Bona seu hereditates quaecunque, quovis jure seu titulo, justo tamen, quaesitae per servitores nostros, quantumcunque nobilium fuerint seu alias liberae, post acquisitionem ipsam immediate ipso facto eandem conditionem recipiunt, ipsiusque vere fiunt, quam bona et hereditates aliae, quas pro servitiis eorundem a nobis servitores ipsi tenere noscuntur, censentur habere.

*O svobodných dědinách přikúpených k dědinám služebníciem.*

*V dědiny v svobodné kterakžkolivěk vejde nebo jich dobude služebník a k svým služebným dědinám je přičiní, buďto vladýčie nebo kterakžkoli svobodné, mají v služebničíem právé ostati s jinými.*

LXXI. De hereditatibus sacerdotum et aliorum ad sacros ordines promotorum.

Delinquendi materiam tollere ubique disponimus, in his maxime, quae respiciunt praecipuam divinae majestatis offensam. Cum itaque percepimus fidedigne, retro temporibus sacerdotes et clericos alios ad sacros ordines jam promotos, eorum bona et hereditates, quas nemini venit in dubium sub mero nostro teneri dominio et ad nostram regiam cameram rationibus et causis ex pluribus, de antiquissima regni nostri consuetudine approbata, debere seu posse devolvi, pro dotibus mulierum, quas turpiter cognatas tenuerunt et publice concubinas, obligant in solidum vel in partem, et super eis dotes vel donationes in fraudem constituent vel assignant: praesenti statuimus edicto, §. 1. Nemini sacerdotum vel clericorum ipsorum super hereditatibus supradictis licere donare vel donationes aliquas constituere mulieribus quibuscunque, sine regia licentia speciali. §. 2. Quod si factum in contrarium patuerit, ipso facto bona seu hereditas ipsa fisco regio, a quo sumpsit exordium, applicetur. §. 3. Non tamen propterea denegamus, quin hereditates suas hujusmodi dare et concedere possint in vita eorum, debite ad terrae tabulas apponendo, juxta constitutionum nostrarum super hoc editarum seriem atque mentem.

*O dědinách žákův svěcených.*

*Díme tak, aby žádný žák svěcený dědin svých dědických jiným právem nezavazoval, ani také ženímám nebo kubénám věn enebo zápisov nečinil Pakli kto to učinil, tehdy ot počátka všecky Sho dědiny pro ten čin mají do královny komory připadnutí. slušie také těm žákům nebo kněžiem dědiny své dědičské světjkým osobám prodati a v zemské dsky vložit.*

## LXXII. De filiis sacerdotum.

§. 1. Sacerdotum et aliorum clericorum ad sacros ordines promotorum filii, sicut de jure communi, ita et regni bona consuetudine, in patrum suorum hereditatibus seu bonis non succedunt et succedere denegantur omnino; §. 2. Quas hereditates, sicut convenit de jure regni praedicti, ad nostram regiam cameram devolvi et confiscari volumus et jubemus.

*O synech a dcerách kněžských.*

*Ižádný syn nebo dcera kněžská nemá děditi dědin otcových kněžských, ale ihned dědiny po smrti jich otcov shromážděny mají býti do královny komory.*

## LXXIII. De monachis.

De jure regni nostri et consuetudine approbata cavetur, quod monachi vel alii quicumque religiosi infra limites dicti regni non possint ullatenus hereditates liberas habere. (Quod rationaliter constitutum nemo debet ambigere; quia si personae tales possent hereditates liberas possidere, cogeretur camera regia per indirectum servitia et obsequia ex ipsis hereditatibus sibi debita perdere, et successivis temporibus multa possent in parte non modica deperire.)

*O mniších.*

*Dívno se nám zdálo i neobyčejno, by který mnich prořessovaný dědiny svobodné manské nebo služebničie měl děditi; nebo tudy by mnoho služby sešlo králi i komoře jeho bylo pohoršeno.*



## LXXIV. De hominibus villanis seu oppidanis licentiam petentibus a dominis suis.

Licet nostra regalis auctoritas legibus sit soluta: tamen quia pii principis est, ita propria procurare compendia, quod subditis per injuriam dispendia non producant (tunc enim oppidanorum nostrorum numerum putamus augeri, cum videmus baronum atque nobilium nostrorum fidelium jura non minui): sanctione praesenti providimus decernendum, §. 1. Quod quodocunque aliquis ex hominibus oppidanis baronum nostrorum regni Boemiae, relinquere volens dominum suum et se ad regiam nostram terram transferre, licentiam a domino suo petierit: si circa festum Sancti Martini hoc egerit, tunc libere; si vero alio tempore infra annum, tunc prius datis fidejussoribus idoneis domino suo, vel alio loco sui idoneo substituto, per quos in termino dicti festi Sancti Martini de censu, vel alias de labore seu cultura terrarum debitis, possit eidem domino integraliter responderi, petita licentia concedatur. §. 2. Nisi tamen quocunque casum praedictorum idem dominus oppidanum suum hujusmodi, ex administratione forte seu procuratione rerum seu pecuniarum suarum, vel alias debito modo sibi diceret obligatum; quo casu permittimus licentiam non concedi, dummodo confestim idem dominus coram hominibus suis, praesentibus etiam nuntiis curiae regiae, qui pro oppidanis praedictis licentiam postulabunt, de jure suo, quod habere asserit contra dictum oppidanum suum, ostendere non tardaverit, ipseque oppidanus, ubi necesse fuerit, in praedictorum nuntiorum et hominum praesentia se expurgaverit debite, ut est moris. §. 3. Et si oppidanus repertus fuerit obnoxius, concedimus eidem omnino licentiam denegare; si vero solutus extiterit, volumus et mandamus licentiam sibi omnino concedi, illique auctoritate nostra permittimus ad terram nostram quamcunque posse libere se transferre, et per dictum dominum nullam inferri jubemus eidem molestiam et jacturam. §. 4. Quae singula servari et intelligi volumus in villanis seu oppidanis quibuslibet baronum nostrorum omnium dicti regni, ad terras baronis alterius cujuscunque volentibus se mutare. §. 5. Si quando villanus seu oppidanus alicujus baronis vel nobilis, obtenta licentia, se transtulerit ad terram nostram vel baronis alterius: sibi licere permittimus quodocunque bona sua emphyteotica seu censualia vel similia, quae in terra et dominio dicti baronis domini sui, a quo licentiam petiit, possidebat, cuicunque vendere arbitrio propriae voluntatis; bonis aliis, si quae forte libera sub dominio dicto tenebat, apud eundem dominum remanentibus absolute.

### O vyhoštění lidském.

Vyhostiti chce-li se kto za jiného pána, to má učiniti po svatém Martině i odbuda úrokův a osadě, vezma otpuštění bez uručenie; to muož učiniti; pakli on potom chce se vyhostiti, má svému pánu viny, poplatky, úroky zaručiti anebo na svého súkupa skázati a súdův dostati. A tak nemá jeho žádný pán v právé brániti; lečby který člověk u svého pána vladařem byl a jemu se nevyčetl snad, nebo jinak co jemu anebo lidem jeho vinen byl, tehdy jej u sebe muož zadržeti. Pakliby jemu počty učinil a z vin vyšel i lidi otbyl, a on jeho vždy přes to za jiného pána nepropustil: tehdy má žádati sudieho dvorského nebo jiných úředníkův králových, aby před nimi svému pánu dosti učinil, a když to učiní, dále se nemá vyhostiti od něho, leč by jiným lidem vinen byl toho súdu napřed svrchu jmenovaného. V kterémžkolivěk času sedlák nebo měšťtín vezma otpuštění od svého pána, chtělby se za nás nebo za jiného pána kterého bráti: muož dědiny své purkrechtnie nebo platné prodati, komuž se jemu liebie; ale má-li dědinu svobodnú, ta má vždy před jeho pány státi svobodna.

### LXXV. De procuratoribus baronum.

Susceptum onus, quod sponte sibi quisque a principio duxerit eligendum, credere debuit patienter in novissimis tolerandum; nec semper licet ab eo propriae voluntatis arbitrio resilire, quod semel placuit gratis eligere. Sancimus itaque: §. 1. baronum nostrorum procuratores, negotiorum gestores sive rerum administratores, aut alios quoscumque officiales eorum, cum de procurationibus aut administrationibus eorundem fuerint per eorum dominos requisiti ponere rationem, ipsorum quisque coram domino suo, cujus rerum sive officii administrationem vel procurationem gerendam suscepit, rationem ponere vel se debite expurgare sive defendere sit astrictus. (Equidem sibi debet merito imputare, qui jugo tali elegit colla sua submittere.)

### O počtu vladařův panských.

Ovšem ustavujem, aby všeliký vladař nebo starosta pánu svému z úřadu jemu poručeného počet učiniti dlužen byl, anebo se umluvil podobně; pakliby zhrzel toho učiniti, tehdy pán jeho k jeho životu neb statku o to hleděti muože a toho pomstíti.

## LXXVI. De servitoribus regis se nobiles asserentibus.

Nostrorum fidelium distinctam progeniem non confusam esse volentes, ne regiae serenitatis clementia, quae secundum cujusque virtutes proprias aut generis dignitates decenter debet tribuere merita et honores, incerta quandoque prole seducta, regalis munificentiae gratiam atque compendia tribuat uni minus idoneo, quod meritus et condignus alius merebatur: praesenti constitutione sancimus: §. 1. Si quando aliquis ex servitoribus nostris se wladikonem duxerit asserendum, non facile sibi credi debet, quod leviter forte praesumpserit obtinendum; sed adhibitis et productis per eum septem testibus, ex eis tres eligantur per nostros officiales, qui de causa cognoscent et praestito juramento deponant; §. 2. Qui si deposuerint, quod progenitores et atavi servitoris hujusmodi fuerint ab antiquis temporibus wladikones, tunc demum liceat servitori praedicto testes alios, quos sibi viderit profuturos, contra regiae nostrae curiae testes producere; et sorte data, testimonium illorum admittatur, quos sors ipsa duxerit eligendus. §. 3. Quod intelligi volumus in casibus dubiis et incertis, non autem in notoriis et manifestis, in quibus omnino nullus servitorum nostrorum se wladikonem asserens audiatur, quantumcunque vellet testes producere quoquomodo. §. 4. Declarando decernimus, quod si quisquam servitor noster per testes idoneos non probaverit prius ab atavis suis se fuisse wladikonem, non licebit eidem contra testes pro parte regiae nostrae curiae contra eum productos aliquatenus alios testes inducere, sed omnino necessario habeat (sicut etiam reperimus antiquitus observatum), stare depositionibus eorundem.

*O služebnících králových, jenž se nazývají vladykami.*

*Rozliční služebníci naši s svými dědinami služebničemi chtějí se učiniti vladykami; toho jim nemá věřeno býti, lečby o to sedm svědkův vladyčích vyvedli a z těch tří, kteřížby losem byli zvoleni, tři skrze přísahu to okázali, že jeho předkové a pradědové vladyky byli od staradávna; tak vladykův ostatní má. A tak chceme ve všech pochybováníech míti; ale což jest ohlášeno zjevně a lidem svědomo, toho nemá svědky dovozeno býti. Služebník náš, kterýžbykoli hodnými svědky nedovedl, žeby vladyka byl od svých předkův a pradědův, nemá o to jiných svědkův věsti proti našeho královského dvora proti němu vyvedeným svědkům, ale na jich zjednání a usuzení ovšem přestati, jakož jsme zachováno nalezli od staradávna, a dědiny jeho mají při králově službě ostati.*

## LXXVII. De proscriptorum expurgatione.

Defensionum facultas, quam non humanae inventionis provisione simpliciter, sed ipso primaevo jure naturae mortalibus constat competere, principis edicto non debet artari, nec ita faciliter passimque concedi, quod expertorum probatorumque virorum laudanda opinio maculetur. Hoc igitur edicto decernimus, quod ab antiquis observantiis et statutis sumpsit exordium: §. 1. Nemini trium consulum seu scabinorum notatione proscripto, sese defendere et expurgare volenti a proscriptione praedicta, id facere et expurgationem efficacem obtinere licere, nisi aliorum consimilium consulum seu scabinorum ejusdem provinciae novem in numero sincera relatio et testimonium fide dignum coram rege vel alio, cui rex ipse specialiter id duxerit committendum, processerit firmiter pro eodem. (Equidem rationabiliter opinari debemus, quod tam solemniter gestum exstiterit, id omni fraude versutiisque carere.)

## O očistění psance.

*Kdyžby koho tři konšelé zemšti psali anebo naň jeho zlost vyznali pod jich přísahú, a ten se chtěl z toho vyvesti a očistiti proti nim: tehdy má devět konšelův téhož kraje na svědomie před krále, nebo komuby to král slyšeti poručil, přivesti v hodné svědečstvie; a pr ojde-li svědečstvie rádné a sje-dnané, tehdy má dřevnieho narčenie tak očistěn býti.*

## LXXVIII. De muliere infamata.

Si quando femina tantae malitiae sive fraudis temeritatem incurrerit, quod notatione consulum seu scabinorum solita proscripta fuerit, nec se defendere aut expurgare curaverit, vel aliter non potuerit: poenam perditionis dotalitii, fisci nostri commodis applicandi, et a regno nostro Boemiae exilii perpetui patiat. (Benignius quidem nostra Serenitas agere in casu praesenti disponit, feminei sexus fragilitate pensata, quam patrata facinora, scelestis viris horrenda, nedum mulieribus, quas saltem naturalis pudor retrahere debuit, meruerint.)

## O ženě narčené.

*Jakžkolivěk která žena pro kterou zlost bylaby narčena a skutečně ta zlost byla na ni dovedena: tiem proviní své věno do královny komory a sama ven z země má vyhnána býti. A tu milost pro jich křehkost s nimi činime.*

## LXXIX. De potestate baronum in homines ipsorum.

Baronum nostrorum magnificentias et honores, diadematis nostri regalis decus et gloriam, sicut intactas stabilesque perpetuo volumus permanere: ita potestates eorum, juxta consuetudines approbatas antiquitus, certis conditionibus et terminis moderare (ne quos omnium morum venustate clarissima decet vivere, contingat potestatis eorum incertitudine lascivire). Hac igitur certa constitutione sancimus: §. 1. Auctoritatem omnimodam, (praeter justitiam personalem, quae semper regiae dignitati intelligitur reservata), baronibus nostris regni Boemiae in eorum hominibus et bonis hominum ipsorum, sicut antiquis temporibus servatum fore comperimus, esse totaliter attributam, exceptis casibus infra scriptis. §. 2. Non licet alicui baroni vel nobili suis vel alterius hominibus oculos eruere. §. 3. Quod si quis tam immaniter egisse convictus aut confessus exstiterit: eo ipso regis indignationem in bonis suis et rebus omnibus se noverit incurrisse. §. 4. Si quis baro vel nobilis homini suo vel alii cuiunque nasum intermedio narium incidisse repertus exstiterit: se, bonaque sua omnia regiae gratiae sciat esse commissa. §. 5. Similiter cavere sibi debent barones et nobiles supradicti, ne quis eorum pompose se gerens, vel aliter humanae naturae sanguinem vilipendens, manum vel pedem trunco suppositum cuiquam abscindere per se vel alium audeat vel praesumat. Qui contra fecerit, poena consimili feriatur.

*O moci panské nad svými lidmi.*

*Z paměti ustavenie starého pánóm pójěveme nad jich lidmi poddanými moci všelijaké, trestati, pomstiti, súditi podle spravědnosti, kromě života odjetie pro zlý skutek; toho sobě zachováme, lečbychom komu na popravu dali listy zvláštnie. Líbí se nám staré právo zachovati, aby žádný pán, vladyka nebo jiný člověk svému anebo jinému člověku oči nevyvrhl; pakliby kto to učinil všetečně, v královu nemilost upadne a zboží i jeho nábytkové na krále připadnú. Všeliký pán nebo vladyka kdyžby komu nos uřezal duď svému nebo jinému člověku, proto všecku zboží jeho na královu milost mají připadnúti. Haněbně by pán nebo šlechtic to učinil, kdyžby svému neb jinému člověku ruku nebo nohu na nátoně utal, a proto tůž pokutu má trpěti, jakož svrchu jest jmenováno.*

## LXXX. De duello.

\* Cordi nobis est, arduam periculosamque duelli materiam terminis artare decentibus et certis regulis limitare, ne dignitatis exi-

miſe regi nroſti fideles, quos ſemper pacificos eſſe cupimus et locupletes, indignationem mortiferam regiae poteſtatis incurrant, ſeque et bona omnia periculo perditionis exponant, et quod non levis eſt ferendum, poſteris ſuis notam gravis erubescenciae derelinquant. Antiquam itaque ſuper hoc obſervantiam imitantes conſtitutione praesentis providimus decernendum: §. 1. Nulli omnino hominum cujuſcunq; praecminentiae, dignitatis\* aut ſtatus exiſtat, quemcunq; alium provocare, compellere vel aliter appellare licere quomolibet ad duellum, niſi tribus de cauſis aliqua proponatur: ſcilicet ſi arguere velit eundem de proditione, quod inſidias vel tractatum fecerit in vitam regiae majeſtatis vel in offeſſam aliam perſonalem, aut etiam illuſtris reginae, nec non filiorum filiarumve, fratrum etiam et ſororum et aliorum omnium deſcendentium ex ſtirpe regali. §. 2. Si de datione, venditione vel alia qualibet conſeſſione caſtri vel terrae ejuſdem majeſtatis, vel tractatu ſeu conſeſſione dandi vel concedendi factis per eundem, quem ad duellum provocandum duxerit, cuicumq; perſonae, abſque regiae celſitudinis conſcientia vel mandato, quo caſu novem viri bonae opinionis et famaepro parte qualibet producantur, et jurati deponant, antequam dictis partibus in duello liceat dimicare. §. 3. Si etiam arguere intenderit de corrupta pudicitia regiae domus, quam intelligentibus notam, de honeſtate duximus ſubſeſſendam. §. 4. Praeſcriptis tribus caſibus, quibus duellare permittimus, duellum fieri ſic intelligi volumus et jubemus, ſi de communi aſſenſu et ſpontanea partium voluntate ad duellum proceſſerint partes ipſae ſupradictum. §. 5. Si vero appellata pars ſeu reſiſſita alia de cauſis ipſis ad duellum, non conſeſſerit voluntarie dimicare: tunc liceat appellanti ſeu vocanti appellatum ſeu vocatum jure ordinario, quod approbata conſuetudo ſervare in talibus conſuevit, citari et proclamari facere coram regia majeſtate, coram qua ſuam, ut moris eſt, juſtitiam conſeſſatur.

\* Cf. Jus regale montanorum I. 10, IV. 20, §. 23, I. 9. §. 4.

### O ſeſſani.

*A ovšem žádný druhého nemá pobiezeti k ſeſſani o žádnú věc; kromě těchto tři z podepsaných kuſov: Ktož by koho nařekl, že by krále nebo královu neb koho jiného z královského rodu zradil nebo ſrazoval. Druhé ktožby na králově dvoře podávenie neb násilě panně neb paní učinil. A třetie, ktož by který hrad králův nebo zemi komu prodal, dal, ſaſtavil nebo kterak bez králova vědomie a vůle jinak zavadil. A prvě než o takové věci v ſraňky puojdu, devět mužův zachovalých s každé strany tu přisieci mají, a potom tepruv ſeſſati mají. Běchom prvě řekli o třech věcech, o něž ſeſſati mají. Nynie pak, kdýž ſe dvě ſvolita rovného urozeſſie, o kteréž-koli věc muožeſſe*

*sédati, ač jim král svého dvoru puojčí a odpustí. Pakli by kto na sédání tiskl, an se móż dobře na právo odvolati, a podle řádu a práva před králem neb kdeš přihánán bude, móż toho podle práva zbaven býti.*

#### LXXXI. De duello nobilium.

§. 1. In duello debet considerari aequalitas personarum, ut nulli liceat, etiam in casibus jam praemissis, alium nobilitate forte generis vel praecinentia dignitatis se majorem, ad duellum aliquatenus provocare. §. 2. Et si quis generosus ab inferiori vocatus fuerit, non teneatur respondere vocanti, nec possit propterea redargutionem seu infamiae alicujus notam incurrere quoquomodo. §. 3. Jus antiquum regni nostri Boemiae, quemlibet nobilem majoris generis vel minoris, quantumcunque alteri nobili sibi in genere simili serviat vel majori, si voluerit admitti, loco sui potest ponere duellantem. §. 4. Antiqua regni nostri consuetudine comperimus observatum, quod in duello non potest ponere alium loco sui persona, quae, postquam fuerit in servitio regiae majestatis, a rege recepta licentia, vilior facta ad serviendum baroni vel cuicumque alii se translulerit; §. 5. Contra vero, si servitor baronis recepta licentia, celsitudinis regiae se fecerit servitorem, effectus dignior, potest loco sui in duello habere debitum substitutum.

#### *O sédání urozených pánův.*

*O sédání má znamenáno býti rovnost person v urození nebo v dostojenství. Pozove-li menší většího v dostojenství, on jeho móż zavrci a řka: „Nejsi mne hoden“; a nemá odpoviedati na tom i nemá proto trpěti hanby i žádně. Zjevujem to, že ktožkolivěk muož služebníka v urození tak rovněho jako sám, miesto sebe v sédání postaviti. Ze zdávna z králova řádu ustaveno jest, aby žádná persona, kteráž byvši v králově službě, nižšímu již slúži, nemohla postaviti miesto sebe jiněho v sédání. Ale zase kteráž jest slúžila pánu, a již slúži Velebnosti Králově, ta muož miesto sebe již v sédání postaviti jiněho.*

#### LXXXII. De civibus jus teononicae ementibus.

§. 1. Si civis quilibet jus emphyteoticarium seu teononicae, quod vulgariter dicitur purkrecht, in terra alicujus nobilis seu baronis emerit, quamdiu quotiesque ibi sederit seu habitaverit vel alias in dicta terra repertus exstiterit, omnimodae potestati dicti

baronis absolute sciat se esse submissum, quam non debet regalis auctoritas quomodolibet impedire. §. 2. Ubi autem onera ipsius potestatis declinare decreverit, petita licentia, possit libere infra annum et diem unum (non ultra), a die petitae licentiae numerandum, jus dictum cui voluerit vendere vel concedere quoquomodo. §. 3. Quod facere similiter est astrictus infra similem terminum, ad voluntatem dicti nobilis vel baronis, a die manifestatae voluntatis ipsius dicto civi computandum. Alioquin termino lapso praedicto bona dicti juris baronis compendio veniunt applicanda.

### *O měšťanech německé právo kupujících.*

*Kterýžkolivěk měšténin kúpil-by dědiny v purkrecht u ně- kterého pána, ten pán bez otpuštění králova muož jeho na tom sbožie hledati jako svého člověka. A také ten purkrechtník, vezma od svého pána odpuštění, muož týž purkrecht prodati v roce a ve dni, a pán také purkrechtníku nemá překážeti v roce i ve dni prodati. Pakli by neprodal v tom času, tehdy ten purkrecht nebo ta dědina muož spravedlivě na pána připadnutí.*

### LXXXIII. De stupro et adulterio.

\* Subditos nostros honeste vivere cupimus et pudicos. Et licet jus omne violentus offendant, ille tamen gravior videtur invadere, qui virginis castitatem aut pudicitiam honestae matronae violat. Ideo sacro praesenti sancimus edicto: §. 1. Si quis deferatur furoris ardore commotus virginem violenter stuprasset, vel aliam honeste viventem feminam violenter oppressisset, confestim talis virgo vel femina debet in loco commissi delicti, si habitabilis est, alioquin habitabili propinquiori, publice comparere, lacerare peplum, et alta voce conqueri et clamare contra hujusmodi oppressorem, coram probis hominibus dicti loci; deinde querimoniam regis officialibus facere specialem. §. 2. Ad cujus querelam iudex curiae nostrae dictum delatum capi faciat; quo forte negante crimen objectum, forma subscripta, quam antiquitus observatam invenimus, consuevit in regia curia iudicium diffinire: videlicet exigere a muliere hujusmodi iuramentum, quod taliter stuprata vel oppressa fuerit. §. 3. Quo praestito, delatus idem, si contra objecta se defendere voluerit, pro defensione sua iurabit, et secum sex testes habeat famae bonae et opinionis. §. 4. In quo si defecerit, criminis reus factus, capite punietur, et bona ejus seu hereditas confiscabitur; si vero probaverit, absolutus libere abeat.

\* Cf. Jus regale montanorum, Prooemium.



*O násilí a podávení panenském nebo ženském.*

*Svatým tímto ustaveniem potvrzujem znamenitě, ačby kto pannu nebo ženu poctivú násilně podávil a ona to ihned s pláčem a lomeniem rukama; s roztrženým šlojičem s křikem ohlásila, a potom na králově dvoře, nebo kdež jest toho obyčej, jinde obžalovala: ten má jat býti a ona sama má přísěci, že se jio od něho podáveniem násilí stalo; a on sám sedmý má přísěci, že jest tiem nevinnen; a neprojdá-li všickni přísahajec nebo jeden z nich: tehdy tomu násilníku má hlava stata býti a jeho všecka sbožie maji na krále připadnutí.*

## LXXXIV. De filiabus contrahentibus matrimonium contra parentum suorum voluntatem.

Si ignorantibus vel, quod magis est, contradicentibus parentibus filia sibi maritum assumpserit, vel alias viro se copula carnali junxerit, super quo per parentes ipsos querimonia in iudicio deferatur: si sponte id filia fecerit, et ipsa et maritus, de antiqua regni consuetudine, palo affixi subire supremum iudicium cogebantur, hereditatibus eorum ad fiscum regium devolutis.

*Kteráž dcera slíbí komu bez vůle otce svého a matere.*

*Když také dcera bez otceva a matereina vědomie může puojme a budí-li to jich starší žalovati v súde, a oni se k tomu seznaží, že jsú dobrovolně to učinili: tehdy ona i muž její z obyčeje starého měliby k slúpu přivásáni býti a najvyšší súd trpěti, a sbožie jich do komory královy má připadnutí.*

## LXXXV. De puellis matrimonium contrahere volentibus.

§. 1. Parentibus non extantibus, pudoris honore servato, non debent puellae inconsultis et contradicentibus fratribus, vel eis deficientibus, patruis vel avunculis, quibuscunque viris nubere, aut quod gravius est ferendum, illos carnaliter quoquomodo cognoscere. §. 2. Quod si qua mulier sponte fecisse constiterit, et per dictos fratres vel patruos judicialiter querela proposita fuerit: ipsa, virque dictus, confiscatis bonis, palo affixione mortem subire consueverant corporalem. §. 3. Quae proxime sunt relata de mulieribus, inconsultis parentibus, fratribus vel patruis nubentibus, ad puellas virgines in nuptas penitus trahi, debet intelligi tantummodo; non ad viduas, quae nubant in domino, arbitrio liberae voluntatis.

*Kdyžby se panna po smrti svých rodičov vdala bez rady  
bratruov.*

*Ačby se již přihodilo, žeby po smrti svých rodičov která panna nebo dievka bez rady bratruov, strýcív aneb ujcív svých muže pojala nebo tělesně se k komu přiložila, a oni na ni v súdě žalovali, a oni se k tomu seznali: tehdy z obyčeje starodávnieho bieše to, že je k slúpuom vázachu a hrdla zatracováchu a sbožie jich na krále připadáše. Dříve jsme řekli svévolným, a již pravieme, že žádná panna bez vuole přátelské nemá muže pojeti; ale vdova muož pojeti muže, ktož se jí líbí; neb jest sama sebe mocna; muož se i svojoj statek dáti komu chce.*

#### LXXXVI. De judiciis puellarum praedictarum.

Judicia de praedictis puellis et viris fienda, intelligi debent esse discreta; videlicet si puella delinquens taliter de genere militari aut civium aut supra fuerit, tunc judicium ad regis curiam solam pertinet incessanter; si vero generis inferioris extiterit, tunc ad justitarios seu correctores una cum villico regio provinciae illius, in qua dicitur deliquisse, idem judicium intelligitur pertinere.

#### *O súdu panenském.*

*Zdá se nám, když která panna, dcera, panie rytieřova nebo měšténina králova tak by se vdala, že to má kruté súzeno býti královým súdem; pakliby která z nižšieho stavu tak provinila, to má súzeno býti před popravci nebo vladařem toho kraje.*

#### LXXXVII. De bonis propter excessus confiscandis.

§. 1. Bona seu hereditates delinquentium, quas quaeve propter diversa crimina in pluribus constitutionibus nostris jussimus confiscari, modo subscripto debere intelligi declaramus: videlicet, si bona hujusmodi sint libera, vel alias sub dominio nostro vel emphyteosi tenentur, ea ad fiscum regium decernimus pertinere; §. 2. si vero emphyteotica vel censualia, aut alias in oppidis seu terris baronum nostrorum vel nobilium situata, ea dominis, quibus jus emphyteoticum aut census debetur, vel in quorum terris seu dominio bona consistunt, intelligimus et volumus applicari.

*O sboží a o dědinách proviněných.*

*Ej kdyžby sbožie nebo dědiny svobodné neb purkrechtnie neb městské, jeně pod našiem panstviem jsú, pro které vinu proviněny byly svobodné, ty do naše komory královské mají připadnutí; pakliby purkrechtnie neb úročné, v městčkách nebo na zemi za pány, těm jich úrokové nebo poplatkové nemají zahynúti.*

## LXXXVIII. De petitione debitorum.

§. 1. Si quis aliquem quocunque genere debitorum sibi dixerit esse obligatum, jus suum per citationes legitimas et alias consueto iudicio prosequatur, non autem, ut quidam fecisse dicuntur, opinionem illius maculet infamando. §. 2. Quod si fecerit, sex septimanis disciplinam regiam regis arbitrio patiatur.

*O upomienání z dluhu.*

*Těmuž také chcme, aby nižádný z dluhu upomienaje ni žádného nehaněl, ale dluhu svého puohony rádnými a jinými obyčeji súdnými dobýval; pakliby jinak svého dlužníka haněl a na jeho čest láníem sáhal, ten šest neděli má trpěti královu kázeň.*

## LXXXIX. De jure regio in abbatum electione.

Antiquo jure regni nostri cavetur, quoties abbas vel praepositus aliquis eligetur, antequam possessionem jurium monasterii vel praepositurae realiter adipiscatur, quod talis electus unum dextrarium valoris XX marcarum argenti celsitudini regiae debeat praesentare, vel cui regalis munificentia duxerit concedendum.

*O královu právu, když zvolí opata nebo probošta.*

*I bude-li opat nebo probošt zvolen na své duostojenstvie, tehdy prvé, než bude v sbožie puštěn, má z práva dáti králově velebnosti hynšt za dvadeceti hriven, a to jest právo z řádu starého zachované.*

## XC. De querelis contra regios officiales.

§. 1. Siquis exponere querimoniam contra procuratores nostros sive provinciarum justitiarios, qui vulgariter dicuntur poprawczones,

voluerit, regiae majestatis praesentiam adeat, vel judicis curiae auditorium quaerat. §. 2. Qui coram se partibus evocatis, simul cum kmetonibus merita causae diligenter examinent; et si dictum procuratorem seu justitiarium injuriam intulisse conquerenti reperierint, quantum ad res pertinet, judicium ferant, et ablata si sunt restitui faciant querulanti, et alia quaeque damna et sumptus debite resarciri. §. 3. Persona vero, si casus hoc poposcerit, per solam Majestatem regiam corrigatur.

#### *O žalobách proti úředníkóm královým.*

*Chce-li kto žalovati na úředníky královny nebo na jeho popravce, to má učiniti před králem anebo před jeho dvorským sudíem; a on sudie má k tomu přivolati pány kmetie a pilně žalobu žalujícíeho vyslyšeti; a má podle nálezu kmetského kázati žalujícíemu otložití škody i náklady tomu popravci nebo úředníkovi; a jestliže se dotkne života, k jeho osobě král má popraviti toho.*

#### XCI. De querelis contra villicos regales.

§. 1. Qui a villicorum nostrorum aliquo se passum injuriam dicere voluerit, nostrae curiae judicis auditorio implorato, cum dicti judicis literis aut nuntio locum repetat, ubi habitat villicus supradictus. §. 2. Qui simul et kmetones villanorum dicti loci querelam examinent, et super ea, quantum ad res pertinet, judicium ferant; personali judicio, si casus exegerit, soli curiae judici reservato. §. 3. Et si forte querelans dictorum kmetonum et villici actum judicium non probaret, liceat ei super eadem querela vel causa ad dictum judicem curiae habere recursum, qui ordine debito, vocatis coram se partibus supra expositis, faciat justitiam expeditam.

#### *O žalobách na vladaře královny pověsné.*

*Dieme o našich vladařích pověsních, chce-li kto z viny na ně žalovati, má ot dvorského sudieho list vzieti nebo posla, a jej předeň do jmenovitého města a ke dni jistému pohnati; a tu má sudie s jinými kmety toho vladařstvie, jestli žaloba k statku a zboží, té pře suditi a pravého při pravdě ostaviti; pakli se dotýče života, s tiem má k králově milosti hleděti.*

#### XCII. De bonis, quae ad regiam cameram dicuntur devoluta.

§. 1. Bona, quae ad regiam nostram cameram devoluta dicuntur quacunq[ue] ratione vel causa, debet judex nostrae curiae,

statim cum ad illius notitiam perveniret, ad manus curiae dictae recipere, seque de ipsis intromittere per nuntios nostros, et servari custodiri que facere diligenter, nullam de his distractionem seu diminutionem fieri quoquomodo passurus. §. 2. Deinde in foro Pragensi, et in alio propinquiori ipsis bonis, facere voce praeconia publice proclamari, qualiter de bonis, quae quondam fuere talis N. velut ad regiam cameram devolutis, se debite intromisit; §. 3. super quibus, si quis jus aliquod se habere credat, infra dierum XIV. terminum coram eo apud Pragam curet, ostensurus de jure suo legitime, comparere. §. 4. Quod si nullus infra dictum terminum comparere curaverit, tunc secundo et ultimo ac tertio peremptorie consimili forma et dierum spatio terminus assignetur. §. 5. Post cujus peremptorii lapsum, nullo infra praedistinctos terminos comparente, bona praedicta per adjudicationem baronum camerae nostrae maneant confiscata. §. 6. Post peremptorium veniens ad judicem nostrae curiae, jus aliquod se habere dicens in bonis, quae ad regiam cameram sunt devoluta et jam per eundem judicem capta dicuntur, nullatenus audiatur; nisi per argumenta evidentissima aut testes idoneos posset ostendere, quod a die primae proclamationis, et subsequenter continque per totum tempus trium dilationum, absens a terra fuerit, propter quod non potuerit, prout est verisimiliter praesumendum, ad ejus notitiam proclamatio pervenire, nec infra proclamatos terminos comparere. §. 7. Quo casu, probata prius absentia praedicta, licet ei infra totidem terminos et intervalla dierum, a die regressus ipsius in terram ipsam numerandos, si voluerit, legitime comparere et jus suum prosequi concedatur. §. 8. Si quando infra terminum quis comparens legitime, in bonis, quae ad nostram cameram devoluta dicuntur, quacunque ratione jus melius quam nostra curia se habere monstraverit: veritate reperta, factaque sibi adjudicatione bonorum ipsorum per barones, ut decet, volumus et jubemus eidem bona supra dicta ex integro, omni diminutione cessante, per judicem nostrae curiae resignari. §. 9. Si quis post adjudicationem bonorum, quae ad nostram curiam devoluta fuerint, per barones curiae nostrae factam, judici aut nuntiis dictae curiae de bonis ipsis se nostro nomine intromittentibus, spiritu temeritatis tantae assumpto, contradixerit, nec illis condescendere voluerit: ex tunc rebellis et proditor regiae majestatis infamabiliter censeatur et ab omnibus reputetur. §. 10. Si vero ante adjudicationem, comparando scilicet infra statutos terminos, et de jure suo, quod habere se dicit super bonis ipsis, cum nostra curia litigando, hoc fecerit: tunc non de rebellionem, sed de sumptibus nostrae curiae satisfacere, et interesse dumtaxat dictae curiae teneatur.

## O sboží na krále spadlém.

Poviedáme, že sbožie a dediny nebo kterekolivěk věci měly liby snad na krále připadnúti po smrti čiežkolivěk: tehdy sudie dvorský má se v také sbožie nebo dediny uvázati a toho ne-utracovati ani umenšovati; a má také to sbožie v Praze anebo v najbližšiem městě toho sbožie první rok čtrnácte dní provolati, druhý rok opět čtrnácte dní, a třetí rok opět čtrnácte dní, že se jest v takové sbožie uvázal, jakožto spravedlivě na krále spadlé; a nepokáže-li se kto s otporem v těch časiach v Praze, tehda sudie dvorský a páni kmety mají to sbožie králi přisúdití. Pakli kto otpór vloží v těch časiach, tehda také to dvorským sudím a pány kmety má odsúzeno býti podle uká-zanie pána krále a podle líčenie králova práva a spravedlnosti. Litujiece toho, ktožby v zemi v ty časy nebyl, ač taká sbožie prvé, druhé i třetí provolána by byla, a on potom přijeda do země pokazal to svědky nebo železem horúciem, že jest v zemi ty časy nebyl, když na taká sbožie voláno jest bylo; a když to okáže, tehda má jemu dán býti rok prvý, druhý i třetí, jakož běží provolanie ku pokazání jeho práva; a tepru královo právo a jeho kteréž pokáže, má dvorským sudím a pány sú-zeno býti. — A ten, ktož dediny, nebo které věci proti královu dvoru panským nálezem obdržal, má jemu dvorský sudie ty dě-diny bez umenšenie a pohoršenie zase navrátiti v celosti. — Tehdy kdyžby které dediny skrze sudieho a pány zemské krá-lovu dvoru byly přisúzeny a poslové ot úřadu k tomu, ktož je drží, byli poslání, a on jich násilíem nepostúpil, tehdy za zrádci králova má jmien býti. Pakliby kto s našiem dvorským sudiem o takové sbožie nebo dediny se súdě před provolaniem nebo přě-súzeniem v ty dediny se uvázal: tehdy náklady vsecky má na-vrátiti dvorskému sudiemu, a to učině, bude-li panským ná-lezem práv shledán, při dedinách má zuostati.

## XCIII. De castrorum vel munitionum devolutione.

Si castra vel munitiones aliae in bonis, quae nobis dicuntur devoluta, consistant, pro quibus custodiendis forte, vel aliter, sumptus nostra curia fecerit, et ex post facto alius melius jus habere in illis repertus extiterit: debeat eadem curia dictos sumptus sibi, non alii, imputare.

*O nákladiech na tvrz nebo na hrad.*

*I bude-li která tvrz nebo který hrad narčený a na krále připadený, a v to se dvorský sudie uvieže a náklady učiní, a potom ty tvrze nebo hrady někto královým právem obdrží: má v těch nákladiech dvorskému sudiemu hyníti a jemu navrátiti podle ukázanie spravedlivého.*

## XCIV. Bona caduca per quem debeant gubernari.

§. 1. Hereditate quacunqne ad regiam cameram devoluta, bona ipsius mobilia per quemquam nolimus occupari, sed illa per nuntios seu judicem nostrae curiae, sicut ipsa hereditas debet gubernari.  
 §. 2. Qui vero quidquam ex dictis bonis ausus fuerit surripere, jus regium se noverit offensisse.

*Ktožby se uvázal v dědiny na krále spadlé.*

*Ktožby se v dědiny na krále spadlé uvázal, ten nábytky, kteříež tu budú, má zachovati; paklíby co utratil, to jest proti královu právu.*

## XCV. De unione bonorum.

§. 1. Sicut volentibus est permissum bona et hereditates suas aliis concedere, tabularum forma servata: sic et illa bonis alterius unire et communicare nullatenus denegamus, dummodo communicantes et unientes invicem taliter bona sua solemnitatem debitam servare non omittant, quod ea ad terrae tabulas debite apponantur, et adeptio possessionis et proclamatio locis et dilationibus congruis subsequantur, prout aliis constitutionibus nostris plene cavetur. §. 2. Si uniti in bonis eorum separati habitant, sumptusque quisque separatos faciat et in diversis castris vel locis aliis: non propterea intelligatur unio fraudulenta vel simulata, dummodo probare possint, si necesse fuerit, per testes idoneos coram baronibus, quod alias in damnis et emolumentis omnibus uniti participant et contribuunt. §. 3. In bonis se dicentes uniti, licet in uno eodemque loco vel villa sedentes seu lairem foventes, si tamen eorum quisque bonorum suorum administrator et rector existat, et sumptus separatos faciat, separati sunt potius judicandi, nec unionem alleganti credetur, nisi testibus idoneis plene probaverit, quod unio ipsorum, non obstante divisione vel separatione praedicta, sine omni figmento, simulatione et fraude procedit. §. 4. Si hereditas alterius unitorum in bonis propter crimina per eum forte commissa veniat confiscanda: tunc aequali facta divisione bonorum omnium simul unitorum, pars sua ad regiam ca-

meram devolvatur, parte reliqua penes alium consocium illaesa et solida remanente.

### O spolčení před pány.

*Jakož dskami všecky věci se potvrzují, též také když se dva spolčita dědinami, nebo jeden druhého přijímá na dědinu přede pány na plném súde, a zachovají sobě slavnost dskami, ač toho komu co potvrdí, to má býti mocno a to mají udělniti s obú stranú zjevno a v tom kraji provolati, v kterémž ty dědiny jsú a ležie. Ej ačkolivěk rozličná sbožie neb hrady přibuzní by drželi mezi sebou a společně na takáž sbožie nakládali, to jest vždy spolek spravedlivý, a u přiehodě, může-li to počestnými svědky pokazati, tehdy ti mají požievati spolku toho. Čiem také spolek obdržien býti má, když se přiehodí, že spolu někteří sedí v jedné vsi a každý své sbožie drží oblášť a požievá a spolu obydlenie mají; však by tiem dielni byli, že každý oblášť své má. Lečby podobnými svědky pokazati, žeby nebyli dielni od svých předkuov nebo starost, a ti svědkové přísahú prošli-liby, že jich spolčenie jest bez zámyslu a bez falše. Zjevne každý pro svú zlost svoú díel dědin společných proviniti muož do královy komory, a díel jeho dědin má oddělen býti komorničím druhem ot druhého společníka, a má o to býti losováno, tak že díel nevinného společníka dědin má ostati bez poskvrny při něm v právé.*

### XCVI. De solutione census per Judaeos.

§. 1. Judaei quicumque, licet in bonis nobilium residentes, in census solutione ad cameram regiam pertinent pleno jure. §. 2. Et si quis forte quoquo temeritatis spiritu praesumeret contra facere vel defendere, quominus ad solutionem dicti census ipsi Judaei dictae camerae sint astricti, velut rebellis majestati regiae puniatur.

### O židech.

*Námi jest ustaveno, kdyžby židé které dědiny vладыčie nebo jiné svobodné měli a držali, mají s těch dědin úrok platiti do komory královy, a kážby se jim protivil neb jim překážel, v nemilost královu upadne.*

### XCVII. De hereditatibus Judaeorum.

§. 1. Si quam hereditatem alicui Judaeorum occasione debitorum suorum obvenire contingat, illam vendi vel alienari quomodo-



libet non licebit sine regia licentia speciali; §. 2. quam demum ad cameram nostram non est dubium arbitrio regio de jure regni et consuetudine approbata debere devolvi.

### *O židovských dědinách.*

*Tu opět pravíme, když kterému židu která dědina v dlužích by se dostala, té dědiny bez královny vůle žádnému židovi prodati nemá aniž móż; neb taká dědina přisluší k králově komoře.*

### XCVIII. De hereditatibus emptis.

Hereditatem, quam quisque emerit, cujuscunque conditionis, dignitatis aut status emptor existat, eo jure, hisque libertatibus vel oneribus sciat se tenere debere, quibus praedecessores sui tenere consueverant et debebant; (cum juris ratio hoc exposcat, rem quamlibet ubique transire cum suis onere et honore.)

### *O dědinách kúpených.*

*Přihodí-li se komu, žeby dědiny které kúpil, buď kníže nebo pán nebo jiný, v témž právé a poplatcích těch dědin má požíevati, jakož ty dědiny právo mají.*

### XCIX. De bonis claustralibus.

§. 1. Singuli abbates, praepositi vel priores quorumcunque monasteriorum vel claustrorum, (quae deo propitio in regno nostro Boemiae sunt plurima), bona et jura, quae a praedecessoribus nostris Boemiae regibus illustribus, seu ducibus, aut etiam quibuscunque personis aliis dicti regni receperunt, et quae sub dominio regio tenere noscuntur, singulis regibus semel saltem in vita cujusque regis recognoscere debeant omnimode, sicut antiqua consuetudine reperimus observatum, et novas literas confirmationum vel approbationum a singulis obtinere. §. 2. Quod si facere omiserint, sciant se bonis praedictis ad tempus infallibiliter carituros, per regiam cameram conservandis, donec confirmationum literas obtinuerint et recognitionem fecerint supradictas.

### *O sboží klášterském.*

*Ríkáme, že každý opat, probošt nebo jiní duchovní lidé každému králi, nebo pánu svému, za ničemž svá sbožie mají, po*

*smrti dřevního krále nebo pána v roce a ve dni mají se s svými dědinami opovědět, a na potvrzení svých sbožie listův dobytí. Pakliby kto toho neučinil, těhdy mají se jemu v jeho dědiny uvázati a ty držeti do času, dokudžby toho neučinil, jakoš se svrchu jmenuje.*

### C. De proscriptis.

Veneranda decrevit antiquitas, quam consuetudo longissimis temporibus servata probavit, de publicis aut arduis criminibus diffamatos ac notatos per consules seu scabinos provinciarum proscribi, et proscriptos demum, ordine servato, supplicii ultimi poena damnari. Quod secundum antiquam observantiam declarantes, sancimus: §. 1. Nullis consulibus seu scabinis cujuscunque regionis seu patriae licere proscribere vel proscriptos notare aliquem terrae nobilem seu baronem; §. 2. Possint tamen, si quem ex dictis nobilibus proscribendum invenerint, baronibus justitiariis et correctoribus illius provinciae nunciare atque deferre; §. 3. Qui talem eis per consules nunciatum debent omni occasione remota Majestati Regiae intimare.

### O psancích.

*O tom pravieme, že konšelé zemských krajův slořečené a vinné podle řádu zachovaného psáti mají a na smrt dáti; lečby byli páni nebo šlechtici hodni psánie, ti mají své opovědět a věděti dáti pánuom, purkrabiem a popravcem, a oni hned mají to na krále vzněsti.*

### CI. De proscriptione baronum.

Barones justitiarii et correctores cujusque provinciae debent baronem alium unumquemque, qui proscribendus fuerit, proscribere et nominare proscriptum, (ne justitia, quae cunctis debet esse communis, quamque nostris temporibus coli assidue volumus et tenaciter observari, alicujus singularitate personae a recto tramite declinetur).

### O zjevení psance pána.

*Tomu také chceme, kterýžby pán psánie byl hoden, aby toho konšelé neopúšťeli psáti a psániem jej oznámili; nebo spravedlnost nemá minúti i urozeného.*

## CII. De accusationibus civilibus super spolio, rapina et furto.

\* Civiliter agere volentibus, qui forte criminum poenas humanae intuitu pietatis abhorrent, jus suum prosequentes potius quam vindictam, de approbata consuetudine dicti regni sunt parata remedia, quae omnibus fidelibus nostris, sicut decet nostram justitiam esse, communia intendentes et nemini variare licere, sancimus: §. 1. Quandounque aliquis spoliatus querimoniam civilem, illatum sibi damnum per spolium, vel restitutionem rerum ablatarum petendo, facere disposuerit: hoc infra septimanas duas, diem commissi spolii immediate sequentes, beneficiariis judicii sive czudae, ad quem pertinet, notificare procuret, coram eis protestando decenter, quod pro praemissis intendit citari facere spoliatores, et super eis jus suum prosequi tempore opportuno. §. 2. Spoliatus, notificatione et protestatione factis coram beneficiariis czudae, debet a distributore minorum camerariorum seu bedellorum unum bedellum petere et recipere ad citandum; quo simul sibi assistente, eum quem citare decrevit, cum querimonia integra vel signo ipsius querimoniae, et termino quatuor septimanarum vel sex ad plus, ad terrae tabulas imponi faciat et describi, deinde adversarium suum, ut moris est, citari. §. 3. Quis que bidellus juxta provinciam sibi decretam citationes solus per semet faciat; si vero citandus provinciae fuerit alterius, tunc adhibito sibi bidello loci illius dictae provinciae, in quo citandus dicitur habitare, ambo simul citationem faciant ad diem et horam assignatam vel aliter consuetam. §. 4. Bidelli faciant citationes personales, si citandus reperierint in persona, quod citandus in termino assignato debeat coram beneficiariis comparere tali die .N. de justitia responsurus; alioquin ad domos habitationum citandorum, coram familia, vel vicinis, familia forte absente. §. 5. Similiter, si opportunum fuerit, citabunt in foro publice populo convocato loci proxime adjacentis, in quo citandus ipse, vel sui, forum consueverant visitare; et si expedire videbitur, etiam judici et duobus juratis dicti loci citationem ipsam nuntiabunt pro futura cautela. §. 6. Adveniente termino citationis, bidellus sive bidelli citationem per eos factam beneficiariis nuntiabunt, et relationem decentem facient, baculos in manibus de more gestantes, qui citandi officium eis commissum denotant et demonstrant. §. 7. Actore in termino comparente, quod facere debet coram vice-camerario, vice-judice ac notario et ceteris beneficiariis minoribus, et querimoniam suam per se vel alium proponente, citatus, si praesens fuerit, petito consilio praecedente, si voluerit, dicet per se vel alium ad objecta, quaecumque videbuntur sibi opportune dicenda. §. 8. Per quae si non poterit evadere, tunc sibi liceat quaerere ab actore de anno, die et loco damni, quod sibi illatum asserit per eundem, actorem

cogendo de certo vel terminato tempore respondere. §. 9. Querere etiam subsequenter liceat a vice-camerario et vice-judice tantum, si damnum propositum et assertum fuerat eis infra certum terminum nunciatum; illis respondentibus, quam reperierint veritatem. §. 10. Post praemissa vero ad petitionem citati tabulas legere debet; quorum tenore discrepante forsitan in dictione una vel pluribus a proposita querimonia, de antiqua consuetudine suprascripta statim cadit actor a causa; quam tamen per aliam formam et in alia instantia potest infallibiliter restaurare. §. 11. Tabulis in nullo a querimonia discrepantibus, terminus ad jurandum partibus assignetur. Quo adveniente, partes ipsae debeant coram beneficiariis personaliter in termino comparere infra tempus pulsationis campanae ad horam primam in castro Pragensi; qua pulsatione de more finita, exhibeantur partibus praestanda debita juramenta.

\* Cf. Jus regale montanorum IV. 7, 7.

### *O lúpeži a o zlodějství.*

*O tom, kdyžby kto oblúpen byl nebo okraden, to má osvědčiti měštóm anebo popravcem ve dvě neděli, a to aby mohl z toho pohoniti, nebo jinak po právu na zloděje nebo na lúpežníka vésti, táhna se na své osvědčení. Známó buď, že o zlodějství a o lúpež po osvědčení má vzieti každý komorníek, a svého zloděje pohnati ke čtyřem neb navíec k šesti nedělem a žalobu naň provesti. Pohoniti každý komorníek móż sám v tom kraji, k kterémuž pohnaný přisedí; pak-li bude v jiném kraji pohnaný přiseděti, tehdy komorníek Pražský s komorníkem toho kraje ke dni a k hodině z práva pohnati mají. A řádem komorníci pohoniti mají tímto: Naleznu-li koho osobně, mají jemu povědiěti, kto jej pohóní a k kterému roku a k kterému dni; pakli toho doma nebude, mají povědiěti jeho čeledi nebo jeho suseduom, a jestli potřebie, mají v najbližšiem městě taký puohon trhem ohlásiti a osvědčiti. Zjevujeme, že komorníci mají puohon počestně, před úředníky zemskými, držíce huolky v rukú dřevenné (vzdvižené), oba za jeden člověk vysvědčiti a tak svojoj úřad zachovati. Když po vysvědčení póhonu puovod stane před úředníky, totiž před komorníčem druhem, před podsudkem a před písařem nebo jinými úředníky, a provede žalobu, tehda pohnaný sám skrze se nebo skrze jiného se má otázati: Osvědčena-li jest naň škoda podsudíemu za času; také muož otmílvati, že nenie právé pohnán, že žena nebyla doma nalezena, že neosvědčil póhonu v městě a že mečem pásán jej pohónil a neměl huolky v ruce a neokázal pečeti úředníčti etc. Bude-li řádem pohnáno a žaloba z desieti hríven jest, tehdy úředníci menšie to súdiě; pakli viec, tehda páni. Ej kdyžby*

*žaloba ve dsky vložená nesjednala se s puovodovým řečníkem, tehdy púvod ztratí svú při, ale muož jinak proměně žalobu znovu žalovati. Kdyžby se dsky s žalobú nedělily a žaloba prošla, tehdy úředníci zemští menší dadie stranám rok ku přísaze, a tu dokudž ku primě na hradě zvoní, mají se strany s stranami opovědieti a úředníci obecnú přísahu v kaple mají vydati přísahajeciemu.*

### CIII. De juramento in causa spolii vel rapinae.

§. 1. Juramenti formam super causis spolii vel rapinae et his simillium, observatam antiquitus, novimus esse talem: Videlicet actor, juxta capellam assistentibus capellanis ad haec specialiter ordinatis, ingrediens ipse personaliter, vel alius loco sui quem duxerit eligendum, ter informatus per vice-judicem aut alium ad hoc deputatum, positus digitis super cruce, jurabit; et si primo vel secundo jurando non processerit, vel digitos de cruce levaverit, tunc tertio dicatur sibi, quod se debeat emendare. §. 2. Qui si se non emendaverit, causam suam ipso facto se noverit perdidisse. §. 3. Actore autem procedente in jure praescripto, citatus simili modo jurare teneatur. §. 4. Qui si processerit, tunc alios duos viros idoneos, non tamen eos ad tabulas apponendo, debet habere, quorum quisque per se jurabit, informatione recepta prius: „quidquid citatus ille juravit, verum continet juramentum.“ Quibus viris et citato praedicto procedentibus in juramentis eorum, citatus ipse absolutus a causa totali intelligitur ipso jure.

#### O řádu přísah.

*Z starého zachování púvod ku přísaze do kaply má veden býti a podsudie nebo jiný úředník má jemu podle žaloby rotu vydati, a on má dva prsty na kříži pod kolenem a nad hřebíkem Božích muk položití a má třikrát naučen býti, kterák má přísahati, a nemá dvě hákuov (nebo prstuov) s kříže zdvihnutí, dokudž jemu úředníci nekáží, a má se z práva třikrát opravití. A když se potřetí přísahaje neopraví: tehdy k supěri ztratí svú při; pakli přísaha je projde, tehdy dva má muže počestná ve dsky nevložená mieti, kterážto, jakž naučena bude, máta popřísěci na to, což jest puovod přísahl, že jest to přísaha pravá. A poknaný také má přísěci, do třetice se opravuje, a když neopraví potřetí přísahaje, tehda hned svú při ztratí.*

### CIV. De executione sententiae.

§. 1. Citato convicto, defectu forte probationis aut contumacia, vel quacunque alia justa causa: actor, quando voluerit, alium bedellum, praeter illum qui citationem fecit, petat, qui mittatur ad victum, monere

eum, quod super causa jam obtenta cum actore concordet infra duas septimanas. §. 2. Quod si facere recusaverit, unus ex beneficiariis ad hoc deputatus, adhibito sibi bidello alio, praeter eos qui in citatione et monitione fuerunt, eundem actorem in possessionem hereditatis victi praedicti pro quantitate pretii aestimati damni petiti super redditibus annuis hereditatis ipsius, (computando scilicet ad rationem marcae unius anni redditus pro pretio marcarum decem), inducet; et pro totidem fiet inductio et modo simili terrae beneficio, ut est moris. §. 3. Hereditate censuali non exstante vel non reperta, fiet per beneficiarium et bedellum assignatio super bonis hereditatis victi ad araturam sistentibus, actori, usque ad concurrentem seu sufficientem quantitatem aestimationis damni illati; et ad totidem beneficio, titulo verae obligationis et purae. §. 4. Debent praeterea beneficiarius et bedellus incolis hereditatis, super qua inductionem vel assignationem fecerint, significare, qua de causa et cui fecerunt inductionem vel assignationem praedictam, eisque praecipere, quod abinde inante actori inducto tamquam vero domino hereditatis debeant respondere, vel infra septimanas duas continuas a die significationis praedicta numerandas cum omnibus rebus eorum exire de hereditate praedicta. §. 5. Quod si dicti incolae nec respondere actori tamquam domino, nec de hereditate exire curaverint: tunc liceat actori praedicto, adhibito sibi bidello, illo scilicet, qui interfuit inductioni, vel eo deficiente, alio per beneficium assignato, his in anno in dicta hereditate licite dominari, recipiendo equos et pecora tantum pro culpis ipsorum et sumptibus factis per eum; medietate tamen equorum et pecorum praedictorum taliter receptorum beneficiariis applicanda, et medietate reliqua penes actorem ipsum remanente. §. 6. Infra vero annum alium proxime subsequentem actori praedicto vel suis heredibus, (eo forte defuncto), debet hereditas dicta taxari per vicecamerarium cum bedello, similiter et beneficio, usque ad concurrentem quantitatem pretii aestimati damni, in redditibus annuis sive censibus, ad rationem unius marcae censualis pro decem. §. 7. Postquam taxationem poterit idem actor vel heredes sui iterum, semel tantum forma, qua supra, dominari in hereditate praedicta. §. 8. Quibus omnibus solemniter adimpletis, praedicti beneficiarii et actor, et eorum quilibet, de hereditate cuique taxata disponere poterint, velut de re propria, ad arbitrium liberae voluntatis.

§. 9. Similia judicia similes debent concomitari processus; quia ubi eadem ratio reperitur, idem jus debet statui, non diversum. Propterea praesenti sancimus edicto, praescripta omnia et singula in effectum trahi et servari debere in judiciis et processibus quibuscunque fiendis, non solum super spolio, sed etiam super rapina, furto, sublatione censuum, et his consimilibus vel annexis.

## O vedení práva.

Původ když právo po přísaze sdrží, tehdy má vzieti komorníka jiného, než na puohonu byl vydán, a má jiem napomanúti pohnaného, aby se s ním smluvil s puovodem ve dví neděli. Pakli by se nesmluvil, má jemu úředník vydán býti s komorníkem s jiným, než na puohonu a na úmluvě byli, a tak mají vzvésti původa v dědiny pohnaného, a plat roční kopu platu v desieti kopách othádati nebo položiti. A jestli se škod pōhon, tehdy úřadu tolikéž, nebo jakž jest obyčej. Kdyžby kto ku právu stál a vedl a pohnaný neměl platu ani úrokuov, tehda původ tiem úředníkem a komorníkem má veden býti na poplužné dědiny pohnaného a mají jemu othádati těch dědin, jakž jest právo, a úřadu tolikéž. — Úředník s komorníkem tím, kterýž na pōhonu byl, má po vzvodu tiem ktož drží na němž jest původ neb jeho dědice, kdyžby on umřel, oznámiti a přikázati, aby jemu poplatky a úroky ročnie vydávali jakožto pánu svému dvakrát v roce. Pakliby toho neučinili, tehda ve dví neděli mají se z dědin svých vybrati a jich postúpiti. Pakliby nepostúpili, tehda původ s komorníkem s tiem, kterýž s niem byl nebo kteréhož jemu úřad vydá, dvakrát do roka má panovati a tu koně a dobytek bráti v té věci, jakož rád zálezie, a má toho polovici k úřadu dáti. A kdyžby opanoval, jakž rád káže, tehdy komorní druh má jemu puovodu a úřadu s komorníkem othádati ku pravému dědicství. A po othádání pro dokonání všeho práva má tolik jednú původ a úřad panovati, a potom z nich učiniti jako z svých dědicých, což se líbí. Chcme také i prikazujem, aby o všecky věci, kterýchžby se dotklo, tiem řádem a obyčejem súzeno bylo, jakož jsme již položili.

CV. De actione civili super excussione seu effractione domorum.

\* Contra excussores seu violentos invasores domorum dominis aut incolis eorum civiliter agere \* permittitur, si debite voluerint. §. 1. Debet enim dominus vel incola domus excussae, tempore quo domus excutitur, nocturno potissime vel diurno, si poterit, alta voce clamare, quod vicini possint audire clamorem; et subsequenter statim, quam c. tuis debite poterit, vicinis ipsis significare violentiam sibi factam et illatam. §. 2. Excussus infra septimanas duas, proxime subsequentes diem excussionis ingestae, notificare debet beneficiariis terrae ipsam excussionem; a quibus bedellum recipiat, qui prospectum excussionem vadat, et de ea a vicinis, et aliter ut melius poterit, diligenter inquirat; et singulariter ostia domus et alia suppellectilia, confracta forte vel aliter dissipata, conspiciat, convocatis vicinis ipsis etiam, quorum testimonium imploretur. §. 3. Inquisitione facta summarie, excussus idem bedellum alium recipiat ad ci-

tandum; quem simul et reum, qui citandus est, cum querimonia vel signo ejus, et termino quatuor septimanarum ad minus, aut sex ad plus, ad tabulas terrae decenter imponat. Qui ad citationem debito more facere non omittet. §. 4. Adveniente termino, proposita querimonia per actorem, citatus si comparuerit per se vel procuratorem, dicat adversus querimoniam, quae sibi videbuntur opportuna; deinde quaerat ab actore et beneficiariis, ut moris est, ut supra in capitulo de spolio declaratur. §. 5. Quaeret etiam singulariter ipse citatus ab actore, si bedellus adest, qui debuit excussionem prospicere et inquirere; qui debet adesse, et praesentibus partibus in judicio plene referre, quicquid vidit et a vicinis percepit, cum anno et die, de excussione jam dicta. §. 6. Si bedellus in relatione dictae inquisitionis circa annum aut diem discrepaverit a dicto actoris, super quo interrogatus exstiterat a citato: actor idem statim cadit in causam, quam tamen sibi restaurare potest, debita forma servata. §. 7. Non discrepante relatione bedelli a dicto actoris, super quo interrogatus exstiterat, citatus faciet tabulas sibi legi; quibus cum querimonia proposita concordare repertis, procedetur ad reliqua, sicut supra rubrica de spolio plenius continetur.

### O vybíjení domuv.

*Kdyžby kto výboj nebo běhání a útok učinil na dóm v noci nebo ve dne, chce-li na něm toho dojíti hospodár, má hlasem vysokým křičeti a obapolniem suseduom osvědčiti a ihned má okazati ten výboj a násilí téměř obapolním suseduom. Vybitie nebo násilí komu se stane, má ve dvou neděli přijieti před úřad a žádati komornieka, aby ohledal jeho škodu a výboj. A on přiveda nebo přivolaje susedy k tomu má ohledati dřvi a k tomu rúcho nebo jiné věci, jestli co ztrháno neb poskvrněno, a má se tázati těch suseduov, slyšali-li jsú křik, a jestli jim to osvědčeno. Po tom uptání vybitý má vzieti komornieka jiného, než na ohledání byl, a má pohnati toho výbojci najméně ke čtyřem nedělem a najvíce k šesti, a ve dsky póhon i žalobu vložit. Po žalobě pohnaný odpoviedaj sám skrze se nebo skrze poručieka, což se jemu zdá za podobné, v tom buď řád zachován, jako o lúpeži napřed psaném. Tázati má pohnaný na svědčení póhonu toho komornieka, kterak se jest toho uptal, a komorniek má před stranami v plném súde vyznati, což jest slyšal o tom výboji a viděl dvěře, rúcho a jiné věci tak násilíem raněné a poskvrněné. Ačby se komorniek omylně nebo nepamětlivě pochýbil roku a dne, kdy se jest to stalo: tehda v ty časy ta pře jest přešla a pominula, ale potom muož opravena a navedena býti. A kdyžby se žaloba se dskami sjednala a vyznámie*



*komornícié toho skutku: tehdy na pohnaného má vedeno býti, jakž napřed řečeno jest o lúpeži.*

CVI. De eo, qui cum animalibus suis blada destruxerit aliena.

\* §. 1. Siquis jus suum prosequi adversus alium quem dicere velit blada sua cum animalibus conculcasse vel aliter devastasse: illatum sibi damnum debet primo beneficiariis terrae facere notum, a quibus recipiat bedellum, qui conculcationem vel devastationem illam diligenter inspiciat, et damnum inde proventum consideret, ut suo loco et tempore beneficiariis supradictis de praemissis relationem possit facere concedentem. §. 2. Post praemissa recipiat dictus actor bedellum alium ad citandum, quem cum citato, querimonia et termino competenti ad tabulas poni faciat, debita forma servata. Et termino adveniente iudicii, bedellum debet habere, qui devastationem inspexit et damnum; qui partibus comparentibus in iudicio supradicto, plene referat de his, quae consideravit et vidit. Circa quae et cetera subsequenter agenda procedatur, ut supra in similibus seriose describitur et notatur.

*Ktožby komu obilé spásl.*

*Ačby kto dobytkeu svým obilé komu potlačil nebo spásl, to má úředníkem osvědčiti a komorníka ot nich vezma, jemu to potlačenie aneb spas okázati a časem svým úředníkem opověděti má. Potom vezmi jiného komorníka na pónon a toho žalobu ve dsky vlož. A když bude k súdu, tehdy komorníka toho, jemuž jest ta škoda svědoma, veť tím řádem a obyčejem, jakož svrchu jest psáno.*

CVII. De actione civili super succisione silvarum, annonarum, pratorum, captura piscium et his similibus.

\* §. 1. Silvarum, arborum, annonarum, pratorum succisio vel surreptio, aut captura piscium et his similibus, per omnia fere eundem processum requirit, quem supra de vastante aliena blada cum animalibus suis exposuimus, additis particularibus infra scriptis, quae aliquando in causis hujusmodi novimus contigisse. §. 2. Si in causa aliqua praemissarum citatus reus a iudice petierit bedellos seu nuntios partibus assignari, qui prospectum accedant hereditatem et locum ipsius, in quibus asseritur per actorem damnum illatum: eo casu bedellis duobus, uno scilicet utrique parti, concessis, a iudice terminus peremptorius assignetur, in quo debeant dictae partes per se vel procuratorem seu commissarios suos, una cum bedellis, in hereditate

praedicta interesse, et propositum damnum inspicere, ut convenit, diligenter; alio insuper termino assignando, in quo partes eadem cum dictis nuntiis coram iudice dicto compareant, relaturis bedellis ipsis, quae gesta per partes in eorum praesentia fuerint circa causam in hereditate iam dicta; his omnibus prius in terrae tabulis debite ut decet consignatis. §. 3. Adveniente termino, in hereditate ipsa partibus existentibus, et bedellis per iudicem assignatis, actor pedes, depositis vestibus consuetis, vidente, audiente et intelligente citato ejusque bedello, locum dati damni personaliter calcando demonstrat, dicens: „talis .N. damnum mihi intulit in loco isto, succidendo arbores istas, sive bladum, (vel aliter, prout idem duxerit asserendum), quod aestimo ad marcas argenti vel grossos .N. sicut in querimonia super hoc per me facta plonius continetur.“ §. 4. Citatus vero, si hereditatem eandem suam duxerit asserendam, adhibito sibi bedello suo, depositis vestibus, hereditatem ingressus in loco damni dati, debet asserere dictis bedellis dicens: „hereditas haec est mea,“ (allegando titulum, et jus quod habet in illa adiciens) „et hunc actorem, qui me citari fecit, trado beneficio Praegensi in CCC denariis“; actore ipso statim, si sua interesse putaverit et jus habere confidit, in hereditate praedicta asserente bedellis eisdem: „et ego eundem adversarium meum trado dicto beneficio in CCC denariis.“ §. 5. Tunc citatus iterum tradat seu det actorem dicto beneficio in DC. denariis, actore immediate sequente citatum ipsum totidem in DC. denariis beneficio saepe dicto tradente. Et iterum citatus tertio, modo praemisso, tradat actorem in noningentis denariis, actore similiter respondente: „et ego eundem adversarium trado in CM denariis.“ Ultimo citatus dicat: „et ego trado eundem in ohřeb,“ (hoc est in aequivalenti summa pecuniae traditionibus supradictis et aestimationis totius hereditatis; quam non licet per partes ipsas transgredi in ipsis traditionibus quoquomodo.) §. 6. Solemnitate proxime praescripta servata, (\* quam ex consuetudine regni servari inter privatas personas percepimus temporibus antiquatis\*), partes ipsae et bedelli termino assignato compareant coram iudice, assignantes unaquaeque partium pecunias in traditionibus designatas beneficiariis, aut aliter cum illis concordiam facientes; dicti bedelli relationem faciant seriosam de gestis singulis per partes ipsas in hereditate praedicta, coram summo camerario, iudice et notario, ceterisque beneficiariis et baronibus terrae. §. 7. Facta relatione et intellecta per iudicem, iudex idem ad probandum proposita hinc inde per partes per documenta vel per testes competentem terminum dictis partibus assignabit. §. 8. Pars, quae in probatione defecerit, aut in termino assignato comparere legitime recusaverit, parti adversae probanti et legitime comparenti ad totam causam et ipsam hereditatem, super qua facta fuit traditio, et in pecunia quantacunque in traditionibus ipsis expressa, condemnabitur ipso facto, et

assignabitur parti victrici pro obtento jure; medietate dictae pecuniae beneficiariis assignata, et reliqua medietate cum hereditate remanente penes partem victricem eandem. §. 9. Ad executionem sententiae procedatur per monitionem, inductionem possessionis et taxationem, prout alias superius in causa spolii et similibus continetur. §. 10. Si forte aliqua partium actoris vel rei, in terminis comparens, allegaverit hereditatem, super qua controversia vertitur, se emisse et super emptione fidejussores seu disbrigatores habere, quos intendit in judicio dictae causae defensores suos producere, et propterea pecuniam in traditionibus designatam recuset offerre: non ideo pars altera excusatur, si in oblatione pecuniae per eam in traditionibus consignatae omittat procedere sicut decet, nisi de consensu judicis et partium earundem communi fuerit inter eas aliud ordiuatum.

### *O podřezání chmele a dřívíe a ryb lovení.*

*O podřezání dřívíe, chmele nebo ryb lovení neb takých jiných věcí takový řád má zachován býti jako o výboji domuov, přičiniec to rozdílné, že o každú věc móż zvláště žalováno býti. Kdyžby vinný neb pohnaný žádal komorníka na ohledání škod, jimížto jej jeho súper viní, má jim a oběma komorníek vydán býti a rok a den zavítý na dědinách položen býti; a to ohledaje komorník má na sudieho rok jemu uložený vzněsti a vynesiti a to, což jest viděl, ve dsky popsati. A puovod má na pohnaného vésti o podřezání dříví, slože plášč svoj a kuklu po vyznání komorníeka, že jemu takové dřívíe podřezal Petr ze Lhoty sví mocí bezpravně etc., a to pokládá za deset hríven stříebra (jakož žaloba záleži). Pohnaný přijma k sobě komorníka praví-li, že jest jeho dědina, s niež jest pohnán, svleka s sebe rúcho, má na tu dědinu vstúpiti a má tu dědinu vyjmenovati, že právo k nie má, oddávaje puovoda, ješto jej pohnal, úředniekuom ve tři sta haléřuov. Póvod, zdá-li se jemu, že jest dědina jeho, před tiemiž komorníeky muož pohnaného oddati úředniekuom také ve tři sta peněz. Tehdy opět pohnaný podaj póvoda úředniekuom v šest set peněz, a ihned póvod muož podati pohnaného úředniekuom také v šest set peněz. A opět pohnaný po třetí podaj puovoda úředniekuom v devět set peněz a puovod také odpověz: Já jeho podávám úředniekuom také v devět set peněz; a najposléz pohnaný řeci: A já jeho dávám v ohřeb (to jest ve všechny summy jmenované); a domnievaje se, o tu dědinu, již neslušie pomínúti, ani kterak roztrhnúti bez spravenie dalšíeho. Chovajiece zvláštnost starého práva strany s komorníekem s obú stranú před úřednieky s penězi podá-*

vanými na roku jim daném, státi mají a komorníci přisnú řeči před nejvyšším komorníkem, písařem, sudím a jinými úředníky a pány zemskými vyznati mají, co se jest před nimi mezi stranami stalo; a po vyznání toho a po svědomí sudie toho stranám rok polož. Straně kdyžby svědecství nestálo nebo proti svrchu řečenému rádu odporně mluvilo, tehda straně té, kterážby dovedla, o všechny dědiny a o při i o polovici peněz v tom vzdávání za právo má v ní obdržáno býti, a na úředníky Pražské polovice druhá peněz z práva má připadnutí. K dosti práva učinění úmluva sluší, vzvod, třié panování, osobnie drženie, othádanie, a nad právo po othádání posledni panování, jakož jest psáno o lúpeži v té kapitole. Pohnaný nebo pódod, již jsa právem přemožen a penieze vzdané k úřadu již položivši, zpravec o tu dědinu chtěl-líby pošievati, penieze již vzdané ztratí; a povolí-li úředníci, móż on na dědinu na své zpravec sahnúti.

#### CVIII. De dotibus viduarum.

Antiquas observantias recensentes, invenimus feminas viduas regni nostri Boemiae in donandis vel aliter concedendis dotibus earum speciali quadam semper praerogativa et singulari solemnitate potiri; quam illis servantes illaesam, sancimus: §. 1. Quascunque viduas pro libero voluntatis arbitrio, dotes suas duntaxat, cuicunque posse concedere vel donare, etiam ad tabulas non ponendo; dum tamen scriptura donationis vel concessionis hujusmodi septem baronum sigillis et sigillo proprio dictae viduae donatricis solemniter munita fuerit. §. 2. Alioquin deficiente forte sigillo proprio donatricis specialiter, vel alio baronum ipsorum, donatio vel concessio dotium quaeque facta nullius ipso jure sit efficaciae vel valoris.

#### O vzdání věna vdoviehc.

*Pójieme vdovám, kteréhožbykolivěk duostojenství byly, aby věna svá dáti mohly a zapsati dskami komuškolivěk v zemi, anebo listem svým a pečeti svú a k tomu sedmi pánuov na svědomie pečetni vzdáti mohla; a nenie-li pečeti její vlastní a jiných pánuv, to vzdání žádně moci nemá.*

#### CIX. De puellis orphanis maritandis.

Pudicitiae virginum orphanarum regni nostri Boemiae pio succurrentes affectu, ne propinquorum obstinata duritia indirecte cogantur (quod aliquando factum audivimus) nitorem obfuscare pudicam et degere turpem vitam, quam coelibem duxisse poterant et

honestam, sancimus §. 1. Si qui patruus aut frater neptem vel sororem aetatis jam nubilis nuptui tradere recusaverit, retinere cupiens forsitan dotem suam, liceat dictae puellae per se vel alium curiae nostrae implorare iudicium. §. 2. Quae per dictam curiam kmetonibus assignata, per eos matrimonio collocetur, personarum honore vel status bonorum qualitate pensatis, fratrem vel patrum dotem debitam solvere compellendo, quam curent kmetones ipsi pro cautela dictae puellae debite facere conservari.

*O sirých pannách za muž vdání.*

*Kdyžby který strýc nebo bratr sestry své nebo vnuky k letuom došlé ke vdání za muž dáti nechtěl, snad proto, aby její sbožie po její smrti zachoval sobě: tehdy úředníci nebo kmetové země České k jejímu požádání za hodného na cti a na sboží vdání jí mají a z jejího statku a z dědin věno jí zjednati (spuosobiti) právem zemským.*

Et sic est finis Statutorum regni.

*Již jest konec Práv země české, jichž sú Čechové užívali za ciesaře Karla Římského a krále Českého, kterýchž páni, rytíři, zemané i všichni dobří lidé užívají i podnes v zemi české. Amen.*

## Appendix documentorum

constitutiones „Majestatis Carolinae“ illustrantium.

Ad const. VI.

(Ordinatio Joannis regis de successione. 1341.)

Nos iudex et iurati ac universitas civium Maioris civitatis Pragensis

Recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie literarum cupimus pervenire, quod quia excellentissimus princeps, dominus noster, dominus Johannes, inclytus rex Boemiae ac Lucemburgensis comes, ano Domini 1341, feria 2. infra octavas Corporis Christi, convocatis praelatis, principibus, baronibus, nobilibus, consulibus seu iuratis praedictae civitatis Pragensis et aliarum civitatum regni Boemiae, civibus nec non con-

siliariis seu ambassatoribus civitatis Wratislaviensis, ibidem praesentialiter astantibus, talem coram eis Ordinationem duxit publice faciendam, volens eam habere robur perpetuae firmitatis, hanc videlicet: Quandocunque ex permissione divina ipsum dominum regem ab hac vita (quod absit) migrare contingeret, quod tunc statim nos et praedicta civitas Pragensis ad illustrem principem dominum Carolum, dicti domini nostri regis Boemiae primogenitum, marchionem Moraviae, suosque heredes duntaxat, et ad nullum alium juxta ordinationem praedicti domini nostri regis respectum omnimode habere debeamus. Nos itaque ipsius domini nostri regis mandatis, ea qua decet reverentia obedire humiliter cupientes pro nobis, heredibus et successoribus nostris promittimus bona et sincera fide firmiter et spondemus, quod quandocunque saepedictum dominum nostrum regem Boemiae decedere contingeret ab hac vita, ex tunc ad ipsum dominum marchionem Moraviae heredesque suos et ad nullum alium volumus habere respectum sibi que tanquam vero et legitimo domino nostro in omnibus et per omnia intendere parere et obedire fideliter cum effectu. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum anno et die etc.

(*Pelzel, Carl IV. — Urk. XXV.*)

(Declaratio Caroli ad ordinationem Joannis pertinens. 1350.)

Nos iudex, jurati et universitas civium civitatis Luthomeric notum facimus universis:

Quod pridem ad mandatum serenissimi ac invictissimi principis et domini nostri gratiosi domini Caroli Romanorum semper Augusti et Boemiae regis nobis communiter per virum nobilem dominum Russonem de Luticz regni Boemiae subcamerarium in consilium convocatis, praefatus dominus Russo vice et nomine praedicti domini nostri gratiosi, nos cum instantia requisivit, ut considerata antiqua regni Boemiae consuetudine dudum laudabiliter observata nec non ordinatione provida, quam clarae memoriae illustris princeps ac magnificus dominus, dominus Joannes quondam Boemiae rex, genitor eiusdem domini nostri, matura deliberatione instituisse dignoscitur, qua ipse praefatum dominum nostrum Rom. et Boemiae regem, primogenitum suum eiusque heredes et successores, per masculinam lineam descendentes, ab ipso in praefato regno suo Boemiae suos heredes et successores esse constituit, voluit et decrevit, nos etiam illustri principi et domino nostro domino Wenceslao, praefati domini nostri Rom. et Boemiae regis primogenito, corporalia iuramenta homagii, obedientiae atque fidelitatis debite praestaremus.

Nos igitur praefati regni Boemiae approbatae et laudabiliter observatae consuetudini nec non ordinationi praedictae, quam praefatus dominus noster dominus Joannes olim Boemiae rex memoriae recolendae provida deliberatione pridem instituit, assensum praebere volentes et debitae fidelitatis obsequiis ac obedientia solita eo ferventius inhaerere animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed omnibus votis communiter accedentibus,

I. Eidem domino nostro Wenceslao, hujusmodi juramenta corporaliter praestitimus et praestamus, nec non promisimus et promittimus bona nostra fide et sine omni dolo pro nobis, heredibus et successoribus nostris in perpetuum, ad praefatum dominum nostrum Wenceslaum, in casu ubi fortasse serenissimum dominum nostrum, genitorem ipsius (quem Deus omnipotens custodire dignetur), ab hac luce migrare contingeret, immediate habere respectum, sibi que tanquam regi Boemiae, nec non vero legitimo et naturali domino nostro in omnibus et singulis parere ac intendere et absque omni contradictionis, impedimenti seu difficultatis obstaculo fideliter obedire.

II. Promittentes nihilominus bona nostra fide sine dolo pro nobis, heredibus et successoribus nostris ut praemittitur eadem juramenta corporalia de fide, legalitate et obedientia servandis, non extante praefato domino nostro Wenceslao suo primogenito, vel illo non existente seniori suorum heredum,

III. vel ipso absque heredibus decedente, fratri suo seniori, si quem habuerit,

IV. antillo decedente, seniori eiusdem fratris heredi et sic demum in antea senioribus fratribus ac seniorum fratrum senioribus heredibus in linea sexus masculini procedendo

continue praestare et corporaliter facere perpetuis temporibus affuturis. Praesentium sub nostrae civitatis sigillo testimonio literarum.

Datum Luthomeritz anno D. 1350 Jubileo sabatho proximo post festum S. Jacobi apostoli.

(*Pelzel, Karl IV. — Urk. LXIV.*)

(Literae Caroli IV. de successione. 1348)

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continuis intenta vigiliis votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur. Sane ad nostrae Celsitudinis venerabilis archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et

Luthomuschelensis episcopi, necnon illustres Johannes Karinthiae comesque Tyrolis et Goritiae, germanus noster charissimus, ac Nicolaus Oppaviae et Ratiboriae duces, ceterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum ejusdem, praesentiam accedentes: nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici divi Romanorum imperatoris electi, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

*(Sequitur privilegium Friderici II. ab anno 1212: Fridericus divina favente clementia etc. Vid. Codex j. b. I. 24.)*

Nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

I. Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicitatis status Romani regni et Sacri imperii fideles et sollicitos praeter ceteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobilius, supplicationibus benignius inclinati, praefatas litteras, ac omnia et singula contenta in eisdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, et de novo ex certa scientia de nostrae Romanae regiae plenitudine potestatis praefatis regno, praelatis, ducibus, principibus, baronibus, proceribus et nobilibus, ac universitati regni ipsius et pertinentiarum ejusdem, ad usum et opus regum Boemiae in perpetuum damus tenore praesentium, conferimus et donamus, omnem diminutionem et defectum, si quis in praemissis fuerit, de uberiori dono Majestatis Romanae regiae et plenitudine potestatis reparantes omnimode et suppletentes.

II. Verumtamen si circa contenta in praefatis litteris nonnulli calumpniari, aut ea interpretari sinistre, seu in sensum reprobum declarare, imo verius obscurari forsitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium vel obscurum, quibus dictarum series aspergitur literarum, ut regni Boemiae praefati, ipsiusque incolarum status in sincera imperii dilectionis perseveret concordia, et unitatem in vinculo pacis servet, ac incolae dicti regni hiis quae dissidentiae materia possent esse temporibus profuturis et animarum et corporum inde nascituris periculis rerumque dispendiis proventuris sollerti praeventione, antequam ordiantur, tam prudenter quam salubriter praecisis, tamquam mansueti terram hereditent et in pacis multitudine delectentur, electionem regis Boemiae\*) in casu dumtaxat et eventu, quibus de genologia, progenie, vel semine, aut prosapia regali Boemiae masculus vel femella superstes legitimus (quod Deus avertat) nullus

---

\*) Friderici II. privilegium sub III: „Volentes ut quicumque ab ipsis (i. e. Boemis) in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus“ (Cod. I. 24).



fuerit oriundus vel per quemcumque alium modum vacare contigerit dictum regnum, ad praelatos, duces, principes, barones, nobiles et communitatem regni praefati et pertinentiarum ejusdem, habita cum nonnullis regis Romanorum futuri Imperatoris colectoribus ac aliis principibus, qui tunc temporis nostrae Celsitudinis praesentiae assistebant, deliberatione matura, ipsorumque sano digesti consilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamur et praesentis scripti patrocinio declaramus rite, juste et legitime in perpetuum pertinere.

III. Ipsiusque regis Boemiae electionem in casu et eventu praedictis et non aliis praefatis praelatis, ducibus, principibus, baronibus, nobilibus et communitati dicti regni et pertinentiarum ejusdem de nostra Regis Romanorum plenitudine potestatis, ac ex certa scientia damus, concedimus, conferimus et donamus, dictamque electionem meliori, salubriori et saniori, quo potest, modo fieri, confirmamus et transferimus in eosdem.

IV. Volentes etiam, ut quicumque in regem Boemiae electus fuerit, ad nos et successores nostros Romanorum reges et imperatores accedat, sua a nobis et successoribus nostris modo debito et solito regalia recepturus, non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus statutis, seu edictis factis et editis in contrarium quibuscumque, quas et quae quantum ad haec ac si forent nominatim et de verbo ad verbum scripta praesentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, et de dicta Romanae regiae plenitudine potestatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti. — — —

Dat. Pragae Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragésimo octavo, Indictione Prima, VII. Idus Aprilis, Regnorum nostrorum anno secundo.

*(Orig. archivi olim Karlsteinensis. Cf. Inventarium ejusdem archivi. E copia vidimata anni 1526 typis descriptum in Cod. dipl. Mor. VII. 769.)*

Ad const. XVI. XLV, LVIII, LXIV, LXV, XIX.

(Concessio libertatum regno et incolis regni Boemiae  
25. Dec. 1310.)

Johannes dei gratia Boemiae et Poloniae rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis, ac Lucemburgensis comes, omnibus in perpetuum.

Gloriae regalis culmen attollitur, tempusque datur vitae felicitati productius, dum rex amari, non timeri, desiderans, non saevientis sed diligentis potius in subjectorum assumit gubernatione officium. Nam dum ipsis in rege, et regi in eis, sic complacet, ex

huiusmodi caritativae receptionis operibus pax, et ex pacis totius boni praecedat stabilitate fomentum, et pium illud regis pacifici, quo humanum genus, ut honeste vivat, alterum non laedat, jus suum unicuique tribuat, informatur, decretum ad suum feliciter infelicidum transgressione abolitum revocatur effectum. Quapropter nos, qui gubernationi regni Boemiae superius sumus dispositione praepositi, sic in ipso vivere, sicque deo auxiliante proponimus dirigere actus nostros, quod nil sibi vendicet odium vel favor usurpet illicitus, sed omnia ex caritate composita inter nos et ipsius regni incolae fidei, amoris et dilectionis perpetuae sentiant firmitatem. Et ut huius nostri laudabilis deo favente propositi iidem regnicolae in efficaci et benigna sentiant prosecutione progressum, hoc eis promittimus et ad hoc nos fideli et constanti promissionis vinculo obligamus:

## Ad c. XVI.

I. Quod venerabilem in Christo patrem dominum Johannem, Pragensem episcopum, principem nostrum dilectum, et successores suos, ipsam Pragensem ecclesiam, totumque clerum, nec non nobiles et terrigenas, regnique ipsius populum universum, bona et possessiones ipsorum, in eorum conservabimus juribus, et eorum libertates, consuetudines, privilegia et jura quaelibet, tam in iudicio quam extra iudicium firma et inlibata servabimus, nec ea immutabimus nec diminuemus in aliquo, sed ea et per nos tenebimus et per alios teneri et servari semper ab omnibus immutabiliter faciemus, nec aliquibus, cuiuscunque conditionis aut status fuerint, hominibus aliqua, quae praedictis juribus, consuetudinibus, privilegiis vel libertatibus praedictis revocari possent, privilegia dabimus, imo data ab aliis praesentibus revocamus.

II. Et ne huius generalitatis ambiguum calumniosae quispiam interpretationis figuratione adhibita in praedictae nostrae voluntati contrarium et ipsorum regnicolarum odibilem referat intellectum: eorumdem regnicolarum jura, quae magis dilucidatione et aperta intelligentia opus habent, per hoc non revocatis nec diminutis aliis, promissa quoque nostra, quae eis super eisdem juribus et quibusdam certis articulis observandis praestitimus, praescriptis scripti mandavimus annotatione includi.

III. Specialiter enim haec jura regnicolae ipsos ab antiquo habuisse et a nobis et successoribus nostris habere debere praesentibus profiteamur:

## Ad c. XLV.

IV. Quod videlicet nobiles et terrigenae ipsi non tenentur, nec nos ipsos ad hoc debemus aliqua ratione compellere, quod ad

expeditionem procedant aliquam ultra quam metae terrarum Boemiae et Moraviae se extendunt, nisi hoc ab eis, ut ultra metas ipsas ad expeditionem procedant, nostris possumus precibus vel denariis obtinere; sed cum ipsis terris Boemiae et Moraviae vel earum alteri defendendae vel pacificandae immineret necessitas, ad hoc sive expeditione, sive servitio alio opus esset, Boemi et Moravi simul vel divisim, prout bonum et status terrarum ipsarum exegerit, procedere necessario tenebuntur.

V. Collecta generalis quoque, quae vulgariter berna dicitur, nec per nos nec per successores nostros reges Boemiae ipsi regno debet imponi vel recipi, nisi in duobus casibus infra scriptis: Ad coronationem videlicet regis, et ad quamlibet regis filiam maritandam. Et tunc collecta ipsa hoc modo solvetur: Videlicet quilibet laneus vel molendinum super flumen, quotquot rotas habuerit, unum fertonem argenti, et quilibet artifex mechanicus de artificio suo, quaelibet taberna et quodlibet molendinum super rivulum, etiamsi plures rotas habuerit, unum lotonem argenti, et si argenti usus non fuerit, pro fertone XIII, pro lotone IIII grossos Pragenses; — de agris autem, qui per laneos distincti non (sunt), de aratro unum fertonem nobis ipsius collectae nomine solvere tenebuntur. — Illos autem agros, laneos, artifices, molendinarios et molendina solummodo collectae praedictae subjecta et obnoxia esse dicimus, de quibus dominis eorum census solviter, et (quae non) sunt ipsorum dominorum vel servitorum suorum usibus deputata. Si quae autem ex eis vel servitores dominorum ipsorum pro servitio suo tenent, vel ipsi domini pro se colunt, suis vel curiarum suarum vel bonorum suorum officinis vel officiis vel custodiis deputarunt, dicimus non debere solvi collectam.

Ad c. LVIII, LXVII, LXV.

VI. Antiquum etiam regnicolarum ipsorum jus, quod aliquorum praedecessorum nostrorum regum Boemorum temporibus abolitum et abusu revocatum fuerat, renovantes, decernimus et in perpetua de cetero volumus stabilitate manere, quod quicumque filii masculis non relictis decesserit, filiae superstites in hereditate et bonis paternis succedant. Si autem nec filios nec filias habens et nulla de bonis suis in vita vel in morte dispositione facta decedat, proximiores usque ad quartum consanguineitatis gradum masculini vel feminini sexus heredes in bonis suis omnibus et hereditate succedant. Quibus non existentibus, et legitima bonorum suorum dispositione, prout praemissum est, per decedentes non facta, ad nos tunc demum bona decedentium taliter devolvantur. Et hoc idem in bonis eorum, qui pro delictis suis capitali puniuntur sententia, volumus observari; licere autem volumus omnibus filiorum et filiarum

posteritate carentibus et capitali, ut dictum est, sententia puniendis, de bonis suis in vita et in morte disponere, prout eorum placuerit voluntati.

## Ad c. XIX.

VII. Ceterum ut omnis, quae de nobis ipsis nobilibus et terrigenis regni Boemiae possit oriri suspicio vel displicendi materia auferatur, hanc nobis legem cum adimplendi necessitate imponimus, et hoc in nobis et successoribus nostris perpetuae obligationis observatione firmamus, quod nullum capitaneum, nullum purcravium vel castellanum in castris nostris, nullum beneficiarium vel officialem aliquem in Boemia vel Moravia vel in curia nostra ponemus alienigenam, nec bona, possessiones vel castra vel officia aliqua alienigenis ipsis inperpetuum vel ad tempus dabimus, nec eos hereditare in regno Boemiae aliquo modo admittamus: sed praedicta omnia in Boemos vel in Moravos tantum per nos ita dispensari debere decrevimus, quod (nec) nobis licere aliud judicamus.

VIII. Et ne subrepat alia, quod una via sub sincera sollicitudine prohibetur, hoc praedictae nostrae legi vel aequali observationis necessitate adjungimus, quod nullum alienigenam vel extraneum in Boemia vel Moravia hereditates, castra, possessiones, bona immobilia vel jura aliqua emere vel empta retinere aliquo modo admittimus; sed si alicui de talibus bona hujusmodi donata vel legata, vel forte in dotem dominae alicujus de Boemia vel Moravia fuerint assignata, vel quocumque alio titulo pervenerint ad eundem, ea a die qua ad eum pervenerint, intra annum vendere alicui terrigenae teneantur; quod si non fecerint, omnia praedicta, quae fuerat assecutus, tunc ad proximiores ipsius dominae consanguineos statim post ipsius anni terminum devolvantur.

Et quia omnia et singula supradicta terrigenis ipsis firma semper volumus et illibata servare: promittimus, quod cum favente domino in regem Bohemiae fuerimus coronati, literas praesentis tenoris cum majoribus sigillis nostris regalibus, quibus tunc utemur, sigillatas triplicatas ipsi domino episcopo Pragensi et terrigenis intra duas septimanas a die coronationis nostrae dare nullatenus obmittemus . .

(*Palucký, Formelbücher I. 129.*)

**Jura et consuetudines regni Boemiae atque marchionatus  
Moraviae.**

(Constitutio Joannis regis. 1311.)

Johannes dei gratia Boemiae et Poloniae Rex, Sacri Imperii  
citra montes vicarius generalis, ac Lucemburgensis Comes, universis

Regni Boemiae ac Marchionatus nostri Moraviae fidelibus, quibus nosse fuerit opportunum, salutem et notitiam subscriptorum.

Ad fastigia sceptrigeri diadematis, diuina disponente clementia, sublimati, ad hoc feruentibus votis intendimus, ut nostri regiminis tempore nostrae dicioni subiectis libertas optata proveniat, vitentur pericula atque a malignorum protecti incursibus quiete sedeant, sedendo quiescant et in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, ac temporalium requie opulenta, quod tunc salubrius fieri et commodius expediri credimus, si ius suum tribuatur cuiilibet et ultra debitum non ardetur: hoc sane attendentes, omnes Regni nostri Boemiae et Moraviae principes ecclesiasticos et seculares, barones, nobiles, clientes, praefatos, clericos et universos nostrae dicioni subiectos, pio favoris applausu fauorabiliter amplectentes, eisdem duximus promittendum:

I. Quod omnia eorum jura, consuetudines, quae et quas a nostris habuerunt et habere consueuerunt praedecessoribus, rata habere volumus et tenere et eadem inconuulsa conseruare, necnon quod omnia eorum priuilegia, quae a nostris habent praedecessoribus, volumus nostris confirmare sigillis.

II. Praeterea ut nostri subiecti vberioris nostrae pietatis sentiant benivolentiam, promittimus, ut nullam steuram vel exactionem quae berna vulgariter dicitur, nisi nos uxorem ducere contingeret, seu in liberorum nostrorum filiorum et filiarum coniugali copulatione, ab eis aliquatenus exigemus.

III. Caeterum, ut nostri Regni regnicolas ad voluntaria prouocemus obsequia, pollicemur eisdem, quod numquam alicui alteri quam (Morano in Morauia) aliquod officium suppae commitemus.

IV. Insuper communi voto parentum affectantium successionem suam deuolui ad posteros, clementer assentientes, notamus quod liberis filiis et filiabus seu fratribus, eorumve filiis infra quartam generationem extantibus, alicuius nostri subditi bona ad nos tanquam vacantia, nisi propter crimen confiscanda forent, deuoluantur, seu nostro aerario applicentur.

V. Porro ut suis utilitatibus nostri subditi quietius intendant et commodius conquiescant, hanc eis duximus facere gratiam specialem, quod ultra metas Regni nostri Boemiae et Marchionatus Moraviae, ad quorum defensionem Principes, Barones, Nobiles Regni nostri Boemiae et Marchionatus Moraviae contra omnem hominem nobis assistere fideliter promiserunt, pro subiugatione alicuius terrae alienigenae eos inuitos nullatenus compellemus.

VI. Postremo cum steuram quae berna vulgariter dicitur, in casibus superius expressis, nec non in coronatione Regis Boemiae, in quo casu berna etiam est tollenda, accipere nos contigerit, notamus, ut plus quam unus ferto argenti de laneo requiratur vel aliquatenus exigatur.

Quae omnia et singula sigillis nostrae excellentiae fecimus communiri. Datum Brunne XIII<sup>o</sup>. Kalendas Julij. Anno domini Millesimo. CCC<sup>o</sup>. Undecimo, Reguorum nostrorum Anno Primo.

(Orig. membr. in archivo march. Moraviae sub N. 1. inter Privilegia. — Confirmatio hujus constitutionis in libro domini Ctiborii de Cimburk „Kniha Tovačovská“ adjecta versione boemica.)

Ad const. XXVII.

Strenuus miles, Ctiborius de . . . circa tabulas terrae, quas domini barones regni Boemiae singulis annis in quatuor temporibus dumtaxat, secundum consuetudinem hactenus approbatam consueverunt aperire et quae sub clavibus nobilium baronum Benessii de Wartemberg summi camerarii (1365), Andreae de Duba judicis (1343 ss.); Stephani prothonotarii terrae Boemiae (1351, 1358 ss.) stricte reservatur, personaliter constitutus, petebat, ut sibi impositionem hereditatis suae de praedictis tabulis extraherem, etc.

(Formula. — Palacký, Formelbücher II. 248.)

Dissertatio commemoranda:

Dr. Franc. Pelzel, Die Majestas Carolinae (Mith. des Vereins für Geschichte der Deutschen in Böhmen. VI. 1867).

## 10.

## Řád práva zemského. — Ordo iudicii terrae.

Hoc literarum jurisque monumentum quid contineat, ipsa inscriptio indicat. Scriptum autem est ante annum 1360, quo tempore Carolus rex et Ernestus archiepiscopus ordalia ex iudiciorum consuetudine sustulerunt; nam in contextu primae descriptionis ordalia tanquam etiam tunc usitata commemorantur.

Archetypum quo nunc caremus, latine videtur fuisse conscriptum. Hoc latinum exemplum ante annum 1368, quo anno longae iurandi formulae sunt abolitae (Cod. II. 2. p. 27), in sermonem boemicum translatum est, nam in hoc exemplo boemico nulla iurisjurandi brevioris notitia deprehenditur.

Novimus et latinum et boemicum exemplum recensione demum secundae. Antiquioris scripti contextum retinuit exemplar boemicum; ibi enim legitur de ordaliis (c. 1360 sublatis), legitur de verbosa iurandi formula (a. 1368 abolita); obřeb etiam ut res notissima commemoratur; sed jam habet locos interpolatos, quod videtur factum esse post obitum Caroli regis, qui a. 1378 mortuus est.

Contextui verborum latino librarius varia glossemata interposuit; ordalia et longas iurandi formulas jam abolitas esse ait; quid obřeb sit, satis certo nescit. Quantum ex cap. I. 19 conicere licet, et ipse post Caroli mortem est scriptus.

Exemplorum manu scriptorum quum latinorum tum boemicorum satis magna copia est: illa numerantur 6, haec 14. Latinorum antiquissimum seculo XIV perscriptum asservatur Pragae in codice tabularum iudicii aulici; tria exempla sunt in bibliotheca universitatis Pragensis (17, E. 4, 1, G. 18, 17, E. 17), duo in tabulario civitatis Pragensis. Exemplorum boemicorum emendatissimum est alterum eorum, quae sunt in tabulario civitatis Pragensis.

„Ordo iudicii terrae“ primum in lucem editus est in Antiquissimis monumentis juris Slovenici, auctore Andrea Kucharski, Warsoviae 1838. Contextum latinum una cum boemico typis exscribi curavit Palacký in tomo secundo collectionis monumentorum, quae inscribitur „Archiv český.“

Dissertationes :

Palacký Fr., Archiv český II. Jireček Herm., Řád práva zemského. ČČM. 1861 p. 226—241.

Ordo capitum in libris manuscriptis mire est perturbatus; quem quidem nos ita restituere conati sumus, ut ipsum argumentum postulare videbatur.

## (Capitulum primum.)

## 1.

§. Kdyžby kto chtěl z hlavy bratra svého neb jiného přítele koho pohnati k zemskému sídu, ten řád jmá zachovati: Najprvé, když jest ten jeho přítel zabit, jmá ten den pomnieti, a přijda před úředníky Pražské, točizto před navyššieho komorníka a před jiné úředníky, kterýchž móż dojiti, ve dvě neděli ot zabitie toho přítele, i jmá jim opovědieti a purkrabi Pražskému, a řka takto: „Páni, račte slyšeti, opoviedám Vaší Milosti, že tento přítel mój (pojmenujete jej, a odkud jest byl) jest zabit na pokojné cestě ot toho (pojmenujete toho, kterýž jej zabil a odkudž jest); opoviedám vám hlavu jeho, a proši, dajte mi komorníka, aťby tu hlavu opatřil.“

§. Tu pojma komorníka, jmá jemu ukázati toho zabitého, a rány jeho a rácho zekrvavené jeho, v kterémž jest zabit; a to všechno rácho jmá sobě ten komorník vzieti i zachovati, aby je mohl v sídē ukázati. (*Glossa: Ale chce-li ten, ježto pohoní, bezpečen býti: přiveď toho komorníka před úředníky, ať vyzná před nimi, což ohledal jest, a rácho krvavé ať pokáže; a to ve dsky zemské kaž popsatí, den a léto, kdy se to stalo, a jméno toho komorníka, kterýž jest vyznal, znamenati kaž. Neb kdyžby ten komorník šsel dřieve sídu, aneb žeby jeho jmieti nemohl, neb žeby to rácho krvavé utraceno bylo, aby před sídem ty dsky ukázal a čísti kázal; to bude mocno, jakoby ten komorník vyznal před sídem.*)

## 1.

§. Si quis pro capite fratris vel alterius amici citare voluerit ad terrae iudicium, hunc processum habere debet: Primo, quando ipse frater vel amicus ejus occisus est, tunc idem actor ad praesentiam beneficiariorum, vicecamerarii et vicejudicis, sicut citius posset vel potest, accedet, et semper infra duas septimanas eandem interfectionem et ipsum caput eis notificet, dicens: „Domini, audite, quia (talís) amicus meus occisus est in via pacis; vobis notifico illius caput occisi, et peto, ut detis mihi bedallum terrae, qui hoc caput conspiciat.“ §. Quo bedallo recepto, ostendet ei illum occisum, et vulnera ejus, vestemque ejus cruentatam; et eandem vestem totam, in qua ipse occisus est, idem bedallus pro se recipere debet et habere, et eandem cruentatam vestem reservare debet, ipsam tempore iudicii, quando requisitus fuerit, ostensurus. (*Glossa: Sed si cautus esse vult actor, ipsum bedallum ad praesentiam beneficiariorum ipsorum ducat, ut coram ipsis ea, quae vidit,*



*recognoscat, ac vestem cruentatam ostendat, et hoc in terrae tabulis consignari procuret. Quo facto idem actor, quod in terra, quo haec facta sunt, ponendo. Quia si medio tempore idem bedallus decederet, vel eum habere non posset, aut perderet vestem eandem, tunc tempore iudicii easdem tabulas in testimonium hujus rei producat.)*

## 2.

§. Potom, kdyžby chtěl pohnati, jná prositi, aby jemu dán byl komorník, jenžtoby pohnal vraha jeho. §. Kteržto když požene, jná vysvědčiti, když ten den přijde, k kterémuž jest pohnal; a to jná ve dsky napsáno býti. §. Tu pak ten den v hodinu devátú, totiž o poledni; ten jenžto pohná, jná opovědieti úředníkům a purkrabi Pražskému, že stojí k prvnímu póhonu, a řka: „Opoviedam se Vaší Milosti, že sem pohnal vraha svého, jenž jest zabil mého bratra, (pojmenuje jménem oba), a to chei vésti předě pány s plným právem, i z hlavy, i z peněz, v čemž tu hlavu pokládám.“ A ihned dobuda řečníka, i jná ve dsky kázati vložiti obě žalobě. (Glossa: Tu znamenaj, že v zemském sídě jeden ni jednoho nikdy nemůže dvě žalobě vésti, jediné o hlavu, jakož jest již znamenáno.) §. Tu pak v hodinu nešporní opět se jná opovědieti úředníkům a purkrabi Pražskému, týmiž slovy, jako dříve. Pótom druhý a třetí den po tom roku takéž se jná opovědieti v též hodiny, jakož se prvý den opoviedal. §. Po těch třech dnech vezme jiného komorníka, aby jej pohnal k druhému roku; a to ve dsky káže napsati. §. A když ten rok druhý přijde, všecky ty opovědi má učiniti, jako na prvníem roce učinil. §. A ihned k třetímu a posledniemu roku vezme téhož komorníka, jakož byl na prvníem roku, nebo jiného. §. A když ten třetí rok přijde, opět se jná opoviedati v též hodiny, jako na prvníem a na druhém roce.

## 2.

§. Quo facto idem actor, quodcumque citare voluerit, potest dari sibi bedallum, qui citabit occisorem eandem. §. Quo subito, ipsum bedallum, reum querimoniam pro ipso capite; et aliam querimoniam pro pecunia capitali, pro qua ipsum capit aestimat, cum termino duarum septimanarum, vel ampliori, sicut compotat, in terrae tabulis praesignet. (Glossa: Et notandum, quod in terrae iudicio nunquam unus actor contra unum citatum duas querelas potest simul proponere et easdem prosequi, nisi in praesenti casu.) §. Eodem termino veniente, ipse actor citationem eandem procurabit publicari coram beneficiariis, et specialiter coram vicepurgravio Praegensi vel vices suas gerente. Deinde hora nona idem actor per se

coram ipsis beneficiis; et vicepergratio se repraesentabit dicens  
domini; repraesento me (tab) hora coram vobis in causa capitis  
et pecuniae capitalis; pro quibus citavi (talem) reum, qui occidit  
fratrem meum (talem), et volo prosequi easdem causas iustitia me-  
diante. §. Et iterum horum vespere eorundem eidem praedicta  
explicando se repraesentabit; Item die altera, et die tertia statim  
post ipsam terminum sequentibus hora prima vel tertia et hora nona  
ac vespere hora se repraesentabit coram eisdem, causis praedictis  
tunc coram familia ejus, citabunt, dicentes ut compareat Pragae coram beneficio Pragensi in praedicto termino hora consueta, id est ante meridiem, praedicto actori ad objecta responsurus. §. Similiter facient in civitate vel oppido proxime adjacenti, ubi ipse citatus vel sui homines forum visitare consueverunt, in foro publice populo convocato; id ipsum etiam judici et duobus juratis ejusdem loci significando, et eorum testimonium super eo, si opus fuerit, implorando.

## 45.

§. A když žaloba projde, stane-li pohnaný, má otázati, kdy se jest ten lúpež stal, které léto a který deň, a pówod jemn má pověděti. Tehda pohnaný má otázati, jestli to úředníkóm opovědieno v jistém času ve dvě neděli. A když to úředníci vyznají, že jest, tehdy pohnaný má žádati, aby dsky čteny byly. A budúli se v kterém slově dsky dělití s žalobú, tehdy má prázden pónonu býti; pakliby se nedělily dsky s žalobú, tehdy má odpovědieti, že jest nevinen. §. A má jim rok položen býti ku přísaze, aby se oba opověděla na ten rok, když budú zvoniti k primě. §. A kterýžby se neopověděl, ten by svú při ztratil; paklibyšta se oba opověděla, tehdy vejdúc do kaply, má pówod napřed přísahati. nebo jiný zaň, kohožby na žalobě jmenoval; a zmátl-liby přísahu, tehdy pohnaný bude prázden; pakliby prošel, tehdy pohnaný má sám třetí přísahati: sám za nevinu, a dva zachovalá zemeniny, ježto máta na dědinách, za očistu. §. A kdyžby všickni prošli a nezmátlí přísahy, tehdy pohnaný má prázden býti; pakliby který zmátl, nebo pohnaný nestál, tehdy pówodu má dáno býti za právo stané.

## 45.

§. Quo termino veniente, iidem bedalli, tenentes baculos in manibus, citationem eandem coram beneficio pronuntiabunt, dicentes, ipsum citatum ad instantiam ipsius actoris ad diem hodiernam citavisse. Tunc idem actor coram subcamerario, vicejudice et notario, ceterisque beneficiariis omnibus, querimoniam suam per se vel per advocatum suum proponet. §. Qui citatus, si praesens fuerit, consilio petito vel praehabito, dicet, quidquid ei videbitur, contra causam eandem; et si evadere per ipsa sua dicta non poterit, tunc quaeret ab actore, quando illud damnum sit commissum? qui actor tenetur ei dicere annum et diem certum, quando id sit factum. Deinde quaeret a beneficio, scilicet a vicecamerario et vicejudice tantum, si id damnum infra certum tempus eis exstiterit notificatum? et si hoc ipsi fatebuntur, esse factum, deinde idem citatus dicet: „legantur tabulae.“ Tunc notarius tabulas leget; et si discrepaverit tabularum tenor in una dictione vel pluribus dictionibus, et idem citatus hoc allegaverit, tunc statim amissa causa actoris reputabitur eadem.

§. Si vero in nullo ipsa querimonia a tabulis discrepabit: tunc idem citatus aut confitebitur se esse culpabilem, aut totaliter denegabit. §. Deinde eidem partibus terminus ad jurandum assignatur, in quo termino ipsae partes infra tempus, quo ad primam horam pulsatur, in castro Pragensi coram ipsis beneficiariis se significando nominando comparebunt. Finito vero pulsu eodem, capellam ad hoc deputatam ingredientur; et tunc idem actor per se vel per alium, quem circa ipsam suam querimonia ad hoc nominavit, prout per vicejudicem vel alium ad hoc deputatum ter informatus fuerit, jurabit, super crucem ponendo digitos suos; et si primo vel secundo jurando non processerit, vel de cruce levaverit manum suam, dicetur eidem „emenda te“; et si se non emendaverit, tunc causam eandem perdidit in ipso facto. §. Si autem processerit: tunc citatus similiter jurare debet; et si processerit in ipso juramento, tunc idem citatus duos alios idoneos viros ducet, et eos ad tabulas imponere debet, qui jurabunt, quilibet eorum per se, prout informatus fuerit, dicendo sic: „quidquid ipse citatus juravit, hoc est juramentum verum et non falsum; sic me Deus adjuvet et omnes sancti.“ §. Et si processerint: tunc idem citatus absolvetur a causa ipso facto; si vero non processerint, vel ipse citatus non comparuerit in aliquo terminorum praedictorum, vel alio modo perdidit causam eandem quocunque modo: tunc eidem actori datur pro jure obtento, et ipse dat memoriales.

## 46.

§. Pak po dvě neděli pohnanému má dáti úmluvu, aby se s ním smluvil. §. A kdyžby se s ním nesmluvil: tehdy má jemu dán býti úředník, aby jej mocna učinil jeho dědin v téj summé peněz, jakož jest pohnil z nich, a úředníkom tolikéž. A to má opovědieno býti okolním susedóm jeho, že jej mocna činí jeho právem i svým úřadem těch všech užtkív i lidí, což k těm dědinám slušie; a kteřížby lidé nechtěli jeho přijeti za svého pána, mají se vystěhovati, a bráti se přeč do dvě neděli.

## 46.

§. Postea idem actor, quandocunque voluerit, non illum, qui in citatione fuit, sed alium bedallum petet et mittet, ut moneat citatum, quatenus cum eo concordet super praemissa obtenta causa. §. Quod si non fecerit: ex tunc idem actor per beneficiarium Pragensem unum ad id deputatum, et per unum bedallum terrae, non illum, qui in monitione fuerit, sed per alium, super hereditatem illius citati induci debet; videlicet pro praedictis decem marcis

minus lotone, sibi de redditibus, quos idem citatus habet in hereditate sua,  $1\frac{1}{2}$  marcas argenti annui, et beneficio tantumdem, census assignando. Si vero redditus certi inventi ibi non fuerint: tunc de hereditate sua ad araturam pertinente cum curia et aliis pertinentiis suis ad sufficientiam praedictae pecuniae titulo obligationis verae debet assignari. Praeterea iidem beneficiarius et bedallus dicent in eolis hereditatis, super qua fit inductio: „significamus vobis, quia (talís) actor contra (hunc) citatum obtinuit jus suum, et pro eo hanc facimus inductionem; unde auctoritate officii nostri vobis mandamus, quatenus vos eidem actori mox repraesentetis, et tamquam vero domino vestro cum omnibus juribus pareatis, aut infra duas septimanas a die hodierno alias cum bonis et rebus vestris vos vias trahatis.“

## 47.

A kdyžby minule dvě neděli, tehdy pŕvod s jednm komornkem má na těch dědinách panovati, koně a dobytek bera na těch dědinách v svých nákladiích; a což vezme, toho má dáti pravá polovici úředníkŕm, a sobě druhú polovici zachovati. A to panování mŕž dvakrát učiniti, totiž dvě neděli po svatém Jiří, a dvě neděli po svatém Havle.

## 47.

Quod si non fecerit: tunc elapsis duabus septimanis praedictis, praefatus actor cum bedalle eodem, qui fuit in inductione, (*Glossa: pro eo, quia idem scit melius, ubi induxit*); vel cum alio bedallo sibi a beneficio dato, in eadem inducta hereditate poterit licite dominari, equos, pecora, pecudes tantummodo recipiendo pro culpis et censibus, expensis et impensis; et horum sic receptorum medietas beneficiariis debet, et alia medietas ad ipsum actorem pertinebit. (*Glossa: Et sic juxta antiquam consuetudinem post duas septimanas semper poterat fieri dominatio eadem: nunc autem fit tantum per duas vices in anno, bedallis tamen mutatis.*)

## 48.

A kdyžby ten rok minul a šest neděl: tehdy jemu má othááno býti těch dědin za jeho summu peněz v žalobě položených, počítajíc za deset hřiven jednu hřivnu platu úročnieho.

## 48.

Quo anno lapso, eidem actori, vel eo non exstante, suis heredibus, hereditas praedicta per beneficiarium, videlicet vicecamerarium cum bedallo, hereditarie taxari debet, et beneficiariis tantummodo pro ipsis X marcis una marca tantum annui census.

## 49.

A když jemu othádáno bude, tehdy ještě po dvě neděle s jedním komorníkem má to othádání opánovati. A kdyžby pohnaný do tů dvě neděle s ním se nesmluvil i s úředníky, tehdy z těch dědin móż učiniti což chce, jako z svých vlastních dědických.

## 49.

Post eandemque taxationem ipse actor vel sui heredes cum camerario adhuc semel debebit, ut praedictum est, dominari; post hoc vero de ipsa hereditate idem actor et beneficiarii disponent, tamquam de re propria, prout eis videbitur expedire.

## 50.

Et similiter in causis factis per rapinam, furtum, sublationem censuum, procedetur per omnia, ut superius est expressum.

**(Capitulum quartum.)**

## 51.

Kdyžby kto z násilíe nočního koho chtěl pohniti, má tento řád zachovati: Když mu se to násilíe děje, má sousědy obapolně připěti, aneb je přivolati, a jim to osvědčiti.

## 51.

Item casus. Petrus quidam, nocturno tempore veniens ad domum Henrici, eandem domum violenter excussit, res ejus omnes asportando. Et si idem Henricus talem causam judicialiter prosequi voluerit, procedat in hunc modum: Primo, quia eo nocturno tempore excussionis debet clamare, ut vicini audiant violentiam, quae sibi infertur; deinde id ipsum eisdem vicinis notificare non obmittat.

## 52.

§. Potom ve dvě neděle má komorníka vzieti, aby se toho ptal, a má jemu ukázati dóm vybitý, dvéře nebo truhly, nebo jiné domovité věci, na kterýchž se jest jemu škoda stala. I má přivesti ty súsedy předeň, aby vyznali před ním, že jsú k tomu násilí v noci přivoláni. §. A když vyznají, a ten komorník to vyzná před úřednky: má to ve dsky vložití, a jiného komorníka na póhon vzieti, aby jej pohnal; a ten komorník má toho pohnati v jeho domu před čeledí, a trhem ten póhon provolati v najbližšiem městě.

## 52.

§. Tandem infra duas septimanas hoc beneficiariis significet, et ab eis, ad conspiciendum illam excussionem et inquirendum de ipsa a vicinitate, bedallum terrae imploret. Et eodem bedallo sic recepto, ostendat domum suam excussam, ostiaque ejus et cistas ac alias res confractas, et pennas de plumalibus dispersas, et alia, si quae ibi sunt perpetrata; convocatisque vicinis, eorum testimonium super praemissis imploret, ut haec recognoscant coram bedallo eodem. §. Quo facto, bedallum alium ad citandum recipiat, et reum cum apta querimonia vel signo, pro quo citare intendit, nec non ipsum bedallum, cum termino quatuor septimanarum minime vel maxime sex septimanarum, imponere ad tabulas nullatenus submittat. §. Qui bedallus per se solus, si idem reus residet in Pragensi districtu, citabit; si autem in alia provincia residentiam habuerit, cum alio bedallo czudae illius districtus, in domicilio ipsius et in civitate vel oppido, die et hora forensi, convocato populo; ut praemissum est supra, citabunt.

## 53.

§. A když ten rok přijde a póhon svědčen bude: tehdy póvod žalobu má provesti z toho násilé. A stane-li pohnaný, má otázati, kdy se jest stalo, a póvod má povédieti, kterého léta a který den. Tu pohnaný má otázati, má-li komorníka, jenžto to opatroval? a ten póvod ihned má mieti komorníka podle sebe, aby jemu vyznal, co jest viděl, a co se jest ot súsédov uptal. A uhodí-li komorník v též: tehdy pohnaný káže sobě dsky čísti; a srovná-li se žaloba se dskami a s tím komorníkem, tehdy má světle rozžžené železo před pohnaným položeno býti, aby na něm dva háky položil, a přísáhl za svú nevinu. (*Glossa: A to jest ustaveno pro strach, aby se násilé méně dalo, bojice se horkého železa.*) A kdyžby nezdrál přstov na tom železe, dokudžby přísahy nedokonal: tehdy by tu při ztratil i hrdlo. §. Ale kdyžby komorník jinak svědčil, nežliby pó-

vod žaloval, aneb se dsky dělly s žalobů: tehdy pohnaný má toho prázden býti.

### 53.

§. Quo termino veniente, citatione ipsa consueto modo pronuntiata, idem actor querimoniam suam proponet; citatus vero, si praesens fuerit, per se vel per commissarium suum, id est per procuratorem suum, de consilio petito prius et praehabito, dicet contra, quid sibi videbitur expedire. Et si per dicta non valebit actorem evadere, tunc quaeret ab actore, quando eadem excussio fuit commissa? ipseque actor tenetur dicere annum et diem, quo fuit sit facta. Deinde quaeret, si idem actor habeat retro se bedallum, qui illam excussionem conspexit, et de eadem inquisivit? qui eundem bedallum statim debet producere et juxta se habere; et idem bedallus, sicut vidit et a vicinis audivit, et quando sit factum, debet confiteri. §. Et si idem bedallus discrepaverit in ipsa sua confessione, dicendo alium diem vel annum, quam quem dixit actor, interrogatus de praedictis: tunc mox idem actor perdit causam eandem. §. Et si non discrepaverint: tunc citatus quaeret, si eadem excussio beneficiariis fuerit notificata? et eis respondentibus, quod sit: tunc legi tabulas mandabit. Quibus perlectis, si non discrepaverit tenor earum a querimonia proposita, ad ulteriora procedetur eo modo per omnia, sicut superius est expressum, (*Glossa: ex quo ferrum candens abolitum est, quod prius post juramenta partium in causis talibus per ipsum citatum vel per ejus zastupconem ad majorem purgationem recipi debebat. Et hoc credo, quod illud jus recipiendi candens ferrum, plus fuit institutum propter terrorem et poenam, quam propter aliquam tentationem Dei, ut a talibus excussionibus perterriti eo facilius cessarent.*)

## (Capitulum quintum.)

### 54.

Kdyžby kto svůj dobytek pasa, komu na jeho dědině obilé spásl nebo ztlačil: tehdy ten, chce-li z toho pohniti, má tento řád zachovati: Najprvé tu škodu má úředníkom Pražským opovědieti, a komorníka vzieti, a jemu tu škodu ukázati. Potom má vzieti komorníka jiného na pónon, a to ve dsky vložití. A když rok přijde, a on žalobu provede, má mieti podlé sebe toho komorníka, jenžto opatroval, aby jemu hotov byl k seznání. A když se nebudú dsky děliti s žalobů, tehda pohnaný má se jemu zpraviti na křtízi se zmatkem, a má mieti jiná dva, ježto máta svobodné dědiny, aby očistila jeho přisahu.

## 54.

Item si aliquis, animalia sua depascendo, alteri in ejus hereditate dampnum fecerit, conculcandō blada sua, tunc idem talem causam judicialiter prosequendo, utatur hoc processu: Primo id ipsum beneficiariis significabit; deinde petet bedallum, qui eandem conculcationem et damna conspiciat, et ea, quae vidit, tempore suo coram beneficiariis recognoscat. Quo bedallo recepto, ostendat ei hereditatem, in qua praedicta damna sunt commissa. Deinde alium recipiat bedallum ad citandum, et eundem cum querimonia et termino competenti huic negotio, ad tabulas imponat. Tandem tempore iudicii, quo querimonia proponitur, actor tenetur juxta se habere et producere illum bedallum, qui conspexit damnum praedictum, ut ea, quae et quando vidit, ibi statim recognoscat.

## 55.

§. Kdyžby kto pro štěpy, pro lúky, pro lovenie ryb, neb lesu srbánie, chtěl koho pohniti, má napřed úředníkóm Pražským opovédieti, a komorníka vzieti na ohledánie. Potom jiným komorníkem pohnati, a to vše ve dsky vložiti. A když rok přijde, má žalobu provesti, a komorníka za sobú mieti k vyznání, jakož svrchu psáno jest. §. A kdyžby žalobu provedl, a pohnaný žádal úředníka na ohledánie, tehdy jemu sudí má dáti komorníka, a původu druhého, abyšta spolu jela a ohledala, kdy a na které dědině ta škoda stala se; a má jima rok položiti, kdy se máta vrátiti a vyznati. A kdyžby se vrátila, a což byšta vyznala, to má všecko ve dsky popsáno býti.

## 55.

§. Et simili modo procedetur in causis, quae per succisionem silvae, arborum fructiferarum, pratorum, vel capturam piscium fuerint factae. §. Si vero citatus dixerit: „domine iudex! peto nuntios, ut mihi et parti adversae dentur, qui videant, in qua hereditate et ubi haec sint facta, de quibus hic querulatur“: tunc idem iudex ipsos nuntios, hoc est bedallos, utrique parti unum, non debet denegare; eis terminum certum, in quo cum ipsis nuntiis per se, vel per commissarios suos ad hoc specialiter constitutos, in eadem hereditate, ubi damnum commissum exstitit, de quo quaestio vertitur, peremptorie debeant comparere, aliumque terminum assignabit eisdem nuntiis ut coram eo compareant, et referant iidem nuntii, quae per ipsas partes in ipsa hereditate gesta fuerint sive dicta. Qui nuntii nominatum, et commissarii, si constituti fuerint, cum ipsis terminis in terrae tabulis debent consignari.

## 56.

Tuto znamenaj: Kdyžby ten den přišel, ježto máta ohledati tu škodu ta komorníky, tehdy ten pówod, nebo jeho poručník, na tom místě má jich dočkati na koni. (*Glossa: A kdyžby je uzřel, má s koně ssiesti, a má s sebe kuklu snieti a meč otložití, plášť i jiné rúcho s sebe svléci až po pás; pakliby toho neučinil, tehdy ten kón, meč i to rúcho, v čemžby jej zastihli na koni, má spadnúti na komorníky ty.*) A kdyžby jich dočkal obnaže se, a pohnaný, neb jeho poručník tu stál: tehdy má vstúpě nohú pravú na tu dědinu říeci: „poslové slyšte, že tento (ukáže naň prstem, a pojmenuje jej a ot-kudž jest) tuto mi škodu učinil, (pojmenuje, obilé spásal, neb štěpy otrásl, neb ryby vylovil, neb les srúbal, na čemžby mu se škoda stala); a ty škody mám ot něho za sto neb za dvě neb více hřiven stříbra,“ (jakž jest summa v žalobě).

## 56.

Termino vero primo, in quo esse debent in hereditate, veniente, ipse actor vel ejus procuratur capucium, pallium, gladium et quodlibet vestimentum usque ad cingulum a se deponens, non residens in equo, sed peditando, (*Glossa: quia si ea non deponeret aut equo praesideret, praedicta non deposita et ejus equus ad nuntios sive bedallos eisdem ipso facto pertinerent*), adversarioque suo et ejus bedallo praesentibus, intrans calcansque suis pedibus super hereditatem illam, in qua damnum commissum est, dicet: „nuntii, audite, quod iste citatus, (nominando eum), mihi dampnum intulit per conculcationem bladi vel succisionem arborum vel silvae etc.; et hoc dampnum habeo pro tali pecunia“ (prout in querimonia fuit expressum.)

## 57.

Tehdy pohnaný takéž se má obnažiti, a ot sebe všecko otlože, má na tůž dědinu vstúpiti levú nohú, a má říeci: „slyšte poslové, tato dědina jest má a ne jeho, (ač má k ní které právo, toho do-tykaje práva); a tohoto pówoda vzdávám úředníkóm Pražským ve třech stech penězích.“

## 57.

Tunc citatus, deponens a se similiter praedicta, cum suo bedallo assistens, ingrediensque super eandem hereditatem, si sua est, dicet: „audite bedalli! haec hereditas est mea,“ (allegans jus suum per titulum, quod habet ad eandem; adjiciens): „audite nuntii!



quod hunc actorem do sive trado, (quod vulgariter vdávaju dicitur), beneficio Pragensi in trecentis denariis.“

## 58.

Tehdy pôvod má fíci: „slyšte komorníci! jáť sem jej pohal, jáť jej vzdávám úředníkom Pražským ve třech stech peněžích.“ — Druhý pohnaný má fíci: „a já vzdávám jej v šesti stech peněžích“; a pôvod druhý die: „a já jej vzdávám v šesti stech peněžích.“ — Třetí pohnaný die: „a já jej vzdávám v devíti stech peněžích“; a pôvod také třetí die: „a jáť jej také vzdávám v devíti stech peněžích.“ — Tu čtvrtý a poslední pohnaný má fíci: „a jáť jej dávám na ohřeb“; a pôvod takéž die: „jáť jej také vzdávám na ohřeb.“

## 58.

Et tunc ipse actor similiter dicere debet: „et ego eundem citatum do et trado similiter in trecentis denariis.“ Et iterum ipse citatus dicet: „ego ipsum adversarium trado in sexcentis denariis“; et ipse actor dicet iterato: „et ego etiam eum trado in sexcentis denariis.“ Deinde citatus dicet: „et ego trado eum in noningentis denariis“; et ipse etiam actor dicet: „et ego eum trado similiter in noningentis denariis.“ Tunc ultimo ipse citatus dicet: „et ego eum trado in ohrieb“; et similiter actor dicet. (Vel aliter etiam fieri potest traditio seu vdávání, cum aliquis ex litigantibus dicit: „ego dono adversarium meum beneficio in trecentis denariis“; et ipse adversarius: „et ego eum etiam dono in sexcentis denariis“; et ipse iterum donat in noningentis denariis; et alter econtra tradit in XII centenariis; et ille ultimo dicere debet: „et ego dono ipsum in ohrieb“; et ipse eundem similiter tradet in ohrieb.)

## 59.

Tuto znamenaj, že to vzdávání má osvědčeno býti úředníkom toho kraje; a ti úředníci mají to vznésti na úředníky na Pražské, a cožby jim bylo svédomo o tej při a o těch dědinách, pod svú přísahú mají povédieti; a úředníci Pražští podlé jich vyznání mají tu při rozsúdíti. (*Glossa: Tuto pilně znamenaj, co jest to ohřeb: jedni praví, že kterýby propadl a při svú ztratil před úředníky Pražskými, má odsúzen býti hrdla i zboží, jakoby byl již pohřben; neb ohřeb česky vzní jako pohřeb. Druzí pravie, že ohřeb jest rok položený státi před úředníky, a kážby jej sámeškal, jiné viny nemá, než aby ztratil hrdlo i zboží; protož jeho neslušie ižádnému sámeškati. Třetí pravio, že ohřeb jest*

*summa těch peněz, v kterýchž se vzdávají úředníkům až do dvanácti set.)*

## 59.

*(Glossa: Quid autem ohrieb dicatur? Quidam dixerunt, quod si traditus beneficio in suo jure defecerit, privandus sit rebus et capite, tanquam vivus sepultus; quia ohrieb in vulgari dicitur tanquam circumsepultus. Alii vero dicunt, quod ohrieb dicitur ille terminus, quem in tali traditione juris non licet transgredi. Tertii vero dicunt, quod ohrieb est aequivalens et consimilis pecunia, quae in praedictis omnibus traditionibus est expressa.)*

## 60.

§. Protož ten rok má jim položen býti pod hrdlem i pod zbožím, aby se smluvili s úředníky o ty peníze, jakož se v nich vzdávají; a kterýžby se nesmluvil, neb na tom roce nestál, tenby ztratil hrdlo i zboží. §. A kdyžby se oba smluvila, tehdy ti poslové, jižto sú byli na to opatrování vydáni, to což sú slyšeli a videli, mají povědieti v plně; a úředníci Pražští větší, což za právo vynesú a kterémuž dadie za získané, na tom má ostati, a on dá památné, i má sobě dovesti řád, točičž úmluvu, vzvod a tak až do othádání.

## 60.

§. Unde his ita praehabitis, partes eadem cum ipsis nuntiis in terminis suo coram iudice comparere debent, pro ipsis pecuniis in eisdem traditionibus expressis et nominatis cum beneficiariis plenius concordantes. Deinde nuntii ipsi ea, quae in ipsa hereditate gesta sunt atque dicta, coram summo camerario, iudice et notario et aliis beneficiariis et baronibus fatebuntur. §. Et tunc iudex, auditis nuntiorum dictis, ad probandum allegationes partium hic inde factas cum testibus, de quibus dicitur infra, terminum assignabit. §. Et si aliqua partium defecerit, vel in termino non comparuerit: tunc illa pars parti adversae in ipsa causa, ac etiam in totali pecunia expressa quotienscunque in traditione praedicta, ipso facto condemnatur, et datur parti eidem triumphanti pro jure, et ipsa dat memoriales. In aliisque articulis ad ipsam causam obtentam necessariis, videlicet monitione, inductione, dominatione et taxatione, procedetur per omnia, sicut superius in causa de spolio et aliis est expressum. §. Circa quod tamen notandum est, si ex praedictis aliquis, videlicet actor vel reus, in praescripto termino, in quo comparent in hereditate, dixerit, quod illam hereditatem emit apud talem pro tanta

pecuniae quantitate, et annos hereditarios nondum extenuit, sed disbrigatores ejusdem certos habet, „et ideo traditiones hujusmodi nolo facere, sed ipsos disbrigatores constituam, qui hoc mihi debent disbrigare“: hoc non obstante, ipsæ adversarius ejus in ipsis traditionibus procedere non obmittat, ne videatur non praesumere de jure suo; alias succumberet in causa eadem, nisi inter partes ipsas de consensu eorum aliter fuerit ordinatum. §. Item notandum, quod quando in beneficiis provincialibus in talibus traditionibus devenitur ad punctum illarum probationum pro hereditatibus, in quibus fiunt hujusmodi traditiones: tunc tales probationes ad beneficiarios Pragenses cum ipsius causae informatione deducuntur, et ibi coram eis terminantur; et postquam terminatae illae probationes fuerint, tunc ad ipsos beneficiarios provinciales per executionem juris terminando finaliter deducuntur et transmittuntur.

### (Capitulum sextum.)

#### 61.

Kdyžby komu úroci byli vzebráni, peněžní, neb obilní, neb kteříž kolivěk jiní, na jeho dědinách, tento řád má zachovati: Nejprvé má opovědieti úředníkom Pražským, a komorníka vzieti na uptanie. A kdyžby se toho uptal, a před úředníky vyznal, má to ve dsky vložití, a jiného komorníka vzieti, aby toho pohnal, což jest vinen. A když bude na žalobě, žádá-li pohnaný poslov na optanie, mají jemu vydání býti, a týž řád učiniti až do ohřebu, jakož svrchu psáno.

#### 61.

Item si aliquis aliquem convenire in figura judicii voluerit, quia ei census suos denariales vel alios sine jure sustulit in hereditate sua, sic procedet: Primo notificabit beneficiariis damnum illud; deinde citatum, querimoniam, bedallum et terminum more praescripto imponet ad tabulas; et tempore judicii, cum proponitur querimonia, si citatus voluerit, nuntios super hereditatem, in qua ipsi census situati sunt, poterit postulare; facturus cum eisdem, prout superius in proximo capitulo est expressum.

**(Capitulum septimum.)****62.**

Kdyžby kto komu škodu učinil na štěpiech, na včelách, na sveřepicích, na zlatu, na chromotě, nebo v tvář jej posěkl ohyzdně, a on z toho chtěl pohomiti: najprvé tu škodu má úředníkom Pražským opovědieti, a komorníka vzieti na opatření. A když komorník to vyzná, a to ve dsky bude vloženo: má vzieti komorníka, aby jej pohnal k prvnímu roku. A když ten pónon bude svědčen, móż sobě poručníka učiniti; a ten poručník, nebo on sám, má vzieti druhého komorníka, aby jej k druhému roku pohnal, a potom třetího, jakož svrchu psáno stojí, až do žaloby.

**62.**

Item si quis alterius arbores fructíferas, quae ščepy dicuntur, succiderit, vel apes subtraxerit, aut eas quocunque modo destruxerit, vel etiam equatias, quae sveřepice dicuntur, interfecerit, vel aurum subtraxerit, effodendo de terra, vel quocunque modo in eisdem rebus damnum fecerit, vel manum aut pedem, vel digitum aut aliud membrum absciderit, seu mutilaverit, vel mendam fecerit in aliquo praedictorum; et si idem, cui injuria illata fuerit hujusmodi, judicialiter prosequi injuriam voluerit, hunc ordinem iudicii habere debet: Quia illud damnum beneficiariis notificabit, et bedallum ad conspiciendum illud damnum habebit; deinde alium bedallum ad citandum obtinebit; deinde ipsum bedallum cum reo, querimonia et termino duarum septimanarum minime, vel sex septimanarum maxime, ad terrae tabulas imponet. Quo veniente termino, ipsam citationem pronuntiabit, et alium bedallum obtinens, cum alio termino consimili, ad tabulas una cum procuratore, si quem constituerit, inponet; et eodem termino secundo veniente, iterum citatione pronuntiata, alius iterum bedallus ad citandum recipitur, et cum tertio termino consimili in tabulis consignatur. (*Glossa: Circa quod notandum, si contra primam citationem nulla exceptio valida opponatur, quae ipso facto eandem citationem destrueret: tunc contra secundam et tertiam legitime factam nulla exceptio fieri debet. Si autem exceptio legitime probata fuerit contra secundam vel tertiam citationem: tunc illa citatio, quae reprobatam fuerit, amittetur, alia, quae processit, nullatenus cassata; sed citabitur aliter, ut citationes ipsae omnes tres compleantur. Cetera fiant, ut in causis aliis praedictis.*)

## 63.

§. A kdyžby pohnaný zdvihl se k nevině: tehdy pŕvod sám nebo kohožby místo sebe v žalobě jmenoval, má napřed přísieci proti pohnanému, že jest jemu tu škodu učinil; a kdyžby přísahaje zmátl, tehdy pohnaný má prázden býti. §. Pakliby přísahaje prošel, tehdy pohnaný má za nevinu přísieci; a kdyžby prošel, má za sobú jmieti šest svědkův, kteříž mají na svobodných dědinách; a ti mají přísahati, že jest jeho přísaha pravá, ale ne křivá; a kdyžby žádný nezmátl, tehdy má pohnaný prázden býti.

## 63.

§. Cum autem per citatum fuerint narrata, prout narratur, negata: tunc actor per vel per suum substitutum ad hoc, quem nominavit in querimonia, jurabit contra citatum, quod id damnum ei intulit, prout fuerit informatus. §. Et si jurando processerit, tunc citatus per se jurabit econtra, quia innocens est; et si processerit jurando, tunc juxta se habere debet sex idoneos viros, qui jurabunt, quod juramentum ipsius citati verum extitit et non falsum; et si etiam processerint in juramento, tunc citatus mox absolvitur ab instantia ipsius actoris.

## 64.

Tuto znamenaj, kdyžby bylo o chromotu, a nebylo ještě poznáno, jest-li chromota, či nenie: tehdy nemá ta pře otsúzena býti až do roka; a po roce má ohledán býti. A bude-li chromota, mají jej otsúdití za chromotu; pakli nebude, ale má prázden býti.

## 64.

Circa quod notandum, si praedicta mutilatio manifesta non fuerit, sed dubium sit de eadem, si sit mutilatio ipsius membri vel non: tunc pro tali dubia mutilatione agi in judicio non potest, donec unus annus labatur; eo vero anno lapso, cum apparuerit manifeste mutilatio, tunc agetur pro eadem.

## 65.

A chce-li jej, neb koho jiného, z té rány pohnati, aneb kŕžkolivěk koho z ran nechromých kdyžby chtěl pohnati: o ty má býti jediný pŕhon, a žaloba prosta z jedné rány, neb ze dvú, neb ze tří, neb cožby jich jmenoval v žalobě. A za ty rány pŕvod má napřed přísahati, že mu jest je učinil; a zmátl-liby přísahu, tehdy

pohnaný má prázden býti; pakli projde, tehdy pohnaný má přísieci za nevinu, a projde-li, bude prázden; pakli zméte, má dáti za každú ránu pět grošův.

## 65.

Si quis vero alium verberaverit, aut vulneraverit quocunque modo, plagas lividas aut sanguineas apertas ei faciendo: pro eisdem plagis una citatio tantummodo fieri debet, et solus actor jurabit, quia solus dolorem sustinuit, et nominabit quot plagae sint ei illatae vel factae. Et si vicerit in causa, tunc pro qualibet plaga ei V grossi pro satisfactione dari debent.

## (Capitulum octavum.)

## 66.

Kdyžby kto komu dědiny držal, a on jej chtěl pohniti: beze všech opovědi má jej třikrát pohnati, a každý pónon ve dsky vložit. A když pónon třetí bude svědčen: tehdy pohnaný, žádá-li úředníka, aby ohledal ty dědiny, z kterýchž jest pohnán, má jemu dán býti.

## 66.

Item casus. Petrus quidam intromisit se ad hereditatem Henrici sine jure; qui Henricus, agens in iudicio, sic procedet: Primo citationem trinam, de qua supra dictum est, praemittet, et querimoniam suam ad tabulas terrae inponet; deinde coram iudice praesente et praesidente, summo camerario et notario terrae, ceterisque beneficiariis Pragensibus et baronibus terrae (*Glossa: quorum numerus septenarius aut major esse debet*). Et si ante responsionem querelae citatus nuntios postulaverit sibi dari, ut illum hereditatem, de qua fit quaestio, videant, sibi non debent denegari, et procedatur in termino ad hoc deputato in traditionibus, quod v d á v á n i e dicitur, ut superius est praemissum.

## 67.

§. Pakli nežádá, neb to zamešká, tehdy před žalobú má žádati polovici pánův, kteříž v súde sedie, a pówod druhú polovici k svej radé; a ti jim mají k jich radé vydáni býti. A když pówod žalobu provede, má mieti devět svědkův k zemi usedlých, jižto mají svobodné dědiny, sobě ku pomoci; (*Glossa: a z těch mají býti tři z toho*

*kraje, ježto ty dědiny záležíte, nebo jich více.)* §. Tehdy pohraný má otvrci dva z těch devieti, kteráž chce, a sedm jich má ostati k svědčení neb k svědectví; pakli to zmešká, tehdy po žalobě nemá žádného aniž muož z nich odvrci. §. A ti svědci, buď jich devět nebo sedm, mají hotovi všickni býti ku přísaze, a do kaply mají před úředníky vedeni býti a opovědění v tu hodinu, ježto ku primě zvonie, dříve než přestane zvonění.

## 67.

§. Si autem idem citatus de ipsorum baronum terrae consilio, quorum ipse citatus medietatem et actor aliam medietatem habere debent, respondendo, negabit narrata: tunc pars utraque coram tabulis quaelibet novem testes nominabit, parte alia praesente; et si voluerit pars, contra quam nominantur testes, eo instanti cum nominantur et ad tabulas conscribuntur, de ipso numero novenario duos poterit remove, et sic septem ad tabulas ponentur. §. Si autem hoc fuerit praetermissum aut neglectum, quod ipse septenarius numerus ipsorum testium conscribentur, amplius non licebit aliquem ex eis ejicere vel remove. (*Glossa: Circa quod notandum, quod iidem testes esse debent idonei et bonae famae, de thoro legitimo, et nobiles seu vladky, et suas proprias hereditates, non regales, et certas residentias habentes; et quod de illo septenario numero conscripto, si non plures, tunc quatuor saltem in eadem provincia residentiam habeant, in qua sita est illa hereditas, pro qua litigatur.*) §. Praeterea ipsae partes, cum eisdem conscriptis testibus, in termino ad jurandum eis per judicem assignato, in castro Pragensi ante capellam ad hoc deputatam coram beneficiariis Pragensibus, hora qua ad primam pulsatur, se debent praesentare, et nominatim se significare infra pulsum eundem.

## 68.

§. Tu pohraný, chce-li na těch svědciích dosti mieti, má dočkat i jich přísahy, a z nich ze všech tři zvoliti, jižto mají přísahati. §. Pakli chce proti póvodu i proti jeho svědkóm; móž také jmieti svých sedm svědków, jižtoby z nich tři proti póvodu i proti jeho svědkóm měli přísieci. §. A kdyžby který svědek póvodův nebo pohnaného svú přísahu zmátl, nebo příinu zameškal, tenby svú při ztratil. §. Pakliby oboji prošli, tehdy póvod má do vody břiesti, a pohnaný za ním, tři kročeje vzdál. A kdyžby póvod utonul v těch třech kročejích před ním, tehdy pohnaný má se zase vrátiti, a toho nevinen býti. Pakli póvod přebrde, tehdy pohnaný má za ním břiesti; a přebrde-li také, tehdy jest jeho prázden; pakli utone, tehdy ty dědiny i život ztratí.

## 68.

§. Quo facto, cessatoque pulsū eodem, unaquaeque pars testes suos, stantes ante capellam, parte alia stante in capella, productet ad nominationem et vocationem notarii, et inducet ad capellam. Eisque sic productis, de ipsis testibus per adversam partem tres, qui jurare debeant, eliguntur, et sic electi in tabulis assignantur. §. Deinde jurabunt testes actoris, unusquisque per se, prout ibi fuerit informatus; et si omnes processerint, jurabunt similiter testes partis citatae. (*Glossa: Et si omnes jurando processerint, quid ultra faciendum sit, hoc ignoro; quia prius citatus super aquam mittebatur, quod jam abolitum est, et quid juris sit pro eo, per barones nondum est inventum.*) §. Et si actor vicerit in causa, tunc monitione praemissa, post duas septimanas per beneficiarios, videlicet vicecamerarum cum bedallo terrae, induci debet super hereditatem eandem in jure obtento. Et post eandem inductionem, idem actor, vel ejus heredes, cum camerario sive bedallo in ipsa hereditate poterit et debet dominari; postea facturus de hereditate ipsa, sicut de re propria, sicut ei videbitur expedire.

## 69.

§. Et notandum, quod omnes causae pro hereditatibus, pro capite, pro mutilationibus, raptu, et pro damnis aut debitis et plagis magnis, quae se extendunt ultra summam centum marcarum argenti; coram iudice, praesente summo camerario, notario et baronibus septem, debent pertractari. §. Minoresque causas extendentes se ad centum marcas, ipse iudex cum notario et baronibus sine summo camerario potest per se judicare; ipseque camerarius summus sine iudice judicare non valet per se nec pro obulo. §. Ceteri minores beneficiarii, videlicet vicecamerarius, viceiudex et viconotarius, cum aliis beneficiariis et terrigenis, causas minores, videlicet ad summam decem marcarum argenti minus uno lotone se extendentes vel infra, videlicet pro damnis, debitis, et plagis tantummodo, possunt judicare. §. In capellam vero postquam pervenerint cum eorum iuribus litigantes, pro quocumque majori negotio fuerit, iidem beneficiarii judicare possunt, et culpabilem aut contumacem in causis et pro causis omnibus praedictis totaliter condemnare. §. Coram quibus etiam beneficiariis minoribus notificationes damnorum, captis, mutilationum, vulneribus, raptus et cujuslibet alterius facti, nec non citationum pronuntiationes, juramenta, significationes seu repraesentationes et alii actus judiciales quicumque possunt et debent fieri, et eorum relationi simplici in talibus est credendum. Et si quis dicto eorum voluerit contraire, idem tenetur se ad poenam talionem obligare, et iidem beneficiarii omnes simul tanquam unus homo in eandem causam litigantes stare debent.



**(Capitulum nonum.)****70.**

Tuto znamenaj: §. Kdyžby kto dědiny u čieho bratra neb prietele kúpil, ježtoby ten bratr nebo prietel byl jemu po otci (to jest po meči), ale ne po mateři (to jest po vřeteně), a kdyžby ten prietel, jenžto jest po meči, chtěl tu dědinu obdržeti: tehdy má trój pónhon učiniti před rokem a přede dnem, a ty peníze, za něž jest prodána ta dědina, úředníkóm Pražským má položiti. §. A když pohnaný chce přijeti peníze, má jemu dědin postúpiti, a úředníci mají jemu peníze vydati; a kdyžby se jediného groše nedostalo, nebo který groš byl měděný aneb falešný, tehdy pohnaný má ostati při dědinách kúpených, a penězi úředníci Pražští mají se rozdělití podle svého řádu. §. Pakli přijme peníze, žádného nevyvrha, tehdy jest jej právě ssul, a má jemu těch dědin postúpiti.

**70.**

§. Item si aliquis hereditatem alterius ad eum jure affinitatis pertinentem, puta apud patrem vel fratrem aut patruum vel amicum suum, qui est de paterna et non de materna linea procedens, emerit pro aliqua pecuniae quantitate, et si ille affinis eandem hereditatem reemere voluerit: infra annum et diem, quae dies sex septimanas debet continere, pro eadem hereditate citare, vel saltem bedallum ad citandum debet recipere, et eundem cum querimonia more solito tabulis consignare, tresque citationes facere, et in termino quolibet pecuniam totam, pro qua ipsa hereditas vendita est, coram beneficiariis demonstrare, protestando, quod eandem pecuniam paratus est dare eidem citato, et per hoc hereditatem suam affinem obtinere. §. Et similiter faciet coram iudice, stans ante tribunal iudicii. §. Et si ipse citatus, allegans pro se aliquid, videlicet quod habet disbrigatores hereditatis ejusdem, aut quod ipsa hereditas ad actorem non pertinet ex eo, quia ille, qui ei ipsam vendidit, in directa paterna linea non est ejus affinis, vel aliquid aliud simile, vel etiam tacens staret, requisitusque ter, ipsam noluerit recipere pecuniam: tunc idem actor mox eandem pecuniam projicere et assignare debet beneficiariis Pragensibus, per eos inter se distribuendam. §. Si autem ipse citatus eandem pecuniam receperit, cedendo liti: tunc ipsa pecunia coram ipsis beneficiariis numerari debet; et si unus grossus vel plures defuerint de numero, quem ipse in querimonia notavit: tunc statim ipse actor in causa succumbet eadem. §. Si autem non acceperit pecuniam, ut est dictum, tunc ad proba-

tiones procedendum est cum testibus, ut in proximo supra capitulo est expressum.

### 71.

§. A kdyžby kto dědinu trhem nebo směnú kúpil neb přijal v svú moc, a rok a den držal, a žádný naň nesáhl: tehdy po tom roce žádný přítel nemóž jeho ssúti. §. A pakliby tři léta a osmnádsté neděli ty dědiny držal, nemá jeho žádný z nich pohoniti přívuzenstvím, neb jest již léta zemského řádu vydržal.

### 71.

§. Circa quod sciendum est, si aliquis hereditatem aliquam per modum et titulum emptionis, donationis, permutationis vel successionis, aut alium modum quemcunque fuerit assecutus, et eandem per unum annum integrum et diem, de qua supra dictum est, pacifice tenuerit et praescripserit sine interruptione juridica: amplius pro eadem hereditate jure affinitatis citari non debet. §. Et si a die assecutionis hereditatis ipsius eam per triennium et sex septimanas continuas absque juris impedimento tenuerit: ad nullius instantiam pro eadem hereditate de cetero debet citari; et si citatus fuerit, non tenetur respondere citanti.

### 72.

§. Takéž kdyžby kto svú dědinu komu v penězích zastavil, a chtěl zase vyplatiti, má to učiniti do tří let a do osmnádsté neděli, a má jej trojím pónonem přihnati ku penězóm. §. A pakli zamešká tři léta a osmnádsté neděli, tehdy již z těch dědin nemóž pohoniti, neb jest léta propustil.

### 72.

Similiter si quis hereditatem suam alicui in pecunia obligatam redimere voluerit, sic faciet: trinam citationem praemittet, pecuniam ipsam, in qua ipsa obligata extitit hereditas, exhibendo actori, si eam recipere voluerit et sibi hereditatem resignare; in aliis processurus, prout superius est expressum.

### 73.

Kdyžby kto z díelu svého dědictvie chtěl pohoniti bratra nebo strýce, nebo svého přítele: najprvé před pónonem všecko své, cožby měl na dědinách nebo na nábytcích, má úředníkóm Pražským

opovědieti, a to všecko k rozdielu má položiti neb přiložiti; tož toho přiatele trojím pónonem pohnati k rozdielu. A to má učiniti nepropůštěje let, jakož svrchu psáno stojí.

## 73.

Item si quis, habens partem hereditatum aliquam, fratrem vel alium parentem suum pro portione sua aliarum hereditatum patrimonialium citare voluerit: ante omnia partem suam praedictam, quam possidet, ad communitatem ipsius citati et suam exhibere debet, et tunc pro aliis omnibus divisionem aequalem postulare.

## 74.

§. Kdyžby kto, pojma ženu, chtěl on nebo ona pohniti z věna, ježtohy to věno výše než deset kop záležalo podle jeho dědicství: tehdy má troj pónon učiniti, a když žalobu provede, má-li ve dskách právo dědické, má se desk doložiti; pakli nemá ve dskách, tehdy má mieti devět svědkův, jižto mají svobodné dědiny. §. Tu pohnaný, chce-li, móż dva svědky zavrci, a sedm jich pówod má ve dsky vložit, aby z nich najměň tři byli z toho kraje; a ti mají do kaply vedeni býti, a týmž řádem přísahati, jakož svrchů psáno stojí; a pohnaný, chce-li, také möße svědky vésti proti svědkóm pówodovým. (*Glossa: Tuto znamenaj, že ve všech přech, ktož má dsky, žádní svědci proti dskám moci nemají, lečby kto proti úředníkóm chtěl dovesti, že jsou dsky falšované; a ten dówod má býti, jakž páni naleznú, ale vždy pod hrdlem smrti ohnivé, jakož na falešnika slušie.*)

## 74.

§. Item si quis, uxorem habens legitimam, ipse aut ipsa uxor citare aliquem pro hereditate dotata obligata, aut pro ipsa dote, si se extendit ultra decem marcas, ad iudicium voluerit, et eam prosequi iustitia mediante: trinam citationem praemittet; et oblato ac pronuntiato libello, si citatus dixerit, se esse immunem, tunc actor, si habet tabulas pro intentione sua probanda, easdem allegare et producere debet. Si vero ipsas non habet tabulas, tunc eas non debet allegare, sed testes nuptiales novem nominare debet, et septem ex eis ponere ad tabulas, ut praedictum est. (*Glossa 1.: Notandum quod testes nuptiales dicuntur ad differentiam illorum testium, de quibus dictum est supra, qui in provincia residentiam suam habere debent, ubi hereditas situata est, de qua litigatur. Et pars alia similibus testibus nuptialibus uti debet. Glossa 2.: Item notandum, quod tabulae in omnibus causis*

*loco testium producuntur, et eisdem productis omnino statur, nisi defectuosae in aliquo fuerint, contra quas tunc excipietur.)*

## 75.

Tuto znamenaj, že každá pani, kteráž má muže svého živého, ze svého věna dědického, z hlavy svého přítele, a z chromoty těla svého, nebo z ran krvavých, móż každého pohoniti, ktožby jí tiem vinen byl; ale ze škod peněžných nemóż izádného pohoniti, a jie samé z téhož žádný nemóż pohoniti; lečby měla své zvláštne dědiny, ježto jich žádnému nezapsala, a sama je držela, z těch móż ji každý pohnati, komužby vinna byla.

## 75.

Ceterum notabile, quod uxor habens maritum, eo vivente potest agere in iudicio pro dote sua, et pro vulneribus, et pro capite, aut pro mutilatione corporis sui, et pro hereditatibus suis, quas suo marito in dote vel aliter non subjugavit; eademque uxor nulli contra eam agenti tenetur respondere, nisi pro hereditate illa, quam non subjugavit.

## 76.

§. A více znamenaj, kdyžby která pani dědinu svú věnnú, zástavnú nebo dědickú, svému muži zapsala, a ten muž ty dědiny komu prodal: tehdy ta pani do tří let a do osmnádsti neděl móż odpor klásti, ale nemóż jich dobývati žádným právem, dokudž její muž živ. §. A kdyžby její muž umřel dříve než ona, móż z nich pohoniti týmž řádem, jako svrchu psáno jest.

## 76.

§. Item notandum, si quis hereditatem dotalem obligatam vel hereditariam uxoris suae alicui vendiderit, aut alienaverit quocunque modo: eadem uxor per se vel per aliquem amicam suum infra tres annos a die alienationis ipsius et sex septimanas defendere debet, et dicere, se habere in ea hereditate talem dotem, et citare ter hereditatis ipsius possessorem, et hoc in tabulis consignare, et ibi cessare ab actione, donec maritus ejus suum diem clauserit extremum. §. Tunc eo mortuo, ipsa uxor in causa eadem poterit procedere, (exceptione actoris facta, quia praescripsit, vel alia qualibet, non obstante), ipsam causam in eo puncto, quo dimiserat, resumendo.

## 77.

§. Kdyžby kto komu v jeho meziech škodu činil na jeho dědinách pastvů dobytka svého, nebo žetím obilé, nebo sěkáním trávy: tehdy ten, komuž se škoda děje, přede vším pónonem má ty škody opovědieti úředníkóm Pražským, a má vzieti komorníka na ohledání. A když ten komorník tam přijde, má všem súsédóm zapovědieti, aby těch mezí v pokoji nechali, a kól má vteknúti a zavítie je; i má to trhem provoláno býti v najbližšiem městě od těch dědin v trhový den. §. Potom má vzieti jiného komorníka, aby stěchl, zdaby koho zastihl, an přes to zavítie na těch meziech škodu činí, sám sobú, nebo poslem, nebo svým dobytke. §. A kdyžby na koho ten komorník vyznal, má to ve dsky vložití, a má jej trojím pónonem pohnati, a vésti naň vzdávání, počna ot tři set peněz, až do ohřebu, jakož svrchu psáno jest.

## 77.

§. Item sciendum, si alicui in hereditate sua in limitibus sive metis suis aliqua damna quocunque modo inferantur, et si is voluerit sine actione, procedet in hunc modum: Ea, quae fiunt, significabit beneficiariis Pragensibus, et petet bedallum, qui vicinis ipsius hereditatis, ubi damna fiunt, dicit, ut cessare debeant ab illatione eorundem damnorum; alias idem agens ea, quae sibi inferuntur, damna hujusmodi beneficio tradet seu donabit. Et hoc idem in civitatibus et oppidis proxime adjacentibus die et hora forensi, convocato populo, publicabit. §. Deinde alium recipiet bedallum, et exspectabit ac temptabit, si committentur praedicta; tunc idem actor illos homines, vel animalia damna inferentia, vel fustes, qui pali dicuntur, si ibi fuerint, aut sepes in damnum, unumquodque illorum in trecentis denariis, beneficiariis Pragensibus tradet. §. Quo facto ipsi beneficiarii eisdem litigantibus terminum ad probandum de intentionibus suis assignabunt, processuri in ea causa, prout postulat ordo juris.

**(Capitulum decimum.)**

## 78.

§. Kdyžby kto komu škodu učinil, nebo kázal učiniti, nebo ot koho tu škodu přijal, tehdy pówod má jedním pónonem jej pohnati; a když pónon bude svědčen, má žalovati z toho, co jemu škodí; a pohnaný uslyše žalobu, má se zpravití sám svú rukú před úředníky menšími v kaple na křtzi, tůž rotú, jakož žaloba ve dsky bude vložena. §. A má jej písař po třikrát naučiti; a kdyžby po-

chybil, má se opravit také po třikrát. Pakliby se neopravit, tehdy by ztratil tu při.

## 78.

§. Item notandum, si alicui in iudicio obicitur, quod aliqua damna quomodocunque per quempiam illata ab eodem inferente suscepit, et de hiis utatur pro quacunque pecuniae quantitate, vel etiam si ea damna commisisse et fecisse mandaverit: idem accusatus taliter manu propria solus et non cum aliquibus testibus, sicut fuerit informatus, per iuramentum se purgabit. (*Glossa: Quod iuramentum, quae vulgo rota dicitur, prius fiebat integraliter, prout querimonia continebat; nunc autem jurat per hunc modum, dicendo: „super eo juro, de quo me talis actor inculpat, quod damnum sibi per talem illatum suscepissem et uterer, vel hoc fecisse mandaverim, de hoc sum innocens; sic me Deus adjuvet“*)

## 79.

§. Kdyžby kto chtěl konšela zemského pohniti, tehdy před pónem má ten pónon opovědieti úředníkom Pražským, a potom komorníka vziati, aby jej pohnal, a ten pónon má ve dsky vložití. §. A když jej požene, má to osvědčiti konšelóm přísěžným v městě, kteréž najblíže přileží. A když pónon svědčen bude, má naň žalováno býti, jako na jiného zeměna. §. A kdyžby měl přísahati, a bránil se konšelství: tehda má zdvihnutí dva prsty proti slunci na východ slunce, a má mieti dva konšely okolo sebe s obú stranú, i má přísahati bez kříže, a řka: „na tom přísahám, že jsem tiem nevinen, což na mě Jan žaluje; tak mi böh pomáhaj, i má přísaha konšelská, ježto sem ji učinil královi i všem zemanóm, když sem konšelství přijímal.“ A tato dva konšely máta jej očistiti svú přísahú, řkúce takto: „což jest Petr přísahl, ta jest přísaha prava, ale ne křiva, to my bérem na svú přísahu konšelskú, ježto smy ji činili, když smy králi a obci přísahali.“

## 79.

§. Item si aliquis consul terrae pro damnis, per furtum, rapinam, spolum per ipsum factis quocunquemodo, in causam fuerit tractus: tunc talis consul in iudicio, postquam contra eum querimonia in tabulis lecta fuerit, debet dicere, quia consul est, et negata querimonia, jus consulum ad expurgandum se petet. (*Glossa: Jus autem consulum est, quod de hujusmodi querimonia per se ipsum, digitos suos contra plagam orientalem erigens, jurabit de inno-*

*centia sua, et duo consules, undecunque sint, facient idem, ipsum purgantes, et jurabunt super eorum consulatum, cum trina emendatione, prout fuerint informati.*) §. Si vero praedictus citatus non diceret se esse consulem, aut non peteret jus consulum praedictum, tempore iudicii praedicto, aut conveniretur, quia census alicujus sustulit sine jure, aut ligna vel prata succiderit, vel blada conculca-verit per animalia sua, vel aliquid simile: tunc talis consul se pur-gare tenetur de praemissis sicut alii terrigenae, prout superius con-tinetur. §. Si autem idem consul de damnis per eum factis per excussionem, vel per ignem, accusatus fuerit: tunc pro tali causa metseptimus cum consulibus se purgabit. §. Si vero pro damnis per alium factis, sed per eum susceptis in usum suum, aut per manda-tum suum factis quocunquemodo: pro talibus causis ipsemet solus jurabit, recipiendo, quod innocens sit, super suum consulatum. §. Sed pro hereditatibus et debitis omnibus idem consul non jure consulum, sed jure aliorum terrigenarum, cum suis testibus se purgabit.

## 80.

A kdyžby který popravce byl pohnán, téhož práva má poží-vati jako konšel, i má mieti podlé sebe dva jiná popravce.

## 80.

99. Quando pówod actoris iurando non procedit, actor perdit.  
*A když pówod jistcuov přísahaje neprojde, jistec ztratí při.*
100. Pater allegans filios indiuisos, debet hoc iuramento probare.  
*Otec veda a pravě syny sebe nedielné, má to přísahú ukázati.*
101. Si citatus vel actor non muniendo sibi jus, intrat capellam cum testibus, perdit.  
*Jestliže pohnaný aneb jistec neohradě sobě práva, vejde v mříže s svědky: ztratí právo.*
102. Si citatus nominans testes non habet očistam, perdit; et si habet očistam, et aliquis ex purgantibus non esset vladyka, perdit; et debet docere vicinis obapolnými, quia est vládyka et quod etiam sit usedlý, habens liberas hereditates.  
*Jestliže pohnaný jmenuje svědky a nemá očisty, ztratí;*

- a pakli má očistu a některý z očist nebyl by vladyka : ztratí ; a také má to ukázati susedy obapólnými že jest vladyka, a že jest také tak usedlý, maje dědny svobodné.*
103. Quando quis citatus ohradí právo et vult ducere testes, et non dicit haec verba „Mám lidi proti lidem“ : idem citatus perdit.  
*Kdyžto pohnaný ohradí své právo a chce svědky vésti a nedie těchto slov „Mám lidi proti lidem,“ ten pohnaný ztratí.*
104. Si mulier citatur pro hereditate, et ipsa allegat se dotalitium habere in eadem, et non habet in tabulis: debet ducere VII testes et debet eos imponere ad tabulas infra quindenam (XV).  
*Pohoni-li kto ženu která z dědin a ona praví, že tu věno má na těch dědinách, a ve dskách nemá: má vésti sedm svědkuov, a má je v dsky vložití mezi patnadtí.*
105. Si quis reus ducit testes et sibi právo ohradil, sed non nominat illum, contra quem ohradil: perdit ius.  
*Ač kto vinný svědky vede a právo sobě ohradil, a nejmenuje toho proti komu jest ohradil: ztratí právo.*
106. Quando testes nominantur, tunc primus testis actoris electus iurat, et contra eum statim testis citati electus iurat; et qui non processerit, illa pars perdit ius.  
*Když svědky jmenuje, tehdy první svědek jistcuov vybraný anebo volený přísahá, totiž napřed, a pak proti němu svědek pohnaného volený přísahá; a který neprojde, ta strana ztratí právo.*
107. Qui susurrat iuranti i. e. pošepce, iurans perdit.  
*Kdo pošepce tomu, ješto přísahá, přísežný ztratí právo,*
108. Quando quis citat pro aliqua re, quae esset testibus probanda, et si non nominat homines i. e. testes in querela, et reus respondet sine hominibus: tunc qui libet debet manu propria sine testibus iurare.  
*Když kto pohoni pro kterýžkoli věc, kterážto by měla svědomím dovedena býti, a ač lidí, totižto svědkuov, při žalobě nejmenuje, a vinný odpovídá také bez svědkuov: tehda každý z nich svú rukú vlastní bez svědkuov přísahati má.*
109. Si quis citatus impugnat citationem dicens, quod aliumde est citatus, quam debuit citari, et si interrogatur a beneficiariis, unde mandat se citare, et si



non vult nominare et recedit: actori datur pro iure; si autem nominat locum, et citatur de eodem, tunc non potest habere exceptionem.

*Jestliže kto pohnaný pónonu se zpierá a pravie, že jest odjinud pohnan, než měl pohnan býti, a bude-li otázán od úředníkuov, odkud jeho mají pohoniti, a nechce-li jmenovati a pryč jde: jistcovi bude dáno za právo; pakli jmenuje miesto, a odtud pohnan bude, tehdy nemóž výmluvy mieti.*

110. Si quis citat aliquem tribus vicibus, de dampnis praesertim, amplius eum citare non potest.

*Když kto koho pohoní trojím pónonem z kterýchž škod, viec jeho o to pohoniti nemóž.*

111. Si quis aliquem citat: et testata citatione potest actor ab eadem recedere, et de novo citare.

*Jestliže kto koho pohoní a pónon opoviedá: jistec móž od něho odjiti a znova pohmati.*

112. Quando quis citat de aliquo debito et habet literam desuper, tunc oportet, quod literam deponat apud beneficiarios et non moneat eum eadem; et si non deponit literam et vult monere, tunc beneficiarii et ius non debet iuvare; et si deponit, intimatur parti per camerarium, ut astet actori.

*Když kto koho pohoní pro nějaký dluh a list na to má, tehdy musí list položiti u úředníkuov, a odtud jim nehýbati; a pakli listu nepoloží, a co chce se o to zmieniti: tehdy úředníci žádného práva jemu nemají pomoci; a pakli položí, tehdy strana má komorníkem obeslána býti, aby stála proti jistcovi.*

113. Quando citatus obicit actori, quod nichil habet, et actor replicat, quod habet, et offert se utraque pars super dampnum et lucrum probaturam, et si non probat: alteri parti datur pro iure.

*Když pohnaný odpierá proti jistcovi, že nic na něm nemá a jistec vede, že má, a s obú stranú svolují se k zisku i k strátě k duvodu: která pak strana nedovede, druhé straně bude dáno za právo získané i obdržené.*

114. Quando quis obtinet ius in hereditatibus et dominatus est semel, bis et ter, et vendit alicui ius suum hu-

iusmodi, tunc emens potest petere taxari hereditates, et taxantur eidem ad jus hereditarium.

*Když kto obdrží právo na dědinách a opanoval jednu, druhé i třetí, a to právo své někomu prodá: tehda móż kupující z práva prositi všechny dědiny šacovati, a odhaduji jemu je k dědictví ty dědiny z práva.*

115. Quando quis citat trina citatione, et si duae procedunt et tertia intricatur, tunc debet tertia de novo exsequi, et duae praecedentes non perduntur.

*Když kto pohně trojím pöhnem, jestli že dva projdeta, a třetí mezi ně vdrobiec aneb zvrhuc, tehdy znova má truoj obnoven býti, totiž třetí, a prvá dvě proto vždy sta platna prošla.*

116. Etiam si actor in tertia citatione et testatione non comparet, potest tertiam citationem dohnati.

*Také ač i jistec na třetím pöhnem a na okázání nestane, móż pak třetím pöhnem dohnati.*

117. Quando citatus suscipit pro testata citatione, terminus (continuatur) ad iudicium sequens.

*Když pohnaný přijímá za usvědčený rok, před se jde do druhého sídu.*

118. Quando quis citatus, in quo ius est obtentum, non vult pati impugnationes pro vitandis sumptibus et vult cedere de censibus ad inventionem beneficiariorum: actor de jure tenetur suscipere censum et non impugnare, videlicet in X marc. 1½ sexag. census annui.

*Když kto pohnaný, na němž právo obdržáno, nechce trpěti protivěnstvie na zboží ani škod ani nákladuv, a chce sstúpiti platu podle úředničího nálezu: z práva jistec má přijeti úrok a plat a nemá jemu tuoček činiti, v 10 hřivnách 1½ kopy ročního platu.*

119. Quando quis citat censuales alicuius monasterii vel praelati: post testationem pendente eodem termino beneficiarii dare possunt terminum alium ad abducendum partes ad curiam abbatis vel praelati, cuius est censualis citatus.

*Když kto pohně které lidi některého kláštera uročnie aneb prelata kterého: po usvědčení pöhnem pod týmž rokem úředníci mohú rok uložiti a přivěsti strany na dvor*

*opata toho anebo prelata, či ešby člověk úroční tak pohánán byl.*

120. Quando rex fatetur actorem vel reum fuisse in servitio suo, tunc pars illa non perdit; sed beneficiarii statuunt terminum ad actus sequentes et intimant parti absentem per camerarium.  
*Když král praví jistce aneb vinného že jest byl v službě jeho, tehdy ta strana neztratí; než úředníci mají stranu druhú komorníkem obeslati.*
121. Quando quis excipit de nomine villae, quod erratum est in impositione, quia aliunde est, quam testantur tabulae: datur excipienti pro iure obtento.  
*Když kto vymieňuje jméno které vsi, ježto zmateně vkládáno ve dsky, takově že odjinud dsky svědčí: tomu ježto vymienil, dáno bude za právo.*
122. Quando aliqua vidua citat pro dote et citatus allegat transductionem et docet per tabulas, si non est susceptor cum actrice in tabulis, datur actrici pro iure. Et si est susceptor et non sufficiunt hereditates susceptoris, tunc ipsa reuertitur ad hereditates, de quibus est transducta.  
*Když která žena vdova pohoní z věna a pohnaný praví převod a ukáže dskami, není-li příjemce i jistec v dskách: té ješto pohoní, bude dáno za právo. A pakli jest příjemce a dědiny nestihnú, tehdy se ona navrátí k dědinám, s nichž jest převedena.*
123. Quando prolocutor alicui non munit jus, is perdit.  
*Když řečník komu práva neohradě řečňuje, ten ztratí.*
124. Si quis post jus obtentum suscipit pro inducto, actor semper faciat dominationes, ut in aliis.  
*Když kto po obdržení práva přijme za vsvod, jistec vždy má činiti panování.*
125. Si citatus non stat ad querelam, datur actori pro iure.  
*Jestliže pohnaný k žalobám nestojí, jistcovi bude dáno za právo.*
126. Actor non habens annos legitimos citare non potest, nisi rex sibi de plenitudine potestatis det annos.  
*Jistec došlých let nemaje, nemóž pohoniti; jedno leč by král z plné své moci jemu léta dal.*
127. Si actor obtinet ius et inducitur super hereditates

citati et aliquis defendit easdem hereditates et docet huiusmodi defensionem: tunc actor debet induci super residuis hereditatibus citati, si supersunt ultra eas, quae sunt defensae.

*Jestliže jistec obdrží právo a vzveden bude na dědiny pohnaného, a jiný těch dědin zbraňuje, a okáže obranú: tehdy jistec má vzveden býti na ostatečné dědiny pohnaného, jestliže sú které zbytečné mimo ty zabráněné.*

128. Soror fratribus eisistentibus pro hereditate citare non debet fratres, quia non hereditat fratribus existentibus. *Sestra, dokud bratřie živi sú, z dědictvie pohoniti nemá; neb nedědi dotud, dokud bratr živ jest.*

129. Monachus non potest ius hereditarium petere, sed ad vitam duntaxat, sed hereditas debet manere circa propinquos (*ex inuentione baronum*).

*Mnich za práva nemóz děditi ani kterého práva má; kromě do života plat móž obdržeti, a po smrti na přátelé má vše což jest držal, spadnutí. (Tak sú páni našli.)*

130. Si quis citatur et ponit se in seruitio regis et non docet seruitium, datur actori pro iure; si postea post monitionem vel inductionem docet seruitium, ius obtentum praeterit et emendatur terminus ad querelas.

*Jestliže kto pohánán jsa pokládá se v kralově službě a neokáže služby: jistcovi bude dáno za právo; pakli potom po napomenutí aneb uvedení okáže a dovede službu, právo obdržené má pomínúti a rok obnoven má býti k žalobám.*

131. Si civis citatur pro hereditate et vult se tueri per jus civile, *domini inuenerunt sic: „Quod pro hereditatibus est iudicium baronum.“*

*Jestliže by měštěnin byl pohánán z dědin a chtěl se městským právem brániti: zemané sú našli, „že pro dědiny jest súd jejich.“*

132. Nullus ciuium regalium pro dampno citari debet (*inuentio baronum*).

133. Si quis citatur et allegat ius civile, necesse est eum, ut ante citationem extenuet jus civile i. e. annum et diem.

*Jestliže koho poháná a ten praví městské právo: třeba jest mu, aby léta a dny vydržal, než jej pónon zajde.*

134. Commissarius nomine domini, cuius est commissarius,

- potest dimittere jus obtentum vel compromittere in causa.  
*Poručník jmenem pána svého, jehož jest poručník, móż přepustiti právo obdržané aneb se ručiti a slíbiti v té při.*
135. Qui permittit annos hereditarios transire, de eadem hereditate citare non debet, quia citatus extenuit annos, nisi essent orphani et vidua.  
*Kdo přepustí léta dědinám přejíti a minúti, z těch dědin nemóž pohoniti, neb pohnaný léta vydržal; jediné lečby zuostali sirotci anebo vdova.*
136. Quando quis citatus pro hereditatibus zavede se lidmi et tabulis: et in termino sibi statuto non producit homines nec tabulas ostendit: succumbit actori.  
*Když ktož pohnaný (o dědictvie) zavede se lidmi a deskami, a na určeném roce nevyvede lidi, ani desk ukáže: kriv proti jistcovi ostane.*
137. Si nuntii i. e. camerarii decernuntur et debent redire ad barones vel beneficiarios ad referendum ea, quae uiderunt vel scrutati sunt in hereditate, et aliqua partium na opovědi non comparuit: eadem pars perdit ius.  
*Když posli, totiž komorníci vydání navrátie se ku pánóm aneb k úředníkóm, aby je zpravili toho což sú viděli aneb jeho sú se uptali na dědinách, a některá strana na odpovědi nestane: ta strana právo ztratí.*
138. Mulier non potest citare pro dampnis maioribus habens maritum, nec pro dote, nec pro debito; solum pro hereditate et pro vulneribus.  
*Žena ze škod větších nemóž pohoniti, majíc muže, ani také z věna ani z dluhu; jedno z dědictvie aneb z ran.*
139. Virgo quantumcunque iuuenis si ducit maritum, agere potest pro hereditate (ex inuentione baronum).  
*Pánava kterážkoli mladá kdykto muže pojme, móż se súditi o dědictvie (z panského nálezu).*
140. Si quis allegat se habere jus civile, et citatur pro maiori, quamvis probet jus civile, non tamen statim absolvitur per minores beneficiarios, sed prorogatur sibi terminus ad maiores (beneficiarios et ad majores) terminos.  
*Jestliže kto vede a praví, by měl právo městské, a pohnan*

*bude a více nežli jest jeho právo: dokaž právo městské; avšak ne ihned propuštěn má býti od menších úředníkův, ale rok jemu má odložen býti před větší úředníky a k většíem rokóm.*

141. Pro repulsa potest se citatus ponere infirmum, ut in aliis, in testatione.

*Pro odboj pohnaný móż se nemocen položit, jako v jiných, v opovědi.*

142. Quando quis citatur pro repulsa, primum debet satis fieri pro dampnis actori; deinde beneficiariorum debet gratia inveniri (*ex inuentione baronum*). Et quando citatur per camerarios, non est necesse, ut fiat citatio, ubi est uxor, sed etiam ad secundam diem licite potest citari; (sed bene in citatione imponitur, unde est cum uxore).

*Když kto pohnán jest pro odboj, nejprvé má škody jistcoví navrátiti a odložit, a potom milost úředníci má nalesti (podle zemského nálezu). A kdyžto komorníky jest pohnán, není třeba, by pohnán byl, kdáž jest žena, ale také svobodně k druhému dni muož býti pohnán; ale také dobře móż jmenovati, odkudž jest i s ženú.*

143. Si mulier, actrix vel rea, est in puerperio, non debet sibi praejudicari in jure; et si per partem negatur, datur camerarius ad conspiciendum eam.

*Jestliže žena, jistec aneb vinná, leží v šesti nedělich po dietěti, nemož jí právo poškoditi jejímu ani cò ztratit; ale pakli strana přie toho, má komorník vydat býti, aby ji ohledal.*

144. Si quis committit pueros suos alicui et facit vita sospite aliquem alium actum in praescribendo, tenet; quia licitum est sibi mutare vel reuocare, quando placet.

*Když kto poručie komu děti své za zdravého (živata), a to některak zapíše: móż to proměnit, a odvolati, kdy chce.*

145. Qui se scribit de nullis, tam vir quam mulier: pro maiori X citare non potest.

*Kdo se píše „odnikudž,“ buď žena anebo muž, a většího, totiž z deseti, nemá pohnán býti.*

146. Possidens aliquos orphanos, si citatur pro heredita-

tibus illorum orphanorum, perdere easdem non potest, antequam orphani legitimam proveniant ad aetatem.

*Vladař sirotčů, jestli že by pro jich dědiny pohnán byl, ztratiti jich nemůže, dokudž by sirotci v plnosti svých let nebyli.*

147. Si quis monet pro camerario ad impignorandum, ut anni sibi non transirent, et beneficiarii non dant, et labuntur anni: non debet hoc actori nocere, quia *ex inuentione baronum* dabitur ei camerarius, cum per eum non stetit, sed per beneficiarios, qui sibi dare denegauerunt.

*Jestli že jistec napomíná, aby jemu komorník k zajímání vydán byl, aby jemu léta neprošla, a úředníci jemu nevydadí a léta projdú: nemá to jistcovi škoditi; z panského nálezu bude jemu komorník vydán, ješto po niem nestal, jehožto jsú jemu úředníci vydati nechťeli.*

148. Si quis offert se coram beneficiariis ad compromissum, et intabulatione non facta recedit: datur actori pro iure.

*Kto se ukazuje kterému slibu před úředníky a v dsky nevlože odejde: jistci bude za právo.*

149. Si citatus petit ab actore treugas, et non conceduntur, citatus ob non comparitionem nichil perdet.

150. Si citatus offert se coram beneficiariis velle concordare cum actore et non recedere nisi concordet, et recedit: actori datur pro iure.

*Jestliže pohnáný před úředníky se samlívá, s jistcem se chťe sjednati, dřeve nežby odšel, a pak nesjednaje, i odejde: jistcovi bude dáno za právo.*

151. In dominationibus mutandi sunt camerarii, quod camerarius idem bis per ordinem non ponatur.

*V panování mají komorníci mēnění býti, aby jeden komorník pořád dvakrát kladen nebyl.*

152. Item qui camerarius fuit in monitione, idem non inducat, sed alter.

*Komorník, který byl napomínaje, týž nemá vsvoditi, ale jiný.*

153. Arbiter in omni parte litis potest restituere partes

ad jus in puncto, in quo eos abduxit; nisi excipia-  
tur, quod non posset restituere.

*Ubrman ve všetch stranách súdu môže strany ku právu na-  
vrátiť s tým, na němž jest ostal a o to jich smluviti ne-  
mohl; leč by to vymluveno bylo, že by jich zase ku právu  
neměl podati.*

154. Arbitr electus per partes potest dare potestatem  
suam alicui suo nomine pronunciandi, si tamen ad  
hoc partium adest consensus.

*Ubrman s obú stran volený môže dáti a poručiťi jinému  
moc svú k vyřčení miesto sebe, a s povolením řečníka.*

155. Arbitr quando non terminat, et se exonerat ab ar-  
bitrio vel restituit partes ad ius: debet partibus  
per camerarium terminus ad idem intimari in puncto,  
in quo cessatum est vel abductum.

*Ubrman když to nedokoná a z ubrmanstvie se vymlúvá  
a strany zase k právu navrácuje: mají strany komor-  
níkem obeslány býti a rok jim položiti, na čemž jest jich  
ubrman je ostavil, a s čím je zase ku právu navrátil.*

156. Arbitr pronuncians semper addat in quolibet arti-  
culo poenam compromisso contentam.

*Ubrman dřeve než vypovie, v každé pomluvě strany vietčie  
pokutu má v rukojemstvě zatvrditi (sic).*

157. Quando prolocutor cespitat in proponendo querelam,  
reus absolvitur.

*Když řečník blúdí v žalobě, vinník prásden bude jistce.*

158. Si quis citatur „nulliumde“ et allegat, quod non sit  
„nulliumde,“ debet docere in proximis terminis cum  
propinquieribus duobus vladiconibus, quod habet he-  
reditatem.

*Když koho pohnó „odnikudě“ a on sě praví, že není  
„odnikudě“: má ukázati v najbližších rocích s najbliž-  
šími okolo sebe vladykami, že má na dědinách.*

159. Quando quis ponit aliquem citatum infirmum et no-  
minat alio nomine actorem, quam est in tabulis: idem  
ponens infirmitatem perdit jus.

*Když kto kterého pohnaného pokládá nemocna a jiným*



*jmenem jistce jmenuje, nežli jest ve dskách: ten nemoc pokládaje ztratí právo.*

160. Judex et protonotarius tabularum debent habere inductiones pro dampnis et debitis.  
*Sudí a písař od desk mají iměti vzvody z škod a z dluhuov.*
161. Camerarius habet inductiones hereditarias et taxationes.  
*Komorník má vzvody dědinné a odhádání.*
162. Divisiones et inductiones propter indisbrigationem debent habere omnes tres: camerarius, iudex et protonotarius.  
*Rozdiely a vzvody pro nezpravu dědin mají iměti všichni tři: komorník, sudí i písař.*
163. Delentionales et videre tabulas sunt protonotarii.  
*Smazné a ve dskách ohledání, to jde na písaře.*
164. Divisiones, quae transeunt ad tabulas hereditarias, transeunt ad communitatem.  
*Dělení dědin, ještě ve dsky jádú, to slušie obecně mezi všechny úředníky.*
165. Pecuniae dominationum sic veniunt distribuendae: Primo cuilibet beneficiario danda est aequa portio, incluso purgrauio Pragensi; sed beneficiarius Wissegradensis et beneficiarius subcamerarii ex hiis tollunt unam partem inter se per medium diuidendam, puta si aliis cedit una sexagena, eis cedit cuilibet  $\frac{1}{2}$  sexag.
166. Item pecuniae notificationum dampnorum transeunt per medium intra vicecamerarium et vicejudicem.
167. Item pecuniae memorialium post obtenta jura diuiduntur sic: Primo dantur viceiudici tres grossi vice-notario II gr., cuilibet beneficiario I gr., et iterum reiteratur, quamdiu durat summa ex talibus collecta.
168. Item culpae diuiduntur, quando gratiae inueniuntur, pari modo inter omnes.
169. Item omnia vadia recognita pertinent ad beneficiarios

subcamerarii, nec debent deleri sine eius consensu et voluntate.

170. Vicecamerarius, viceiudex, viconotarius inducunt post iura obtenta simpliciter, quia sunt maiorum beneficiariorum; sed beneficiarii reginae, praepositi Wissegradensis, subcamerarii et notarii minorum tabularum quando inducunt, tunc scribitur: „Induxerunt ex parte totius beneficii.“

*Podkomorník a podsudie a podpisář ti vzvozuji sprostně po právech obdržaných; neb sú úředníci vyššími; ale třetí úředníci královny, probošta Vyšehradského, podkomořího a písar menších desk, když vzvod činie, tehdy piše se, „že jsú vzvedli moci všeho úřadu.“*

171. Quando fit inductio super hereditatibus vel dote obtentis, tunc solum fit pro actore et non beneficio; secus in dampnis vel aliis causis.

*Když vzvod bývá z dědin aneb z věna obdržaného, tehdy jedno na jistce jde, a nic na úřad; ale jináče je z škod anebo pro jiné věci.*

172. Si citat pro debito, tunc inductio fit tantum pro actore, sed non pro beneficio.

*Pakli pohané pro dluh a vzvod bude, tehdy jedno jde na jistce, ale ne na úřad.*

173. Quando post obtentum jus fit inductio super aliquem „de nullis“: tunc inducit beneficiarius cum camerario, foro proclamando voce preconia.

*Když po obdržaném právu vzvod bude na koho „odnikudž“, tehdy vzvozuje úřad s komorníkem, biřicem v trhu provolaje.*

174. Quando pater emit aliquam hereditatem sibi et heredibus suis, et si eam demum vendit, heredibus irrequisitis etiam indiuisis: forum tenet. Et si patre mortuo heredes ipsam repetunt, inventum est, quod sicut patri licuit emere pro se et heredibus suis, sic eidem patri licet vendere heredibus irrequisitis; et alias potest pater perdere et lucrari.

*Když otec kúpi která dědinu sobě a svým dědicóm, a prodá-li dále bez otazu dědicov svých a sebe nedielných:*

*trh před se jde. A umře-li otec a erbovní děti těm dědinám zase by chtěli, páni sú nalezli: jakož jest otec mocen byl kúpiti a erbom svým, takéž jest mocen odprodati bez vůle dětí svých, a móż ztratiti a dobyti.*

175. Quando quis citat et (alter) ponit defensionem dicens, citatum ibi nichil habere, allegans hereditates, de quibus citatur, fore suas, et offert se probaturum: tunc ponatur terminus terminorum proxime sequentium ad docendum huiusmodi defensionem. Sed si defensio fuerit posita nomine aliquorum orphanorum, tunc ponatur sic: „Sic docere volunt, quando domini inuenient et terminum assignabunt.“ (Et hoc ponitur propter annos orphaniles.)

*Když kto pohoní a druhý pokládá zbraňovanie a řka, že ten nic nemá na těch dědinách, z nichž pohoní, a to chce ukázati: tehdy má rok položen býti z najbližších rukuov k duvodu toho zbraňovanie. (Než bude-li obraňovanie) pokládáno jmenem některých sirotkuov, tehdy má tak položeno býti: „Tak chce ukázati, jakož páni nalezli sú a rok jemu polože“; (a to proto položeno jest pro sirotčie roky.)*

176. Pro abscessa i. e. za ssutie debet iurare manu propria, quod pecuniae sunt suae propriae, quibus vult abscutere.

*Z odsutie má přísahati sví vlastní rukú, že penieze jsú jeho vlastnie, jimiž chce ssúti.*

177. In nullo casu actor duas querelas proponere potest nisi in causa capitís, videlicet pro capite et pro capitali pecunia.

178. Si quis non notificat dampna et permittit annos transire, amplius de hiis citare non potest; et semper notificanda sunt, ne anni transeant; alias prosequatur causam.

*Když kto škod neosvědčuje a nechá-li léta přeminúti, viec z nich nemóž pohoniti; než vědy mají osvědčovány býti, aby léta neprošla; jinak veď sví při před se.*

179. Pater commissarius aliquorum orphanorum in hereditatibus orphanorum eorundem dotare non potest;

sed potest easdem obligare vel uendere; posset etiam dotare, sed dotalitium non tenet, nisi ponet disbrigatores.

*Poruční otec sirotčí na dědinách těch sirotkuov nemuož věnovati; než muož je zastaviti anebo odprodati; mohl by také věnovati, ale věno nedrží, lečby postavil zpravce.*

180. Quando aliquis dat aliquibus hereditatem et si easdem diuidere volunt inter se: sit una citatio.

181. Judaeus si aliquem citat pro maiori ad literam aut de minori: citatus potest nominare zástupce, et seruat prout in aliis terminis statuendi zástupce.

*Pro žádnú věc jistec z větčího dluhu k listu, pohnaný móž jmenovati zástupce a zachovaje k jiným třem rokóm k postavenie zástupce, totiž tři roky položeny budú (sic).*

182. Si Judaeus citat et obtinet jus et sibi nezahnal a termino solutionis, quando ei debuerunt soluere infra terminum, ut juris est terrae: obtentum ius praeterit (ex inuentione baronum a X annis, videlicet anno LXXXVI, ubi Perla citat.)

*Jestíže Žid pohoní a obdrží právo a potom tak nechá a mocí nezahnal od roku uloženého a určeného, v niemž mu placeno mělo býti: právo obdržené to jest minulo (z panského nálezu od 10 let, totiž leta 1086ho (1386) — Perla pohoní —).*

## Inventiones baronum.

E codice manuscripto bibliothecae c. r. Univ. Prag. 17. E. 4.

1. Quia Petrus a paterna linea descendens: est justior ad orphanos patruales, quam aliquis alter.

2. Prothonotarii tabularum debent stánie i nestánie judicare.

3. Quod in foro non uniantur.

4. Nullus beneficiariorum Pragensium debet ad minora beneficia citari.

5. Duo emunt simul; unus moritur, alter sicut vivens vendit; forum tenet.

6. Quatuor emunt simul, et forum stat in tabulis, si et sunt divisi, qui ex eis moritur, pars ejus cadit in regem; nisi esset privuzenstvie vel unio coram baronibus, vel per regem data (R<sup>o</sup> Procopii U. XIII).

7. Ubicumque rex aliquas hereditates jure tangit: disbrigatores semper debent emptori disbrigare (R<sup>o</sup> Procopii U. XXVI).

8. Qui in curia prothonotariorum cultellum evaginaverit vel gladium, manibus suis amputetur; si vero vulneraverit aliquem, capite ipso facto plectatur (II. Ulr. O. IX).

9. Quando aliquis habet unionem cum alio et dotat: pars alterius unitorum si non consenserit dotationem, debet esse libera (II. Wenc. D. XIII).

10. Quando citat pro majore quam habuit aut habet, citatio debet praeterire et esse nulla.

## Decreta duo Caroli regis.

E cod. manuscripto Musei boemici 23. G. 4.

Král Karel ustavil jest od pečeti groš; neb ti listové, jimž sú sobě zbožie zapisovali, byli jsú psáni po puol kopě gr., a na peníze byli listové psáni po XV gr. a jiné zápisy menší níž a níž; ale ten dobrý král pro polehčenie svým zemanóm složil jest to právo a ustavil s svú raddú i s jinými pány, aby od pečeti visuté byl dán groš (a to jeho ustavenie trvá až do dnešního dne. L. P. 1402).

Item týž král ustavil jest, že žádný člověk listuov zápisných súditi nemá; neb každý list sám se súdí, dobře nebo zle; leč sama svuolka mezi dvěma osoboma, taf práva, dsky i listy lomí.

## Formae literarum apud tabulas confici solitarum.

E codice manuscripto Judicii Curiae regiae, saec. XIV. (C. r.) et e codice manuscripto c. r. Universitatis Pragensis, saec. XV., sign. I, G. 18 Univ.) in unum collectae.

1. *Commissio in tutelam pueros vel hereditates.* Edenco de Konopiscze et de Sternberch protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod omnes et singulos pueros suos cum omnibus bonis et hereditatibus, ubiunque habet vel habebit, committit in tutelam matri suae, dominae Annae de Sternberch, ita, quod ipsa sit et esse

debeat dictorum puerorum nec non bonorum et hereditatum materna commissaria, eam veram tutricem faciendo. Actum etc. (*Cur.*)

2. *Commissio eadem.* Sdenco de Konopiszce et de Sternberch protestatus est, quod omnes et singulos pueros suos cum omnibus bonis et hereditatibus, ubicunque habet vel habebit, committit in tutelam domino Jaroslao de Sternberch, fratri suo, ita, quod ipse sit et esse debeat dictorum puerorum nec non bonorum et hereditatum paternus commissarius, eum verum tutorem faciendo. (*Cur.*)

3. *Forma commissionis.* Martinus de C. protestatus est, quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis et habendis commisit potenter et committit P. de C. et M. de P. in solidum, ita, quod fecit eos veros patres commissarios et tutores omnium praemissorum. (*Univ.*)

4. *Eadem.* Johannes de D. protestatus est, quod omnes pueros suos commisit et committit potenter J. et A., sic, quod unus sine alio in alienatione et distractione bonorum et hereditatum nichil facere poterit, sed ambo vel omnes simul et concorditer, sic quod eos revocare non poterit; ita quod fecit eos veros patres commissarios. (*Univ.*)

5. *Eadem.* Wilhelmus de P. protestatus est, quod omnes pueros suos cum omnibus commisit potenter et committit Annae uxori suae, donec statum vidualem mutaverit; mox tutela praesentari debet J. de K. et Petro de S. omnibus in solidum, ita quod fecit eos etc. (*Univ.*)

6. *Forma additionis commissariorum.* Thomas de C— protestatus est, quod ad priores commissarios et tutores hereditatum et puerorum suorum habitatum vel habendarum, vid. ad J. de T., P. de K. addit et adjungit S. de P. et M. de A., ita quod fecit eos omnes cum prioribus in solidum veros commissarios et tutores omnium praemissorum. Actum (*Univ.*).

7. *Revocatio commissariorum et constitutio.* Johannes dictus Crussina de Lichtemburg protestatus est, quod omnes vivos suos cum omnibus hereditatibus habitis et habendis commisit potenter et committit Johanni de C— et A— de B— et C— de D— omnibus in solidum, ita quod fecit eos veros patres commissarios et tutores omnium praemissorum, et alios omnes commissarios quos penes fecerat et constituerat praeter istos, ex tunc revocat et in toto revocavit. Actum (*Univ.*)

8. *Pars patrimonialis sororibus ad tempora vitae.* Bruno et Jesco fratres de Byelczicz protestati sunt coram beneficiariis Pragensesibus, quod XI sex. gr. den. Prag. census annui in hereditate sua in Hwozdan toto, quidquid ibi habent, cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente, dederunt et dare potuerunt pro ipsa-

rum portione sororibus suis Wraczae et Margarethae, vid. Wraczae VI et Margarethae V sex. census annui, et eis de praedicto censu annuo in eadem hereditate ad tempora vitae earundem condescendit; hoc specialiter expresso, quod ipsis sororibus eorum decedentibus ipse census cum hereditate mox ad (. . . .) sine omni difficultate devolvatur. (Actum anno et die coram . . . . beneficiariis et baronibus . . . Cur.)

9. *Receptio portionis a fratre vel patre.* Jacobus Crux alias Holubarz de Kepstein protestatus est, quod pro portione sua paterna et hereditaria a Nicolao de Roz fratre sua CL sex. gr. recepit pecunia in parata, et promisit quod non debet nec poterit ipsum Nicolaum et alios heredes ejus inquietare seu monere ac impetere pro aliqua portione ampliori paterna ac fraterna hereditaria perpetuo ullo jure. Si vero impeterit etc., extunc nullum jus ei debet juvari terrestre, spirituale nec civile, quod ab eo cum praefatis pecuniis et ejus heredibus in plene et juste divisus. Actum (*Univ.*)

10. *Forma alia de eadem.* Herbordus de K . . . protestatus est, quod pro portione sua etc. (ut supra) recepit hereditates infra scriptas, vid. in T . . . . et in L . . . . villas integras, curias rusticales cum censu agris pratis etc. et omni etc. et promisit etc., quia cum praefatis hereditatibus ab eo etc. (ut in priori). — (*Univ.*)

11. *Forma dotis.* Andreas de Glatovia protestatus est, quod in hereditate sua in Malechowe munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu agris pratis silvis rivis piscinis vineis et omni etc. cum pleno dominio nihil excipiendo et in omnibus rebus mobilibus quibuscumque nominibus censeantur, exclusis equis equestribus et armis bellicis, dominae Dorotheae uxori suae decem millia sex. gr. Prag. bonae et justae monetae dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit. (*Univ.*)

12. *Additio dotis.* Andreas (idem) protestatus est, quod in hereditate sua in Zlechow castro firmissimo et inexpugnabili, curiis araturae circum castrum jacentibus, agris, pratis, montibus, vallibus, flumine Multavia, venatione leporum et vulpium copiosa, vineis, lapidibus smaragdinis et carbunculis et omni etc. dominae Dorotheae uxori suae mille sex. gr. addidit dotem ad priorem et ei de dictis hereditatibus in gratiosa dotali obligatione in dictis pecuniis condescendit. (*Univ.*)

13. *Traductio dotis cum additione.* Andreas (idem) protestatus est, quod dominae Dorotheae uxori suae cum omni dote ejus, vid. XI millibus sex. gr., quam habuit in hereditatibus in Malechow et in Zlechow, ita prout ei tabulae testantur, ad alias hereditates suas in Nemanicz, castrum Divisin, sive Lapis, curias araturae etc. et omni etc. traduxit et traducit et ei de dicta hereditate in eo jure sicut



prius tenuit et habuit, in dictis pecuniis condescendit, et ipsa haec cum Drboltone de Serutypisk benivole suscepit. Et de gratia sua speciali omnes res mobiles quibuscumque nominibus censeantur, quas habet vel habebit in curia araturae in C . . . , addidit sibi dotem ad praedictam et ei de dicto nábytek graciōse condescendit.

(Hoc ponatur si partes voluerint in dotalitio vel additione dotis in fine):

Ita si maritum suum praevixerit et statum vidualem mutaverit, mox data sibi pecunia pro hereditate ejus abinde poterit removeri. (et etiam hoc additur):

Donec statum vidualem non mutaverit, nullus eam poterit amovere etc.

(etiam additur):

Si maritum praevixerit et statum vidualem mutaverit, tunc dicta additione carere debet, sed in solo dotalitio contentari. (*Univ.*)

14. *Transductio dotis (vid. Unio)*. Bohunko de Dolan uxorem suam, dominam Ankam, cum omni ejus dote, vid. 150 sex. gr. den. Prag. de hereditate Zytynycz quidquid ibi habuit, transducit super aliam hereditatem suam in Udrzenycz, quidquid ibi habet, et ei de eadem hereditate in jam dicta dotali pecunia ad veram obligationem dotalē condescendit. Et ipse Marquart (frater ejus) ad haec suum plenum et benivolum praebuit consensum. Actum etc. (*Cur.*)

15. *Unio*. Przissnak de Wirssowicz et Albertus de Otycz prot. sunt coram serenissimo domino Karolo Rom. imperatore et Boemiae rege, et coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatibus suis in Wyrssowicz, quidquid ibi habent, in Jaworziē VI curias rusticales, in Lesczinye V curias rusticales cum agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, molendinis ac rebus mobilibus et immobilibus omnibus et hereditatibus, habitis vel habendis ubique, cum omnibus suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente univerunt se ad veram unionem seu „na pravý spolek,“ ita, quod facti sunt veri „hromadnĭci.“ (Nuntius ex parte ipsius domini imperatoris fuit super hoc ad tabulas dominus Russo de Lutycz, subcamerarius regni Boemiae. Actum anno etc. — *Cur.*)

16. *Unio*. Przybik et Slawibor, fratres de Umonina, prot. sunt coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatibus suis in Wyssinie, Umonynye et in Krziczci, quidquid ibi habent, cum agris, pratis, fluminibus, silvis, molendinis, rebus mobilibus et immobilibus et qualibet libertate ad ea pertinente univerunt se ad veram unionem seu „na pravý spolek,“ ita, quod facti sunt veri „hromadnĭci.“ (Actum etc. coram baronibus. *Cur.*)

17. *Unio*. Bohunko de Dolan protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod fratrem suum Marquardum de Bartossowa ad se suscepit in veram unionem super hereditatem suam in Udrzenycz curiam

cum duabus araturis, munitione et VI marcis argenti census annui, cum agris, pratis, silvis, vineis, piscinis, rivis et qualibet libertate ad ea pertinente, et super alias hereditates habitas vel habendas ubique, ita, quod facti sunt veri hromadníci.

Idem Bohunko uxorem suam etc. (Vid. Transductio dotis 14.)  
(Cur.)

18. *Unio.* Kunegundis relicta Wilhelmi dicti Lepus quondam de Krussowicz, protestata est coram beneficiariis Pragensibus, quod patrem suum Conradum dictum Kemnater de Hanzek ad se in veram unionem seu „na pravý spolek“ suscepit super dotem suam 400 sex. gr. den. Prag., quas habet in hereditate in Krussowicz villa hereditarie cum agris, pratis, silvis et qualibet libertate ad ea pertinente, ita, quod facti sunt cum eadem dote et ipsa hereditate veri hromadníci. Actum anno dni MCCCLVI sequenti die post Jeronymi coram dominis — ceterisque beneficiariis et coram baronibus terrae.  
(Cur.)

19. *Unio.* Georgius de T— protestatus est coram dominis baronibus in pleno iudicio et beneficiariis, quod super hereditates suas in T—, munitionem, curiam araturae, curiam rusticalem cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente ac super totum quidquid ibi habet cum omnibus rebus mobilibus habitis et habendis et super aliis hereditatibus suis omnibus similiter habitis et habendis Johannem de S— et P— de T— in veram suscipit unionem; ita quod facti sunt cum eo veri unitores seu hromadníci omnium praemissorum. (Univ.)

20. *Alia de eodem.* Franciscus de G— ex una et Thomas de S— parte ex altera, protestati sunt (ut supra), quod hereditatibus eorum, Fr. ipse hereditate sua in G— munitione, curia araturae cum agris, pratis, silvis et omni libertate etc. et aliis hereditatibus suis omnibus habitis et habendis, et ipse Thomas hereditate sua in S— munitione etc. (ut supra) et aliis hereditatibus suis omnibus habitis et habendis univerunt se simul, ita quod facti sunt veri unitores seu hromadníci omnium praemissorum. (Univ.)

21. *Alia de eodem.* Katharina de T— protestata est coram serenissimo principe et domino rege Boemiae et beneficiariis Pragensibus, quod super hereditates suas in K— munitionem etc. Johannem de D— in veram suscepit unionem, ita quod factus est cum ea verus unitor etc. (Nuntius ad tabulas fuit Johannes de Nova Domo referens praemissa ab eodem domino rege specialiter delegatus.) (Univ.)

22. *Forma unionis alia.* Wenceslaus Dei gratia rex B., de plenitudine potestatis suae regiae speciali Jo— de Rot— cum orphanis olim

Martini de Osírow pro hereditatibus ipsius orphani vel orphanorum omnibus habitis et habendis, quibuscumque nominibus dici possint, dedit et dare potuit veram unionem, ita quod factus est cum dictis orphanis verus unitor seu hromadník omnium praemissorum, sic tamen, quod bona et hereditates ipsorum orphanorum minuere et minorare non poterit nec debebit, sed potius augere. (Nuntius ad tabulas fuit baro vocatus.) — (*Univ.*)

23. *Forma divisionis.* Elisabeth de T— ex una et Henricus de M— parte ex altera protestati sunt coram beneficiariis, quod super hereditatibus eorum quas simul habent, talem inter se fecerunt divisionem, sic vid. quod praefata E— debet habere hereditates infra dictas, vid. in C— munitionem, curiam araturae, villam integram etc. cum omni etc. Et ipse H— hereditates in T— munitionem etc. villam integram etc. cum omni etc. Et promiserunt, quod non debent unus alium impetere seu inquietare, nec eorum heredes pro aliqua alia divisione ulteriori perpetuo et in aevum (*Univ.*)

24. *Donatio dotis.* Anka de Bychor prot. est coram ben. Pragensibus, quod 150 sex. gross. den. Prag. dotis suae, quas habuit in hereditatibus suis dotalibus obligatis in Bychor et in Byelussicz, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, silvis, rivis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente, dedit et dare potuit filiis suis Jesconi, Hermanno et Alberto de Bychor, et eis de ipsis hereditatibus in jam dicta dotali pecunia eo jure per omnia, sicut ad eam pertinebat, condescendit. Actum etc. (*Cur.*)

25. *Donatio hereditatum.* Albertus de Libotinye prot. est coram ben., quod hereditates suas in Budcovie, Mojkovie, Lsczenf, u Dvoczie quidquid ibi in eisdem hereditatibus omnibus habuit, cum agris, pratis, silvis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit pro portione filiis suis, videlicet Kunssoni, Bohunkoni, Heinricho, Hyrdonio, Ulrico, Poczino de Lubotynie, et eis pro ipsorum portionibus de praedictis hereditatibus hereditarie condescendit. (Actum anno et die coram rege, beneficiariis et baronibus. Ibidem Otaslav de Budcova defendit, quod ipsa hereditas in Budcov est sua, et ipse Albertus eandem dare ipsis filiis suis non potuit. — *Cur.*)

26. *Donatio eadem.* Johannes de Podhorzan prot. est coram ben. Pragensibus, quod hereditates suas in Semytiessy, in Brziezina et in Skalka, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, silvis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit fratri suo Tyrczino de Podhorzan et orphanis filiastris suis, Petro et Zwyesconi ibidem, et eis de ipsis hereditatibus hereditarie condescendit; hoc expresso, quod ipsi orphani ante omnia habere debent 60 sex. gr. den. Prag.

in praedicta hereditate Semytiessy, et ipsarum hereditatum omnium ipse Tyrzczin veram medietatem et ipsi orphani aliam medietatem habere debent. (Actum anno et die coram beneficiariis et baronibus. *Cur.*)

27. *Forma donationis hereditatum vel censuum etc.* A— de T— protestatus est coram dominis baronibus in pleno iudicio et beneficiariis Pragensibus, quod hereditatem suam in C— munitionem, curiam araturae, curias rusticales cum censu, agris, pratis, silvis etc. dedit et dare potuit M— de K— et suis heredibus et ei de dictis hereditatibus hereditarie in perpetuum condescendit. Actum etc.

(Ista clausula non solvit: Manasses de O— protestatus est, quod censum suum vid. decem sex. gr. regis per nuntium et barones.) (*Univ.*)

28. *Alia donatio pro ecclesia vel altario census nudi cum consensu regis permittitur et baronum etc.* Manasses de O— protestatus est, quod censum suum, vid. X sex. gr. census annui nudi perpetui, quem habet in hereditatibus M. de C. in T. munitione, curia araturae, curiis rusticalibus, cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis et omni (etc.), ita et in eo iure, sicut ei in tabulis continetur, dedit et dare potuit domino Johanni altaris altarum S. Gereonis et Alexii in ecclesia S. Mariae ante Laetam Curiam in maiori civitati Pragensi et suis successoribus ac dicti altaris ministris in perpetuum, et ei ac dicto altaris et ejus successoribus de dicto censu hereditarie condescendit. Quem quidem censum possessores dictarum hereditatum ei solvere tenentur et debent per medium in festo etc. et sic aliis annis et terminis perpetuo. In casu vero si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solverint, tunc ipse vel sui successores cum solo camerario poterit ipsos possessores impignerare in hereditatibus supra dictis ad perceptionem census non soluti pro quolibet termino etc. Ad quam donationem serenissimus princeps et dominus, dominus Wenceslaus Romanorum et Boemiae rex, suum gratiosum praebuit consensum. Nuntius ad tabulas fuit nobilis A— de C— referens praemissa ab eodem domino rege specialiter delegatus. Actum (*Univ.*)

29. *Eadem donatio cum consensu per litteram.* Nicolaus de J— protestatus est, quod hereditatem suam in K—, X sex. gr. census cum curiis rusticalibus, agris, pratis et omni etc. cum pleno dominio dedit et dare potuit dominio E— plebano in K— et ipsius ecclesiae in perpetuum pro remedio et salute animarum suae et suorum praedecessorum, et ei dictaeque ecclesiae de dicta hereditate hereditarie in perpetuum condescendit. Ad quam donationem et huiusmodi intabulationem serenissimus etc. (ut supra) per litteram Maje-

statis suae suum gratiosum praebuit consensum, cujus liberae tenor sequitur in haec verba etc. (*Univ.*)

30. *Forma permutationis hereditatum.* Dominus Prizedbor abbas et totus conventus monasterii in Hradyschi et Hasco de Lemberca dictus de Zwierzietycz, protestati sunt coram ben. Pragensibus, quod hereditates suas ad in vicem permutarunt: Vid. ipse abbas et conventus hereditates suas in Bozkow, Roztoky, villas in Gesseny quidquid habuerunt, in Kostrzy V curias rusticales et duas piscinas, sub villa Byczina sitas, cum agris, pratis, silvis, rivis et qualibet libertate ad ea pertinente permutationis nomine dederunt eidem Haskoni et suis heredibus pro eius hereditatibus in Rokyta et in Krupa, quidquid ibi habuit, etiam cum agris, pratis, silvis, rivis et qualibet libertate ad ea pertinente. Et sic sibi invicem de praedictis hereditatibus permutatis hereditarie condescenderunt, easdemque hereditates sibi invicem disbrigare debent a quolibet homine jure terrae. Et huius disbrigationis sunt fidejussores, videlicet hereditatum, quas ipsi abbas et conventus eidem Hasconi dederunt, ad ipsum Hasconem Pesco Kabat de Krzidy, Pesco dictus Oczass de Zaszady et Jesco de Koczyneiowicz; sed hereditatum, quas ipse Hasco dedit eidem abbati et conventui, sunt ad ipsos abbatem et conventum fidejussores et disbrigatores ipsemet Hasco, Boczko de Podyebrad et Jarek de Zeleznyczie, omnes in solidum. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii eum, cui praedicta disbrigatio facta non fuerit, inducere debent super hereditates praedictorum suorum fidejussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento, in tertia parte plus illarum hereditatum, quae omnino fuerint, ut praemittitur, disbrigare. (Et dominus Karolus Rom. imperator et Boemiae rex ad hanc permutationem suum benivolum et gratiosum praebuit consensum, super quo nuntius ex parte ipsius domini imperatoris fuit ad tabulas dominus Jesco de Wessele, purcravius Pragensis. Actum anno etc. — *Cur.*)

31. *Forma permutationis.* Johannes de P. ex una et Thomas de M. parte ex altera protestati sunt etc., quod hereditatibus eorum, ipse Johannes hereditate sua in K— munitione etc. (et nominando hereditates omnes quae positae sunt), in C sex. gr. et ipse P— hereditate sua in C—, munitione etc. (quae hereditates positae sunt) in C sex. gr. se invicem permutarunt et eis huic inde de dictis hereditatibus unus alteri hereditarie condescenderunt. Disbrigare debent parte ex utraque: Primo pro parte Johannis ipsemet et cum eo (quos apponet D, C vel B—), ex parte ipsius Thomae ipsemet et cum eo A de E— etc., omnes in solidum ab omni onere jure terrae et specialiter a dotibus et orphanis, ut juris est terrae etc. Si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii debent inducere partem pro

qua fuerit disbrigatum, super hereditates disbrigatorum partis indisbrigantis, ubi habent aut habebunt, in tertia parte plus pecuniae antedictae nomine poenae et impensarum, omni absque citatione, tamquam in jure obtento. Actum etc. (*Univ.*)

32. *Locatio.* Dominus Johannes dictus Pauli, Pragensis et Bole-slaviensis ecclesiarum canonicus, recognovit coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatem in Kojeticz, curiam araturae nudam cum munitione et cum agris, pratis, pascuis tantum, sed sine seminibus et sine annualibus, ad sex annos continuos locavit et condescendit Hermannno dicto Čelko de Horzeszovic et suis heredibus, ita, quod idem Hermannus vel sui heredes de ipsa hereditate ipsi domino Johanni censuare debent septem sex. gr. den. prag., medietatem ipsius census infra octavam Sti Georii proximi, et aliam medietatem infra octavam Sti Galli, et sic deinceps singulis dictis sex annis. Quod si in aliquo terminorum praedictorum non solveret et post ipsum terminum octo diebus, extunc 8 grossi nomine poenae super eos accrescent; et si infra alios 8 dies et tertios non solverent, tantumdem accrescet; si autem infra quartos 8 dies non solverent continuos censum eundem cum poenis omnibus, ex tunc ab omni jure, quod sibi competeat in ipsa hereditate, totaliter cadent et amittent. Actum anno etc. (*Cur.*)

33. *Expositio bonorum ad certos annos.* Marquardus de W . . . protestatus est, quod hereditates suas A . . . curiam araturae, quatuor curias rusticales cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis et omni etc. nihil eximendo, Johanni de M . . . et suis heredibus ad tredecim annos a data praesentium continue decurrentes (sic), et ei de dictis hereditatibus ad dictos annos in toto et plene condescendit; ita tamen, quod praefatus Johannes et sui heredes de dictis hereditatibus ei solvere tenentur et debent annuatim XX sex. gr. census annui nudi per medium, incipiendo in festo Sti Georgii etc. et per medium in festo Sti Galli, et sic aliis annis et terminis usque expletionem dictorum annorum. In casu vero si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solveret, tunc ipse cum solo camerario poterit eum impignorare in hereditatibus supra dictis ad perceptionem census non soluti, pro quolibet termino cum tertia parte plus nomine poena et impensarum, vel se de eisdem intrmittere easque tenere et facere de eis sicut de propriis omni sine contradictione. Lapsis vero dictis annis statim debet sibi cedere et ejus heredibus de praefatis bonis, relinquendo ibidem foenum et stramina ac pici, kteráz by nebyla do té chvíle vytrávena, et debet relinquere unum currum, aratrum et traham, quatuor vaccas, XXXta oves et XV scrophas, et alia omnia debet abducere pro voluntate sua, si cum eo pro his non concordabunt. Actum. (*Univ.*)

34. *Forma quaevis hereditaria.* Dorothea de Praga protestata est coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatem suam in C—munitionem, curiam araturae, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, fluminibus, molendinis, montibus, vallis, aquis, aquarumque decursibus et omni libertate ac dominio ad ea pertinente, in eisdem metis et gadibus, prout sola tenuit et habuit, nihil sibi ibidem in potestatem et dominium reservando, vendidit Andreae de Glatovia et suis heredibus pro 500 sex. gr., et fassa est, se easdem pecunias ad ea plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigaro debet ipsamet vendens et cum ea fidejusserunt C. et A., omnes in solidum, ab omni homine, jure terrae, et specialiter a dotibus et orphanis, ut juris est terrae etc. signanter (sive partes voluerint, tunc ponatur) a praescriptionibus Judaeis et literis Judaeorum, et jure speciali quocunque hereditates tangente. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii debent inducere ipsum ementem super hereditates disbrigatorum, ubi habent aut habebunt, in tertia parte plus pecuniae antedictae nomine poenae et impensarum, omni absque citatione, tanquam in jure obtento. Actum anno et die etc. (*Univ.*)

35. *Forma eadem de foro quodam.* Andreas de Glatovia protestatus est, quod hereditatem suam in Jemnitz, curiam araturae, curias rusticales et subsides cum censu, agris, pratis, silvis, rivis et omni libertate ad ea pertinente sicut solus tenuit et habuit, nihil sibi ibidem reservando, vendidit Dorotheae de Prag pro C sex. gr. integre persolutis et ei dictam hereditatem hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens tum ab omni homine jure terrae et speciatim a dotibus et orphanis, ut jure est terrae. Quodsi vero non disbrigaverit, tunc etc. (ut in praecedenti forma). (*Univ.*)

36. *Forma de jure hereditario.* Benessius etc. protestatus est, quod omne jus suum hereditarium quodcumque habuit ad hereditatem in C—munitionem, curiam araturae, villa integra, curias rusticales cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, et omni libertate ut juris est, nihil juris hereditarii sibi ibidem penitus reservando, vendidit Johanni de G—, (ut in praecedenti forma). (*Univ.*)

37. Epyk de Hradku protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditates suas in Brocznye, curiam araturae cum curiis rusticalibus in Chudolaziech, quidquid ibi habuit, in Zalezlech quidquid habuit, in Borowa Lhota villam, in Wessela Lhota villam cum agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente vendidit domino Arneste Pragensis ecclesiae archiepiscopo et suis successoribus, cancellario universitatis Pragensis studii privilegiati, ementi dicta bona ad usum

studii Pragensis praedicti, videlicet pro solariorum doctorum, magistrorum et aliorum legentium in studio praedicto, pro septingentis sexagen. gross. denar. prag., quas dominus Karolus imperator Rom. et Boemiae rex ac collegiati conventus Pragensis dioecesis pro solariorum doctoribus et magistris studii praedicti contribuerunt, et fassus est, se eandem pecuniam totam ab eo plenarie percepisse, et ei de hereditate eadem hereditarie condescendit. Eandemque hereditatem ei debent et fidejudent disbrigare ipsemet Epyk, Henslinus de Duba, Benessius de Duba, Hynco de Duba et Hroch de Przylyczie, omnes in solidum, a quolibet homine jure terrae. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum dominum Arnestum seu successores suos inducere debent super hereditates ipsorum fidejussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento, in tertia parte plus pecuniae supradictae. Actum anno domini MCCCLVII sabbato post diem apostolorum Petri et Pauli (*Cur.*)

38. Domini Zawissius, canonicus, et Plichta scolasticus ecclesiae Pragensis, protestati sunt coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatem suam in Raczinyewsy VIII curias rusticales censuantes annue X sexag. gr. denar. prag. cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente vendiderunt ecclesiae Sti. Viti in castro Pragensi, ita, quod idem census annuus perpetue debeat pertinere ad praebendam in eadem ecclesia Pragensi, per dominum Karolum Roman. imperatorem et Boemiae regem de novo erectam annexamque ad praeposituram Boleslawiensem, pro C. sex. gr. praedictorum, et fassi sunt, se eandem pecuniam totam plenarie percepisse, et eidem ecclesiae de eadem hereditate hereditarie condescenderunt. Eandemque hereditatem eidem ecclesiae debent et fidejudent disbrigare ipsimet domini Zawissius et Plichta, Wanco de Wynarzez, Jesco de Smilowicz et Jesco Jesconis de Raczinyewess, omnes in solidum, a quolibet homine jure terrae. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum praepositum Boleslawiensem inducere debent super hereditates ipsorum fidejussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento, in tertia parte plus pecuniae supradictae. Actum etc. (*Cur.*)

39. *Forma venditionis hereditatum per commissarium paternum.* Arnust de Poryeczcie, paternus commissarius orphanorum quondam Matissonis de Poryeczcie, protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatem ipsorum orphanorum in Czirnczieczych  $V\frac{1}{2}$  laneum et  $\frac{1}{2}$  juger. hereditatis cum curiis ad hoc pertinentibus, cum agris, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente vendidit Andreae de Duba, judici terrae, et suis heredibus pro CVIII sex. gross. denar. prag. et XII gr., et fassus est, se eandem pecuniam totam ab eo plenarie percepisse, et ei de he-



reditate eadem hereditarie condescendit. Eandemque hereditatem ei debent et fidejudent disbrigare ipsemet Arnust, Czstibor de Gezara, Czenko de Sobyehyd et Bohunco de Klokoczna, omnes in solidum, a quolibet homine et nominatim ab ipsis orphanis usque ad annos ipsorum orphaniles, et postquam ad annos ipsorum legitimos pervenerint, post hoc per tres annos et VI septimanas jure terrae. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum Andream seu heredes ipsius inducere debent super hereditates ipsorum fidejussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento, in tertia parte plus pecuniae supradictae etc. (*Cur.*)

40. *Venditio hereditatum pro ecclesia vel monasterio etc.* Hermannus de Praga protestatus est, quod hereditatem suam in Domanicz, castrum, curiam araturae, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis et omni etc. vendidit domino Johanni plebano ecclesiae in Owenecz et suis successoribus in perpetuum pro M sex. gr. persolutis. Disbrigare debet ipsemet et cum eo etc. Ad quam venditionem et hujusmodi intabulationem etc. (ut superius per litteram sub n. 29). (*Univ.*)

41. *Forma de venditione dotalitii.* Wita relicta Johannis de Pakomilic, protestata est etc., quod hereditatem suam dotalem obligatam in C— curiam araturae, curias rusticales, cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, pascuis et omni libertate ad ea pertinente, in quibus hereditatibus habuit CL sex. gr. dotis suae, ita prout ei tabulae testantur, nihil juris sibi ibidem dotalis penitus reservans, vendidit Ro . . no de Castro Pragensi et suis heredibus pro CL sex. gr. et fassa est se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate in eo jure sicut sola tenuit condescendit. Disbrigare debet ipsamet vendens tum ab omni homine jure terrae. Quod si non disbrigaverit, tunc Pragenses beneficiarii debent inducere ipsum etc. (ut supra sub n. 36). — (*Univ.*)

42. *De eadem alia.* Wita eadem protestata est, quod omne jus suum dotale quodcumque habuit ad hereditates vel in hereditates Johannis de C— in curiam araturae etc. nil juris dotalis sibi ibidem reservando, vendidit Jo— de C— pro XL sex. gr. etc. (Ut supra in forma immediate scripta.) (*Univ.*)

43. *Venditio census annui nudi perpetui.* Catherina de P. protest. est, quod in hereditate sua in K. munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, molendinis et omni etc. ac in toto quidquid ibidem habet, XX sex. gr. census annui nudi perpetui vendidit Joanni de P. et suis heredibus pro CC sex. gr. integre persolutis, et ei de dicto censu he-

reditarie condescendit. Disbrigare debet ipsamet vendens et cum ea etc. (in praecedentibus formis cum plena disbrigatione); quem quidem censum et solvere tenetur et debet per medium in festo Sti Georgii proximi et per medium in festo Sti Galli inde sequentis, et sic aliis annis et terminis perpetuo.

In casu vero, si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solveret, tunc ipse cum solo camerario poterit eam impignorare in hereditatibus supra dictis ad plenam perceptionem census non soluti, pro quolibet termino cum tertia parte plus nomine poena et impensarum. Et si unum, duos vel tres aut plures terminos continuos vel interpellatos si non solverit et ipse pro eisdem non impignorasset aut impignorare neglexerit quovis modo vel quocunque impedimento superveniente, quod semper, quandocunque voluerit et semel aut successive cum dicto camerario Pragensi poterit impignorare in praefatis hereditatibus, ad perceptionem omnium censuum ita retentorum et quolibet termino cum tertia parte plus nomine poena et impensarum.

Item si de tribus annis vel infra tres annos juxta consuetudinem juris regni solitas cum camerario non faceret dominationes, quod hoc juri suo praepredicare non debet, sed in suo robore ac firmitate permanere, tanquam singulis annis in terminis solitas cum camerario in eisdem hereditatibus dominationes continuasset.

Item si aliquando dictus Joannes pignorando cum camerario census suos conquerere non posset, ita quod ibi nihil inveniret, vel si repulsam fecerint contra jus terrae, quod quandocunque id contingeret, vicecamerarius regni Boemiae qui pro tempore fuerit, debet eidem Joanni vel suis heredibus taxare de praedictis hereditariis in summa principali et tertia parte plus ad verum jus hereditarium sine contradictione qualibet praedictae Catharinae. Ad quae ipsa etiam ibidem se statim submitit et benivole subintravit cum eadem conditione, quod si ipsa Catharina vel eius heredes similem et aequalem certum censum in hereditatibus liberis et ita valentibus in distantia trium vel quatuor circa milliarium a Praga (vel civitate alia) infra terminum sex annorum (vel quocunque fuerit continue decretum) reemerit: ex tunc ipse census ita reemptos debet suscipere et istam de tabulis dimittere sine contradictione, sumptibus tamen et impensis praefatae Katharinae et heredum suorum. Si vero non reemerent infra dictum tempus, tunc praefatus census apud ipsum et ejus heredes perpetuo et hereditarie remanebit.

Item hoc est etiam specialiter adjectum, quod si praefata Katharina vel sui heredes potuerint hujusmodi censum redimere infra decursum etc. annorum (talium), hoc facere potuerit licite, datis sibi vel suis heredibus . . . sex. gr. pecunia parata, et ipse receptis hujusmodi pecuniis censum debet dimittere sine contradictione. (*Univ.*)

44. *Forma quaevis census perpetui nudi.* Elizabeth de C— protestata est, quod in her. . . , ibidem curia araturae, curiis rusticalibus cum censu et omni etc. X sex. gr. annui nudi vendidit Johanni de K— et suis heredibus pro centum sex. gr. persolutis (ut in aliis formis et procedenti usque ibi „Et si unum, duos vel tres“). — (*Univ.*)

45. *Forma alia de eodem.* Venerandus de M— protestatus est, quod censum suum vid. X. sex. gr. census annui nudi perpetui habens in hereditatibus N— de C—, curia araturae, curiis rusticalibus, cum censu, ita et in eo jure, sicut ei tabulae testantur, vendidit N— praedicto viceversa heredi dictarum hereditatum et suis heredibus pro C sex. gr. etc. condescendit hereditarie. Disbrigare debet et cum eo C. de A., Johannes de P— omnes in solidum etc. Si non etc. tamquam in jure obtento. Actum. (*Univ.*)

46. Dorothea de K— protestata est, quod censum suum vid. octo sex. gr. census annui nudi perpetui, quem habet in hereditatibus A— de G— in P—, curia araturae etc., ita et in eo jure sicut sibi tabulae testantur cum omnibus expromissionibus vendidit Mathiae de C— et suis heredibus pro octuaginta sex. gr. integre persolutis, et ei de dicto censu hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsamet etc. (ut in aliis). Quem quidem censum possessores dictarum hereditatum ei solvere tenentur et debent per medium etc. (ut in perpetuo). In casu vero si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solverent, tunc ipse cum solo camerario poterit ipsos possessores impignerare in praefatis hereditatibus ad perceptionem census non soluti pro quolibet termino, cum tertia parte plus nomine poenae et impensarum. Actum (*Univ.*)

47. *Forma venditionis pro ecclesia vel altario census annui nudi perpetui.* Franciscus de T. protestatus est, quod censum suum vid. XX sex. gr. census annui nudi perpetui, quem habet in hereditatibus M— de C— in A—, munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, silvis et cum omni etc. ita quod in eo jure sicuti tabulae testantur, vendidit venerabilibus religiosis viris abbati et conventui monasterii in Saczka et ipsi monasterio perpetuo pro CC sex. gr. etc. (ut in forma etc. usque in finem). Quem quidem censum possessores dictarum hereditatum . . . Ad quod forum et hujusmodi intabulationem serenissimus princeps etc. suum gratiosum perhibuit consensum. Nuntius ad tabulas fuit (ut superius sub n. 29 continetur). (*Univ.*)

48. *Forma venditionis census nudi advitalis.* Nicolaus de T— protestatus est, quod in hereditate sua in K— curia araturae, curiis rusticalibus cum censu et omni etc. X sex. gr. census annui

nudi perpetui, sed advitalis tamen, vendidit Johanni de M— pro L sex. gr. persolutorum, quod (ut in prioribus) et ei de dicto censu ad vitae ipsius tempora duntaxat condescendit, et non ultra. Disbrigare debet et cum eo Johannes de S. et M— de A— omnes etc. (ut in forma perpetui census). Quem quidem censum ei solvere tenetur et debet per medium in festo Sti Georgii et per medium etc. et sic aliis annis et terminis usque tempora vitae ipsius duntaxat ut praefertur, et non ulterius; ita si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solveret, tunc ipse cum solo camerario poterit impignorare in hereditatibus supra dictis (ut in forma perpetui census nudi). ((*Univ.*)

49. *Venditio juris devolutionis per regem dati.* Henricus de Rosenberg protestatus est, etc. quod omne jus suum quodcumque habuit et habet ad hereditatem in C. per dominum regem datam et donatam, videlicet curiam araturae cum munitione, curias rusticales et subsides cum censu, agris, pratis et omni etc. ut vocabuntur, quod et quidque jus post mortem olim Johannis de C. ad dominum regem est legitime devolutum et ipsi Henrico datum et donatum, nihil juris sibi ibidem penitus reservando, vendidit Nicolao etc. et suis heredibus pro C sex. gr. integre persolutis et ei de dicta hereditate in eo jure sicut solus habuit et tenuit etc. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo fide jussit Joannes de M. et cum ab omni etc. (ut in prioribus). — (*Univ.*)

50. *Forma obligationis cujusvis.* Johannes de Praga protestatus est, se teneri mille sex. gr. Hermanno de T. et suis heredibus, in quo debito statim non habens ei pecuniam solvere, de hereditatibus suis in H. munitione, curia araturae, curiis rusticalibus, cum censu, in T— villa integra, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis et omni etc. cum omnibus rebus mobilibus condescendit ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum et faciendum de eis quidquid placet, sicut de propriis hereditatibus in dicta summa. Sed facit ei hanc gratiam specialem, si eum mori contingerit prius quam dictum H., ex tunc ipse H. ab hac obligatione erit liber et solutus. Actum. (*Univ.*)

51. *Forma obligationis alia.* Andreas de K— protestatus est, se teneri CCCC sex. gr. Romano de C—, M— de T—, Joanni de S— omnibus in solidum, solvendas, quando eis carere nollent; ita si non solverit, tunc ipsi cum solo camerario poterint se intrromittere de hereditatibus in T— etc. cum omnibus rebus mobilibus et de aliis hereditatibus suis et rebus mobilibus omnibus habitis et habendis, easque tenere, vendere, alienare, obligare, permutare et facere de eis quidquid placet, in dicta summa cum impensis, ita quod

decedente aliquo ex eis, pars cuiuslibet mortui in superstites devolvi debet. Sed ipsi faciunt ei hanc gratiam specialem: Si omnes deus tolleret de medio et ipse Andreas superviveret, ex tunc idem Andreas ab hac obligatione erit liber a quolibet homine et solutus. Et quando unus ex eis quocumque tempore ante vel post intromissionem sibi vice versa hanc obligationem dimisit, sicut omnes dimitterent, cum ea conditione, quando idem Andreas postularet sibi hanc dimitti obligationem, hoc ipsi aut unus ex eis, qui per eum fuerit monitus, debet facere sine contradictione. Si non vellent aut vellet dimittere, tunc debet eos aut unum ex eis per camerarium monere et sibi aut eis intimare, ut infra quattuordecim dies a monitione camerarii continuos dimittant seu dimittat. Et si sponte dimittere vellent aut vellet aliquis ex eis et camerarius hoc coram tabulis fateretur, quia eos aut unum ex eis monuit: extunc ipsemet Andreas veniens ad tabulas poterit praesentem obligationem delere sine praedictorum speciali ad tabulas recognitione. Item quod idem Andreas donec vixerit, poterit de praefatis hereditatibus in parte vel in toto vendere, alienare, obligare et in eis dotare sine praedictorum consensu et voluntate pro libitu suo. Actum etc. (*Univ.*)

52. *Alia de eodem.* Thomas de P. protestatus est se teneri CC sex. gr. Johanni de C., Nicolao de M. et Martino de S. omnibus in solidum, (ut supra). Ita si non solverit, tunc ipsi cum solo camerario vel camerario auctoritate propria, de quo eorum simplici relationi credi debet, poterint se intromittere de hereditatibus suis in O. munitione, curia araturae, villa integra, curiis rusticalibus, cum censu agris, pratis et omnibus etc. (ut in praecedenti forma), easque tenere, vendere, alienare, obligare, permutare et facere de eis quodcumque placet in dicta pecunia cum impensis, ita quod pars etc. (sicut supra). Et quando etc. Et statim ibidem praefatus Thomas recognovit et suscepit pro intromisso, tamquam cum camerario se intromitterent, et quando in praefatis hereditatibus residet, tamquam ipsorum procurator seu šaffarz ad eorum voluntatem. (*Univ.*)

53. *Alia obligatio veri debiti.* Franciscus de C— protestatus est coram etc. se teneri CCC sex. gr. veri debiti Johanni de Montibus et ejus hereditibus solvendas divisim, medietatem in festo Sti Georgii proximi et aliam medietatem in festo Sti Galli deinde sequenti. In casu si non solveret, tunc ipse vel sui heredes cum solo camerario poterit eum impignorare in hereditatibus suis omnibus habitis et habendis cum omnibus rebus mobilibus similiter habitis et habendis, vel se de eisdem cum camerario intromittere easque tenere, vendere, alienare, obligare, et facere de eis quidquid placet, ad perceptionem dictae summae pro quolibet termino, cum tertia parte plus nomine poenae et impeasarum. Actum (*Univ.*)

54. Bohunco de Ludic recognovit coram beneficiariis Pragensibus, se teneri et debere veri debiti 5 sex. gr. den. Prag. solvendas in festo Sti Georii proximo Alberto de Kryr et suis heredibus. Quod si non faceret, tunc Pragenses beneficiarii ipsum Albertum vel heredes suos inducere debent super hereditates ipsius Bohunconis, ubicunque habet vel habebit, absque omni citatione, in X marcis argenti tanquam in jure obtento. Actum etc. (*Cur.*)

55. Dorothea relicta quondam Newhliasii cum Zawissio filio suo de Řičano recognoverit coram beneficiariis Pragensibus, se teneri veri debiti XXX sex. gr. denar. prag. Kuncze, Byethe et Žofcze filiabus Newhliasii praedicti de Řičano, in quibus pecuniis eis condescendit de tribus marcis argenti census annui in hereditate sua in Uhliszich toto, quidquid ibi habet, cum hereditate et qualibet libertate, ita, quod eiusdem census solvere debent medietatem eis incipiendo in festo Sti Galli proximo et aliam medietatem in festo Sti Georii tunc statim sequenti, et sic deinceps singulis annis tamdiu, donec eis dictam pecuniam totam duxerit persolvendam. Actum etc. (*Cur.*)

56. Wratislawae cum marito suo Stephano de Hoholicz recognoverunt coram beneficiariis Pragensibus, se teneri et debere veri debiti 10 marcas argenti solvendas in festo S. Michaelis proximo Bedrziehoni de Wranyeho et suis heredibus. Quod si non solverent in termino eodem, tunc statim beneficiarii Pragenses ipsum Bedrziechonem vel heredes suos debent inducere super hereditates ipsorum Wratislawae et Stephani, ubicunque habent vel habebunt, sine omni citatione super 1½ marcam argenti census annui ad veram obligationem, tamquam in jure obtento. Actum anno domini MCCCLVI feria VI quatuor temporum Quadragesimae. (*Cur.*)

57. Wenzeslaus, gener Geczlini de Praga, recognovit coram beneficiariis Pragensibus, se teneri et debere 90 sex. gr. den. Prag. patruo suo Pesconi dicto Mudrak de Praga. Et pro eadem pecunia condescendit ei de 10 sex. gr. praedictorum census annui in hereditate sua in Wssenor curiam araturae, quam emit a Sbrasslao, et in Mokropsiech molendinum cum agris, pratis, silvis, rivis et qualibet libertate ad ea pertinente, ita quod ipse Pesco eundem censum annum de ipsa hereditate percipere debet, ad tempora vitae suae tantum. Eo vero decedente praedicta hereditas cum eodem molendino mox ab ipso censu annuo sine qualibet solutione eidem Wenczeslao, Jaksoni, Henslino et Zeydlino de Praga libera esse debet. Actum etc. (*Cur.*)

58. Thomas Bernhardi, civis pragensis, recognovit coram beneficiariis Pragensibus, se teneri et debere veri debiti pro promptis con-

cessis denariis 250 sex. gr. den. prag. Johanni de Unhoschie et suis heredibus. Quam pecuniam sibi debet solvere a festo S. Jacobi apostoli Maj. nunc venturo proxime infra revolutionem unius anni continuam et completam. In qua quidem pecunia eis obligavit hereditatem suam in Taklowicz, curiam araturae cum duabus araturis et 14 sexagen. gross. praedictorum census annui, et totum, quidquid ibi habet, cum agris, pratis, silvis, omnibusque segetibus annualibus, et rebus mobilibus et immobilibus universis ac pertinentiis suis omnibus et qualibet libertate ad ea pertinente, et eis de praedicta hereditate et rebus in praedicta pecunia ad veram obligationem condescendit. Quem censum ipse Johannes vel sui heredes tollere debent incipiendo in festo S. Galli venturo proxime medietatem, et in festo Sti Georii statim sequenti aliam medietatem. — Et si in praedicto termino, videlicet in festo S. Jacobi ap. praedicti eis praedictam pecuniam totam 250 sexagenarum non persolverit, extunc idem Johannes vel heredes sui praedictam hereditatem tenere et habere debent cum praedictis duabus araturis et censu ac rebus et segetibus universis praedictis ad veram obligationem, donec eis praedictam pecuniam 250 sex. integraliter fuerit persoluta. Quae tamen persolutio fieri debet ammodo semper in festo S. Galli tantum cum censu ejusdem festi coram tabulis terrae. Eandemque hereditatem et censum debent et fideiusserunt disbrigare eidem Johanni et suis heredibus nec non domino Busconi, canonico Pragensi, et Jesconi de Vrascova, eis omnibus in solidum, ipsemet Thomas et cum eo Woyslaus de Wseradicz et Blahut de Swynar, omnes in solidum, a quolibet homine jure terrae. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsos Johannem heredesque suos ac dominum Busconem et Jesconem praedictos debent inducere super hereditates ipsorum fideiussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento, in tertia parte plus pecuniae supradictae. Actum etc.

(Ipse Johannes de Unhoschie recognovit coram beneficiariis de praedicta pecunia 250 sex. se plenarie fore pagatum per Thomasium supradictum. — *Cur.*)

59. *Alia obligatio simplex.* Maza de T— protestatus est, se teneri CXX sex. gr. Martino de T—, Johanni de C— et Benessio de S— omnibus in solidum solvendum (ut supra), ita quod de hereditatibus suis dotalibus obligatis in T— munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu, agris et omni etc. Easque tenere etc. ita quod pars etc. sed faciunt etc. Ut quando unus etc. Cum ea conditione, quod praefati omnes et eorum ipsum in possessione et usufruitione dictarum hereditatum impedire non debent ad tempora vitae ejus ullo jure vel facto, sub poena perditionis juris, prout obligatur ad eam vice versa. Actum. (*Univ.*)

60. *Forma obligationis minoris.* Petrus de W— protestatus est, quod Johannem de M— disbrigatorem suum in disbrigatione hereditatum in T— ad Martinum de P— obligavit, prout habet in terrae tabulis continere, et promisit quod debet cum de hujusmodi disbrigatione liberare omni ejus sine dampno; ita si non liberaret, et ipse propter haec aliqua dampna perciperet, extunc ipse et sui heredes cum solo camerario poterit eum impignorare in hereditatibus omnibus habitis et habendis vel se de eisdem cum camerario intromittere, easque tenere, vendere, alienare et facere de eis quidquid placet, ad plenam etc. de dampnis et impensis inde quocumque perceptis. Actum. (*Univ.*)

61. *Fidejussio.* Henricus de Bezdiekowa et Jaroslaus de Drunycz recognoverunt coram ben. Pragensibus, quod Albertum de Kyr et Buskonem de Holedzie in 28 sex. gr. den. Prag., solvendis in die S. Galli proximo 6 sex. et in festo S. Georii tunc sequenti 10 sex. et in festo S. Wenceslai post statim sequenti 12 sex. ipsorum gr. Pesconi, judici de Sacz, et Sulkoni de Holedzie vel eorum hereditibus, cautione fideiussoria ad ipsum Pesconem et Sulkonem de Holedzie et heredes suos obligarunt. A qua quidam fideiussione ipsos liberos et indempnes facere debent in terminis memoratis. Quod si non facerent, tunc quidquid ipsi Albertus et Busko obinde dampni se percipisse dixerint, in hoc eis credi debet et haec dampna una cum capitali pecunia praedicta iidem Henricus et Jaroslaus solvere omnia statim debent. Quod si non fecerint, tunc Pragenses beneficiarii ipsos Albertum et Buskonem inducere debent super hereditates ipsorum Henrici et Jaroslai, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione, tamquam in jure obtento, in praedicta capitali pecunia et omnibus dampnis obinde perceptis. Actum etc. (*Cur.*)

62. *Obligatio cum fidejussoribus et obstagio.* Noverint universi, quod ego Stephanus terrae tabularum notarius et ecclesiae Pragensis canonicus, tenore praesentium recognosco honestae dominae Wychnae, olim domini Alberti de Polep relictae, et Henrico nepoti ipsius in 55 sex. gr. den. Prag. obligari. Et promittimus autem ratione majoris cautelae nos Stephanus praedictus et Bohunko dictus Haras, miles de Bosina, ac Jaroslaus de Puchovic, ipsius domini Stephani familiaris, sine dolo malo in solidum bona fide, eidem Wichnae et Henrico nepoti ipsius occasione dictae pecuniae in octava Sti Georii proxime ventura 3 sex. gr. minus fertone et in octava Sti Galli deinde proxima iterum 3 sex. gr. minus fertone et in octava Sti Georii postea immediate secutura 3 sex. gr. minus fertone nomine annui census ministrare et cum hoc in ipsa propredicta seu ultima octava Sti Georii supradictas 55 sex. gr., nusquam ipsos homines alias proinde remittendo, dare et in paratis tantum grossis Prag. indivisim. Ita tamen, quod nullus nostrum per



solutionem suae partis a solutione residui debiti solutus fiat persolvere indilate.

In quacunq̄ue autem dictarum octavarum octava huiusmodi pecuniam in eo solvendam non solverimus, sive census sive principalis pecunia fuerit, extunc die altera statim obstagium debitum et consuetam in Maiori civitate Pragensi in hospitio nobis ad praedictorum hominum, scilicet Wichnae et Henrico, nepoti ipsius, instantiam deputato tenebimur bona fide in personis nostris propriis continue observare, ita tamen, quod ego Stephanus praedictus in casu impedimenti legitimo potero ad servandum ipsum obstagium unum servitorem meum honestum vel alium idoneum virum cum famulo et duobus equis mittere loco mei.

Elapsis autem ab ipsarum octavarum octava quacunq̄ue octo diebus continuis huiusmodi pecunia in eo solvenda fortasse non soluta, praestito ipso obstagio vel non praestito, praedicti homines huiusmodi pecuniam tunc solvendam habebunt statim in dampna nostra super omnia bona nostra mobilia et immobilia a christianis conquirere vel Judaeis, nobis praenominatis viris singulis dictum obstagium continue servaturis, donec de praescripta huiusmodi pecunia tunc solvenda et dampnis ac impensis desuper crescentibus quibuscunq̄ue fuerit per nos dictis hominibus plenarie satisfactum.

Et qui hanc literam habuerit cum sufficiente testimonio, eidem bona fide debeat per nos vel nostros superstitites bonorum nostrorum possessores satisfieri, de praemissis sibi que jus competit eorundem.

In quorum evidentiam sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum feria quinta post dominicam qua canitur Reminiscere, anno domini MCCC quinquagesimo octavo. (*Cur.*)

63. Johannes de Zlenic recognovit coram beneficiariis Pragensibus, quod tenetur veri debiti 1000 sex. gr. den. Prag. domino Stephano canonico Pragensi, notario terrae, et Ješkoni de Tetin, fratribus germanis, in qua pecunia eis condescendit de hereditatibus, vid. Zlenic castro cum aliis hereditatibus suis, eidem castro proxime adjacentibus, in quibus hereditatibus esse debent 100 sex. gr. jam dictorum census annui, cum agris, pratis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente. Easdemque hereditates cum ipso castro ipse Johannes cum praedictis 1000 sex. in parata pecunia tantummodo exsolvere debet ab ipsis fratribus ultimo die ante festum Sti Galli proxime venturi. Quod si non faceret, ex tunc statim eisdem fratribus nomine census dare debeat 50 sex. praedictorum gross. et nihilominus adhuc easdem hereditates cum praedictis 1000 sex. et ipsum castrum exsolvere poterit finaliter in octava nativitatibus Christi proxime ventura. Quod si non fecerit, extunc statim praedictum castrum Zlenic cum eisdem hereditatibus, in quibus plenarie esse debent 100 sex. saepius dictorum grossorum census veri annui,

ut est dictum, cum omnibus villis, hereditatibus, jure domini, libertatibus, utilitatibus et pertinentiis suis universis ad ipsos fratres dominum Stephanum et Ješkonem et ad ipsius Ješkonis heredes hereditarie devolventur.

Quas quidem hereditates cum ipso castro eisdem fratribus debent disbrigare et fidejudent ipsemet Johannes, Henricus de Lichtenburch et Jaroslans de Sternberch, omnes in solidum, a quolibet homine jure terrae. Et etiam iidem fidejudent, quod ille census annuus 100 sex. in eisdem hereditatibus integer reperitur. Quod si non disbrigarent, aut ipse census annuus ibi non inveniretur, extunc beneficiarii pragenses ipsos dominum Stephanum et Ješkonem vel heredes ipsius Ješkonis inducere debent super hereditates ipsorum fidejussorum, ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione tamquam in jure obtento in tertia parte plus pecuniae supradictae.

Actum anno domini MCGCLI in crastino b. Petri et Pauli apostolorum. (*Cur.*)

64. Nos Döbes de Networzicz, Andreas de Duba, Ulricus Wilhelmus et Jesco fratres de Mrazc, recognoscimus tenore praesentium publice protestantes, venerabilibus et religiosis domicellabus Margarethae abbatissae et conventui monialium monasterii Sti Georii in castro Pragensi ordinis Sti Benedicti, ac ipsi Margarethae et specialiter religiosae domicellae Officuae moniali monasterii eiusdem, sorori nostrae carissimae, nomine et ratione dotalitii sive dotis in quadraginta sexag. gr. denar. prag. teneri nos ac debitorie obligari. Quas quidem pecunias abbatissae, conventui et sorori nostrae praefatis dare et solvere promittimus quilibet nostrum in solidum bona fide, qui primo ex nobis monitus aut requisitus fuerit, alio non expectato, a data praesentium ad sex annos continue computando, quilibet occasione non obstante. Ita tamen, quod infra praedictos sex annos ad solutionem quatuor sexag. denar. praedictorum veri census, in festis videlicet sancti Galli proxime incipiendo duas et sancti Georii duas sexag. gross. denar. Prag. abbatissae, conventui et sorori nostrae antedictis sumus et esse volumus obligari. Si vero praefatas pecunias atque census ac impensas, si quas fecerint, persolvere neglexerimus, aut non curaremus in aliquo terminorum praedictorum, ex tunc etiam, quod absit, praefata sorore nostra ante solutionem pecuniarum huiusmodi de medio sublata, damus, concedimus et praesentibus indulgemus abbatissae, quae est vel quae pro tempore fuerit et conventui saepedictis plenam licentiam et omnimodam potestatem, praefatas pecunias atque censum cum impensis a nobis vel a quolibet nostra exigendi, repetendi ac recipiendi per se, alium vel alios, quacunque jurisdictione vel auctoritate ecclesiastica vel seculari cuiuscunque auxilio vel favore mediante, quibus omnibus et singulis nos submittimus aponte per praesentes. Promit-

timus nihilominus quilibet nostrum bona fide, quod quidquid ex parte dictarum abbatissae et conventus contra nos in iudicio vel extra, dictam pecuniam et census repetendo secundum gestam aut propositum fuerit, contra hoc vel contra praesentes literas non dicere aut fecere per nos aut interpositas personas palam vel occulte, sed ea omnia et singula inviolabiliter promittimus adimplere. In cuius etc. (*Cur.*)

65. *Forma alia sub poena.* Smilo de S . . . protestatus est, quia Johannem de C . . . , Martinum de T . . . et Johannem de A . . . fidejussores suos per literas cum pendentibus sigillis et alias per simplicia promissa verbalia ad Johannem de C . . . etc. in fidejussoria cautione obligavit et promisit, quod debet eos de huiusmodi fidejussione liberare omni ejus sine dampno et sub poena C sex. gr. Ita si non liberaret, tunc ipsi cum solo camerario poterunt eum impignorare in hereditatibus suis omnibus habitis et habendis vel se de eisdem cum eodem camerario intromittere easque tenere etc. ad plenam proceptionem dictae poenae cum impensis, et quando unus ex eis quum liberati fuerint et non prius sibi hanc obligationem dimisit, firmum esse debet etc. (*Univ.*)

66. *Forma alia sub poena.* Martinus de P . . . protestatus est, quod debet et tenetur apponere duos disbrigatores habentes hereditates Johanni de T . . . ad forum hereditatum in T . . . , quas vendidit eidem Johanni huic et festum Sti Georgii proximi sub poena C sex. gr. Ita si non apponeret, extunc ipse J. cum solo camerario poterit eum impignerare in hereditatibus suis in P . . . munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis et omni etc. et aliis hereditatibus suis omnibus habitis et habendis vel se de eisdem intromittere easque tenere vendere alienare obligare et facere de eis quidquid placet, ad perceptionem poenae cum impensis. Actum. (*Univ.*)

67. *Alia.* Procopius de C . . . prot. est, quia Johannes de T . . . constituit susceptorem dotalitii traductionis Annae uxoris suae vid. CCL sex. gr. et promisit, quia debet eum liberare, by gey czo potkalo propter huiusmodi susceptionem, ipsius sine dampno et sub poena CCC sex. gr. etc. Ita si non liberaret, tunc ipse vel sui heredes poterunt (ut in praecedenti litera). (*Univ.*)

68. *Forma obligationis cum fidejussoribus et obstagio.* Nos Ješko dictus de Kolovrat, Rembota dictus Goldner et Mathias de Turri, cives Pragenses, recognoscimus tenore praesentium universis, quod, quia strenuus miles dominus Epiko de Hradek reverendissimo in Christo patri et domino, domino Arnesto, sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopo, bona infra scripta, videlicet villas

Borová et Veselé novae plantationis, quod vulgariter dicitur Hlota (sic) integras, et partes villarum videlicet in Chodolaz et in Zalezl ac in Broceň cum agricultura et seminibus eiusdem agriculturae, quantum ipse dominus Epiko in eisdem bonis habere dignoscitur, cum universis et singulis ipsarum villarum pertinentiis et utilitatibus, videlicet agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscationibus, venationibus, aucupationibus, judiciis, emendis, culpis, montibus, planis, con vallibus et generaliter cum omnibus et singulis ipsorum bonorum proventibus, pertinentiis et utilitatibus, in quibuscunque rebus consistunt vel quibuscunque specialiter nominentur nominibus, pleno jure, proprietate et dominio — pro septingentis sex. gr. denar. prag. rite et rationabiliter hereditarie vendidit, astringens se eadem bona singula domino nostro archiepiscopo praedicto in proximis quatuor temporibus advenientibus ad tabulas terrae more solito imponere et consueto etiam contra dotalitia, si quae esserit (!) super eisdem bonis disbriganda, et nihilominus strenuos milites, dominos Benešium de Liběšic et Hrochonem de Hořiněves ac etiam Hynkonem et Henslinum fratres de Duba pro disbrigatoribus eorundem bonorum obligare in quatuor temporibus memoratis. Et quia ipsi disbrigatores propter ipsorum absentiam haberi non possunt aequaliter ista vice, quare nos Epico de Hradek, praedictus venditor praedictorum bonorum principalis, atque nos Ješko de Kolovrat, Rembota et Mathias praefati per antedictum dominum Epiconem instantissime rogati voluntarie nos ad hoc subicimus, quod si praedictus dominus Epico singula bona praenominata eidem domino nostro archiepiscopo in eisdem proximis quatuor temporibus (ad) tabulas terrae ut praedicitur non imponeret, vel si se memorati disbrigatores pro disbrigatoribus obligare nollent, aut ipsa bona more solito, ut praefertur, disbrigare recusarent vel negligerent forsitan: ex tunc ipsi domino nostro archiepiscopo in mille sexag. gr. prag. rite et rationabiliter persolvendis in parata pecunia succumbere volumus ipso facto.

Quas quidem mille sexag. ipsi domino nostro archiepiscopo et suo nomine strenuo militi domino Smyloni de Pardubic, fratri suo, ac honorabili viro domino Nicolao praeposito monasterii Stae Mariae canonicorum regularium in Rudnic et Pagano purchravio Rudnicensi et cuilibet ipsorum in solidum a die monitionis nobis factae infra quatuor septimanas continuas persolvere et pagare bona et sincera fide, manu conjuncta et in solidum promittimus et tenemur.

Quod si non fecerimus, extunc nos Ješko Kolovrat, Rembota et Mathias in Turri praefati statim ad praestandum obstagium consuetum et debitum in Maiori civitate Pragensi in domo honesti hospitis nobis ad hoc per eos vel aliquem ex ipsis deputato in personis nostris propriis quivis nostrum cum uno famulo et duobus

equis introire tenebimur. In quo si per quatuordecim dies continuerimus; praedicta pecunia non soluta, ipsis domino nostro archiepiscopo et ceteris praenotatis licebit eandem mille sexag. super dampna et bona nostra mobilia et immobilia in dampnis apud christianos conquirere vel Judaeos, nobis in eodem obstagio semper continuantibus, quousque praefatae mille sex. cum omnibus et singulis dampnis, quae ipsi ex conquisitione vel solutionis dilatione memoratae pecuniae perciperent, eis per nos fuerint plenarie persolutae.

Eo etiam adjecto specialiter et expresso, quod si invictissimus dominus noster, dominus Karolus Rom. imperator et Boemiae rex, eandem intabulationem saepedicto domino nostro archiepiscopo, ut praescribitur, faciendam nollet admittere forsitan, extunc quibuscunque personis secularibus mandaret, eisdem bona praenotata in praefato termino ad tabulas terrae ponere tenebimur et promittimus, difficultate qualibet non obstante. Cumque bona saepedicta eisdem tabulis imposita fuerint, extunc volumus, quod praesentes nostrae litterae ammodo nullius roboris esse debeant vel rigoris.

In quorum testimonium et certitudinem pleniorum sigilla nostra, videlicet Epiconis, Ješkonis dicti Kolovrat, et Rembotae dicti Goldner et Mathiae de Turri civium pragensium praedictorum, praesentibus sunt appensa.

Datum Praegae anno etc. (*Cur.*)

69. Nos Čenko de Lipa, supremus regni Boemiae marschalcus et camerarius, Čenko de Leuchtenburch dictus Krušina, Ješko de Kolovrat et Mathias de Pleszims notum facimus tenore praesentium universis, quod quia strenuus miles dominus Epik de Hradek reverendissimo in Christo patri et domino domino Arnesto sanctae Praegensis ecclesiae archiepiscopo villas Borová, Veselé, Chodolaz, Zalezl ac in Broceň cum ipsarum pertinentiis pro septingentis sexagenis gross. denar. pragens. rite et rationabiliter vendidit, et ipse dominus Epik ipsa bona eisdem domino archiepiscopo in proximis quatuor temporibus ad tabulas terrae reponere ac ipsi etiam strenuos milites dominos Benešim de Liběšic et Hrochonem de Hořiněves nec non Hynkonem et Henslinum fratres de Duba pro disbrigatoribus eorundem bonorum in eisdem quatuor temporibus statuere, unacum strenuo milite domino Ješkone de Kolovrat et Rembota Goldner et Mathia de Turri, civibus Pragensibus, fideliter promiserunt, prout in literis super huiusmodi venditione et conditionibus datis et confectis plenius continetur. —

Volentes igitur, quod ipsi Rembot et Mathias in Turri ex talibus promissis ulla dampna percipiant, sed eos potius indampnes reddere et securos, quod si dominus Epico praedictus bona praenotata

in proximis quatuor temporibus domino archiepiscopo, vel hiis, quos ad hoc deputaverit, ad tabulas terrae non imposuerit aut etiam ipsi dominos praedictos pro disbrigatoribus non statuerit et generaliter omnia in literis venditionis prius nominatis contenta non adimpleverit, et si praedictos Rembotam et Mathiam in Turri aliqua dampna ex tali negligentia percipere contingeret, videlicet quod eas mille sexagenas gr. denar. prag. domino archiepiscopo et ceteris, ad quorum manus promittitur persolvere contingeret, sicuti in literis venditionis expressius continetur, ipsos de singulis dampnis talibus indampnes reddere totaliter promittimus bona nostra fide, manu conjuncta et in solidum fideliter et sincere.

Quod si non fecerimus, extunc statim quivis nostrum cum uno famulo et duobus equis ad praestandum obstagium consuetum et debitum in Maiori civitate Pragensi in domo honesti hospitii nobis ad hoc per eos deputata in personis propriis tenebimur introire; in quo si per quatuordecim dies continuaverimus, extunc ipsi easdem mille sexagenas gross. super dampna nostra apud christianos licite conquirere poterunt vel Judaeos, nobis in eodem obstagio semper continuantibus, quousque omnia dampna, quae ipsi apud christianos vel Judaeos legitime perciperent et rationabiliter demonstrarent, eis per nos fuerint una cum mille sexagenis praedictis plenarie restaurata.

Harum nostrorum testimonio literarum, quibus sigilla nostra de certa nostra scientia sunt appensa. Datum in Praga anno domini MCCCCLVII die dominica in octava Stae Trinitatis. (*Curr.*)

70. *Forma dimissionis obligationis.* Johannes de T... suo et sociorum suorum nomine in obligatione contentorum dimittunt hanc obligationem vice versa plene et in toto (Relatio omnium beneficiariorum). (*Univ.*)

71. *Dimissio quaevis dotalitii.* Dorothea de P. protestata est, quod omne jus suum dotale obligatum quodcumque habuit ad hereditates Johannis de C. in D., videlicet ad curiam araturae, curiam rusticalem cum censu agris pratis etc. et omni libertate etc. dimisit et dimittit praesentibus Joanni de P. dicto, heredi dictarum hereditatum, plene et in toto, nullam jus penitus sibi ad huiusmodi hereditates reservando etc. (*Univ.*)

72. *Communis dimissio dotalitii.* Haymo de C. protestatus est, quod omne jus suum dotale obligatum quodcumque habuit ad hereditates Johannis de C. in A. ad curiam araturae etc. dimisit praesentibus et dimittit Petro de M. et suis heredibus plene et in toto, nullum jus sibi penitus ad huiusmodi hereditatem reservando. (*Univ.*)

73. *Dimissio juris hereditarii.* Martinus de Janowicz protestatus est etc., quod omne jus suum hereditarium quodcumque habuerit ad

hereditates Petri de C . . . in D . . . , vid. ad curias araturae, munitionem, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, silvis, rivis, piscinis et omni etc. dimisit et dimittit praesentibus eidem Petro et suis heredibus plene in toto, nullum jus penitus sibi ad hujusmodi hereditates reservando. Actum etc. (*Univ.*)

74. *Forma dimissionis cujuvis.* Frana de T— protestatus est, quod omne jus suum quodcumque habuit (ad) hereditatem Johannis de C— in A—, sit per modum fidei, unionis aut obligationis vel quodcumque posset per tabulas conquiri, dimisit et dimittit praesentibus sibi Johanni vice versa et suis heredibus plene et in toto, nullum jus penitus sibi ad hujusmodi hereditatem reservando. (*Univ.*)

75. *Cessio dotis.* Jutka de Zaluzan protestata est coram ben. Praegensibus, quod a filiis Benessio et Divissio de Zaluzan quadringentas sex. gr. denar. prag. dotis suae, quas habuit in hereditate sua dotali obligata in Zaluzan percepit 50 sexag. ipsorum gross. dotis eiusdem, deputavit solvendas per ipsos filios suos domicellae Jutcae, filiae Mladothae de Nechanicz. Et ipsi filii ei easdem 50 sex. gr. solvere subintrarunt, praedictaque domina Jutka ad huc retinuit in eadem hereditate sua et apud ipsos filios suos pro se 50 sexagenas dotis suae praedictae disponendas, prout ei videbitur expedire et nihil amplius habet apud ipsos filias praeter praedictas 50 sexagenas. Actum etc. (*Cur.*)

76. *Arbitrium.* Causa, quae inter Ješkonem dictum Oswald de Časlavia ex una et Ctiborium de Vlkova et Slavek de Ostrziedka parte ex altera pro hereditate in Tupadel vertebatur, admissa est potenter per eadem partes arbitrio Bohunconis de San vicecamerarii et Mstidruhonis de Wyrbka vicejudicis, ita, quidquid ibi mandabunt, ratum tenere eademque partes debent sub amissione ipsius causae et C marc. argenti juris obtenti, profitentibus ipsis arbitris in obedientiam alicujus partis solvendarum per partem obedientem parti ipsum arbitrium seu mandatum servanti.

Qui arbitri ibi statim mandaverunt, ut ipse Jesco de hereditate eadem in Tupadel mox condescendat Ctiborio et Slavconi eisdem. Et hoc ipse Ješko statim fecit, quia condescendit hereditate eis de eadem.

Item mandaverunt, quod ipsi Ctibor et Slavco eidem Ješkoni et suis heredibus dent et dare debeant sabbatho quatuor temporum Penthecost. proxime coram tabulis terrae LXXXIII sex. gr. denar. prag.; et cum eandem pecuniam ei persolverint, tunc ipsa hereditas in Tupadl inposita eidem Ješkoni ad tabulas terrae de ipsis tabulis mox debet deleri. Si autem haec pecunia sibi non fuerit persoluta, ex tunc idem Ješko Oswald et sui heredes ad eandem hereditatem

tamquam ad aliam rem suam propriam et hereditariam debent se tenere, et nihilominus adhuc ipsi Ctibor et Slavek praedictas C marcas argenti nomine poena perdent ad ipsum Ješkonem et heredes suos ipso facto. In quibus C marc. argenti ipse Jesco vel heredes sui pignorare poterunt in hereditatibus ipsorum Ctiborii et Slavkonis ubicunque habent vel habebunt, absque omni citatione, monitione et inductione, tandiu, donec de praemissis C marcis argenti eis fuerit satisfactum. Actum etc. (*Cur.*)

77. *Forma monitionis propter indisbrigationem.* Anno et die etc. Camerarius Henricus fuit in monitione apud Johannem de C . . . principalem et Petrum de A . . . et Martinum de T . . . disbrigatores ex parte W . . . de M . . . ob non disbrigationem hereditatum in M . . . et impedimenta, quae veniunt ex parte Johannis de O . . . qui sahá jure super dictas hereditates, vel: Qui citat pro dictis hereditatibus, vel: Ponendo impedimenta et ceteras occurrentes pleno jure. (Relatio ejusdem camerarii.) (*Univ.*)

78. *Inductio pro eodem.* Item anno etc. Johannes de B . . . beneficiarius subcamerarii vel reginae vel praepositi Wissegradensis vel notarii minorum tabularum cum camerario Jacobo ex parte totius beneficii induxerunt M . . . de T . . . super hereditates D . . . principalis in M . . . (nominando hereditates) T . . . de U . . . in U . . . (nominando disbrigatorem vel disbrigatores) propter indisbrigationem hereditatum praedictorum et praedicta impedimenta in C sex. gr. in summa principali et tertia parte plus pleno jure. (Relatio eorundem). (*Univ.*)

---



## 15.

## Formae querelarum.

Cam „Officio tabularum,“ de quo supra retulimus (n. 11.), in codicibus manuscriptis conjunctae leguntur formulae querelarum, et quidem:

I. a) In libro manuscripto Bibliothecae univ. Pragensis, 17. E. 4: „Zaloby pořád: Conqueritur pro debito X marcarum.“ — b) In libro manuscripto ejusdem Bibliothecae I. G. 18: Querelae.

Contextus verborum bohemicus legitur in codice tabularii Treboniensis B. 3: „Pohládají se formy a řád žalob, a najprvé z dluhu.“

II. Sequuntur aliquot formae querelarum, discriptae e Codice manuscripto tabularum curiae regiae Nr. 1.

III. Adduntur formae sermone solummodo boemito conscriptae, in unum redactae a Mauritio dicto Kačer, vicenotario tabularum terrae (1404-1408). Scriptae leguntur in codice archivi Treboniensis B. 3.

## I.

1. Conqueritur pro *debito* 10 marcarum minus loth(one), quia ei tenetur pro equis et diversis kupecstvie, což sta spolu utiežala, et hoc ei non adimplenit; ideo ei hoc debitum mansit debitus etc.

Žaluje z *dluhu* z 10 hřiven stříebra bez lota, že jest jemu dlužen za koně a za rozličné kupecstvie, což sta spolu utiežala, a toho jest jemu nesplnil; a protož jest jemu tiem dluhem dlužen ostal i ostává.

2. Pro *debito* 10 marcarum minus loth., quia ei tenetur pro patre suo J... de Č... quondam dicto indiviso, že to argentum dotavit S... de M... patri jeho quondam dicto indiviso, post K... uxorem jeho etiam de M..., quando pro eo tradita et ipse sibi eam duxit in uxorem.

(*Z peněz nedánt.*) Žaluje z *dluhu* z deseti hřiven stříebra bez lota, že mu dlužen za svého otce Jaroše z Čijevic někdy řečeného a nedielného, že to stříebro obvěnil Slavatě z Malikovic otcí jeho někdy řečenému a nedielnému po Katrušce ženě jeho, tudiež z Malikovic, když zaň oddána byla, a on Slavata ji sobě za ženu pojal.

3. Quia fecit ei *dampnum* suo posse sine jure, quia debuit ei dare 20 sexag. gr. prag. pro spadone hoc anno (prima dominica post festum S. fuerunt hunc VII anni) in Praga, cum quibus pecuniis ipse debuit se liberare a suis dlužníkóv U... et P... de M... et M... de T... Judaeis de P..., et non dedit; pro eo habet in dampnis, in equis, in promptis pecuniis et diversis in expensis, ješto musil za to dáti, pro C marc. argenti; post hoc dampnum actor solus.

(Opět v peněz i nedání.) Žaluje, že mu učinil škodu svú mocí bez práva, neb jemu měl dáti 20 kop grošnov českých pražských za hynšt tohoto leta (první neděli po svatém Jiří, a tomu již šest let), jakž se jest měl v Praze těmi peniezi od svých dlužníkův vyvaditi, od Oldřicha a od Petra z Kutny, a od Machy a od Merkle židův také z Kutny, a toho nedal; proto vzal škodu na koniech, i na hotových penězích, i na rozličných nákladech, ješto musil za to dáti, to jest za sto hřiven stříbra; po té škodě sám jistec.

4. Pro *vadio fideiussoria* 50 marc. argenti, quia se ad eum fideiussit E... de K... sub eodem jistým základem fideiussorio, quia měla esse obediens U... de H... quid ipse inter eos mandaret letos prima secunda feria po sviečkách na Hrádku; hoc ei non adimplevit; ideo ad eum id vadium fideiussorium amisit etc.

8. Johannes dux Karinthiae. Dilectioni tuae committimus et mandamus, omnino volentes, quatenus Raczkonem de Krzczow nostra auctoritate teneas, ut hominibus Dluhnikonis de Malmirzicz universa restituat ablata, et causam eandem stare dimittat usque ad quatuor tempora proxime ventura, quia eandem volumus per barones terrae terminare, dicens eidem Raczkoni, ut Pragae coram nobis in dictis quatuor temporibus debeat comparere, et etiam quod medio tempore cum eodem Dluhnikone nec hominibus quidquam habeat disponere nec aliquid innovare. Datum in Mendico quinta feria post diem beati Laurentii.

(Wilhelmo de Egerberch fideli et nobis sincere dilecto) (*Treb.*).

9. Johannes dux Karinthiae. Tibi Wilhelmo de Egerberch, fideli nostro dilecto, praecipimus seriose, omnino volentes, quatenus Swincam relictam olim Ogerii de Weleticz, in iuribus et bonis ipsius ibidem in Weleticz et una aratura in Pnieluc ab impediendis et molestiis ac aliis oppressionibus favorabiliter conserves, nullam sibi in dictis iuribus et bonis per quempiam violentiam permittens irrogari, id nullatenus obmissurus. Datum in crastino corporis Christi. (*Treb.*)

10. Wanco de Wartenwerk, pincerna regni Bohemiae. Praemissis servitiis nostris ac amicitia sincera, sororie carissime! Exposuit nobis avunculus noster dilectus, dominus Fridricus de Schonenburg, quod non in bono, sed potius in malo animo secum stas, et sibi unum servitorem captivaveritis minus digne. Unde cum tam vos quam ipse nostri amici sitis, amicitiam vestram petimus studiose, quatenus servitorem praedictum, a quo pecunias exigitis, dimittatis continuo solutum et liberum, cum ipso domino Fridrico viventes, prout amicorum interest, amicabilem et sincere. Datum Pragae die beati Galli.

(Sororio nostro dilecto, domino Wilhelmo de Egerperch) (*Treb.*).

11. Jesco, marschalcus domini regis, de Wilharticz. Praemissis servitiis. Domine Wilhelme, amice carissime! Rogamus vos, ut nostri intuitu equos, quos in Trziebeczicz super bonis monasterii sancti Georgii in castro Pragensi de expeditione nuper lapsa veniendo recepistis (receptis  $2\frac{1}{2}$  sexagenis ab hominibus praedictae civitatis), dimittatis. Nam ea, quae in hoc casu eis feceritis, benivolentiae et favori nobis reputabimus utique fore factum, cum vobis

non lateat, quod venerabilis illius monasterii abbatissa nobis juncta sit in linea parentelae. Datum Pragae in crastino b. Jacobi Ap. (*Treb.*)

12. Thinka, conthoralis domini Johannis de Michelsperch. Sincera praemissis (sic) salute! Frater carissime! Venientes Hermanus et Divissius de Protiwczę cum domino conthorali nostro pro eo, quod ipsis munitionem circumvallare intenditis, conferre volebant et tractare. Eundem quoque gravem infirmita (sic) rogamus vos studiose sub confidentia speciali, quatenus hoc ipsum in bono usque ad convalentiam ipsius domini conthoralis nostri differre velitis; in eo eidem domino nostro et nobis exhibebitis complacentiam specialem. Datum sub sigillo domini Pawlikonis de Wodierad, petentes responsum. (Fratri nostro praedilecto, domino Wilhelmo de Egerberch. — *Treb.*)

13. Nobili viro D. Wilhelmo. Russo de Luticz regni Bohemiae subcamerarius, affectuosum animum famulandi. Domine et amice carissime! Vestram attente rogamus nobilitatem, imo praesentibus committimus studiose, quatenus assumpto vobis iudice Sacensi, causam inter Witkonem Lopaczicz ex una, et cives Sacenses, quos dicta tangit causa, parte ex altera, dignemini studiosius peraudire, et secundum quod ipsam causam audieritis parte ex utraque, nobis eam rescribere curetis; mandantes ipsis civibus auctoritate nostra, ut ipsum Witkonem in dictis bonis ulterius non impediunt, et ut ipse Witko ibidem et in civitate transeat securus rebus et persona, quousque dicta causa inter ipsas partes fine bono terminetur. Datum Pragae feria II ante dom. Laetare. (*Treb.*)

14. Accedens ad nostri praesentiam honorabilis vir, D. Albertus decanus ecclesiae sancti Egidii in Praga et canonicus ecclesiae Pragensis, proposuit querulose, quod quidam Mysliworius, Bawarus, Stephanus et Pessico de Zelcowicz laici et alii eorum in hac parte complices, homines ipsius censuales de villis infrascriptis, videlicet Lahowicz et Rzyssuth, ad dictam Pragensem ecclesiam et ipsum dominum Albertum decanum s. Egidii spectantibus et pertinentibus, ad praesentiam czudariorum seu beneficiariorum districtus Lutomiciensis citaverunt et citare procuraverunt, ad eorum iudicium seculare, nunquam ab eodem domino Alberto de dictis hominibus iustitia postulata. Quare cum istud de jure fieri non debeat, et directe obviet privilegiis Pragensis ecclesiae supradictae, ab antiquo per divos principes, duces et reges regni Bohemiae concessis, et per serenissimum principem et dominum nostrum, dominum Karolum, Romanorum imperatorem semper Augustum et Bohemiae regem, confirmatis, ac etiam

consuetudini continue et inuolabiliter observatae: vobis domino . . plebano ecclesiae Omnium Sanctorum in Litomyerzicz aut vices gerenti committimus et sub excommunicationis poena districte praecipiendo mandamus, quatenus praefatos czudarios seu beneficiarios et ipsorum quemlibet personaliter accedentes, moneatis eosdem, quos et nos praesentibus monemus, requirimus et hortamur, ipsis nihilominus sub excommunicationis poena praecipientes et inhibentes, ne ipsi praefatos homines domini Alberti et ecclesiae Pragensis ad eorum iudicium non plus trahant seu et iudicare praesumant, sed ipsos potius infra tres dies a vestra monitione et inhibitione computandos, quos eis et eorum cuiuslibet pro monitione canonica et termino peremptorio praefigimus et assignamus, ad tribunal eis indictum dicti domini Alberti, prout est consuetum, libere remittant pro iustitia consequenda; nam unicuique petenti in iure fiet iustitia de eis secundum jus et consuetudinem. (Si vero) hujusmodi monitionibus et inhibitionibus nostris non paruerint cum effectu, nos contra ipsos et eorum quemlibet tamquam contra violatores libertatum et iurium dictae ecclesiae ad poenas juris procedere oportebit, iustitia mediante. Et de hujusmodi executione nobis fidem faciatis. Datum Pragae anno domini etc. die etc. (*Cap.*)

15. Vobis universis purchravis, iusticiariis seu prawczonibus in regno Boemiae constitutis, quibus praesentes exhibitae fuerint, significamus, quia domicella Jutka de Raczynwssi hereditatem suam ibidem in Raczynauess, quicquid ibi habuit, dedit libere et ad terrae tabulas inposuit ac hereditarie descendendit Hukoni de Czieszczowicz et Wychne de Slapanowicz, prout hoc in ipsis tabulis plenius continetur expressum. Unde vobis auctoritate domini nostri imperatoris Rom. et Boemiae regis ac nostra committimus, quatenus ipsos Hukonem et Wichnam in eadem hereditate Raczynawsy manu teneatis et non permittatis per quempiam inpediri, in eo nobis specialiter placituri. Datum Pragae feria V. ante dominicam Palmaram. (*Cur.*)

16. Vobis dominis czudariis et vriednikonibus prouinciae Kamycensis innotescimus per praesentes, quod nos nec de iure nec de consuetudine antiqua et approbata homines ecclesiasticos, cuiuscunque status vel conditionis existant, ad nostrum iudicium per quempiam vocatos, iudicare non possumus nec tenemur, nisi prius iustitia ab eisdem coram iudice ecclesiae exposcatur. Quocirca vos hortamur iusticia mediante, quatenus Pesconem de Chleb et Paulum ibidem, qui sunt ad vestrum beneficium ad instantiam Bartonyi cum quibusdam orphanis de Neweclow citati et vocati, non iudicetis, nec contra ipsos aliquas sententias vel iura obtenta proferatis, ipsos potius unacum praedictis actoribus ad iudicem eccle-

siasticum remittendo. Datum Pragae sub sigillo nostri officii et cetera. (*Cur.*)

17. Nobilibus viris dominis urziedniconibus in districtu Grecensi constitutis, Epyko cum aliis ceteris vriedniconibus Pragensis districtus paratam ad quaevis beneplacita voluntatem. Dominationi Vestrae praesentibus significamus, quod Petrus et Nicolaus, fratres germani de Chotecz, nulla bona ibidem in Chotecz habent, quia anno d. praesenti in crastino dedicationis ecclesiae Pragensis praedictus Petrus omnia bona mobilia et immobilia, quae ibidem habuit, cum omnibus iuribus et pertinentiis ac libertatibus, in quibuscunque rebus existebant, Sdenconi fratri ipsorum de Wogycz, juxta consuetudinem jure tabularum intabularerunt; unde omnes illos, qui praedictos Petrum et Nycolaum citauerunt aut citabunt, ad tabulas nostras pro videnda intabulatione huiusmodi remittatis. Datum Pragae etc. (*Cur.*)

18. Czenko de Lypa, summus camerarius, Andreas de Duba judex, Stephanus notarius, ceterique beneficiarii Pragenses, vobis beneficiariis districtus Grecensis significamus, quia coram serenissimo domino Karolo et nobis multae contra vos a diversis querimoniae propositae extiterunt, quare auctoritate eiusdem domini nostri domini Karoli et nostra districte vobis praecipiendo mandamus, quatenus feria VI. quatuor temporum Penthecosten sitis coram nobis personaliter constituti, omnibus querulantibus de iusticia responsuri. Datum etc. (*Cur.*)

19. Vobis beneficiariis cudae Nemburgensis innotescimus per praesentes, quod dominus Wanko de Wartemberch nobis proposuit cum querela, quomodo eum circa ea jura, quibus sui antecessores utebantur, non mittitis permanere. Unde hortamur vos iustitia mediante, quatenus eundem dominum Wankonem circa omnia jura, quibus sui praedecessores usi sunt, illaesum conservetis; alioquin si aliqua quaestio inter vos de praedictis iuribus ventilatur, ante nos veniatis et quod justum fuerit, secundum iuris viam modo congruo inter vos discernemus. (*Cur. Cf. Dobner, Mon. I. 240.*)

## II.

**Litterae, quae dantur a beneficiariis purgravio Pragensi.**

1. (*Et primo de dotalitio et aliis.*) Nobili domino Johanni dicto Crussina de Lichtenburg, supremo burgravio Pragensi aut eius locum tenenti beneficiarii Pragenses paratam in omnibus complacendi voluntatem.

Nobilitati Vestrae significamus praesentium per tenorem, quia Dorothea, relicta olim Wilhelmi de Suticz, coram nobis per terrae tabulas suum dotalitium ostendit; cujus tenor sequitur et est talis: „Wilem de Suticz protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod in hereditate sua in Sutich 500 sexagenis grossorum census cum curiis rusticalibus agris pratis et omni libertate ad ea pertinente dominae Dorotheae uxori suae 50 sex. gr. dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad gratiosam dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit. Actum anno. etc.“ Sed proposuit, quia in dictis hereditatibus suis dotalibus obligatis impeditur. Idcirco N. V. praesentibus requirimus et officium vestrum invocamus, quatenus praefatam dominam Dorotheam in possessionem sui dotalitii praedicti inducatis et inductam tueamini a quolibet violento. Datum apud tabulas terrae anno dom. etc. in quatuor temporibus quadragesimae, nostri beneficii sub sigillo.

Ad mandatum dominorum majorum beneficiariorum Mauritius vicenotarius tabularum.

2. (*Alia de eadem.*) Nobili domino . . . beneficiarii Pragenses paratam ad quaevis beneplacita voluntatem.

N. V. s. p. p. t., quia Elizabet, relicta olim Christofori Piesk de Montibus Kuthnis, de dotalitio suo vid. 400 sex. gr., quod habuit hereditatibus in Vmonymie curia araturae curiis rusticalibus cum censu agris pratis silvis rivis piscinis et omni libertate ad ea pertinente, in toto quidquid ibi Christoforus habuit, Mikoni Ertl de Praga, patri suo, Johanni Dubecz et Hanzie de Turri, alias de Winorz, in dicto dotalitio 200 sex. gr. et Marco Czotr, marito suo et Marco Czotr patri ejus, alias 200 sex. gr. dedit, praescripsit, prout huiusmodi dotalitium et praescriptiones in tabulis terrae vidimus clarius contineri. Verum quia dicti Mika, Johannes Dubecz, Hanza, Marcus Czotr et alius Marcus, licet se cum camerario Pragensi juxta consuetudinem juris regni et tenorem praescriptionis de dictis hereditatibus intromississent, tamen quidam eos in possessione dictorum bonorum impediunt; quare N. V. rogamus et Vestrum officium imploramus, quatenus ipsos Miconem etc. ad possessionem dictorum bonorum inducatis et inductos tueamini a quolibet violento. Si autem pars adversa sibi aliquid in dictis bonis contenderet, ex tunc huiusmodi bona per vos teneantur et eis terminus k (v)zepřeni super praemissis ad tabulas et barones ad quatuor tempora sexagesimae proxime ventura statuentur. Datum apud tabulas terrae etc. Beneficii sub sigillo.

3. (*Alia de eodem.*) Nobili domino . . . purgravio Pragensi etc. beneficiarii Pragenses paratam ad quaevis beneplacita voluntatem.

N. V. s. pr. p. t., quod dotalitium Zdonie, relictæ olim Jessconis de Chlumina, per terræ tabulas comperimus, cuius tenor sequitur in hæc verba: „Jessco de Chlumina protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod in hereditate sua in Chluminie curia araturæ, cum agris pratis silvis et omni libertate ad ea pertinente cum omni nábytek dominae Zdonie uxori suæ 20 sex. gr. dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit. Actum anno Domini M. etc. Sabbato quatuor temporum adventus.“ Ipsaque coram nobis proposuit querulose, quod in possessione et usufruitione præfati sui dotalitii impeditur. Quare N. V. ex officio requirimus et hortamur, quatenus præfatam Zdoniam ad possessionem realem ipsius dotalitii inducat et inductam tueamini a quolibet violento, rebelles vero si qui apparuerint et contradictores auctoritate vestrae iustitiarum potestatis compescentes.

Datum apud tabulas terræ etc. beneficii sub sigillo, ad mandatum dominorum baronum majorum beneficiariorum, Mauritio viconotario tabularum.

4. (*Alia de eodem.*) Nobili et magnifico viro domino Johanni dicto Crussina, supremo burgravio castri Pragensis, aut ejus locum tenenti. Beneficarii Pragenses promptum animum famulandi.

Nobilis domine! Quia ex tabulis terræ comperimus, qualiter Pessico de Kratonoz in hereditate sua in Cratonosiech curia araturæ cum agris pratis silvis lucis et omni libertate ad ea pertinente ac toto quidquid ibi habuit, dominae Cunczie uxori suæ 20 sex. gr. dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit: ideo requirimus N. V. et officium Vestrum invocamus, quatenus ipsam super hujusmodi bona in Cratonos super curiam araturæ inducat, eam tueamini in hiis a quolibet violento.

Datum etc. beneficii sub sigillo.

5. (*Alia de eodem.*) Nobili domino . . purgravio Pragensi etc. beneficiarii etc. Affectuosam complacendi voluntatem.

N. V. s., quia dudum Dorothea de Dolan citavit dominum Jankonem de Dieczin pro hereditatibus in Chwoynie villa integra curiis rusticalibus cum censu cum agris pratis silvis et omni libertate ad ea pertinente et quæ hereditates sunt ei per dominos barones in pleno iudicio adjudicatæ; et in earum possessionem est per Henricum Kokowecz vicecamerarium inducta, et alias fecit quidquid de consuetudine juris regni debuit; et nunc ut dicitur, in possessione earum impeditur: requirimus Vestrum officium et rogamus, quatenus ipsam vel Nicolaum, maritum ejus, ipsius commissarium, in possessionem dictarum hereditatum inducat et tueamini

a quolibet violento, et si quis sibi jus ad hujusmodi hereditates diceret competere, hunc ad examen baronum remittatis, sibi terminum in quatuor temporibus Penthecostes proximis praefigentes.

Datum apud tabulas terrae etc. beneficii sub sigillo.

6. (*Alia de eodem.*) Nobili viro, domino etc. Beneficiarii Pragenses paratam ad quaevis beneplacita servitutum.

N. V. s. pr. p. t., quia Zoffca de Bidżow dudum in jure terrae et coram Pragensi beneficio hereditates suas dotales obligatas in Lipa, vid. curiam araturae et tres sex. gr. census annui cum agris pratis silvis et omni libertate ad ea pertinente, in quibus hereditatibus habuit 50 marcas argenti dotis suae, in Tassone de Lipy, qui tunc easdem de hereditates occupabat, obtinuit et super dictas hereditates in dictis 50 m. arg. ad veram dotalem obligationem per vicecamerarium regni Boemiae tunc existentem, est juridice inducta. Verum post hoc fecit domina commissiones solitas, prout Ordo juris regni exposcit. Cum autem jure suo plene deducto ipsi Zoffca, Swach maritus ejus et commissarius sint vita functi et heredes eorum vid. Rziehak et Katharina ad hujusmodi dotem legitime successerunt, de mandato dominorum baronum et auctoritate nostri beneficii V. N. requirimus, quatenus praefatos orphanos ad possessionem dictae curiae araturae 50 sex. gr. censuum in Lipa et pertinentiarum eius praedictis in dicta dotali obligatione inducatis et inductos tueamini a quolibet violento, ammoto abinde quovis alio illicito detentore; rebelles quoscumque auctoritate vestrae justitiariae potestatis, ad vestrum prout spectat officium, compescentes.

Datum apud tabulas terrae etc. beneficii sub sigillo.

7. (*Alia de eodem.*) Nobili domino Laczkoni de Krawar supremo purgravio Pragensi aut ejus locum tenenti. Beneficiarii Pragenses etc.

N. V. pr. s., quia Elzka relicta olim Friczkonis de Copisty dotalitium suum, vid. 250 sex. gr. in hereditatibus in Copisti munitione curia araturae 53 curiis rusticalibus cum censu juxta formam et consuetudinem juris regni in Wenceslao de Copisti obtinuit; ad quod dotalitium est per beneficium nostrum rite inducta, licet idem Wenceslaus protervia propria eam impediatur in eodem. Quare de mandato dominorum baronum V. requirimus N., quatenus ipsam ad possessionem dictae dotis suae inducentes tueamini, prout vestrum exigit officium a quolibet violento protervo seu opponente.

Datum etc. beneficii sub sigillo.

8. (*Alia ad idem.*) Nobili domino etc.

N. V., s. p. pr. quia dotalitium Elzcie relictae olim Johannis Medek de Robús in terrae tabulis conspeximus, cujus tenor sequitur

in haec verba: „Johannes de Robús dictus Medek protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod in hereditate sua in Berziczich munitione curia araturae villa integra curiis rusticalibus cum censu agris pratis silvis rivis piscinis jure patronatus ecclesiae et omni libertate ad ea pertinente ac in toto quidquid ibi habet, dominae Elzcae uxori suae 100 sex. gr. dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad gratiosam dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit“; ipsaque Elzka coram nobis et dominis baronibus querulose proposuit, quod per quosdam in eodem suo dotalitio impeditur et de possessione ejusdem foret extrusa. Quare N. V. de mandato dominorum baronum et ex officio praesentibus requirimus et hortamur, quatenus praefatam Elzkam in et ad possessionem dicti sui dotalitii inducatis et inductam tueamini a quolibet violento; rebelles et contradictores auctoritate vestrae justiciariae potestatis prout ad vestrum spectat officium, compescentes.

Datum apud tabulas etc. beneficii sub sigillo, ad mandatum dominorum baronum, Boczkone prothonotario referente, Mauritio vicenotario tabularum.

9. (*Alia ad idem.*) Nobili domino Laczkoni etc. Beneficiarii etc.

N. V. s. p. pr., quod domina Anna relicta olim Johannis de Wartemberg et de Weselé dotalitium suum per terrae tabulas ostendit coram nobis in hereditatibus Persteynku munitionem curiam araturae cum uno laneo quantum est in agris, pratis et lucis, cum molendino cum rivis fluminibus ibidem, et omni libertate ad ea pertinente; verum quia in possessione eorum ut asserit impeditur, quare V. N. praesentibus ex officio requirimus et hortamur, quatenus ipsam ad possessionem dictarum hereditatum munitionis inducatis inductamque tueamini a quolibet violento, rebelles et contradictores auctoritate vestrae justiciariae potestatis ad vestrum prout spectat officium, compescentes.

Datum apud tabulas terrae etc. beneficii sub sigillo. Ad mandatum dominorum baronum, domino Boczkone prothonotario referente, Mauritio vicenotario tabularum etc.

10. (*Alia dotalitii.*) Nobili domino Laczkoni etc. Beneficiarii Pragenses etc.

N. V. pr. s., quod pro parte dominae Margarethae, olim relictæ Stiborii de Tloskow, doctum est per tabulas terrae coram nobis, qualiter ipsam dotem suam habet, cujus tenor est talis: „Stiborius de Tloskowa protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod in hereditate sua in Neweklow, curia araturae et toto censu quantum ibi habet et per omnia prout emit apud Jenissium patrem ipsius et apud uxorem Magnusii et pueros, exclusa una sex. gr.



census, quam vendidit Wayhaconi, cum agris pratis silvis rivis piscinis theloneo et omni libertate ad ea pertinente jure patronatus ecclesiae, dominae Margarethae uxori suae 200 sex. gr. Prag. dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit, et Jarohnew de Krzyeczow et Wayhak ad hoc consenserunt." Quare et vestrum officium de mandato domini Jodoci marchionis et baronum invocamus, quatenus ipsam dominam Margaretham aut ejus commissarium legitimum in et ad possessionem dictarum hereditatum inducatis et inductam tueamini, ammoto abinde quolibet illicito detentore.

Datum etc.

11. (*Alia de eodem.*) Nobili domino Laczkoni etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. s. pr. p. t., quia domina Bonussie, relicta olim Purkardi de Bezdruczic, dotalitium suum per terrae tabulas coram nobis et dominis baronibus in pleno judicio ostendit in haec verba: „Purkardus de Bezdruczic protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod in hereditate sua in Bezdrucziczych duabus agriculturis, villa integra curiis rusticalibus cum censu, in Potynie villa integra in silva tam ad aedificandum et cremandum cum agris pratis et omni libertate ad ea pertinente, dominae Bonussi uxori suae 600 sex. gr. dotavit et nomine dotis assignavit, et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligationem in dictis pecuniis condescendit, et Albertus de Koruhowicz pater ejus ad hanc dotem suam dedit voluntatem. Actum anno Domini MCCCC etc. Sabbato quatuor temporum adventus." Et demum ad praefatum dotalitium et cum dicto dotalitio sibi Bonussi simul et unitim addidit et dotavit hereditates suas sub tali modo et forma: „Purkardus idem protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod ad dotem Bonussi uxoris suae, vid. 600 sex. gr. quam super hereditatibus ipsius Purkardi habet et habere dinoscitur in Bezdrucziczych villa integra curia araturae cum duabus agriculturis, curiis rusticalibus cum censu et aliis juxta continentiam tabularum, munitione sua ibidem in Bezdrucziczych cum omnibus rebus mobilibus in dicta munitione et curia araturae supradicta quibuscunque nominibus censeantur, in dictis pecuniis cum dictis hereditatibus simul et unitim dotavit et ei de dictis hereditatibus sibi prius dotatis, rebus mobilibus, castro Bezdruczic ad veram dotalem obligationem in dictis sex. gr. condescendit. Ita et in quantum statum suum vidualem mutaret, ex tunc quum ei dictae 600 sex. gr. darentur pecunia in parata (et) solverentur, abinde mox debet ammoveri. Actum anno domini etc." Quae hereditates et dotalitium per dominos barones in pleno judicio dominae Bonussi sunt adjudicatae. Verum quum in possessione et usufructu earundem impeditur, quare N. V. de mandato dom. baronum et ex officio praesentibus requi-

rimus et hortamur, quatenus praefatam dominam Bonussiam in et ad possessionem realem dictarum hereditatum et dotalitii sui inductis et inductam, prout ad vestrum spectat officium, tueamini a quolibet violento.

Datum apud tabulas terrae beneficii sub sigillo.

12. (*Alia de eodem.*) Nobili ac magnifico viro, domino Henrico de Rosemberg.

N. V. pr. s., quia N. relicta olim Chwalonis inter alias dotales hereditates suas villam Bukowan cum curiis rusticalibus et censu ac omni libertate ad ea pertinente in terrae tabulis habere dinoscitur, et nescimus quo jure de eadem villa et possessione ipsius est educta. Super quo supplicavit, ut sibi domini barones de remedio providerent optimo. Quapropter V. officium invocamus, quatenus dictam N. super huiusmodi villam Bukowan inductis, ipsam ad possessionem debitam restituentes, inductamque protegatis et manuteneatis a quolibet violento.

Scriptum apud tabulas terrae etc.

13. (*De eodem.*) Nobili viro etc.

N. V. innotescimus p. pr., quia nobilis domina Elzka relicta olim H. . . de Duba, 500 sex. gr. dotalitii sui in hereditatibus in Libiessicz, in B., in C., etc. per tabulas terrae habere dinoscitur, etiam per citationes et sententias dominorum baronum definitivas obtentas et eidem adjudicatas. Super quibus alias per nostrum beneficium effectualiter erat inducta, et iterum per partem oppositam ut asserit existit extrusa. Super quo petit per nos sibi de remedio provideri optimo. Ideo V. N. ex mandato dictorum dominorum baronum requirimus et juris subsidium invocamus, quatenus dominam E. juxta praefatam inventionem et tabulas suas ad possessionem dictarum hereditatum inductis, ipsamque inductam manuteneatis et protegatis a quolibet violento. Et si quis huiusmodi inductioni apparuerit contradictor, eundem prout vestrum spectat ad officium, juxta terrae consuetudinem compescatis.

Scriptum circa tabulas terrae beneficii sub sigillo. Anno Domini etc.

14. (*Sequuntur aliae materiae hereditariae.*) Nobili et magnifico domino Henrico de Rosemberg supremo burgravio castri Pragensis, paratum ad omnia animum complacendi.

Nobilis domine, fautor noster carissime! Quia nobilis Wilhelmus de Lanstein villam Hodczan cum curiis rusticalibus et censu agris pratis silvis piscinis et omni libertate ad ea pertinente in jure terrae evicit et super eadem juris ordine per vicecamerarium regni Boemiae prout moris et consuetudinis est, ad verum jus here-

ditarium realiter est inductus, quare Nobilitatem Vestram Vestri virtute officii requirimus et rogamus, quatenus ipsum et ejus heredes in possessione ipsius villae auctoritate Vestrae justiciariae potestatis tueri et defensare velitis a quolibet violento, contradictores et impediētes ipsos auctoritate Vestra prout ad Vestrum spectat officium, compescentes.

Datum apud tabulas terrae, beneficii sub sigillo.

15. (*Alia de eodem.*) Nobili domino etc.

N. V. s., quod quidem Henricus de Odlochowicz quasdam hereditates Odlochowicz, v. curiam araturae cum agris pratis silvis piscinis et omni libertate ad ea pertinente, a quadam Lida cum fratre suo parata pecuniae summa comparavit, prout ipsum in terrae tabulis vidimus realiter contineri. Et quia, ut dicitur, idem Henricus de portione dictarum hereditatum ipsum contingente violenter extat ammotus, supra cujus restitutione ad dictas hereditates illustris princeps, Procopius Marchio Moraviae, nuper nostris antecessoribus de consilio baronum et ipsius Henrici jure et tabulis auscultatis literam silentem dari decrevit, una et nos similiter jure ipsius considerato V. N. tanquam executorem justitiae requirimus et hortamur, quatenus eundem Henricum super hereditates in Odlochowicz inducat, ipsum a quolibet impetente protegentes.

Scriptum circa tabulas terrae etc.

16. (*Alia ad idem.*) Nobili domini etc. Beneficiarii Pragenses etc.

Dudum ex parte totius beneficii nobili viro domino Bergow pro tunc burgravio Pragensi fuerat commissum, ut Burchardum de R— ad hereditates in Zalužan induci mandavisset. Denuo ex decreto dominorum baronum in quatuor temporibus Penthecostes judicio praesidentium et juxta continentiam tabularum fuit iteratis vicibus ipsi domino Bergow per literas nostras datum et commissum, ut Benessium de Sirowatka et Offkam matrem ipsius super tales portiones hereditatum praedictarum, vid. villae Zalužan, villae Letkow, duarum araturarum etc. induceret ac induci mandaret, praefatumque Burchardum de eisdem talibus portionibus amoveret; ita quod solum quarta portione dictarum hereditatum per dominos barones decerneretur. Idemque commissum erat ex parte beneficiariorum Pragensium domino Strnad protunc burgravio Pragensi. Quapropter vos requirimus juxta decretum dominorum ut praemittitur et continentiam tabularum, quatenus praefatos Benessium et Offkam super tres portiones hereditatum praedictarum, v. villae Zalužan, villae Letkow, duarum araturarum munitionis silvarum piscinarum molendinorum pratorum rivulorum ac omnium ad supradictos hereditates pertinentium induci procuretis inductosque manuteneatis et defensetis a quolibet violento.

Datum etc.

17. (*Alia.*) Nobili domino Johanni etc. Beneficiarii Pragenses etc.

N. V. s., quod olim Johannes dictus Kabath de Pieczicz coram tabulis nostris cognovit se teneri 200 sex. gr. debiti C— de P— dicto F— et solvere debuit in certo termino dudum lapsa, et si non solverit, dedit ei potestatem intromittendi se cum solo camerario Pragensi de hereditatibus suis habitis et habendis et eas tenere, alienare, vendere, obligare et facere de eis prout sibi videbitur expedire, usque perceptionem dictae summae cum dampnis et inpendiis. Qui Ctiborius demum anno Domini MCCCCIII. sexta feria ante circumcisionem Domini cum camerario Johanne intromisit se de hereditatibus ipsius Johannis in Vjezdci curia araturae cum agris pratis etc. etc. C— de 6 sex. gr. census, toto quidque villis in praedictis habuit cum omni libertate ad ea pertinente sibi praescripta in summa praeannata. Quare N. V. et Vestrum officium praesentibus imploramus, quatenus praefatum Stibor ad possessionem dictarum hereditatum inducatis et inductum tueamini a quolibet violento, donec a nobis aliud vobis datum fuerit in commissis.

Datum etc.

18. (*Alia.*) Nobili domino etc.

N. V. s. etc., quia Bietka, virgo de Hubojed, hereditates sibi tabulis terrae praescriptas coram nobis ostendit, vid. in Hubojedech tertiam portionem curiae araturae cum agris pratis silvis rivis piscinis et omni libertate ad dictam tertiam portionem pertinente, de quibus hereditatibus ipsa juris ordine regni Boemiae servato cum camerario Pragensi se intromisit, sed in earum possessione impeditur. Quare N. V. praesentibus requirimus et hortamur, quatenus praefatam Bietkam in possessionem realem dictarum hereditatum ut praefatur, inducatis inductamque tueamini a quolibet violento, rebelles quoscunque Vestrae justiciariae potestatis auctoritate prout expedit, compescentes.

Datum etc. beneficii sub sigillo.

19. (*Alia ad idem.*) Nobili domino Johanni etc. Beneficiarii Pragenses.

N. V. s. pr. p. t., quia vertente alias et dudum causa intra nobiles Kaczkam, relictam olim Wenceslai Crussina de Lychtemberg, ex una, et Wenceslaum, Benessium et Johannem, filios olim Ješkonis de Dieczin, de et super villis in Rziešic, in C etc. quas ipsa domina Kaczka dotalitio tetigit, habens in eisdem hereditatibus 600 sex. gr. dotales, parte ex altera, domini barones in pleno iudicio per eorum sententiam praefatas hereditates praedictae dominae Kačcie legitime adjudicarunt. Quas ipsa domina ante mortem suam certis praescripsit personis sic quod de uno post mortem cadat

in alium. Ex quibus omnibus solum Agnesca virgo de Sezemicz superstes remansit, et inter eandem et praefatos dominos de Dieczin ac inter Jessconem de Tiechlewicz qui etiam hujusmodi hereditatem defendebat, iterata baronum inventio facta est, per quam dictae hereditates eidem Agnescie adjudicatae, ad quas per beneficiarium est legitime inducta. Verum quia in possessione dictarum hereditatum per dictos duos et dictum Jeskonem Tiechlewicz impeditur, quare N. Vrae officium praesentibus imploramus, quatenus praefatam Agnezkar. in et ad possessionem dictarum hereditatum inducatis et inductam tueamini a quolibet violento, quoslibet contradictores Vestrae justitiae potestate compescentes.

Datum etc.

20. (*Alia propter debiti obligationem.*) Nobili et magnifico domino etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. s., quia dudum Petrus Skopek de Litnè hereditates suas omnes habitas et habendas in summa mille et centum sex. gr. debiti honorabili viro, magistro Petro de Stupna et Nicolao de Litnè per tabulas terrae legitime praescripsit; qui magister Petrus et Nicolaus vigore hujusmodi praescriptionis se de hereditatibus dicti Petri in Litni toto quicquid ibi habuit et in Zaluzanech de 20 sex. gr. census, cum curiis rusticalibus et omni libertate ad ea pertinente cum camerario Pragensi juris ordine intromisit. Verum quia in eisdem 20 sex. gr. census in Zaluzanech per quosdam impeditur, quare V. N. et vestrum officium praesentibus invocamus, quatenus praefatos magistrum Petrum et Nicolaum ad possessionem hujusmodi viginti sex. gr. census reinducatis et reinductos auctoritate vestrae justitiae potestatis tueamini a quolibet violento.

Datum apud tabulas terrae, beneficium sub sigillo.

21. Nobili domino etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. pr. s. Sicut olim nobilis de Rychmburk super hereditatibus suis in Rovni triginta et quatuor sex. gr. census annui cum curiis rusticalibus agris pratis et omni libertate ad ea pertinente olim Zavissio de Miekowicz, Johanni dicto Trestka de Dehnicz et Sezeme de Horiessowicz in terrae tabulis praescripsit, ita ipsi juxta jura et consuetudines regni Boemiae se de eisdem hereditatibus cum camerario Pragensi intromiserunt; et per nonnullos in possessione dictarum hereditatum impediuntur. Quare N. V. et Vestrum officium praesentibus requirimus et hortamur, quatenus praefatos Johannem dictum Trestka, Sezemam de Horiessowicz et filios olim Zawissii de Miekowicz auctoritate Vestrae justitiae potestatis in possessionem dictarum hereditatum in Rovni manuteneatis et defendatis a quolibet violento.

Datum etc.

22. Nobili domino Johanni etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. pr. p. t., quia Hersso de Briezowé Johannem de ibi-

dem citavit pro hereditatibus in Břřzově, munitione, curia araturae, villa integra, curiis rusticalibus, cum censu et in Korytnicich villa integra, curiis rusticalibus, cum censu agris pratis silvis rivis piscinis et omni libertate ad ea pertinente, quas tandem per dominorum baronum inventionem et sententiam obtinuit et sibi sunt adjudicatae; in quam possessionem est ordine juris regni Boemiae servato per vicecamerarium regni praedicti inductus. Quamvis per aliquos ut asserit, impeditur in eadem. Quare de mandato dominorum baronum Ntem Vtram requirimus, Vestrum officium implorantes, quatenus praefatum Herssonem ad possessionem dictarum hereditatum inducat et inductum tueamini a quolibet violento. Si quis autem aliquid juris sibi competere asseruerit in praefatis hereditatibus, eidem super eo cum dicto Herssone terminus comparitionis ad quatuor tempora proxime ventura coram baronibus assignetis.

Datum etc.

23. (*Litera traductionis dotis.*) Nobili Domino Johanni etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. s. pr. p. t., quia domina Elzka relicta quondam Petri Kamenec de Fridštein per tabulas coram nobis docuit, quod ipse Petrus eam cum omni dote ipsius vid. ducentis et quingenta sex. gr. quam habuit in hereditatibus in Čakovicz, ad alias hereditates suas et Johannis patris sui in Hodkovicz oppidum 25 sex. gr. census cum curiis rusticalibus, agris pratis silvis rivis et omni libertate ad ea pertinente, traduxit et ei de dicta hereditate in eo jure sicut ei prius tabulae testabantur condescendit. Et praefatus Johannes Kamenec pro ipsius Petri ad dictam traductionem consensit. Sed quum ad nos pervenit ex querela ipsius dominae Elzciae quod ipse Johannes eam ad possessionem dicti dotalitii sui non admittit, sed huiusmodi dotem eius occupat de facto: quare Nobilitatem vestram et vestrum officium praesentibus requirimus et invocamus, quatenus eandem dominam Elzcam ad possessionem dicti dotalitii sui inducat et inductam tueamini a quolibet violento.

Datum . . .

24. Nobili domino etc. Beneficarii Pragenses etc.

N. V. s. pr. p. t., quia Dusco de Hlussiecz minoribus ad hereditates olim Pescovconis de Zlunicz ibidem in Zluniczich propter indisbrigationes hereditatum in Hlussciech ex obligatione quam fecit sibi idem Pesskovecz in poena 50 sex. gr., juxta suarum continentiam tabularum per beneficium nostrum est inductus, in quarum possessione impeditur. Quare Nobilitatem vestram ex officio requirimus et hortamur, quatenus praefatum Dussconem ad possessionem dictarum hereditatum inducat et inductum tueamini a quolibet violento.

Datum apud tabulas terrae beneficio sub sigillo.

25. (*Alia*). Nobili domino Johanni etc. Pragenses beneficiarii etc.

Nobilis domine!

V. N. s., quia dudum discretus vir Henslinus Barthossii civis Pragensis census suos vid. viginti sex. gr. Prag annuos in bonis disbrigatoris sui Jessconis dicti Gdulinee in Hradištku, et si quid ibi deficeret tunc suppleri debet in aliis hereditatibus suis in Ostromirz, toto quidquid ibi est et ipse Jessco habuit, sic quod integrae sint 20 sex. gr. Prag. census annui, et alias 20 sex. gr. census eiusdem anni super bonis alterius disbrigatoris sui scil. Přissnakonis de Kozmic in villis Teplišovic in Mrchojed toto quidquid ibi habet usque ad eandem summam 20 sex. gr., qui census sunt eidem Henslino propter indisbrigationem dictarum hereditatum et suis hereditibus ad verum jus hereditarium taxati, prout hoc in terrae tabulis latius expressatur — eosdem census omnes pro suae salutis remedio dedit et dotavit honorabilibus decano et capitulo ecclesiae Wyssegradensis prope Pragam, voluntate et consensu serenissimi principis domini Wenceslai Romanorum et Boemiae regis expresse accedente. Igitur Nobilitatem Vestram virtute officii Vestri et amore iustitiae requirimus, quatenus praefatos dominos decanum et capitulum ecclesiae Wyssegradensis praedictae vel eorum legitimos procuratores, postquam ab eis cum praesentibus fueritis requisiti, ad possessionem dictorum censuum vid. 20 sex. gr. in bonis Přissnakonis suprascriptis inductis et inductos manu teneri et defensare dignemini a quolibet violento, quoslibet rebelles et impediētes eosdem dominos vel eorum procuratores in huiusmodi censibus rigore vestrae justitiariae potestatis arctius compescentes.

Datum apud tabulas terrae anno Domini M. Quadragesimo quinto, sabbato quatuor temporum quadragesimae, nostri beneficii sub sigillo.

26. Nobili viro domino Lackoni de Krawar, supremo burgravio Pragensi, aut eius locum tenenti. Beneficiarii Pragenses paratam ad quaevis beneplacita voluntatem.

N. V. s. pr. p. t., quia dudum in tabulis terrae comperimus, quod Benessius de Chusnik hereditatem suam in Tehow, omnes silvas cum fundo, quae habuit et quae . . . . tenuit ultra filias Gaspari Cetr de Praga, Petri Piesk de Montibus Kutnis et orfanorum olim Reinphardi de Praga et aliorum civium Pragensium, quae silvae sunt ipsius per Bohunkonem Puklicie vicecamerarium regni Bohemiae pleno jure taxatae, vendidit eidem Bohunkoni Puklicie pro 150 sex. gr. Prag. integre persolutis et ei de dicta hereditate condescendit; in quibus silvis et hereditate ut conqueritur, per quosdam impeditur. Super quo prius eidem Bohunkoni ad Vestrum praedecessorem litterae fuerunt decretae, quas nunc de mandato dominorum innovantes No-

bilitatis Vestrae officium invocamus, quatenus ipsum Bohunconem ad possessionem dictarum silvarum reponentes tueamini, ammoto ab eis auctoritate Vestrae justitiariae potestatis quolibet illicito detentore.

Datum apud tabulas terrae. in IV. temp. penthecostes a. D. M. . . . , beneficii sub sigillo.

27. Nobili viro domino Lackoni beneficiarii Pragenses.

N. V. s., qualiter dudum coram nobis constitutus Nicolaus filius Nicolai de Dietinicz, exhibuit litteram dudum per beneficiarios Pragenses, tempore purgraviatus domini Ottonis de Pergow sibi datam, in qua continebatur, qualiter olim nobilis Čenko de Wartemberg et de Wessele Mixiconi de Dietinicz patri dicti Nicolai et suis heredibus, vid. in Chřzienowach curiam cum duabus agriculturis, villam integram, in Troskowicich villam integram, in Tachow villam integram etc. totum quidquid ibi habuit, cum agris pratis fluminibus rivis tribus laneis silvae in Hradiřtku cum omni libertate ad ea pertinente vendidit; ad quas etiam hereditates domina Elzka mater dicti Nicolai fuit in dote sua inducta et importata. Per quam litteram mandabatur, ut eundem Nicolaum circa easdem hereditates conservare deberet. Demumque per innovationem eiusdem litterae fuit nobili domino Johanni Kruřina, vestro antecessori, etiam commissum, ut ipsum Nicolaum ad possessionem dictarum hereditatum inducendo tueretur. Et denuo propter mutationem vestri officii ipsam litteram de mandato dominorum baronum innovando vestrum officium invocamus et requirimus per praesentes, quatenus praefatum Nicolaum ad possessionem dictarum hereditatum inducentes tueamini a quolibet violento.

Datum apud tabulas terrae a. D. beneficii sub sigillo.

28. Nobili domino Lackoni. Beneficiarii Pragenses.

N. V. n. f. p. pr., quia Kaćie de Triebwlicz hereditates suas hereditarias ibidem T. curiam araturae munitionem curias rusticales cum censu agris pratis silvis rivis piscinis pomeriis et omni libertate ad ea pertinente juris ordine regni Boemiae servato in Johanka de Tribiwlicz obtinuit et evicit, et demum per beneficiarios Pragenses in earum possessionem est inducta; sed in earundem possessione impeditur. Super quo nobis supplicavit ut eidem de remedio provideamus optimo. Quare nobilitatem vestram praesentibus requirimus et hortamur ex officio, quatenus praefatam Kaći et eius veros at legitimos commissarios Wenceslaum de Diwicz et Dobessium de Caroli civitate ad possessionem dictarum hereditatum in T. cum universis suis pertinentiis inducatis, inductosque tueamini et defendatis a quolibet violento, contradictores et rebelles vestrae justitiariae potestate prout ad vestrum spectat officium, compescentes.

Datum apud tabulas terrae, nostri beneficii sub sigillo.



## 18.

## Constitutio officialium terrae.

Constitutio officialium seu beneficiariorum terrae ex hisce fontibus optime cognoscitur :

I. Ex articulo 69. „Ordinis iudicii terrae,“ ubi quae negotia eorum potestati subjuncta fuerint, describitur.

II. Ex iis quae Victorinus a Všeherd, antiquum quoddam decretum comitiarum eecutus, in „Libris suis de iudiciis et iuribus ac tabulis terrae Boemiae“ tradit (IV. 2.).

III. Ex formula impendiorum, quae a litigantibus vel ab aliis qui magistratum opem implorabant, pro singulis actionibus judicialibus facienda erant; quam formulam in libro manuscripto N. 1 apud tabulas curiae regiae asservato reperimus.

IV. Ex formula ejusdem argumenti, cujus contextus latinus libro manuscripto sign. I. G. 18 c. r. bibliothecae universitatis Pragensis, boemicus vero libro manuscripto tabularii Treboniensis sign. B. 3, pag. 249 continetur.

## I.

(1) Omnes causae pro hereditatibus, pro capite, pro mutilationibus, raptu, et pro damnis aut debitis et plagis magnis, quae se extendunt ultra summam centum marcarum argenti, coram iudice, praesente summo camerario, notario et baronibus septem, debent pertractari.

(2) Minoresque causas, extendentes se ad centum marcas, ipse iudex cum notario et baronibus, sine ipso summo camerario, potest per se iudicare (ipseque camerarius summus sine ipso iudice iudicare non valet per se nec pro obulo).

(3) Ceterum minores beneficiarii, videlicet vicecamerarius, viceiudex et vicenotarius cum aliis beneficiariis et terrigenis, causas minores, videlicet ad summam decem marcarum argenti minus uno lotone se extendentes vel infra, videlicet pro damnis, debitis, variis et plagis tantummodo, possunt iudicare.

(4) In capellam vero, postquam pervenerint cum eorum juribus litigantes, pro quocumque majori negotio fuerit, iidem minores beneficiarii judicare possunt, et culpabilem aut contumacem in causis et pro causis omnibus praedictis totaliter condemnare.

(5) Coram quibus etiam beneficiariis minoribus notificationes damnorum, capitis, mutilationibus, vulneribus, raptus et cujuslibet alterius facti, nec non citationum pronuntiationes, juramenta, significationes seu repraesentationes et alii actus judiciales quicumque possunt et debent fieri, et eorum relationi simplici in talibus est credendum. Et si quis dicto eorum voluerit contraire, idem tenetur se ad talionem obligare, et iidem beneficiarii omnes simul tanquam unus homo in eadem causa litigantes stare debent.

## II.

### *O úřednících a řádu desk.*

Úředníci na dvě se dělí: SÚ jedni nejvyšší, druzí menší nejvyšších úředníkův a jich místa držící. Nejvyšší čtyřie sú: Purkrabie, komorník, sudí, písař (Ti sami u desk osobami svými nesedají, aniž sú k tomu zavázáni; a z té příčiny že sami u desk nesedají, jiné úředníky, kteříž místa jich naplňují, menšie mají; při dobré však vůli jich to stojí, chce-li kdy který z nich nebo všichni k úřadu mezi menšie úředníky přijíti a s nimi poseděti; moc toho plnú všickni i jedenkaždý z nich má.) Ale úředníkův menších jest sedm: komorník, sudí, písař větších, a menších desk písař, úředník králové české, úředník probošta Vyšehradského, úředník podkomoříeho. (To psáno v I. deskách Václavových A. I. a při tom jest i široce i potřebně jak se mají všickni úředníci, větší i menší, zachovati, vypsáno = 1385.)

## III.

1. Item, de pecunia culparum domino meo \*) sextus denarius debet cedi, et pro aliis omnibus beneficiariis quinque partes debent remanere; et de quinta parte huius portionis tunc semper debent cedi Gymramo \*\*) II gr. et Alberto tertius gr., et iterum de eadem portione siue computu Gymramo III gr. et Alberto quartus gr., et sic semper usque ad finem pecuniae praedictae culparum.

2. It. dominum meum de impositionibus semper tangit tertius denarius, sit multum vel parum; sed ante omnia de qualibet marca tenetur lotho excipi pro Gymramo.

\*) i. e. Prothonotario terrae.

\*\*) Jimramus de Říčan, vicecamerarius 1387.

3. It., de pecunia memoriali de marca qualibet iudici terrae VI lothones, et domino meo V lothones; sed aliis postea beneficiariis unicuique per unum tantam lothonem.

4. It., de visione tabularum maiorum, sive quod aliquid de tabulis eisdem deletur, quot sint in numero personae partitae, semper domino meo soli unam marcam denariorum, et notario minori III gr. de qualibet persona praedictorum \*).

5. Nota tunc quod testes, qui iam eliguntur, et eunt, nisi intrauerint capellam, qui intrat, debet dare III gr.; de quibus debent cedi unus gr. sacerdoti capellae et secundus gr. viceiudici et tertius gr. vicenotario.

6. It., de inductionibus, quando aliquis ex beneficiariis, videlicet camerarius, iudex vel notarius, vel eorum vices gerentes, aliquem inducunt super hereditatem, in qua jus aliquod obtinent, si in uno districtu, tunc una sexagena gr. debet pro eo ipsis dari, et camerario speciale jus suum; sed si plures sunt districtus siue provinciae, tunc de quolibet districtu semper per unam sexagen. gr. Si uero minores beneficiarii aliquem inducunt, sicut Gymramus, Albertus vel Ulrichus ex parte praedictorum beneficiariorum, tunc hi debent mediam partem pro se reservare, videlicet qui inducit, et aliam partem mediam pro beneficiariis, videlicet vicecamerario, viceiudice vel vicenotario ipsis dare, quia quare ista de potentia vel jure ipsorum fecerunt; et de parte eadem semper tenetur cedi vicenotario tertius denarius.

7. It. nota, quod, quando aliquis obtinet pro vadio aliquid, quantum obtinuerit, semper totidem debet amittere ad beneficium praedictum; sed postea ista perditio soli Alberto ex parte beneficiariorum debet cedi.

8. Sed pro alio, quando aliquis obtinet hoc, debet quidcumque fuerit, tantumdem pro beneficiariis, nisi excepto solummodo pro debitis, quia pro debito, si est terminus hic, pertinent ad beneficiarios quinque fertones gr.

#### IV.

*O dielech úředníčiech co se kterému úředníku dostati má  
a co na kterého sluší.*

1. Pecuniae dominationum sic veniunt distribuendae: Primo cuiilibet beneficiario danda est aequa portio incluso burgravio

\*) Písař zemský má od desk ohledání neb vymazání kopu bráti, a jeho písař IIII groše. (Ondřej z Dubé, v Přípisu.)

Pragensi; sed beneficiarius praepositi Wissegradensis et beneficiarius subcamerarii ex hiis tollunt unam partem inter se per medium dividendam (puta si aliis cedit 1 sexagena, eis cedit cuilibet  $\frac{1}{2}$  sexagena).

Najprvé každému úředníku má dán býti díel rovný, kromě (sic) purkrabie pražského; ale úředník probošta Vyšehradského a úředník podkomořího, každý z těch bere jeden díel, mezi ně na póly díeléc; (takově, jestliže se jedněm kopa dostane, tehdy z těchto každému dostane se puol kopy.)

2. Item pecuniae notificationum dampnorum transeunt per medium inter vicecamerarium et vicejudicem.

A pak peniezi škod osvědčenie jdú na póly na podpisáře a na podsudieho.

3. Item pecuniae memorialium post obtenta jura dividuntur sic: Primo dantur vicejudici III gr., vicenotario II, cuilibet beneficiario I gr., et iterum reiterando, quamdiu summa durat collecta ex talibus.

Pak peniezi, ježto slová památné po obdržaném právu, tako se díelé: Najprvé podsudiemu III groše, podpisáři II gr., každému úředníku po groši; pakli drahně těch peněz, ale opět týmž díelem mají díeleni býti.

4. Item culpa e dividuntur, quando gratiae inveniuntur, pari modo inter omnes.

Pak peniezi za viny, jakž kto propadna milost najde, jdú rovným (sic!) díelem mezi všechny úředníky.

5. Item, omnia vadia recognita pertinent ad beneficiarios subcamerarii, nec debent deleri sine ejus consensu et voluntate.

Pak všechny základy přiznaní propadení, ti slušejí na úředníka podkomořího, ani mají vymazáni býti bez jeho vuole a bez jeho vědění.

## 19.

## Pána Ondřeje z Dubé

## Výklad na právo zemské české.

(Domini Andreae a Dubá Explanatio juris terrae Boemiae.)

Insigne hoc juris boemici monumentum scriptum est exeunte saeculo XIV. et ineunte saeculo XV. — Complectitur „memoriam,“ quam dominus Andreas natu major a Dubá (qui usque ad 1394 supremus regni Boemiae iudex fuit) „a maioribus suis nec non a compluribus baronibus natu grandibus qui juris boemici studio tenebantur, acceperat atque ipse quum Carolo atque Wenceslao regnantibus summi iudicis munere multos per annos fungeretur, didicerat, tractarat, observaverat fideliter cum suis collegis fidelissimis cumque aliis illius temporis officialibus.“ Atque his ipsis rebus operi domini Andreae magnum pondus adfertur, quod est quasi speculum, in quo, quale jus boemicum exeunte saeculo XIV. et ineunte saeculo XV. fuerit, conspicitur.

1. Herbordus de Roczow citat Margaretam de Smilovic. Citata secundo infirma (Joannes Sitka de Praga ponit). At statim actor dixit coram beneficiariis, quod citata est in civitate Pragensi et est sana, et petivit a beneficiariis camerarium ad conspiciendum eam. Et beneficiarii destinaverunt beneficiarium subcamerarii ad scrutandum de ea et ad videndum eam. Qui invenit citatam in monasterio S. Thomae in Minori civitate Pragensi ambulantiem sanam, sed cum baculo. — Pro eo beneficiarii dederunt actori pro iure obtento (1418).

Liber  
citat.

(*Talmb.* — *Arch.* IV. 541.)

2. Albertus de Bieliny citat Benešium de Paběnic. — Benešius citatus defendit se in testatione citationis, dicens quod non est debite citatus, quia eum citavit camerarius districtus Gurimensis, et ipse residet in districtu Časlaviensi. Et beneficiarii audita eius defensione et actoris replicatione mandaverunt eum de novo citare duobus camerariis Pragensibus.

(*Talmb.* — *Arch.* IV. 541.)

3. Ridkerius stans citatus in capella coram cruce jurare noluit. Actori datum pro iure obtento. Dedit memoriales. Item anno domini 1419 Ridkerius citatus praedictus suscepit Alberto actori pro inductione in hereditatibus suis in Wršovicích munitione, curia araturae, curiis rusticalibus cum censu et ceteris hereditatibus ad ea pertinentibus in tribus millibus marcarum argenti obtentis pleno iure, tamquam cum beneficiario Pragensi et camerario ipsam introductionem faceret. (Relatio omnium beneficiariorum.)

(*Talmb.* — *Arch.* IV. 541.)

Domini barones mandaverunt beneficiariis, ut nullam obligationem seu etiam intabulationem faciant seu admittant tabulis ex parte civium ad aliquam personam quamcunque super hereditatibus eorum liberis, usque adventum domini regis. (In memoriis, in Albo citationum = 1419, 17. Nov.)

(*Rajhr.* — *Třeb.* — *Arch.* III. 309.)

## 21.

## Juris terrae Moraviae reliquiae.

*Caroli regis de tabulis terrae Moraviae ordinatio.*

1359.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter Amen.

Carolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemiae Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Regiae Majestatis gloriosa sublimitas, cuius gloria permaxime in subditorum concordia et quiete ac acquitatis consistit custodia, semper gerit in votis et assidue meditat, quemadmodum noxias, corruptelas et scandala valeat a subjectis avertere, et suspecta in res sinceras providis commutare remediis, commutata quoque juri sollicitudine custodire. Hinc est, quod cum ab antiquis temporibus quaedam consuetudo, imo verius corruptela in marchionatu Moraviae observata fuisset et adhuc nostris temporibus, quibus videlicet marchio Moraviae eramus, communiter servaretur, quod videlicet castrorum, munitionum, praediorum, bonorum, rerum, possessionum, villarum et locorum per Moraviam venditiones, permutationes, donationes, obligationes, cessiones, colligationes et resignationes, insuper divisiones seu congressiones et uniones talium inter fratres, consanguineos, agnatos sive affines aut alios quoscunque, coram camerario dicti marchionatus Moraviae agebantur, cumque super talibus vel ex his emergentibus lites inter quoscunque contigebat oriri et ad examen cognitionis seu discussionis adduci, is, qui testimonium camerarii pro se habebat, ea de quibus quaestio vertebatur, evicit, et dictum ipsius camerarii quandam sententiam importabat, quidquid vero camerarius ipse negabat, contra illud probationis copia non dabatur, imo ipsis negativa aactoris excludens instantiam, illud de quo fuit altercatio, decidebat et omni casu in sola sua negativa vel affirmativa quarumlibet causarum exitus dependebat, plerumque non sine magna Dei offensa, neglectu justitiae, hominumque illius patriae praefudicio et

jaectura; his vero multis vicibus ad nostram perductis notitiam, talibus et tantis incommodis, scandalis atque periculis, in minori adhuc sicut praemittitur, officio constituti, desiderantes congruis obviare remediis, et modum tradere in talibus, aequitati et justitiae consonantem:

animo deliberato, sanoque et maturo baronum et nobilium regni Boemiae et marchionatus Moraviae accedente consilio et expresso consensu, imo ad supplicem eorum instantiam, ex certa nostra scientia ordinandum duximus \*) et etiam statuto perpetuo decernendum statuimus quoque et decernimus:

(I.) ut ad instar notarii terrae Boemiae etiam in Moravia terrae notarius haberetur et tabulae ipsius terrae Moraviae tunc statim fierent, quae certo loco sub omni custodia et modo, quibus tabulae terrae Boemiae hactenus custodiri sunt solitae, attentissime servarentur;

(II.) ac eligerentur de marchionatu Moraviae certi, bonae opinionis viri et recti, quibus certa certorum officiorum nomina imponerentur, ad instar eorum, qui circa tabulas Boemiae sunt in officiis constituti;

(III.) quorum quilibet ad scrinium, quo huiusmodi tabulae reservantur, unam clavem haberet, clavibus ipsis inter se taliter variatis, ut sera scrinii ipsius non posset per earum aliquos vel aliquem una sola non habita reserari, et quaelibet ab alia earum quacunque differret, quodque quolibet anno bina vice, videlicet die sabbati post festum epiphaniae Domini proxima semel, et die sabbati proxima post diem beati Johannis Baptistae secundo ipsae tabulae juxta morem Boemiae aperiri et inspici, seu earum apertioni et inspectioni solemniter et publice hii, qui ad notarium et cetera officia tabularum ipsarum deputati forent, praesidere deberent.

(IV.) Et contractus inter quoslibet homines de marchionatu Moraviae, quocunque donationis, obligationis, venditionis, permutationis, resignationis, cessionis, alienationis, divisionis, traditionis, congressionis seu unionis titulo rite factos, tabulis ipsis imponere et negotia illic signata permitterent pro contrahentium necessitate et utilitate extrahere, sive inde probationes negotiorum suorum recipere, secundum quod cuilibet existeret opportunum, sicut in his omnibus et aliis circa haec dependentibus et connexis in Boemiae tabulis fieri est consuetum.

(V.) His vero omnibus pro necessitate hominum fideliter et cum diligentia consummatis, post quodlibet sabbatorum ipsorum ta-

\*) Vide hujus tomi p. 13: Tabulae terrae Moraviae.



bulæ præfatæ clavibus antedictis diligenter manitæ reponerentur attentius ad locum suæ custodiæ deputatum.

(VI.) Eo pro communi utilitate ac necessitate hominum specialiter interjecto, quod quotiescumque extra prædicta duo sabbata quibuscunque hominibus occurreret contractus suos et agenda tabulis inserendi necessitas, aut inde forsitan talium aliquid extrahendi seu probationis, fidem habendi, extunc huiusmodi contractibus, donationibus, venditionibus, promissis, obligationibus, colligationibus seu aliis actibus, quibuscunque nominibus appellentur, coram principe, puta marchione Moraviæ, factis et solemniter celebratis, ipse marchio nuntium ad tabularum ipsarum officium constitutum, kmethonem vulgari boemico nominatum, illius nobilitatis virum, cuius in Boemia ad hoc officium assumi sunt soliti, ad notarium terræ dirigeret, qui tunc legatione recepta potestatem haberet, ea quæ sibi taliter intimari contingeret, uno de prædictis sabbatis, quod videlicet extunc proxime sequeretur, dictis tabulis in apertione ipsarum, sicut præmittitur, inserendi seu inseri faciendi.

(VII.) Decrevimus etiam tempore prædictæ nostræ dispositionis, ex certa nostra scientia, auctoritate marchionali irritas, invalidas et inanes omnes et singulas quorumcunque castrorum, munitio-  
num, prædiorum, bonorum, villarum, locorum, possessionum et rerum quarumlibet donationes, permutationes, resignationes, cessiones, venditiones, obligationes, colligationes et alienationes, nec non fratrum, consanguineorum, propinquorum vel extraneorum congressiones, divisiones et uniones in ipso marchionatu Moraviæ per quoscunque vel quemcunque, quibuscunque vel cuicunque, sub quacunque etiam verborum forma aut colore, extunc in antea faciendas seu quomodolibet attemptandas.

(VIII.) Quia igitur supradictam ordinationem, dispositionem, decretam sive statutum præteritis, ut præmittitur, temporibus per nos facta, iuste consideramus et attente perpendimus esse rationabilia atque iusta, æquitati consona et ratione subnixâ, ideoque eadem omnia et singula, quæ tunc, licet in minori officio fecimus, statuimus, ordinavimus et decrevimus, ut præfertur, auctoritate regia Boemiæ nunc etiam ex certa nostra scientia innovamus, approbamus, ratificamus, auctorizamus et tenore præsentium confirmamus.

(IX.) Eadem auctoritate statuentes ac declarantes expresse, ut ordinatio, statutum et decretum nostrum huiusmodi a tempore quo ipsa edidimus, habuisse censeantur, et effectualiter habuerint, ac exnunc perpetuo habeant omnimodam firmitatem sintque irrita penitus atque cassa, quæcumque contra prædicta hucusque fuerunt et sunt attemptata per quemcumque quomodolibet sive facta, sintque

perpetus deinceps invalida, quæ contra hoc imposterum contigerit attemptari.

(Signum serenissimi principis et domini domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemiæ Regis.)

Testes huius rei sunt venerabiles Johannes Olomucensis, Johannes Luthomuschlensis sacre imperialis aulae cancellarius, Preczlaus Wratislaviensis et Maurus Corobaviensis ecclesiarum episcopi, et illustres Wilhelmus marchio Misnensis, Bolco Swidnicensis, Bolco Opuliensis, Conradus Olsnicensis, Bolco Falkenbergensis et Przymyslaus Tessinensis duces, spectabilis Burchardus burgravius Magdeburgensis magister curiæ nostræ, ac nobiles Hasco de Zwierzeticz magister camerae nostræ, Rudolfus de Wart, Sdenco de Sternberg iudex regalis curiæ per Boemiam, et alii quam plures nostri principes, nobiles et fideles, praesentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Wratislaviae anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indictione XII, IIIII. Idus Februarii, regnorum nostrorum anno terciodecimo, imperii vero quarto.

Rm. Miliczius

Per Dum. Imperatorem.

Cancellarius.

(Archetypum hujus diplomatis servatur in caes. r. tabulario Vindobonensi; typis exscriptum est in Prooemio K. J. Demuthii ad tabulas marchionatus Moraviae: Die Landtafel des M. Mähren, separatim edito sub inscriptione: Geschichte der Landtafel im M. Mähren. Brünn 1857, p. 15.)

1375.

Najjasnější knieže pán Prokop markrabie moravský, s jinými úředníky zemskými a pány i zemany našli jsú: Že všichni žalobníci a odpovědníci první den sobotní, když se sněm začne, mají býti přítomni; a když páni na súde sedá, ktožby koli po třikrát zavolan byl a neodpovedal, ten právu svému pohorší. Také ustanoveno jest, aby prvé nežli se súd dokoná a dokudž by dsky zemské zavřfny nebyly, že žádný jeden druhého poháněti nemá.

(Tak za markrabí Prokopa leta 1375 pány zřizeno a ustanoveno jest bylo i vším rytierstvem svoleno, kteréž ustanovení král Jiří v registra za pana Procka komorníka vepsati kázati ráčil. Kniha Tovačovská edit. Demuth p. 49, edit. Brandl kap. 68.)

1380.

Anno Domini MCCCCLXXX in crastino S. Jacobi majoris in castro Spilberg, serenissimus princeps et dominus, dominus Jodocus marchio et dominus terrae Moraviae, nobilis dominus Benessius de Wartmberg ejusdem terrae Moraviae capitaneus, item dominus Johannes de Sternberg supremus camerarius Brunensis, dominus Woko de Crawar supremus camerarius Olomucensis, magnificus dominus Johannes comes de Hardek burgravius Magdeburgensis, dominus Hen-

ricus de Lippa etc. etc., omnes terrae Moraviae bonum considerantes, simul unanimiter una voce dictaverunt et concorditer, non compulsi, sed ex mera bona et libera sententiaverunt voluntate, consentientes intabulari: Quod nullus in terra Moraviae residens, cujuscumque eminentiae seu conditionis fuerit, ab alio in eadem terra Moraviae residente, cujuscumque etiam eminentiae vel conditionis exstiterit, debet aliquem civem, rusticum acceptare, donec a domino suo literam domini sui sigillo sigillatam iidem cives, rustici apportaverint, eos fore per eundem dominum ipsorum liberos dimissos et solutos. Et si quis horum civium, rusticorum ad aliquem in terra Moraviae residentem fugam dederit, idem cum omnibus et singulis bonis, cum quibus effectus est fugitivus, ipsum aut ipsos ei, a quo fugit vel fugierunt, restituere teneatur.

(*Šembera, Staré dsky, ČCMusea 1846, p. 704. — Die Landtafel des M. Mähren. I. n. 766*).

1375—1405.

My Jošt z Boží milosti margrabie a pán moravský, a my Prokop z též milosti také margrabie moravský, a my páni zemští též země moravské, vyznáváme, že jsme s radú a volí poctivých mužův, purkmistra, rychtáře a přísězných konšelův města Brna — a my prvějmenovaní purkmistr a přísězní konšelé města Brna vyznáváme, že jsme pro obecné dobré etc.

It. Kdežto róznice byla mezi ležáky a hospodáři, tu jsme za právo nalezli: V každém městě a městečku aby, kterýžby člověk, pán nebo-li služebný, vlehl a ležení držel, tak poctivě zachoval se a tiše, žeby žádného neurazil ani slovem ani skutkem; a ktož se tak poctivě a tak tiše má, toho také žádný nemá urazití.

It. Hospodář má každému pánu dva groše a pacholku jeden groš k každému stolovnímu jídlu počítati a nic více; a za pití celý den k obojiemu jídlu na každého pána s jeho pacholkem tři gr. za stolem i po stole. Ale hospodář má jim piva dosti dáti k stolu k obojiemu jídlu, jehož by máz dva haléře platilo, kterýchž čtyrmezcítma za jeden groš platilo by. A má na každý kuon den a noc puol měrice ovsu a sena za puol groše dáti za jejich penieze, jakož v hospodě obyčej jest. A ležáci, kteří ležení držeti mají, každého čtvrt léta s hospodářem počiesti se mají, a což by dlužní byli, to mají ihned zaplatiti hotovými peniezi.

It. Kterýž by pán v lázni mýti se chtěl, ten má na týden 1 gr. od hospodáře jmiati i s pacholkem svým a nic více; to jest rozuměti na těch panův služebníky, kteříž své na svém místě posielají.

It. Ležáci mají obmysliti čelaď laskavě a dobrotivě za jejich práci a dielo, ješto jich vyhlédají (ješto při nich jměli, ješto jsú posluhovali).

(*E libro domini a Cimburk, dicto Kniha Tovačovská, cui hoc fragmentum insertum est e libris civitatis Brunae: Ležení pro dluhy, obyčejné v zemi moravské, z knéh městských v Brně vypsané fol. 5—5a. Edit. Demuth p. 99, edit. Brandl kap. 175.*)

## 22.

## Jus curiae regiae.

I. In pag. 293—295 libri manuscripti, qui in celeberrimo tabulario Trebonensi sub sig. B. 3. asservatur, legitur index rerum causarumque, quae ad iudicium curiae regis Boemiae pertinuerunt, ita ut ex hoc eximio literarum monumento, quae illius iudicii potestas fuerit, quanta quamque multa negotia saeculo XIV. sub illius iudicii potestatem subjuncta fuerint, luculenter cognoscere possimus; barones enim Jenec et Theodoricus qui et Spaček vocabatur, iudices curiae regiae erant, alter — Jenec a Grünberg, a. 1337—1343, alter — Theodoricus Spaczek dictus a Kostomlat, — a. 1351—1352.

II. Constitutionibus regni Boemiae anno 1500 editis (Zřízení zemské království českého) continetur notitia rerum ad jus et iudicium curiae regiae pertinentium. Articulo notitiae illius quarto commemoratur dominus Kaplér, quem a. 1382 viceiudicem curiae regiae, annis autem 1387—91 protonotarium terrae fuisse aliunde notum est; in fine autem mentio fit de domino Henzlone, i. e. domino Henzlone a Dubá, qui fuit viceiudex curiae regiae a. 1399. Ex hisce indiciis iudicamus, illam formulam vel notitiam qua de ratione juris dicendi apud curiam regiam observari solita praeclare edocemur, exeunte saeculo XIV-mo esse conscriptam: (Dr. Rodericus de Monte Dubravio, qui Jura et constitutiones terrae a. 1500 editas latine interpretatus est, hanc quoque formulam in linguam latinam transtulit. Vid. Palackii Archiv český V. p. 162—170.)

III. Quo planius quae curiae regiae origo et quae incrementa fuerint perspiciatur, capita aliquot ad jus curiae ejusdem pertinentia protulimus, quae in Libro domini a Rosenberg et in Constitutionibus terrae a. 1500 leguntur.

IV. Addidimus „Literas quae dabantur purgravio Pragensi ex parte beneficiariorum tabularum curiae regalis.“ Formales hae literae sunt exscriptae e libro manuscripto N. I. apud tabulas curiae regiae asservato, unde quoque depromptae sunt literae beneficiariorum tabularum terrae (vid. num. 17).

V. Extremam adjunximus tabulam provinciarum, depromptam de quarto XV-to tabularum curiae regiae ab a. 1410. (Palacký, Děj. I. 2. p. 305.)

Tabulae curiae regiae, quae plane integrae incolumesque Pragae asservantur, incipiunt ab anno 1380.

## I.

*Ab anno Domini MCCCLX subscripti semper erant apud tabulas curiae iudicati:*

*Za časov pánov Jence a Jetřicha řečeného Špaček, někdy sudiech dvora králeva po Čechách, tito podepsaní súzeni sú, jakožto ve dskách dvorských stojí znamenáno :*

1. Najprvé, všichni obecně služebníci královi o všecky dluby, dědiny, škody i zmatky kteréž-kolivěk dvorským súdem (dvorským sudím) súzeni sú; kromě hlásných, povězných a vrátných hraduov králových, ti se o malé věci před purkrabí toho hradu súditi mají.

2. Rychtáři ze vsi. Všichni rychtářové vsi králových, kteříž jako služebníci královi nazváni sú, súdem dvorským súzeni sú.

3. Židé a křesťané o listy etc. Všichni křesťané i Židé o listy, o dluby i o sliby dvorským súdem súzeni sú.

4. Obecní lidé z králova ukázání. Všichni také lidé, kteréhož kolivěk stavu, kteréž král zvláště na sudieho dvorského odkázal, ti sú byli súzeni.

5. Mniši a jiní duchovní lidé. Všichni mniši i jiní duchovní lidé, ježto jim před mnichy pravda se nemohla státi, před dvorským sudím súdili sú se.

6. Manové větši i menši. Manové všichni, větši i menši, i nápravníci, súzeni sú bývali sudím dvorským.

7. Násilníci a výbojníci. Všichni násilníci a výbojníci před dvorským sudím súzeni sú bývali.

8. Nápadové a odúmrťi. Nápadové a odúmrťi všech, súzeni býti mají před sudím dvorským.

9. Narčení kterýmžkoli právem. Všichni ktož budú narčení, kterýmžkoli právem které dědiny držie, súzeni sú bývali dvorským súdem.

## II.

1. Najprvé, sudí má mieti čtyrmezčtma kop platu v kraji Plzenském, podle obyčeje starodávnieho.

2. Ode všech vzvoduov a odhádní dědin odúmrtných, právem královým obdržených, buď svobodných, manských, služebných, nápravních, duchovních, městských, nebo kterýchžkoli, právo sudieho jest od každého sta 10 hřiven anebo desátý groš, podsudiemu jedna hřivna, a písaři pět věrduňk. Pak-li jest summa na odhádní o šedesát kop a níže až do desieti kop, v tom podsudí má deset grošuov neb desátú kopy, a písař jako prvé pět věrduňk. A ktož jede na

vzvod, má mieti v každem kraji věrduňk a ztravu anebo miesto ztravy 5 grošuv každý den, a pruvod sem i tam. A jestliže bude summa o deset kop a niže, to sluší toliko na písáře, a toho jest kopa a pět věrduňk; než již písar bere podle milosti.

3. Vzvodové, ježto slušejí na sudieho a na písáře, jsú jakožto o škody, o dluhy, o zástavy věnné neb jiné kterékoli, též také i o základy.

4. Vzvodové toliko o nezpravu, ti již jdú na sudieho, podsudieho i na písáře (a to tepruv za Kapléře počalo se; neb prvé dalo se tak, jakož dsky svědčily, že pro nezpravu vedeno bylo třetinú výš peněz v trhu položených; takéž v právě staném. A tak po odhádání slušné jest, aby komorník toho vzvodu nečinil, ale podsudí sám s písářem spolu, a to proto, aby se měnili úřadu skutkové, pro úklady zlých a odporných lidí).

5. Ode všech trhuov dědinných právo sudieho jest od každé kopy groš; ale již jde po milosti ode sta hřiven jedna hřivna, to jest od každých desieti kop 6 grošuv; a písáři toliko věrduňk, kolik osob kupujících; a což jest od šedesáti kop a niže, to jde na podsudieho.

6. Od věna též právo jako od trhu; též také i od poručenství každý poručník dáti má sudiemu a písáři.

7. Od spolkuov neb rozdieluov, když jest summa nade sto kop, od toho práva jde sudiemu tolik kop, kolik osob, a písáři tolik věrduňk.

8. Od dání každá osoba, již se dávají dědiny, dá sudiemu po kopě a písáři po věrduňku.

9. Od směnění dědin obě straně mají dáti sudiemu po kopě a písáři po věrduňku.

10. Když kto staným právem neb panským nálezem neb svědectvím neb ukázaním desk obdrží proti královu právu, toho jest právo sudiemu po groši od kopy, a písáři věrduňk; ale již jde po milosti: kolik osob obdrží, tolik pět věrduňk dadí. V tom podsudí má třetí groš a písáři pátý; a to slove památné.

11. Když kterýž man, maje k sobě list od úřadu aby pohnal druhého, a toho žeby neučinil, propadl jest deset hřiven; pak-li po druhé neučiní, propadne dvaceti hřiven, a po třetí třidceti. A ta pokuta jde na samého sudieho, leč chce jakú v tom milost učiniti.

12. Základ zaručený nebo puohonný, buď malý neb veliký, jde na samého sudieho.

13. Ode všech staných práv puohony dobytých, což jest pode sto kop až do desieti doluov, to jde na podsudieho, a což níže desieti, na písáře. Pak-li jest právo stané s úmluvú, od toho bude písáři věrduňk.

14. Když podsudí s písářem činie odhádanie, z toho jde třetina na podsudieho a písáři věrduňk, a má každý den dáno býti deset grošuv podsudiemu na dva koně, a písáři pět grošuv na jeden kuoň, od toho ktož vede.

15. Od zápisu níže sta kop každá osoba, jiej se zapisuje, dá písáři po 4 grošiech. Pak-li zápis bude nade sto kop (s povolením krále), právo 50 grošív od každého sta; a to na podsudieho s písářem na rovný podiel od každé osoby.

16. Ubrmanstvie, každá strana má dáti písáři po věrduňku.

17. Od vloženie úmluvy po nezpravu ve dsky 4 groše písáři.

18. Od vloženie útoku dva groše, jeden podsudiemu, druhý písáři.

19. Od vloženie ve dsky puohonu jeden groš, a od puohoného listu dva groše, a od vysvědčenie jeden groš, a od odporu při puohonu od každé osoby 4 groše, od poručenství 1 groš, od opravovanie 1 groš, od propuštění odporu 4 groše, od vloženie vizy při puohonu 2 groše; to vše písářovo právo.

20. Od vloženie práva staného při puohonu pět věrduňk památného. V tom má podsudí třetí groš, a písář pátý.

21. Když písář jede na úmluvu po právu staném neb pro nezpravu, má mieti věrduňk, a od vloženie té úmluvy 4 groše.

22. Když na vzvod vydán bude úředník po právu staném, ktož vzveden jest, dá podsudiemu kopu a písáři pět věrduňk, a od vloženie toho vzvodu písáři groše dva.

23. Od každého panování věrduňk tomu, ktož pojede. A od vloženie každého panování písáři po dvě grošiech.

24. Když jede úředník na odhádanie dědin po právu staném, ježto jest truoj puohon prošel, v čemž odhádáno bude, z toho jde na sudieho od kopy po jednom groši, podsudiemu hřivna, a písáři pět věrduňk. Od vloženie odhádanie ve dsky písáři dva groše.

25. Vina při puohonu, ktož ji dopustí, jest pět věrduňk; tu má podsudí třetí groš, a písáři 5 grošuv. (Ale staré právo jest, že z čeho puovod požene a vysvědčí puohon, tolikáž vina jde na

úrad. A nevysvědčil-liby puovod puohonu požena, ta vina obrátí se na puovoda.)

26. Od opovědného ze škod 4 groše písari, buď škod mnoho neb málo.

27. Od propuštění puohonu 5 věrduňk; v tom podsudí má 5 věrduňk, písari pátý.

28. Ktož požádá úředníka na ohledání škod, dá věrduňk a ztravu tomu, ktož pojede, anebo místo ztravy 5 grošuv na den i s koněm.

29. Od ohledání desk puohonných, ježto právo dovedeno jest, jde k úradu 5 věrduňk; tu podsudí má kopu a písar 15 grošuv.

30. Když man manu dluh dskami zapisuje pod pokutú brátí s úředníkem na dědinách pro nesplnění peněz na kterýžkoli rok z rokuv jmenovaných, buď pak summa veliká neb malá, komu zápis svědčí, dá po 4 grošieh písari; a ktož se kvituje, má dáti po dvě grošieh písari od každé kvitancí.

31. Když se peníze kladú v úradu, mají býti zapečetěny, a ktož je přijímati bude, dá písari 4 groše.

32. Když král svoj nápad odúmrťi komu dada, pošle pána kterého k úradu, od toho poselstvie právo pět věrduňk každá osoba; v tom jde podsudiemu třetí groš, a písari pátý. Pak-li král dá komu odúmrť listem svým, a ten, komuž dáno, bere list provolací, má dáti 6 grošív písari; to jest od listu provolacieho 2 groše, a od vepsání listu králova 2 groše, a od vloženie odúmrťi ve dsky saundé 2 groše.

33. Od každého listu provolacieho 2 groše písari, a když se list vrátí, jenž slove testatio, jeden groš písari; též také od listu na úmluvu 2 groše; též od listu posielacieho neb k napomenutí po dvě grošieh písari, i monitionis.

34. Od vloženie odporu při výsluhách 4 groše od každé osoby písari.

35. Od vloženie odporu při trhu, při zápisu, při věnu, při spolciech, při rozdieliech, při poručenství, při dání dědin neb směnění, po 4 grošieh každá osoba dá písari.

36. Od poručenství při odúmrťi, od každé osoby po jednom groši písari.

37. Od opravování roku odpierajiciemu při odúmrťi, od každé



osoby jeden groš písari, a od vizey jeden groš, od ohledanie nálezu po 4 grošiech písari.

38. Od vloženie odporu po vrácaní listu provolacieho (ježto slove cum memoria) 4 groše; z toho písari 2 groše, a podsudiemu 2 groše. A cožkoli se znamenává ve dskách cum memoria neb jinde, ode všeho jdú 4 groše spolu na oba.

39. Od propuštění odporu kdežkoli písari jdú 4 groše, buď při výsluze, puohonu, vzvodu, trhu, věnu.

40. Od ohledanie odporu proti trhu, věnu, spolku, dání, směnění etc. 4 groše písari.

41. Od ohledanie desk trhem, věnem, spolkem, převedením neb přidáním věna, směněním dědin, poručenstvím neb dáním, jest právo 5 věrduňk; z toho slušie kopa na podsudieho, a věrduňk na písare.

42. Od ohledanie desk zápisem 4 groše písari.

43. Od ohledanie odporu proti zápisu 2 groše písari.

44. Od ohledanie desk vzvodových (ježto slovú rationis), kdež právo jest na vrch dovedené, od toho jest 5 věrduňk; v tom podsudí má kopu a písar věrduňk.

45. Od vymazanie anebo od vypsanie neb propuštění z desk, buď trhem, věnem, spolkem, rozdielem, dáním, a toho všeho což jest v trhových dskách, právo jest 5 věrduňk; v tom podsudí má jednu kopu a písar věrduňk.

46. Od dolozenie jména buď v trhu neb v zápisu, ježto miesto pozuoastaveno, od každého jména 4 groše písari; od propuštění zápisu 4 groše písari.

47. Když král které dědiny manské, ježto omylem neb z nevědomie ve dsky zemské za svobodné jsú kladeny, káže po pánu znamenitém převesti do desk dvorských: jsú-li ty dědiny trhem, spolkem, věnem, dáním neb směnú, od toho má dáno býti vedle summy, zač ty dědiny stojie; pak-li zápisem, též jakž summa jest.

48. Od uvázanie úradníkem podle zápisu právo 5 věrduňk; v tom podsudí má třetí groš a písar pátý. A ktož jede na uvázanie od úradu, má mieti věrduňk za svú práci, k tomu ztravu aneb miesto ztravy 5 grošov s koněm na každý den, a pruvod sem i tam.

49. Když jeden druhému přijímá na spolek při které odúmrti,

právo jest od toho 5 věrduňk: v tom podsudí má třetí groš, a písaři pátý.

50. Postúpenie práva králova při odúmrtch, kolik osobám bude postúpenie, každá dá pět věrduňk; v tom podsudí má třetí groš, a písař pátý.

51. Když list k obraně (jenž slove tuitionis) vyjde od úřadu k purkrabi Pražskému, od toho právo 5 věrduňk; v tom podsudí má třetí groš, a písař pátý.

52. Od přenešení a vepsání vypisov desk zemských svobodných k dvorským deskám, buď k odporu, neb ku právu královu, jest písařovo právo po 4 grošiech.

53. Od vepsání listuov k odporu provedených, neb ku právu královu při výsluze, neb také při puohonu, písaři právo jest po věrduňku; ale již jde po milosti, jakž list větší neb menší.

54. Od každého svědka, buď při výsluhách neb při puohoniech anebo k čemužkoli, jest právo písařovo po 2 grošiech.

55. Když král nebo sudí káže dáti komu výpis z desk dvorských, buď trhem, věnem, spolkem, poručenstvím, zápisem nebo kdež jest právo dovedené při výsluze neb puohonu, v právě jest od starodávna 5 věrduňk písaři od každého výpisu; s kterýmžto výpisem písař puojde, a přečta kdež toho třeba, ztrhati má; ale proto muož se milost státi, podle vuole jeho.

56. I sudí všechny dsky má puosobiti na svých puožitkuov náklady, a na každé suché dni, kdyžby páni sandili, má jeden týden toliko dáti podsudiemu s písařem plnú ztravu, a k tomu po 4 grošiech na každé roky menšie, totiž na zajtřie svatého Martina a svatého Fabiana, v sobotu po Svátosti, na zajtřie svaté Markéty. A písař také z svého puožitku má zjednati papier ke všem listóm podacím, provolacím a puohonným, a k jiným listóm, a k tomu červený vosk.

*(Toto všecko bylo jest a šlo za mého úřadu a za mé paměti, za pana Viléma z Talberka, za pana Bičena i za pana Henzle. A to sem sepsal pro budoucí paměť a zprávu mých náměstkuov, což jest za starších bylo a dalo se. Noví a potomní aby výše nepřitahovali a lidi neobtěžovali přes obyčej a právo.)*

### III.

Man v Čechách sedě, též právo jmá se otpřisieci, jako zeměním, zemským právem.

*(Rožm. 208.)*

Služebníka králova právo pohnati před dvorského sudieho k dvoru listem sudieho, jenž mu rok dává před sobú státi, ze všeho což vadí; tehdá právo rok dáti ač móż stihnúti najbližší, za dvě neděle.  
(Rožmb. 43.)

*Tento jest řád a spôsob puohonuov při úřadu desk dvorských, jakož dsky dvorské ukazují:*

Každý puohon z dědictvie má býti truoj, a ze škod toliko jeden. Puohon nemá delší býti šesti nedělí, a menší dvě nedělí. Puohon žádnému nemá vydán býti, ani útok, leč tu puovod sám osobně stane a toho žádati bude.

(ZZVlad. 307)

*Po právu staném vedenie práva nalezá se ve dskách dvorských tento spôsob:*

Že jest dána monitio nebo *úmluva* 14 dní a to listem od úřadu skrze mana některého, a to se stalo l. B. 1415, v pátek před svatým Havlem (11. Oct.) — Item, leta 1416, v úterý den svatého Jiljí (1. Sept.) úředník desk dvorských *vzvedl* jest puovoda na dědiny pohnaných, a puovod jest uručil, že pravě vede. A ten vzvod stal se jest púvodovi úředníkem desk dvorských na summu ústanú ze škod, a k úřadu tolikéž. — Léta téhož, v pátek po svatém Lampertu (18. Sept.) stalo se jest *panování první*, s uručením na týchž dědinách. A toho jest učinil úředník relací ke dskám dvorským, když se jest zase vrátil. — Leta 1417, v pátek před sv. Filipem a Jakubem (30. Apr.) stalo se jest *panování druhé* s uručením a s zájmem puovodovi pro úrok svatojirský, a k úřadu tolikéž. — Leta téhož, v úterý před sv. Martinem (9. Nov.), stalo se jest *panování třetí*, též s uručením. A každého panování učinil jest úředník relací ke dskám dvorským. — Leta 1418, v sobotu po sv. Tiburci (16. Apr.), stalo se jest *odhádání* úředníkem dvorským na dědinách pohnaných, a odhádal jest polovici dvoru poplužního služebného puovodovi, a k úřadu tolikéž, a to u vinách a pokutách úředničtech. — A tu i hned jmenovaný púvod s úředníkem učinil jest *panování čtvrté* přes právo na týchž dědinách právem ústaných, vzvedených, třikrát po sobě panovaných a odhádaných plným právem. A toho jest učinil úředník relací ke dskám dvorským.

(ZZVlad. 307.)

Nalezá se ve dskách dvorských při puohoniech z dědictvie pro nezpravu i ze škod, když sú roky puohonem vystáli puovodové i s pohnanými, že sú každá strana šest manuov skrze jednoho mana, kterémužto list od úřadu dán jest byl, obeslali, a ti se měli sjeti z práva k roku od úředníka jmenovanému, a ti sú činili nálezý mezi stranami (a to se nalezá ve dskách dvorských, v knihách puohných

za krále Václava, kdež Matěj z Kovářova pohoni Alžbětu vdovu z Kestřan.) —

(ZZVlad. 308.)

## IV.

*Litterae quae dantur purgravio ex parte beneficiariorum tabularum curiæ regalis.*

1. Brzienko de Skály, judex curiæ regalis per Boemiam (1400—1407) ceterique beneficiarii czudæ ejusdem, nobili et egregio viro, domino Johanni dicto Crussina de Lichtenburg, magistro curiæ regalis supremoque purgravio Pragensi (1403—1407), aut ipsius vicepurgravio purgraviatus ejusdem, præsentibus scire damus, quod in villa Rzierzihy quinque sex. gr. census cum curiis rusticalibus et omni libertate ad ea pertinente per mortem quondam Jaroslavæ virginis ad dominum regem sunt legitime devolutæ. Gratiosa siquidem ex donatione regia Benessius et Niemczo, prædicti juris ordine observato, super dictas quinque sex. gr. sunt inducti et taxatæ sunt eis per beneficiarios curiæ ad verum jus hereditarium pleno jure, quemadmodum in tabulis curiæ comperimus contineri. Quare Nob. Vestram aut vestras vices gerentem in auxilium juris postulamus, rogantes ex affectu, quatenus præfatos Benessium et Nicmzonem in prædicto censu sic per nos inductos tueamini a quolibet violento seu impetente. Scriptum apud curiæ tabulas etc.

2. Brzyenyek z Skály, sudí dvoru králova po Čechách, i jiní úředníci úřadu téhož, tobě slovutnému panoši Wykerzovi purkrabí Prazkému (1404—1406) tímto listem věděti dávamy, že Jan z Nahořetic dědiny v Radechově dvór poplužný, dva dvory kmecie, v Vojnině ves celú, s seděním, s lukami, s lesy, se mlýny i s tú se vši volí což k tomu sluší, svědky spravedlivě jest obdržal proti královu právu, jakž to plněji v dvorských dskách popsáno stojí. Protož ač by kto ty dědiny která mocí držal a královým právem překážel, aby svrchu řečeného Jana z svého úřadu bránil, jakž z úřadu a z popravu učiniti máš. Datum etc.

3. Albertus de Koldicz et de Bělina, judex (1407—etc.) ceterique beneficiarii tabularum curiæ regalis per Boemiam, vos nobiles dominos Johannem de Rotstein 1409 purgravium Pragensem requirimus, quatenus Kunsonem de Paka in una curia rusticali in Lodyn per mortem Sdochonis presbiteri ad dominum regem juris ordine devoluta tueri et defensare velitis a quolibet violento. Scriptum apud curiæ tabulas etc.

4. Albertus de Koldicz et Bielina, judex curiæ regalis per Boemiam.

ceterique beneficiarii czudæ eiusdem. Nobili viro domino Lackoni de Kravar, supremo burgravio Pragensi aut suo eiusdem purgraviatus substituto, harum per tenorem scire damus, quod Johannes de Rysemburk, pincerna serenissimi principis, Romanorum et Boemiæ regis, super curia araturæ in Bezdiekow post Benesium filium Jankonis cum agris, pratis ex donatione regia gratiosa servato juris ordine curiæ ad omagium Wysegradense inductus est ad jus hereditarium pleno jure. Quam ob rem officium justitiariæ vestræ purgraviatus Pragensis in auxilium juris rogamus et requirimus studiose, præfatum quatenus Joannem in dictis bonis et hereditatibus manu tenere velitis et tueri. Scriptum apud curiæ tabulas.

5. Albertus de Koldicz etc. Nobili etc. Scire damus, quod per mortem Annæ relictæ Marssonis de Praga in C. uno lân silvæ, piscina et in H. tres sex. gr. census, in quibus quidem hereditatibus 60 sex. gr. dotis suæ habere dignoscebatur, id ex donatione regia in Alssonem et Herssonem de Kozojed curiæ juris ordine devolutum. Idcirco nobilitatem vestram rogative hortamur, quatenus præfatos Herssonem et Alssonem fratres in prædictis hereditatibus dotalibus manu tenere atque gubernare velitis, rebelles violentos prædictum dotalitiū occupantes arctius compescendo. Scriptum apud cur. tab.

6. Albertus Koldicz de Bielina, judex curiæ regalis per Boemiam. Nobili viro domino Lackoni etc. Significamus per præsentem, quod curia araturæ in Slavhosticz ex morte Divissii de ibidem cum agris, pratis, et omni libertate ad ea pertinente, quam diviserunt et tenent duo laici, ad dominum regem est legitime devoluta, et demum dominus Wenceslaus Romanorum et Boemiæ rex, prædictas hereditates dedit et contulit Jakubczoni Niemczoni pro . . . suis gratiose, prout hoc vidimus in tabulis curiæ iuris ordine observato plenius contineri. Quare nobilitatem vestram præsentibus rogantes requirimus et hortamur, quatenus præfatos J. et N. in dictis hereditatibus sic per nos inductos tueamini gratiose a quolibet violento. Scriptum apud curiæ tab.

7. Albertus Koldicz etc. Vobis nobili et egregio viro domino Lackoni de Kravar supremo burgravio Pragensi, vestro aut substituto, notum facimus harum per tenorem, quod nobilis Kunka relictæ nobilis Hermanni dicti Chustnik, dotem suam in tabulis terræ comperit, vid. CCC sex gr. cum quinquaginta sex., quas sibi in hereditatibus omagialibus Chotieborcz civitate cum agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, molendinis, et omni libertate ad ea pertinente præfatus dominus Hermanus in dictis bonis et hereditatibus dotavit et nomine dotis assignavit et ei de dicta hereditate in prædicta summa pecuniæ ad veram dotalem obligationem condescendit. Sic tamen, quod prædicta Kunka post mortem domini nobilis Hermanni mariti sui

prænarrati in præfatis hereditatibus habere debet triginta quinque sex. gr. census annui bene sessionati, prout hoc in tabulis curiæ de consensu ponitur et voluntate serenissimi principis et domini domini Wenceslai Rom. et Boemiæ regis plenius expressatur, ex relatu nobilis Benessii dicti Chustnik, qui nuntius et relator super prævia ad tabulas curiæ fuit speciali litera delegatus; ea propter præenarratam dominam Kunkam juris ordine servato in et super præfatas hereditates dotales obligatas inducere debeatis, salvis tamen juribus, ordine servato, domini regis et aliorum, ipsamque manu tenere et tueri velitis a quolibet violento. Scriptum etc.

8. Albertus Koldicz de Bieliny etc. Nobili domino Lackoni præsentibus scire damus, quod curia araturæ in Mančic cum agris, pratis, silvis et omni libertate ad dictam curiam pertinente ex morte Thomczonis de ibidem ad dominum regem est legitime devoluta et demum dominus rex Petro dicto Kindl pro omnibus aliis denuo dedisse profitetur, qui Petrus super prædicta bona et hereditates servato juris ordine per beneficiarium nostræ curiæ inductus est, prout in tabulis curiæ comperimus contineri. Quare nobilitatem vestram, vestrum aut substitutum purgravium Pragensem præsentibus requirentes in auxilium juris postulamus, quatenus prædictum Petrum in dicta bona per beneficium nostrum inductum manutenere, defensare atque tueri velitis a quolibet opponente seu violento. Scriptum etc.

9. Albertus Koldicz de Bielina etc. Nobili domino Lackoni etc. promptam ad quævis beneplacita voluntatem. Quia curia araturæ in Bezno ex morte nobilis Hawlikonis de Zwerzieticz cum agris, censu, silvis, rubetis et omni libertate ad ea pertinente per . . . . . sententiam et . . . . . dominorum baronum regni Boemiæ ad D. regem legitime est devoluta, exclusis et salvis juribus Perchtæ viduæ et Markwardi dieti Kus, quæ in tabulis terræ continentur, tandem dominus rex omne jus suum bonorum hereditatum prædictarum dedit et gratiose contulit Joanni de Smrzow secretario et purgravio suo in Biela et pro liberis ac successoribus suis legitimis possidendum, prout hoc in tabulis curiæ et literis regalibus claret. Eapropter Nob. V. in subsidium juris rogamus, requirimus et hortamur, præfatum quatenus Joannem per beneficium tabularum curiæ in prædicta bona pleno jure inductum manu tenere et protegere in dictis hereditatibus debeatis a quolibet violento, protervo et opponente, rebelles et impediētes quoscunque, auctoritatis vestræ justitiariæ potestate, ad vestram prout spectat officium, compescentes. Scriptum etc.

## V.

*Tabula provinciarum.*

I. *Grecensis et Mutensis*: Dantur literae proclamationum in Grecz, in Mutam, in Miestecz et in Bydzw (Jaromirz, Dwuor).

II. *Pragensis, Boleslaviensis, Nimbургensis, Melnicensis*: Dantur in Pragam, Bielam, Kostelec, Melnik, Nimburgam; item aliquae in Welwar, Zitaiam.

III. *Rakonicensis et Veronensis*: Dantur in Rakonik et in Veronam; aliquae in Mendicum.

IV. *Bechinensis et Chinoviensis*: Dantur in Wozicz vel in Benessow.

V. *Boznensis et Prachinensis*: Dantur in Sussicz, Mirovicz, in Milen et Miroticz.

VI. *Vltaviensis et Kamycensis*: Dantur in Gilowy, Kamyk, Knin, Pulcrum Montem; etiam aliquae in Woticz.

VII. *Plznensis*: Dantur in Klatowiam, Plznam, Misam, in Tustam; aliquae in Tachow.

VIII. *Piescensis et Dudlevensis*: Dantur in Budweis, in Pieskam, Sussicz, Wodnian; aliquae in Weselé et in Lomnicz.

IX. *Czaslaviensis*: Dantur in Czaslawiam.

X. *Zacensis, Litomericensis, Pontensis*: Dantur in Lunam, Litomericz, Zacz, Pontem, in Usk super Albea; aliquae in Kadan.

XI. *Kurimensis*: Dantur in Kurim et in Coloniam.

XII. *Chrudimensis*: Dantur in Chrudim.

XIII. *Slanensis*: Dantur in Slanam et in Welwar, et aliquae dantur in Minorem civitatem Pragensem.

**Additamentum.**

Subscripta rescripta sunt et copiata de quodam registro antiquo Sezemaie, qui erat notarius et post vicejudex tabularum curiae regiae, quod registrum dominus Czenko purgravius portaverat ad beneficium et viceversa recepit anno 1459. — (Tab. curiae reg. XXX pag. 14.)

1. Tímto během mnoho dědin manských od koruny České země odtrhá se, že dskami dvorskými jeden druhému těch dědin prodada nepotvrzuje, jedno listy královými jeden druhému vzdává, a ti listové rozličným během ztraceni bývaj, a tudy manské dědiny

z paměti vycházejí a za svobodné je mezi sebou prodávají, když jich ve dsky dvorské s králevů volí nekladú.

2. Také tudy mnoho dědin manských i služebních od koruny České odlúčeno bývá, že jeden druhému po kusiech těch dědin uprodává.

3. Také jeden služebník mnoho dědin pokúpě u jiných služebníkův i drží, a tudy mnoho služby hradóm královým scházie.

4. Služebníci mnozí mezi sebou o dědiny služebnie trhy činie bez králeva vědomie, jedno jeden druhému před súsedy vzdá, a tudy králeva služba hyne.

5. Také nenie svědomo, co kto služebních neb manských dědin drží, a která službu každý z svých dědin králi činiti má.

6. Mnozí se v otumrtné dědiny uvieží bez úřednieho vzvodu a othádanie, a tudy král nevie, za mnoho-li komu dal jest, a úřad dvorský také proto chudne; neb tudy právo úředničie zahyne a na bezpravie mnozí křičie, řkúc že se jim bez práva uvázáno.

7. Mnozí jsú, jimžto král dědiny, totiž nápady své otumrtnie dává, a ti pak vezmúc listy provolacie, i nedadie těch dědin provolati, a druží provolajíc nechtie jich sobě dovesti.

8. Komuž co král dá, aby se o to sám súdil a na rociech přede pány stával s pomocí úředníkův dvorských, ale ne všeho na úředníky cpal; neb tudy na úředníky křik bývá, když čí při sami bez něho, jehožto věc jest, vedú. A také úředníci paměti té mieti nemohú, čím kto má které dědiny nápadnie právem obdržeti.

9. Manové a služebníci na súdě sedati nechtie, a tudy se lidem dlí.

10. Listów ot úřada mnozí vládyky, manové a služebníci přijímati nechtie, a poslušenstvie což úřad královú mocí prikazuje, nečinie.

11. Popravcie komuž úřad pšie, aby násilě bránil, kohož s právem uvedú, toho brániti netbají.

12. Dědiny otumrtnie, kdež jich je málo, těch ijeden u krále prositi nechce, proto že je král k manství dává.

13. Když který klášter aneb město nebo který měštěnin listem úředničím pohnán bude královú mocí, aby ukázal kterým právem králový dědiny služebnie, manské neb nápravnie držie: tehdy vystúpie podkomořie nebo jiný králov posel, i káže královým slovem, aby jich úřad nesúdil; a tak nedojdúce toho, kterým právem klášterové neb měštěné dědiny držie, i dadie jim pokojně držeti, a tudy mnoho králových dědin odcházie od koruny České.

14. Mnozí nejsúc úřadem na dědiny otumrtnie vzvedeni i pro-



plávají je, a tudy král nezvie co je komu dal a za mnoho-li dal; neb jich úrad neothaduje a u počet králi nepřijdú.

15. Služebníci koruně české dědinami připsaní chtějí to za právo mieti, aby jich dědiny nikdy na krále nespady, dokudž který příbuzný nalez(en) móż býti; a to našli za právo. (Ale ihned proti tomu nálezu Sazema, písař dvorský, odvolal se jest na Královu Milost, českého krále, a tak jich nález nejde, až do králova rozkázanie.)

16. Purkrabie královi od povolenie když jeden druhému prodává, od obú stranú neobyčejné peníze berú.

17. Paní kralové dědiny nápadnie, služebníčie, panské a nápravníčie podává, ale vzvodu na ně není vydáno bez Milosti králova přikázanie.



CODEX  
JURIS BOHEMICI.

TOMI II. PARS 3,

CONTINENS

SCRIPTA AD REMPUBLICAM ADMINISTRANDAM SPECTANTIA

SAEC. XIVmi.

IMPENSIS REG. SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICAE

EDIDIT

**HERMENEGLDUS JIREČEK.**

---

**PRAGAE.**

APUD FRIED. TEMPSKY BIBLIOPOLAM. — TYPIS GRÉGERIANIS.

1889.

# INDEX RERUM.

---

## Caput I. Res ad regni administrationem spectantes.

*A.* Locumtenentium et capitaneorum regni institutio. *B.* Conventus totius regni convocatio. *C.* Scabinorum et consulum terrae, civitatum etc. convocatio. *D.* Vasallorum convocatio. *E.* Ad conventum districtualem evocatio. *F.* Castra regia per Boemiam. *G.* Villicationes regiae per Boemiam. *H.* Zřízení dvoru královského 1412. *I.* Castra per Moraviam. *K.* Feuda regni et coronae. *L.* Specimina feudorum boemicorum. *M.* Forma subfeudi boemici. *N.* Specimina feudorum germanicorum. *O.* Feuda per Moraviam. *P.* Feuda episcopatus Olomucensis. *Q.* Ordo vasallis coronae extra curtem a. 1355 praescriptus. *R.* Civitates regiae.

## Caput II. Regni in districtus divisio.

*A.* Provinciae sive districtus Boemiae. *B.* Districtus Boemiae quoad bernam regiam. *C.* Consulatus et poprawczonatus. *D.* Districtus Boemiae quoad administrationem justitiae. *E.* Provinciae quoad jurisdictionem curiae regiae. *F.* Tabula provinciarum 1410. *G.* Enumeratio provinciarum et kmetonum ineunte saeculo XV. *H.* Provinciae sive districtus Moraviae.

## Caput III. Res militares.

*A.* Chodones, confinium occidentem versus custodes. *B.* Mandata. *C.* Joannis Hajek a Hodětin Constitutio militaris 1413. *D.* Additamentum: Civitatum fortificatio.

## Caput IV. Berna regia.

## Caput V. Metallifodinae et urbura regia.

## Caput VI. Res monetaria.

## Caput VII. Civitates et jus municipale.

## Caput VIII. Res ecclesiasticae.

Caput IX. Universitas (Studium generale Pragense).

Caput X. Statuta artificum mechanicorum et aliorum operariorum.

Caput XI. Jus vinearum.

Caput XII. Stratae et commercium.

Caput XIII. Judaei.



## Caput primum.

### Res ad regni administrationem spectantes.

#### A.

##### *Locumtenentium et capitaneorum regni institutio.*

(Cf. Slovanské právo v Čechách a na Moravě. III. §. 15: Práva královská).<sup>1</sup>

Capitanei saeculi XIVmi: 1316—1317 Petrus archiepiscopus Moguntinus. 1320 Dom. Henricus de Lipa. 1322 Boleslaus dux Silesiae, dominus Lignicensis, regni Boemiae capitaneus. 1331 Ulricus dictus Pluh. 1334—1342 Carolus regis Joannis filius. D. Petrus de Rosmberg. 1368 archiepiscopus Pragensis etc.

#### 1. Carolus etc. Venerabilibus — consiliariis gratiam etc.

Ne propter varias et innumeras reipublicae curas, quibus per ampla mundi spatia mens Nostra distrahitur, debitam hereditario regno Nostro Boemiae et ejus habitatoribus vigilantiam negligere videamur, ad supportanda nobiscum regni ejusdem onera et gentis Nostrae Boemiae necessitates congrue relevandas, vices regias libenter viris fidei constantia et morum honestate conspicuis Nostra solet sublimitas delegare. Sane de immota vestrae devotionis constantia et probata circumspeditionis industria plenam et indubitam obtinentes fiduciam, vos et quemlibet vestrum in solidum per praedictum regnum Nostrum Boemiae Nostros administratores, procuratores et negotii gestores generales et speciales facimus, constituimus et praesentibus ordinamus, dantes vobis et cuilibet vestrum in solidum plenam liberam et omnimodam tenore praesentium potestatem, (1.) burgravios, judices, consules et officiales Nostros castrorum, civitatum et villarum per Boemiam ad vestram praesentiam evocandi,

requirendi et exigente ratione removendi et alios surrogandi, (2.) census, redditus et jura Nostra regalia ab eisdem et aliis Nostris subditis exigendi, recipiendi et pro Nostris usibus reservandi, (3.) beneficia ecclesiastica curam animarum non habentia, in quibus Nobis jus patronatus competit, Nobis extra Boemiae regnum constitutis conferendi, ad illa dum vacaverint, personas idoneas praesentandi, (4) necnon omnia et alia singula faciendi, quae in praemissis et eorum quolibet fuerint opportuna et Nosmet ipsi facere possemus, si personaliter adessemus. Ratum habituri perpetuo atque gratum, quicquid per vos aut alteros vestrum seu alterum actum, procuratum, administratum fuerit sive gestum circa praemissa et quodlibet praemissorum.

Decernimus autem et volumus, ut postquam unam de praemissis administrationem, vocationem, inquisitionem aut aliam executionem feceritis, seu ad unum beneficium ecclesiasticum Nostro nomine praesentaveritis clericum idoneum, ad aliam administrationem, executionem vel praesentationem absque Nostra speciali scientia procedere nullatenus debeatis; alioquin ea quae per vos vel aliquem vestrum virtute praesentium secundo loco facta fuerint, volumus non valere.

Per praesentem autem constitutionem Nostram administratores Nostros et procuratores prius per Nostram Celsitudinem in Boemia constitutos non intendimus revocare.

Praesentium etc.

*(Formula e Copiario Melicensi typis exscripta in M. Pelsel-ii libro historico: K. Karl der Vierte. Urkundenbuch CCXX).*

2. Wenceslaus etc. Honorabili etc.

Quamvis cunctorum Nostrorum fidelium et agendorum multiplicium Nos ingens cura sollicitet, regnum tamen Nostrum cum annexis suis tanto praecordialius tantoque diligentius in-tuemur, quanto illud tamquam caput et membrum nobilius omnium, quae Nobis a divina potestate collata sunt, cognoscimus carius diligendum. Cum itaque ipsius regni gubernationem, quam libentissime personaliter ageremus, nisi diversarum occupationum, pro quibus ad utilitatem fidelium per regiones varias frequenter distrahimur, multiplicitas obviaret, cupiamus affectibus salubriter

providere et (talem) constituere ibidem vice Nostra, qui absentiae Nostrae defectum suppleat et personam Nostram veraciter.

a) De tuis itaque fidelitatis constantia et praesumptione confisi et in parte Nostrarum sollicitudinum te vocantes, praefatum regnum Nostrum ceterasque terras dominationi Nostrae suppositas, omnesque civitates ipsarum, districtus et loca cum omnibus suis pertinentiis, curam, gubernationem et regimen tibi usque ad beneplacitum Nostrum committimus plenarie per praesentes, b) Teque in eo et in eis et eorum quolibet ponimus loco Nostri, dantes et concedentes tibi in eis posse plenissimum cum omnimoda et plenissima jurisdictione ac mero ac mixto imperio et gladii potestate in facinorosos et malos et quoslibet alios, quoties sint et quando tibi placuerit, per te et alios exercendi. c) Capitaneos, camerarios, villicos, rectores, castellanos et burggravios castrorum, iudices, juratos, consules seu scabinos civitatum, ceterosque officiales ponendi, ordinandi, eligendi, instituendi, destituendi, removendi et cassandi, semel et pluries deputandi et revocandi, prout et sicut tibi placuerit, plenam tibi tenore praesentium concedimus facultatem. d) Proventus et redditus omnes regni praedicti et omnium praedictorum et omnia singula ad Nostram cameram quocumque modo pertinentia ad tuam ordinationem et dispositionem volumus pertinere, ita quod illos et illa convertere, expendere et distribuere ac erogare possis, prout de tua processerit voluntate. e) Fidelitates praeterea et omagia, juramenta et obedientiam a quibuscunque personis Nostro nomine recipere possis. f) Et antiqua feoda confirmare, concedere, et ecclesiastica beneficia et dignitates, quorum electio, nominatio seu praesentatio ad Nos pertinet, quoquomodo conferre. g) Denique cum quibuscunque regibus et principibus, ducibus, marchionibus, praelatis, dominis, baronibus, communitatibus, terris, locis et aliis quibuscunque personis conventiones, pactiones, foedera, ligas, concordias, treugas et paces et promissiones et obligationes facere, inire, contrahere et confirmare et quaelibet juramenta praestare. h) Et etiam si opus fuerit, bellum indicere, exercitum et guerram movere et facere, quatenus introducere valeas bonum pacis et libere possis, plenariam etiam concedimus potestatem. i) Et generaliter, omnia et singula, quae Nos ipsi facere possemus, per te volumus et decernimus posse fieri et te in omnibus et

per omnia in illis partibus tenere plenarium locum Nostrum.  
*k)* Novas tamen infeodationes et alienationes perpetuas tibi esse et intelligi volumus praesentibus interdictas.

Mandamus igitur universis episcopis, praelatis, ducibus, villicis etc. ceterisque hominibus terrarum Nobis suppositarum et supponendarum in posterum, cujuscumque praeementiae exstiterint, quatenus tibi in omnibus et per omnia tamquam Nobis parere, obedire et intendere debeant fideliter et devote.

Datum etc. praesent etc.

(*E codice Trebon. C. 3: Palacký, Formelbücher II. 119.*)

### 3. Wenceslaus . . . . . Boemiae rex.

Notum facimus . . . . universis, quod de nobilium Henrici Scopk de Duba, serenissimae Nostrae consortis curiae magistri, et Thymonis de Coldicz, consiliariorum Nostrorum, multae fidei, legalitatis et circumspeditionis industria plenam et indubitam fiduciam obtinentes, ipsis et eorum cuilibet . . . regia auctoritate Boemiae . . . . administrationem regni Nostri Boemiae in Nostri absentia commisimus et committimus per praesentes, dantes et concedentes ipsis et eorum cuilibet, (1) universis et singulis monasteriis et civitatibus regni Nostri Boemiae steuras, collectas, contributiones et bernas pro Nostris et ejusdem regni necessitatibus imponendi, indicendi, ab eisdem recipiendi, postulandi et exigendi, necnon (2) in et super quibuscunque causis, litibus et controversiis inter cives et incolas earundem Nostrarum civitatum motis seu movendis ordinandi, disponendi, sententiandi, dictandi et decidendi plenam liberam et omnimodam potestatem.

Quocirca universis et singulis baronibus, nobilibus, prawczonibus, justiciariis, vrzednikonibus, militibus, clientibus, burgraviis necnon religiosis abbatibus et conventibus singulorum monasteriorum devotis, iudicibus, consulibus, communitatibus, incolis et inhabitatoribus signanter Majoris, Minoris et Novae Civitatis Pragen. ac etiam Montium Chuttn. caeterarumque singularum Nostrarum et regni Boemiae civitatum committimus praesentibus . . . , quatenus praedictis Henrico et Thymoni in administratione regni Nostri . . . ac etiam impositione, receptione, postulatione et exactione stewardarum, collectarum, contributionum et bernarum, dum et quoties id nomine Nostri faciendi decre-



verint, intendere velut Nobis ipsis debeant modis omnibus et parere, contenti etiam plenarie de ipsorum ordinatione, dispositione, decisione, sententiis et dictamine in et super quibuscumque causis, litibus seu controversiis per eosdem vice et auctoritate Nostri disponendi, ordinandi, faciendi, proferendi, sentiendi et dictandi, ut praemittitur . . . decernimus, ut nulli penitus liceat ad Nostrae serenitatis audientiam quomodo libet appellare. Nam si quid contrarium per quempiam forsitan attemptatum fuerit, id nullius penitus auctoritate regia Boemiae decernimus fore roboris vel momenti; ipsique contrafactores et rebelles dicti H. et T. punire debebunt et corripere in ipsorum rebus et corporibus, prout eorum industria videbitur expedire.

Datum Pragae 1380, 15. Nov.

*(Ex orig. Archivi feud. et appell. Boh.: Pelzel, K. Wenzel XXIII).*

4. Wenceslaus rex illustri Procopio marchioni Moraviae ecc.

Illustris princeps! Postquam pridem pro disponenda Imperii S. republica et recuperandis ejusdem Imperii juribus — ad Almanorum partes personaliter procedere decrevisset Nostra serenitas, ne ob defectum Nostrae personae hereditarium regnum Nostrum Boemiae et ejus incolas per quempiam opprimi seu aliquomolibet contingeret molestari, te in partem Nostrae sollicitudinis vocatum ejusdem regni Nostri capitaneum fecimus et ordinavimus, data tibi potestate plenaria, honorem, profectum et commodum Nostrum et dicti regni Nostri procurandi, et omnia alia faciendi, quae circa hoc necessaria forent et opportuna, prout datae super hoc dilectioni tuae aliae Majestatis Nostrae literae manifeste declarant. Ad finem igitur, ut praefati regni Nostri et incolarum ipsius per te procuraretur utilitas et rebellium quorumlibet tibi forsitan obsistere volentium dometur audacia, animo deliberato, sano fidelium Nostrorum accedente consilio, regia auctoritate Boemiae et de certa Nostra scientia tibi virtute praesentium damus et concedimus plenam, liberam et omnimodam potestatem, ut vid. adversum omnes et singulos, cujuscunque praeeminentiae, conditionis, status, gradus seu dignitatis existant, qui te in procuranda regni Nostri republica et honore ac profectu Nostro dirigendis publice vel

occulte impedire forsitan voluerint, regium banderium Nostrum erigere, guerras movere et pro depellenda ipsorum protervia, assumptis tibi Nostris et praefati regni fidelibus, necessariam et opportunam possis diligentiam adhibere.

Datum Nurenberg 1397 etc. Ad mandatum etc.

(*Ex originali in collectione Raygradensi: Pelzel, K. Wenzel Urk. 139*)

5. Wenceslaus etc. universis et singulis burggraviis, castellanis, nec non gubernatoribus castrorum regni nostri Boemiae, cujuscunque nobilitatis seu conditionis existant, ad quos praesentes pervenerint, fidelibus suis dilectis, gratiam etc.

Fideles dilecti! Quia illustrem Procopium, marchionem Moraviae, principem et patrum Nostrum dilectum, in capitaneum regni Boemiae praefecimus, data sibi potestate plenaria, ut in absentia Nostra justitiam dirigere, pacem incolis procurare et tam divitem quam pauperem in suis debeat juribus conservare: idcirco vobis et vestrum cuilibet seriose praecipimus et sub regii favoris obtentu expresse mandamus, quatenus ad praefatum patrum Nostrum et neminem alium respectum habere, sibi in singulis agendis assistere ac ipsius mandatis tamquam Nostris debeat firmiter obedire. Nam in casum, quo aliquis vestrum se in hoc casu componeret (opponeret?) et suis, imo potius Nostris mandatis obedire forsitan recusaret, extunc eidem patruo nostro commisimus et dedimus plenariam Nostro nomine potestatem, talem ab officio suo destituendi et alium loco sui instituendi, dum et quotiens fuerit opportunum etc. (1397).

(*E cod. Trebon. C. 3: Palacký, Formelbücher II. 120. Cf. ibidem 111*).

6. Wenceslaus — — Universis et singulis principibus, ecclesiasticis et secularibus, praelatis, capitulis, conventibus ecclesiarum et monasteriorum ac etiam nobilibus, baronibus etc., caeterisque regni Nostri Boemiae subditis et fidelibus . . . . .

Quia illustrem Jodocum marchionem . . . venerabilem Sbinconem archiepiscopum Pragensem . . . ac nobiles Boczkonem de Podybrad et Brzenkonem de Skal alias de Swihow, consiliarios Nostros . . . et quemlibet ipsorum capitaneos regni Boemiae usque ad adventum Nostrum constituimus et facimus auctoritate regia Boemiae per praesentes, dantes et concedentes ipsis auctori-

tatem plenam et omnimodam potestatem, quorumlibet maleficorum insolentias et temeritates Nostro nomine reprimendi ac pacem, tranquillitatem et commune bonum in regno Nostro procurandi: idcirco vobis omnibus et cuilibet vestrum seriose praecipimus et mandamus Nostrae gratiae sub obtentu, quatenus pro dirigenda republica ac regno Nostro Boemiae, Nobis absentibus, in pace et tranquillitate conservando, praefatis capitaneis Nostris contra universos et singulos maleficos, viarum publicarum depraedatores et alios violentos oppressores, quotiescunque super eo per eosdem consiliarios Nostros seu alterum ipsorum requisiti fueritis seu aliquis vestrum fuerit requisitus, cum gentibus armorum assistere juxta posse vestrum modis omnibus debeatis etc. Nam si quis ad requisitionem praedictorum capitaneorum circa praemissa renitens fuerit aut remissus, extunc praefatis capitaneis commisimus et dedimus plenariam potestatem, contra eundem tamquam malefactorem publicum et mandatorum regalium transgressorem agendi et procedendi, prout eis visum fuerit expedire etc.

(*E Copiario Premiezl. : Pelzel, K. Wenzel Urk. 197.*)

## B.

### *Conventus totius regni convocatio.*

(Cf. Slovanské právo v Čechách a na Moravě. III. §. 24.: Sněmy zemské).

1. Wenceslaus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Fideles dilecti! Ad disponendum in regno Nostro Boemiae statum pacificum et tranquillum et ejusdem regni rempublicam feliciter procurandam, barones regni praedicti ad proximam diem Dominicam ante festum S. Elisabeth Pragam decrevimus convocandos. Unde fidelitati vestrae seriose praecipimus et expresse mandamus, quatenus duos de consilio cum pleno civitatis vestrae mandato ad Nos Pragam dirigere debeatis, taliter ut praedicta die Dominica apud Nos in Praga sint finaliter constituti. Volumus etiam, ut interim in civitate vestra diebus ad hoc aptis proclamari publice faciatis, ut omnes et singuli, quibus bona ipsorum

indebite seu injuste per quempiam sunt ablata, super praedicto termino Pragae similiter venire non obmittant; quibus per restitutionem bonorum hujusmodi seu alias necessarias vias et modos de opportuno super hoc dignabimur remedio providere.

Dat. Veronae, die VII. Novembris, regnorum Nostrorum anno Boemiae XXIII<sup>o</sup>, Romanorum vero XI<sup>o</sup> (i. e. 1386, 7. Nov.)

Per D. Przemkonem ducem Teschinensem: Wlachnico de Weitenmule.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 129*).

2. Wenceslaus dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex, universis et singulis magistris civium, iudicibus, scabinis, consulibus et juratis districtus Pilznensis, fidelibus Nostris dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Fideles dilecti! Fidelitati vestrae committimus et tenere praesentium districte praecipiendo mandamus, omnino volentes, quatenus quolibet die forensi seu festivo in civitatibus, oppidis et locis vestris proclamari publice faciatis, ut omnes et singuli barones, nobiles, milites, clientes atque terrigenae in districtu vestro residentes, cujuscunque status seu conditionis existant, Dominica, qua cantatur Exaudi (31 Mai), apud Nos in Praga, omni procul excusatione cessante, sint finaliter constituti; cum quibus de pace et tranquillitate regni Nostrae Boemiae et ipsius republicae tractare volumus, prout Nobis fuerit divinitus inspiratum.

In hac etiam proclamatione adjici volumus, ut si quispiam ex praefatis terrigenis se absentare voluerit, aut ad praedictum terminum venire distulerit, quod extunc talis tam a Nobis quam etiam a singulis aliis rei publicae seu pacis aemulus debeat reputari.

Datum Pragae, die XV. Maii, regnorum Nostrorum anno Boemiae XXXI, Romanorum vero XVIII (i. e. 1394, 15. Maii).

Per D. Henricum de Nova Domo: Wlachnico de Weytenmule.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 132*).

3. Wenceslaus dei gratia etc.: Universis et singulis magistris civium, consulibus et juratis civitatum et oppidorum in

districtu Pylznensi constitutis, ad quos praesentes pervenerint, gratiam regiam et omne bonum.

Fideles dilecti! Pati nolentes, ut fideles Nostri regnicolae in suis juribus turbentur in antea, seu ob defectum justitiae aliquam de cetero habeant materiam quaerulandi: commisimus illustri Johanni duci Gorlicensi, principi et fratri Nostro carissimo, ut Nostri auctoritate et nomine omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam secularibus personis, pauperibus atque divitibus, justitiam facere, bona per quoscumque violenter seu injuste ablata restitui mandare, et generaliter quemlibet in suis debeat juribus efficaciter conservare. Propter quod fidelitati vestrae committimus et sub regii favoris obtentu districte praecipiendo mandamus, quatenus mox visis praesentibus, in civitatibus, oppidis, locis tam in ecclesiis quam foris vestris proclamari publice faciatis, ut omnes et singuli terrigenae, utpote milites et clientes, cives et oppidani, sive ad Nos sive ad barones regni pertineant, super Quatuor temporibus proxime venturis Pragam personaliter veniant, justitiam et restitutionem bonorum injuste sicut praemittitur ablatorum finaliter adepturi. Et ne quispiam ex eis se per simulatum forsitan timorem aut alio quovis modo valeat excusare, in dicta proclamatione volumus superaddi, quod omnibus ad praefatum terminum venire volentibus, sive Nostri sive baronum fuerint, parati sumus dare, imo virtute praesentium damus securum et salvum conductum Pragam veniendi, ibidem morandi et abinde ad propria eorum domicilia redeundi, salvis rebus pariter et personis, tam pro Nobis quam pro omnibus, qui causa Nostri faciunt et dimittunt (sic).

Dat. Karlstein, die XXIII mensis Maii, regnorum Nostrorum anno Boemiae XXXII°, Romanorum vero XIX° (= 1393, 23. Maii).

Ad mandatum D. Regis: Wlachnico de Weytenmule.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palackj, Formelbücher II. 133*).

4. Fidelis dilecte! Quamquam pro disponendis aliquarum terrarum Nostrarum negotiis terminos regni Boemiae Nos exire praegrandis cogat necessitas, de ipsius tamen regni profectu et commodo taliter ordinare proponimus, ut in eo peramplius justitia exoptata refloreat, tranquillitas vigeat, et quidem jura dudum

a Nostris praedecessoribus Boemiae regibus condita et in ipso regno firmiter observata, futuris temporibus, prout justum est, serventur illaesa, nominatim taliter, ut non liceat alicui alterum ausu temerario diffidare, in ejus domicilium ignem mittere, pecudes auferre, nec sibi alinea bona quomodolibet vendicare. Quapropter fidelitati tuae scribimus et hortamur, volentes, quatenus super festo . . . venturo proxime unacum aliis regni Boemiae baronibus, quibus super hoc similiter scribimus, ad Nos Pragam velis et debeas te personaliter conferre, ut de tuo et ipsorum consilio, quod ad utilitatem publicam mente concepimus, opere complere finaliter valeamus.

(*E Cod. Capit. Prag. H. 3: Palacký, Formelbücher II. 136 a*).

5. Fidelis dilecte! Licet alias tuae fidelitati scripsimus, ut pro disponendis utilitatibus ac profectu regni Nostri Boemiae et incolarum ipsius super clamoribus injuriarum et aliis violentiis seu fatigis indebitis, quas Nostri et ejusdem regni fideles hucusque sustulisse videntur, Nostrae Majestatis praesentiam accedere deberes, ut videlicet de tuo et aliorum baronum consilio talibus defectibus, imo potius necessitatibus possemus realiter providere; quia tamen intervenientibus aliquibus negotiis arduis hujusmodi Nostrum propositum pro tunc extitit impeditum, neque ad effectum optatum perductum: ne igitur in regno Nostro praedicto ob defectum justitiae de cetero clamor exuberet, t. f. rogamus et hortamur, desiderantes ex animo, quatenus negotiis tuis in ordine positis, ad Nos sine dilatione qualibet velis dirigere iter tuum taliter, ut super octava sancti . . . ventura proxime apud Nos in . . . sis finaliter constitutus; nec te necessitas propria quantumlibet arduo in hoc praeoccupet, quin pro disponenda ejusdem regni re publica super dicto termino te Nostro conspectui finaliter repraesentes, cum de tuo et aliorum baronum consilio, pro quibus similiter direximus scripta Nostra, defectibus hujusmodi volumus providere, et si quid neglectum fuerit in praemissis, mediante justitia conabimur adimplere.

(*E Cod. Capit. Prag. H. 3: Palacký, Formelbücher II. 136 b*).

6. Prudentes, sincere dilecti! Licet pridem scripsisse meminimus, ut pro disponenda republica super festo sancti P. proximo

huc venire debeatis: tamen quia veraciter accepimus, serenissimum principem et dominum dominum S. regem Ungariae jam in Albea fore sanum et incolumem personaliter constitutum, ad quem quidem dominum regem nobilis quidem dominus O. de B. ceterique regni istius b̄arones procedunt ad praesens, propter quod terminum sancti G. praefixum observare non possumus nec valeamus: idcirco vos praesentibus requirimus et rogamus, quatenus super Quatuor temporibus proxime . . . duos de consilio et duos de communitate civitatis vestrae cum potestate plenaria huc finaliter dirigere nullatenus obmittatis; nam ibidem tam dominus rex Romanorum et Boemiae, quam praefatus rex Ungariae ceterique barones nobiles et communes terrae istius interesse debent, ubi de republica, regni istius pace et commodo disponendis, (inter) praefatos dominos nostros ipsorumque fideles et subditos ardue et efficaciter curabitur pertractari. Ad quos quidem tractatus etiam vestri praesentia est plerumque necessaria et maxime opportuna.

Datum (1402).

(*E Cod. Trebon. C. 6: Palacký, Formelbücher II. 137.*)

### C.

*Scabinorum et consulum terrae, civitatum etc. convocatio.*

#### 1. Wenceslaus Dei gratia etc.

Fideles dilecti! Ex certis et rationabilibus causis omnes et singulos scabinos et consules terrestres duximus convocandos. Quare fidelitati vestrae praesentibus injungimus et mandamus, quatenus mox visis praesentibus singulis diebus forensibus et festivis in civitate vestra et in ecclesiis voce praeconia proclamari publice faciatis, ut scabini districtus vestri, singulis postpositis, coram Majestate Nostra vel illustri Johanne Gorlicensi, fratre Nostro carissimo, ac Nostris consiliariis in civitate Pragensi in crastino sancti Johannis Baptistae esse debeant modis omnibus constituti, sicut favorem Nostrum regium diligunt conservare.

Datum etc. (ca. 1384).

Per D. Georgium: Martinus scolasticus.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 127.*)

2. Domini et amici carissimi! Ex speciali mandato ser<sup>mi</sup> domini nostri Romanorum et Boemiae regis, dilectioni vestrae nomine ipsius domini nostri praesentibus seriose committimus et mandamus, quatenus duo ex vobis, habentes civitatis vestrae plenum posse pariter et mandatum, Pragae die Dominica proxima post festum Nativitatis S. Mariae proxime venturum coram ipso domino nostro rege aut ejus officialibus super arduis tractaturi negotiis sitis infallibiliter constituti, regalis gratiae sub obtentu.

Dat. (1388, m. Augusto).

Sigismundus Huler regni Boemiae subcamerarius, nec non supremus notarius ejusdem regni regalis.

(*E Cod. Capit. Prag I. 40: Palacký, Formelbücher II. 130 a*).

3. Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex universis et singulis abbatibus, praepositis, prioribus monachorum, nec non commendatoribus domorum devotis, et signanter magistris civium, iudicibus, consulibus et juratis civitatum regni Nostri Bohemiae, fidelibus suis dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Devoti et fideles dilecti! Quia propter certas et necessarias causas Nos et regnum Boemiae tangentes ad praesens vestri praesentia plurimum indigemus: idcirco volumus et vobis tenore praesentium seriose praecipiendo mandamus, quatenus proxima die Dominica post festum Nativitatis S. Mariae vos abbates, praepositi, priores et commendatores personaliter venire, aut duos de fratribus quorumlibet monasteriorum vestrorum, plenum a vobis desuper mandatum habentes, Pragam sine dilatione qualibet transmittere debeatis. Et similiter vos magistri civium, iudices et jurati civitatum praedictarum duos de consilio cujuslibet civitatis vestrae cum pleno mandato ad diem et locum praedictos, ad Nostram vel consiliariorum Nostrorum praesentiam destinare modis omnibus debeatis, voluntatem Nostram a Nobis vel ipsis plenarie audituros, nullam in praemissis penitus negligentiam commissuri.

Datum in Burtleins die XX. Augusti, regnorum Nostrorum anno Boemiae XXVI, Romanorum vero XIII (= 1388, 20. Aug.)

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 130 b*).



4. Fideles dilecti! Ad hoc, ut tam regni Nostri Bohemiae, quam etiam incolarum ipsius communis procuretur utilitas, cuncta etiam, quae ad pacem et tranquillitatem pertinent, stabili ponantur in ordine, vestri praesentia Nobis est plurimum opportuna. Et ideo volumus vobisque seriose praecipimus vel praecipiendo mandamus, quatenus duos de consilio civitatis vestrae plenum a vobis mandatum habentes ad Nos Pragam destinare modis omnibus debeatis, sic ut proxima feria V post festum Omnium Sanctorum apud Nos ibidem sind finaliter constituti.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 131 a.*)

5. Wenceslaus, Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Bohemiae rex. Fideles dilecti! Quia propter certas arduas et necessarias causas vestri praesentia plurimum indigemus, idcirco volumus vobisque seriose mandamus, quatenus duos de consilio vestro cum pleno civitatis vestrae mandato ad Nos sive consiliarios Nostros super Dominica proxima post festum Assumptionis S. Mariae Pragam destinare sine dilatione qualibet debeatis.

Datum Pragae etc.

Ad mandatum domini regis: Johannes Caminensis electus, cancellarius.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 131 b.*)

6. Fideles dilecti! Ex certis causis vos requirimus et hortamur omnino volentes, quatenus duos de consilio (et) duos de communitate una cum civitatis vestrae iudice cum pleno mandato ad Nos debeatis transmittere, ut feria secunda proxima ad octo dies apud Nos Pragae esse debeant finaliter constituti.

Datum Pragae in die S. Mauritii, regnorum etc.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 131 c.*)

7. Amici carissimi! Quia serenissimus princeps et dominus, dominus W. Romanorum et Bohemiae rex, dominus noster graciosus, pacem et justitiam in regno suo, auxiliante Deo, juxta quod vobis per suas literas scripsit, disposuit ordinare: ex mandato igitur ipsius domini regis vobis praesentibus seriose committimus et mandamus, quatenus duos de consilio et duos de communitate civitatis vestrae cum pleno posse Pragam ad diem

S. Joh. proxime venturam modis omnibus transmittatis, ad audiendam intentionem regiam, vobis per illustrem principem dominum M., duces P., silvarum regalium forestarium et per Nos plenarie exponendam; nam ad dictam diem omnes abbates monasteriorum et omnes purgravi castrorum convenient, quibus similiter scripsimus pro eodem. Nullam in eo negligentiam sub regalis obtentu gratiae commissuri; alias, si in hiis inobedientes extiteritis, ipsam inobedientiam vestram premeremus remediis oportunis.

(*E Cod. Trebon. C. 6: Palacký, Formelbücher II. 134*).

#### D.

##### *Vasallorum convocatio.*

1. Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Omnibus et singulis magistris civium, consulibus et juratis omnium civitatum per terras nostras Boemiae constitutis, fidelibus nostris dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Fideles dilecti! Fidelitati vestrae districte praecipimus et mandamus, quatenus singulis diebus forensibus voce praeconica proclamari publice faciatis, ut universi et singuli vasalli homagiales et Nobis super gratia servientes, qui tamen feoda ad castra pertinentia non possident, super die S. Galli venturo proxime, sub obtentu regiae gratiae et feudorum suorum, coram nobis Pragmae, si ibidem fuerimus, seu Nobis absentibus coram Jeskone Czuch, marescallo Nostro, esse debeant modis omnibus constituti, a Nobis seu dicto marescallo Nostro intentionem regiam audituri.

Datum Mendici, die XIX Septembris, regnorum Nostrorum anno Boemiae XXXI<sup>o</sup>, Romanorum vero XVIII<sup>o</sup>. (= 1393, 19. Sept.)

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 141*).

#### E.

##### *Ad conventum districtualem evocatio.*

1. Magistro civium, iudici et juratis civibus in Tusta, amicis suis carissimis.

Amici carissimi! Super quibusdam arduis et notabilibus

causis Majestatem regiam concernentibus, vobis eadem regia Majestate praecipio et injungo praesentibus seriose, quatenus mox visis praesentibus duos de consilio vestro cum pleno civitatis vestrae posse ad discretos viros, videlicet Bernhardum judicem curiae et Mathiam notarium in Hradek, in Misam civitatem sine dilatione qualibet mittere et dirigere debeatis, in eo nullam negligentiam commissuri, prout indignationem regiam volueritis evitare.

Datum Burtleins, die S. Dionysii et sociorum ejus.

Georgius de Rostok, regni Boemiae subcamerarius, burgravius in Hradek.

(*R Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 128*).

## 2. Wenceslaus etc.

Fideles dilecti! Commisimus Nyeproni de Rupaw, Busconi de Rysenberg et Bornikoni burgravio Tustensi, fidelibus dilectis, et eis dedimus seriusius in mandatis, ut ipsi cum universis et singulis ecclesiasticis et secularibus in districtu Pylznensi consistentibus super fer. secunda proxima post Dominicam Laetare in civitate Nostra Pylznensi convenire et de pace ac tranquillitate dicti districtus nomine Nostro tractare, et ut iniquorum reprimatur protervia, debeant finaliter ordinare. Propter quod volumus et vobis seriose praecipiendo mandamus, quatenus mox visis praesentibus in civitate vestra hoc ipsum proclamare publice, et ad locum ac terminum praedictos vestros de consilio transmittere modis omnibus debeatis, voluntatem Nostram ab eis super talibus audituri. Est etiam intentionis Nostrae, ut si vobis adversus quempiam aliquid forsitan competit actionis, hanc coram dictis Nostris fidelibus proponere studeatis, qui hoc ipsum ad Nostram praesentiam ulterius deferre debebunt. Nosque vobis desuper providere curabimus de remedio opportuno.

Datum Pragae, die VIII Martii, regnorum Nostrorum . . . .

Ad mandat. D. Regis: Wlchnico.

(*E Cod. Capit. Prag. I. 40: Palacký, Formelbücher II. 135 a*)

3. Fideles dilecti! Commisimus B. de P. et K. de H., fidelibus nostris dilectis, et eis dedimus seriusius in mandatis, ut ipsi cum universis et singulis personis ecclesiasticis et secularibus

in districtu P. consistentibus, feria II. proxima post Dominicam H. in civitate vestra P. convenire, ac de pace et tranquillitate dicti districtus et iniquorum reprimenda protervia Nostro nomine tractare debeant, juxta ea, quae eis per Nos oretenus sunt commissa. Propter quod volumus et fidelitati vestrae seriose praeicipiendo mandamus, quatenus hoc ipsum in civitate vestra proclamare publice et eis quoad hoc cooperari pro viribus debeatis. Literas etiam nostras certis personis super hujusmodi negotio directas per vestros nuntios personis, quibus scriptae sunt, transmittere nullatenus obmittatis.

(*E Cod. Trebon. C. 6: Palacký, Formelbücher II. 135 b.*)

## F.

### *Castra regia per Boemiam.*

(*Cf. Slovanské právo III.: §. 16. Zboží královské.*)

1. Castrum Pragense, caput regni et sedes regum Boemiae. Otacarus II. in castro Pragensi habuit decem castellanos sive purcravios, viros strenuos et famosos, quibus ita bene duxerat providendum, quod quilibet eorum circa minus poterat habere 30 armatos pro praedicti castri defensione vel causa alterius imminentis necessatis. (*Chron. Franc.*) Carolus rex 1369 castrum Pragense, in quo habebat magnum thesaurum, grandi fossato a parte meridionali fecit firmari. (*Chron. Beneš.*)

1320. Bona regalia pertinentia ad purgraviatum „castri nostri Pragense“ in villa Hostun (13) cum curia et munitione ac piscinis necnon propugnaculis etc.; item cum villa Dehnicz (13), cum villa in Owenecz (14), cum tribus curiis in Buben (13), cum villis Sedlec (?), Tlustitz (270), Cotopek (269), Lhota (269), Lubosnen (?), Gesenic (266). (*Emler, Reg. III. 581.*)

2. Castrum Glacz (Kladsko), in finibus Boemiae versus Silesiam situm, caput olim provinciae Kladscensis celeberrimum. Burgravii: 1262 Ctibor dictus Hlava, 1278 Richardus de Damis, 1295 Sdeslaus de Sternberg, 1302—1305 Benessius de Wartemberg. Refert *Chron. Dalimili, Otacarum II.* castrum Kladsko abstulisse dominis de Zvifetic (Kladsko otjé Zviefetickým). Temporibus Joannis regis (1318) domini dicti Berka civitatem cum castro Kladcensi „optimo“ tenuerunt.

Debent vigiles Nostri in castro Glacz —ait diploma regis Joannis ab anno 1331 (*Emler III. 1835*) — in villa P— habere quatuor laneos minus tribus virgis et juxta curiam regiam tres virgas, ut sint quatuor lanei perfecti, de quibus per anni circulum vigilare tenentur octo personae

in ipso castro nostro Glacensi. Non debent vigiles ipsi arctari ad opus aliquod aut laborem nisi ad molendum brasium et braxandum. Possunt succidere et deducere lignorum silvae nostrae partem aliquam pro necessitate suorum famulorum. Vigiles ipsi burgravii duntaxat et non alterius sisti iudicio tenentur. Possunt etiam civitatem nostram Glacz cum cuspidibus, gladiis et cultellis intrare nec propter hoc eos liceat pignorare etc.

Carolus rex Glacz castrum a regno non alienandum esse decrevit. (Maj. Car.)

3. Castrum Frustenberg (179), recte Fürstenberg nominatum, in orientalibus Boemiae versus Moraviam finibus prope civitatem Poličkam supra villam Svojanov situm, a. 1285 23. Oct. a rege Wenceslao II. baroni Zawissio de Falkenstein cum civitate Polička, castro Landesberg et civitate Landscron hereditarie concessum, post Zawissii mortem cum civitatibus Polička, Landescron, Muta etc. et cum munitionibus Landesberg, Hohenstein, Friderico marchioni Misnensi et principi terrae Lusatiae permutationis nomine oblatum. (Eml. Reg. II. 1358, 1467). In Chronico Petri Zbraslavensis ad a. 1287 commemoratur castrum, quod Vurstenberg dicitur. Roku 1413 král Vácslav IV. Erhartovi z Kunštátu zapsal dluh po markrabí Joštovi v 3000 k. gr. na hrad Nový Hrad, jmenovaný Fruchtenberk, a na město Šonberk. (Arch. I. 537.) R. 1421 vykoupěna závada tato skrze krále Sig-munda (Ib. 538.). Castrum a regno non alienandum.

4. Castrum Lichtenburg (213), castrum nobilissimum in Montibus sic dictis Ferreis a domino Smilone circa annum 1251 conditum. In chronicis et diplomatibus crebro commemoratur una cum possessoribus: 1251 Smilo de Lvochtenburc (Erb. Reg. I. 1279.) 1254 Smilo de Luchtemburch (Eml. Reg. II. 41.), 1287 Henricus (Heinmannus), Smilo, Ulricus (Ulmannus) necnon Reinmundus germani fratres de Luchtemburch (Cod. J. B. I. 70). Circa annum 1331—1334 castrum Leuchtenburg usibus regni est acquisitum, dominis a Leuchtenburg sat reluctantibus. Anno 1331 Joannes rex Stephano terrae notario, pro tunc purcravio in Ledchtenburch, et ejus successoribus, purcraviis ibidem, interdixit, ne monasterium in Sar infestent contra gratias ei quondam per nobiles de Leuchtenburch factas (Eml. III. 1831.) Castrum Lichtenburg a regno non alienandum Carolus rex proclamavit (Maj. Car.)

5. Castrum Bezděz (89) in septemtrionali plaga Boemiae situm, in vertice altissimi montis aedificatum villulae Bezdědici vicinum. Teste Petro Zbraslavensi „castrum fortissimum“, in quo Wenceslaus, juvenis filius regis Otakari II. a. 1279, quibusdam sibi capellanis et famulis adjunctis, a marchione Ottone Brandenburgensi, qui castrum ipsum obligatum tenebat, pro tempore collocatus est.

„Istius desolationis et miseriae causa est praecipua, quia plures barones plura possident castra regalia et regi repetenti talia reddere denegant, quae sunt sua. Quando Henricus Sytaviam etc. resignabit, tunc — Potho

de Duba Bezdez benivola mente ad manus regias assignabit." (Chron. Zbrasl. ad a. 1318).

Summa holého platu se clem a s berní 588 kop gr. Summa obilé a kúr na hotové peníze 25 kop 45 grošóv. Summa platu, obilé i kúr spolu: 614 kop 16 gr. (Zřiz. D. Král.)

Castrum secundum intentiones Caroli regis a regno non alienandum (Maj. Car.)

6. Castrum Kunigstein. Castrum Kunigstein, alio nomine Lapis Regis nuncupatum, ultra montes Boemiae septemtrionem versus in alte monte super Albiam aedificatum, usque hodie reperitur. A. 1241, die Maii 7., rex Boemorum Wenceslaus in Lapide regis distinctionem finium inter terras Zagost et Budisin confirmavit (Erb. Reg. I. 1030). A. 1341 obligatum fuit (Chyt. VII 326); at Carolus rex Kunigstein castris a regno non alienandis aggregari decrevit (Maj. Car.)

7. Castrum Ellepogen, Loket, Cubitus (413). Castrum firmissimum Loket 1234, Ellenbogen 1239, Cubitus 1239. Caput erat provinciae olim Sedlecensis, postea Cubitensis, positum super ripa Ograe fluminis, quod pedem montis in formam cubiti ambit.

Castellani Cubitenses: 1234 Sulislaus, 1253 Jaroš, 1253 Ulricus, 1261 Jarossius de Waldenberg, 1285 Fridericus burgravius de Nurenberch, 1294 Hincó de Lichtenburg etc. Temporibus Ottakari II. territorium Cubitense, olim Slavicum, repletum est habitatoribus Teutonicis, gaudentibus jure vasallorum. Cubitus castrum secundum intentionem Caroli IV. non erat alienandum (Maj. Car.)

8. Castrum Pšimda, Pfreimtberg, Frimberg (396). Castrum in Silva Bohemica versus Bavariam super fonte fluvii Pšimda (Pfreimt) ca. 1233 aedificatum, unde nomen: Pfreimtberg, Frimberg. Castellani regii: 1233, 1237 Neostup praefectus de Pšimda, 1250 Ratmír.

Temporibus Joannis regis castrum Pšimda a domino Wilhelmo Lepore de Waldek occupatum erat. (Grave est Wilhelmo Lepori Veronam, Tust civitates regi reddere, gravius Burgilinum et Frimberch. Chron. Zbraslav ad a. 1318.)

Castro Pšimdensi ascripti erant villani villarum Gadrusch (396), Cunratitz (397), Drisklob (Třískolupy (397), Rayal (Rail 396) et Orlaw (Urlau 397). Joannes rex Frenczlino Jacobi de Praga pro debito 5000 m. gr. Pr. den. castrum Frymberch cum universis et singulis oppidis, villis etc. obligavit. (Summa Gerh. 66.)

Hoc castrum terminale ex illis erat, quae secundum intentionem Caroli IV. non erant alienanda; at jam a. 1353 impignoratum est; similiter a Sigismundo rege a. 1421. Hrad Pšimda, kterak má králi a úředníkóm jeho vždycky ku potřebám otevřin býti. (Arch. I. 512).

9. Castrum Bretenstein (327), verisimillime in meridionali plaga Bohemiae super Multaviam situm, monasterio Aureae Coronae vicinum, ubi hodie villa exstat hoc nomine vocata. Castrum non alienandum.

10. Castrum Hrádek Křivoklat, Burgleins (18). Castrum firmissimum super ripa fluminis Mže positum, vastis nemoribus regis circumdatum, apud Cosmam Krivoplat, Krivoklat nuncupatum, ca. a. 1240 reaedificatum et Castellum Novum = Burgleins = Hrádek Křivoklat appellatum.

Temporibus Joannis regis castrum Křivoklat a domine Wilhelmo Lepore de Waldek occupatum erat. (Grave est Wilhelmo Lepori Weronam, Tust civitates regi reddere, gravius Burgilinum et Frimberch castra regalia resignare. Chron. Zbrasl. ad a. 1318).

Carolus marchio Heinlino Eulower castrum Burglins cum bonis ad ipsum spectantibus, vid. oppido Rakobnik, pro 2000 m. arg. obligavit. . . . Idem marchio castrum Burglins exsolvit. (Summa Gerh. 65. 64). Castrum regale Hradek sive Borgleins (Summa Gerh. 60). Castrum non alienandum (Maj. Car.)

Carolus marchio paterno suo fideli Jesconi dicto Lintwurm ejusque heredibus contulit pro mansione sive residentia personali, quae borchlen vulg. dicitur, domum unam in castro regali Hrádku sive Borgleins, necnon quatuor laneos sive mansos regales de silvis regis ad ipsum castrum spectantibus in loco qui Brascze vocatur, extirpandos pro agris et ad culturam ad usus suos redigendos, ipsumque Jesconem et heredes suos numero castellanorum castri praedicti aggregavit (Summa Gerh. 60.)

Má ročnieho platu s berní 800 kop 27 grošuov, 5 haléřuov. Má na obilí a kuřiech, na peníze položených 400 kop 31 gr. Summa platu holého s berní, obilím a kury 1272 kop 37 grošův. (Zříz. D. Král).

11. Castrum Karlstein (247). Anno 1348 Carolus castrum Carlstejn aedificare coepit (Chron. Benessii). Construxerat Imperator castrum hoc de miro opere et firmissimis muris. In diffuso orbe terrarum non est castrum de tam preciose opere, et merito, quia in eodem conservabat insignia imperialia et totius regni sui thesaurum (Id. ad a. 1365.) — Castrum Karlstein e numero castrorum regni non alienandorum fuit.

Hrad Karelštain má ročnieho holého platu 413 kop 25 grošuov; item obilé a kur na hotových penězích počtených 73 kop 41 grošů. Summa holého platu s obilím a s kury 487 kop 6 grošů. (Zříz. D. Král).

12. Zviekov, Klingenberg (335). Castrum in sinistra ripa Wltawae fluminis ad ostium Otawae in loco natura firmissimo constructum. Nomen loci primum: Zviekov, nomen castri Klingenberg. Burgravius regis 1250 Hirzo de Clingenberch, Conradus de Klinggenberc.

Rudolphus rex: dass wir unser Haus Chlingeberch unserm Hainrichen von Rosenberch gesaczet haben. 1307. (Eml. Reg. II. 2133). — Do-

minus Bavarus (de Strakonicz) compulsus timore castrum Zwickow resignavit et mox dominus Henricus de Rosenberch se de eodem intromisit (1307), et usque hodie id filius suus, dom. Petrus de R., possidet et tenet (Chron. Franc.). Henricus rex Henrico de Rosenberch „castrum nostrum Clingberch damus jure hereditario et in perpetuo possidendum“. 1307. (Eml. Reg. II. 2144, 2145.)

„Num quid est facile Petro de Rosinberk Klingenberch castrum inexplugnabile sine pugna (regi) reddere?“ (Chron. Zbrasl. ad a. 1318.)

Joannes: Castrum nostrum dictum Clingenberch, cum omnibus bonis pertinentibus, vid. oppidis ac villis, sc. Oslov (334), Vgezdecz (Červený 334), Volascze (Vlastce 334), Caschina Hora (335), Jamy (334), Vtrzieznye (Třešně 334), Tukleky (335), Na Spoli (Spolé 335), Luca (335), Kluky, Biciczie, Swatonyze (334), Ostrowcze (331), Czirhonycze (Crhonice 331), Nyerzcze (Nerestce 333), W razu, Dyedowicze (Dědovice 331), Croschowicze (Krušovice 331), Swesedlowicze, Bosschowicze (Bošovice 331), Bestriczice, Pamyetice (331), Druhowli et iterum Druhewli (Drhovl 330 dvoje), Prsiedotice (330), Sobyeschicze (331), Mirovicze (333), Mischowicze (Míšovice 333), Swuyczicze (Svujčice 337), Drahynicze (337), Zahorzany (333), Myleschow (333), Petro de Rozemberch contulit ad vitae suae tempora possidendum. (Eml. III. 892.) Castrum Klimberg non erat alienandum.

Hrad Hluboká má platu holého s berní, robotami XVII set kop, item lesů etc., summa všeho 2750 kop. Dány buďte na hrad Zwickow 200 kop s jinými příslušnostmi k němu příslušejícími a zvláště clo dřevie. (Žltz. D. Král.)

13. Castrum Kostelec super Sazavia (254). 1413. Castrum Kostelec super Sazava (254) cum villa Kostelec et villis Pecirady (254), Bukovany (254), Brodec (253), Jesenice, Voděrady (261), Oleška, Vesce (261), Krumlowec, Poděhus  $\frac{1}{2}$  villa (255), et Karhanice  $\frac{1}{2}$  villa (254), cum sit feudum coronae etc. (Výt. z list. Arch. III. 482).

14. Castrum Stegreif (143), situm in confinio terrae versus Silesiam, ubi introitus est in famosas rupes Teplicenses seu Weckelsdorfenses, vicinum castro Ebersbach i. e. Adersbach.

15. Castrum Eberspach (142), in altissimo monte ad villam Abersbach vel Adersbach constructum, versus Silesiam prospiciens et aditum in Boemiam ex partibus Silesiae defendens.

16. Castrum Mojvín, alio nomine Ojvin dictum, trans montes septemtrionem versus situm, civitati Žitaviensi contiguum.

1290. Zdenko de Mojvín (Moibin, Eml. II. 1492.)

1319. Joannes rex dedit villas etc. Henrico de Lipa pro civitate et districtu Sytawiensi, castris Ronow, Oywins et Schonburh (Eml. III. 518, 521, 546).



Carolus a. 1366 monasterium novum in castro suo Mojwin versus Zittaviam extruxit et in eo monachos qui Coelestini appellantur, locavit. (Beness.)

17. Castrum Žebrák, Mendicum, Bettlern (272), castro Točnik contiguum.

18. Castrum Angerbach, ad villam Kozlany situm (2). A. 1315 Henricus de Lipa in castro Pragensi capitur, in Angerbach castrum mox deducitur, ubi in turri sub 12 virorum custodia custoditur. (Chron. Zbrasl.)

19. Castrum Misemburg, supra ripam fluminis Mže (Misa) situm, unde et nomen traxit, hodie Nižburk (20).

Burgravii in Mysinburk (temporibus Wenceslai II. Eml. II. 2408). — A. 1320 Joannes rex castrum regale Misemburgk exsolvit, quod in magna obligaveramus pecunia, necessitate urgente, Zbynkoni de Mendico (Eml. III. 581.) 1382 Král Vácslav zapisuje Kunratovi etc. hrad Nyžmburk s vesnicemi Stradovnice (20) a Žlukovice (20) a s manstvím Chdýčina (273) řečným etc., s lovy na Hrádeckých lesích (Arch. I. 494.)

20. Castrum Nečtin (146), in occidentali Boemiae plagae situm, a Carolo march. a. 1334 regno comparatum. Temporibus Sigismundi regis (1420) impignoratum est: hrad Nečtiny s jeho příslušenstvím, s městečky, vesnicemi, s užitky, službami. (Arch. II. 447.)

21. Castrum Muncheleins, Mnšek (250), in mediterraneis partibus Boemiae situm, ubi adhuc oppidum Mnšek.

22. Castrum Protivin (362), in meridionali plaga Boemiae super Blanice situm. 1378 Karel zapisuje Ješkovi etc. vsi Břehov (305), Zaronice (Žernovice? 362), Chřenovice (305), kteréž k hradu Protivínu slušely (Arch. I. 542.)

23. Castrum Froburg, Hluboká (302), in meridionali plaga Boemiae super ripam Vltavae constructum. A pago sub monte castrensi sito et Hluboká nuncupato etiam Hluboká, at improprie, vocatum est. Otakar II. rex Hlubokam domino Čečoni de Budějovic recepit et post ei castrum Welš circa Jičín dedit cum bonis ad hoc pertinentibus (Neplacho ad 1277). Temporibus Wenceslai II. regis castrum a domino Zavišio Rosembergensi tenebatur. Rex Wenceslaus II. munitiones regni, quas Zawischius in sua potestate habuerat, recuperare satagens, ducem Nicolaum exercitus sui ducem constituit, qui circa castrum, quod Vroburg vulgo dicitur, figens tentoria etc. (1288 Chron. Zbrasl.). Quoddam castrum regale Hluboky . . . (Franc. Prag.) Castrum regium dictum Hluboka, alias Froburg, quod Z. principi reddere noluit. (Beness.). — Joanne rege regnante castrum a dom. Wilhelmo de Landstein occupatum erat. Quando Henricus Sytawiam, quando

Berca Glacz resignabit, tunc Wilhelmus de Landestein Vroburch ad manus regias assignabit 1318.

24. Castrum Wožic (281), versus meridiem intra Benešov et Tabor situm. 1412. Václav král zapsal hrad Vožici v zástavě se vším příslušenstvím Anselmovi etc. (Arch. I. 532).

25. Castrum Bernart (32), cujus situs hodie ignoratur.

26. Castrum Hassenstein (32), versus Saxoniam in montibus situm.

27. Castrum Janowicz (372). 1327 Joannes rex: quod fideli nostro Petro de Rosenberch castrum nostrum Janowicz cum omnibus bonis et hominibus ad ipsum spectantibus, cum quibus ad quondam Joannem de J— et heredes suos et consequenter ad nos et regnum nostrum Boemiae spectabat, vendidimus pro 2240 sex. gr., supperaddentes thelonium, quod nobis in oppido dicto Nyrzko et ad ipsum regnum Boemiae pertinebat (Pangerl, Goldenkron; Emler III. 1339.)

28. Castrum Tachow (398), in finibus Boemiae versus occidentem situm. Ca. a. 1285 Wenceslaus II. rex domino de Zeberch remisit omnem culpam et omnem excessum, quem commiserat temporibus Ottacari regis, et favebat ei, quod in curia proxima testes et privilegia producere debeat super civitate ac castro in Tachow et aliis bonis ibidem. — 1297. Albertus de Seberch castrum et civitatem Tachow resignavit regi (Eml. III. 1351, 1750.) — Litterae Botonis de Plané i. e. de Seberk ab anno 1361, quibus fatetur, se debere 6 sexag. reddituum ex villa Longe Dorflein (399) ad castrum Tachowiense pertinente (Ex arch. Karlst.)

29. Castrum Landeswart, Most, Brux, ad Gněvin-Pontem super fluvio Bělina situm. 1325. Scabini civitatis Pontensis recognoscunt, quod totae hereditates castri feudales Pontensis claustro in Z. et sororibus in eodem plenas ab antiquo decimas tribuerunt (Eml. III. 1166.) 1331. Joannes rex: villae Czeprun (27) ad burgraviatum castri nostri Landeswart, quod alio nomine Brux dicitur, pertinentis. (Eml. III. 1806.)

30. Castrum Klapé (44). 1336. Joannes rex: Nos vendidisse castrum Klepy et villam Klepy (44) sub ipso castro sitam cum bonis ac villis Lubichowicz (44) munitione ac oppido, Radowessicz (44), Lhota et Poplzie (44), molendinis in utroque litore fluvii dicti Egre . . . quibus ad Hynconem de Sleben, a quo ipsa bona emimus, et consequenter ad nos spectabant, Hinconi Lepori de Waldek, domino in Mendico . . . (Pelzel K. Carl CLXI.)

31. Castrum Veliš (120). Joannes rex: committit Hinconi de Walstein „castrum nostrum Weliss cum duobus aratris in villa Weliss et villa Buchonicz cum Elhota villa et iudicium ad ipsum castrum de praedictis

villis, quae in censu 80 marcas continent, incluso censu civitatum nostrarum, vid. Gyczin et Byczow.“ (Summa Gerh. 33.)

32. Castrum Potenstein, hradišče Potenstein (136). 1341. (Quarto Idus Maji). Jesco, filius quondam Nicolai de Potenstein, recognovit . . . . . praesentium tenore universis, quod cum dictus dominus et genitor meus in dicto castro Botenstein, heu! occubisset et singula bona ipsius castri et etiam alia, videlicet in Waldenberg (152), Senftinberg (153) et Gostel (157) spectantia, ad . . Joannem regem . . jure et consuetudine terrae essent . . . . . devoluta, ipse dominus meus ex larga ipsius munificentia dedit mihi, fratribus et heredibus meis praedicta bona et tradidit de gratia speciali, exceptis duntaxat oppido Koczen (173) cum suis pertinentiis, cum quibus quondam ad coronam regni pertinere dignoscebatur, et villis spectantibus in castrum Luticz (154) ac ipso castro Botenstein et monte, prout ipsum murus cinxit, quae quidem singula ipse dominus meus pro se et suis heredibus reservavit.

(*Ex orig. in archivo c. r. Vindobonae. Eml. IV. 916.*)

1358. Joannes de Wartemberg dictus de Wessel, burggravius Pragensis notum facit . . . „Quod . . . Carolus Romanorum imperator . . . et Bohemiae rex habita deliberatione matura et sano principum, baronum et procerum regni sui Bohemiae communicato consilio, consideratione justa perpendit, qualiter bona mea, videlicet: oppidum Kosteletz (157), Stradince, Synkovo (158), Zaborky, Dudleby (157), Lhota parva (158), Sucha Rybná (157), Hlasnem, Hradisce, ubi pridem castrum Potenstein (156) extitit, quod denuo imperator reaedificavit, Bezdiekow, Lhota Rybná, Przekaz (157), Tukleki (157), Bezdiekow, quidquid ibi habeo, castrum Welischow, oppidum cum theloneo, 'zámek Sopotnicze (156), quidquid ibi habeo, Brenna (156), quidquid ibi habeo, Wleczinecz (150), silva Porubie (150), Bukovyna (152), Jawornicze (150), quidquid ibi habeo, nec non jura, fructus, utilitates et proventus omnium praedictorum sibi, heredibus et successoribus suis, Bohemiae regibus, et eiusdem regni coronae apte conveniunt . . . . praedicta bona omnia et singula a me de bona voluntate mea et consensu libero, titulo et jure legitima et justae permutationis accepit, et eadem bona omnia et singula, prout sunt expressa superius, exnunc inantea perpetuis temporibus regalia fore decrevit, et quod tanquam regalia immediate ad mensam et villicationem suam, heredum et successorum suorum, Bohemiae regum, et eiusdem regni coronam pertineant et omnem naturalem libertatem et ordinem bonorum regalium . . . . Nec non mihi, heredibus et successoribus meis in perpetuam recompensam bonorum huiusmodi . . . . infra scripta bona regalia, quae ab antiquo ad illustres Bohemiae reges progenitores ipsius, ad ipsum et coronam regni Bohemiae pertinuisse noscuntur . . . . . videlicet: castrum Welisch (120), oppidum Giczin cum infra scriptis villis (121), Antiquo Giczin, Holim (120), Welisch (120), Bukowice (120), Lhota (120), Okschczie (120), Czekovvicze (120) et decem laneis silvae rubetalis cum omnibus juribus, utilitatibus, fru-

ctibus, obventionibus et pertinentiis castri, oppidi et villarum huiusmodi, quibus etiam possunt designari nominibus, in veram proprietatem et hereditatem perpetuam dedit, contulit et donavit . . . .“

Castrum Potenstein cum oppido Kostelec impignoratum est Vladislao et Bolkoni ducibus Opoliae: List VI. a B. kniežat Opolských, v němž vyznávají a slibují ciesaři Karlovi a králi Vacslavovi, kdyžby jim kolivěk zámek Scheczelow (?) vysvobodili a v jich rukú jméli, že zase zámek Potenstein a město Koszczelicz postúpiti mají. Datum 1366. (Ex arch. Karlst.)

## G.

*Villicationes regiae per Boemiam.*

Villicatio Budynensis (44). Nos W. . . quod dilecto nobis N. . . villicationem nostram in Budyn a festo . . . . proxime affuturo usque per trium annorum spatium . . pro C marcis argenti locavimus sic, ut (1) quolibet de praedictis annis in quatuor diviso tempora et secundum hoc praedictis in quatuor partes divisis marcis, pars pecuniae de quolibet tempore deputata nostrae camerae praesentetur; (2) tali in dicta locatione servato moderamine, ut si quis de bonis aliqua, quae ad dictam villicationem tempore patris nostri spectabant, occupata tenuerit et ad dicti N. regimen non poterunt pervenire, extunc fructus sive proventus dictorum bonorum de praedicta pecunia tenebimur defalcare. (3) Ad hoc volumus . . . universa claustra et claustralia bona intra terminos dictae villicationis existentia dictus N. nostra auctoritate et nomine, quemadmodum tempore patris nostri, defensare debeat et tueri, praecipientes, ut nullus de dictis claustralibus et ipsorum bonis praeter praefatum N. . . se intromittere debeat ad tuendum. (4) Talibus interjectis conditionibus, ut praefatus N. . . , dictum officium cum eisdem iuribus et pertinentiis, quibus tempore patris nostri villici regebant, regere debeat et tenere. (5) Et propter hoc dictus N. . . in praefata villicazione 15 araturas perfecte expedire debet sumptibus propriis et expensis ita, ut revolutis praedictis tribus annis ipsas araturas prout convenit, expeditas et seminibus perfecte adaptatas et post quamlibet araturam duo pecora, sex oves et duos porcos nobis relinquere debeat. (Eml. II. 2307.)

1336. Joannes rex: Castrum nostrum Budyně cum oppido Budyně (44) ac villis Žabovřesky (44), Břežané (45), Písty (45), Brwyczie (?), Růdníček (45) ad dictum castrum Budynie spectantibus . . . (Chyt. VII. 105. Eml. IV. 265).

Villicatio Zbraslaviensis (248). Otacarus II. Remutoni civi Pragensi villicationem in Zbraslavs locavit per quatuor annorum spatium possidendam pro 200 marchis arg. regiae camerae ab eodem persolvendis. Exhibebit etiam nobis idem R. expensas per unam septimanam annuatim, quandocumque nos intra annum ex illis tribus in eadem villicazione contigerit commorari (Eml. II. 2308.)

Villicatio sive forestaria Kamycensis (260). In Kaemnuch (datum 23. Jan. 1260). In Kamnik (dat. 1. Oct. ca. 1265). In Kamnich (dat. 1. Oct. ca. 1270). In Kamuk (dat. 12. Sept. 1275). — Jus patronatus quod rex habet in ecclesiis S. Petri et Nicolai in Antiquo et Novo Kamik 1255 (Eml. III. 1355). — 1336. Villicatio Kamygensis (Eml. IV. 361.)

1313. Joannes rex: Villam Zalužan olim villicationi Kemniczensi pertinentem et per Wenceslaum regem monasterio Ostrowiensi una cum aliis villis . . . ad praefatam villicationem nostram Kemnicensem redimere . . . (Eml. III. 139).

1325. Joannes rex . . . Fideli Hermanno de Miliczin „forestariam nostram Kamycensem sive silvam dictam lowczie cum villis nostris, vid. Hřtmeždnice (267), Maluczycne (Maliszene?), Veliká (267), Tbity (268), Zduchovice (267), Drahllice (268), Ubenice (268), Vesce (267), Byščice (267) nec non molendinis super aqua dicta Lesnicz“ obligavit. (Eml. III. 1112 cf. 1186).

1336. Joannes pro [exsolutione nemorum Kamycensium 500 sex. — 1336. In villicatione Kamycensi 330 sex. per ipsum Petrum de R. et heredes suos percipiendas et habendas. — Petrus de Rosenberch summus regni B. camerarius: Utilitatem censuum villicationis et forestariae Kempniczensis locavit discretis viris etc. (Summa Gerh. 200).

Villicatio Piescensis (330). 1336. Et in villicatione Piescensi de censibus b. Galli praeteriti et b. Georgii futuri proxime et de aurifodinis 500 sex.

Villicatio curiae Sadscensis (115) et castri Poděbradensis (115). 1328. Joannes: villas monasterii Brevnovensis, Bykan vid., Gresey, Mracenicz, Besczie (240) et Przerow (240) a castri nostri Podiebrad (115) seu villicationis ibidem jurisdictione quacumque ac etiam curiae nostrae Saczka exemimus, inhibentes, ne quis ipsum castrum nostrum Podiebrad vel dictam curiam Saczka tenens seu villicationis exercens officium in eisdem, abbatem et conventum in villis ipsis et earundem villanis in vecturis, messoribus, exactionibus aut aliis quibusvis servitiis, angariis ac parangariis de cetero molestare audeat vel gravare. (Emler III. 1469).

Forestaria Trutnowiensis (141). Joannes Dei gratia dux Karinthiae, Tirolis et Goritiae comes, fidelibus suis dilectis, Gunthero et Henrichio fratribus dictis de Lapide ac Mikoni de Sdenicz caeterisque feudilibus, terrigenis, iudicibus, juratis, civibus, communitatibus Truthnaw et Curiae civitatum et aliorum oppidorum ac villarum districtus seu territorii Truthnoviensis, universis fidelibus nostris dilectis gratiam suam et favorem.

Quia nos auctoritate invictissimi domini nostri Karoli Romanorum regis semper augusti et Boemiae regis, fratris nostri carissimi, qua plenarie ex ipsius commissione fungimur, et virtute propria, fideli nostro Pesconi Krabicze de Weytmul officia, vid. iudicium provinciale quod Iantgericht dicitur, et forestariam silvarum districtus vestri Truthoviensis praedicti, cum omni-

bus ipsorum juribus, utilitatibus et pertinentiis contulimus atque dedimus per ipsum Pesconem et suum in hac parte substitutum, sub eodem jure seu onere, prout Wanco (Wanko de Zdanicz r. 1339) dictus Forestarius, illa hactenus tenuit, habenda, tenenda et utifruenda perpetue sine quibusvis impedimentis: Igitur vobis omnibus et singulis, quorum interest, et vestrum cuilibet auctoritate supradicta praecipimus districte, gratiae sub obtentu, quatenus praefatum Pesconem pro iudice provinciali ac forestario districtus vestri cognoscentes ad ipsum vel eum seu eos, cui vel quibus ipse aut frater suus, praesentium exhibitor, praedicta officia regenda suo nomine commiserit, respectum habeatis cum officiis et eorum pertinentiis supranominatis nec ad aliquem alium vos convertatis; nam nullius efficaciae esse decernimus, si hiis in contrarium quid attemptatum fuerit per quemcumque. Harum nostrarum serie litterarum.

Datum in Verona in crastino annunt. B. V. Anno filii sui 1349.

Carolus . . . notum facimus . . . quod cum pridem illustris Johannes dux Carinthiae, Tyrolis et Goriciae comes, frater noster . . . notabilibus obsequiis et promptae virtutis industria Benessii de Weytemul, notarii et familiaris sui, accurata mente pensatis, sibi et ceteris fratribus suis de Weytemul, officium forestariae Truthnouiensium districtus cum omnibus censibus, fructibus, utilitatibus, emolumentis et pertinentiis suis duxerit erogare, sicut de hujusmodi donatione sic facta sumus districtius informati: Nos attendentes — — dictam donationem gratam et ratam habentes approbamus et ratificamus . . . et ex innata nobis benignitate regia confirmamus, et nihilominus occasione abundantis cautela dicto Benessio et suis fratribus dictum officium forestariae cum pertinentiis supradictis de speciali Nostrae Majestatis favore nunc ex novo damus, dantes et conferentes eidem B. et dictis suis fratribus plenam potestatem et auctoritatem plenariam, dictum officium forestariae cum suis pertinentiis, ut praefertur, vendendi, obligandi, commutandi, alienandi et sicut rem propriam in usus suos utiles et beneplacitos, prout eis expedire videbitur, convertendi etc.

Datum Bopardiae 1349, 8. Julii. (Summa Cancell. Caroli IV., Pelzel 128.)

## H.

### *Zřízení dvoru královského.*

1412.

Léta božieho tisícieho CCCCXII na den sv. Víta, Pan král zjednal a zřídil úřady království svého a užítky všěcky určené všem úředníkóm, položiv vedle popsanie dolepaného:

Hrad Karelštáin: Má ročního holého platu 413 kop 25 grošů, item obilé a kúr na hotových penězích počtených 73

kop 41 grošů. Summa holého platu s obilím a s kúry 400 kop 87 kop 6 grošů.

Item: Z toho buď dáno purgrabí za určené 300 kop se třmi pluhy, rybníky, vinami a clem v Milénu (v Milně?). Item purgrabie nalož na diela vinic 72 kop 6 grošů a vinu k tomu drž, aby vinice byly lépe zdělány. Item purgrabie nad určené dáti má do komory královy sto kop hotových peněz. Item všecka vína s vinic okolo Karlštaina ležících dána buďte králi prostě, beze všech nákladuův.

Rychtářstvie Nového města Pražského a clo dřievie a clo v Modřanech: Syně rychtář s rychtářstvie Nového Města Pražského, se cla dřievie a se cla v Modřanech má chovati duom Pána krále, a hospodář k nákladóm úraduov viec nad to má dáti do komory Pána krále 300 kop grošů; a nechtěl-li by přijieti, jiný nalezen bude.

Hrad Hrádek: Má ročnieho platu s berní osm set kop 27 (sic) grošů, 5 haléruův; má na obilí a kuřiech na penieze položených 400 kop 31 grošů. Summa platu holého s berní, obilím a kúry 12 set 72 kop 37 grošů (sic). Item: Z toho k komoře Pána krále sedm set kop grošů má dáno býti.

Hrad Bezdězie a Bělá: Summa holého platu se clem a berní 588 kop grošuův; summa obilé a kúr na hotové penieze 25 kop 43 grošuův. Summa platu, obilé i kúr spolu 614 kop 16 grošuův (sic). Zuostává do komory Pána krále hotových 114 kop 6 grošuův. Item lesuův všickni a lovčie neb lovy. Item viny všecky. Item nápadové všickni. Item pastvy všecky. Item čtyři tuny medu.

Užitkové blíž Berúna: Plat holý 73½ kop, clo Berúnské 30 kop grošů; služby ryb, robot a kúr, na hotových penězích počtených, 9 kop 15 grošů. Item čtyřie pluhové velmi dobří s lukami hojnými. Item dáti má do komory královy 150 kop a zdělati vinice svými náklady. Item všecka vína Pánu králi. Item rybníci všickni. Item desátci vína Berúnského.

Hrad Hluboká: Má platu holého s berní, robotami 1700 kop, item lesů 3½ sta kop; item kúr tři tisíce, činie na peně-

zích hotových, 25 kop grošů. Summa všeho dva tisíce 75 kop. Item, dány buďte purgrabi s jinými užitky popluží obilí (jinak ospy), s kúry, potoky a lukami dvě stě kop. Item na hrad Zvíkov 200 kop s jinými příslušnostmi k němu příslušejícími a zvláště clo dřevie. Item ostatek, což zbývá, 16 set 75 kop kop grošů do komory Pána krále; item rybníci všickni mají zuostati Pánu králi.

Hrad Lomnice: Má purgrabie za určené všecky užitky s platy; ale rybníci všickni zuostávají Pánu králi a do jeho komory.

Loket. Tu purkrabie pro pusté a zkažené daj nyní do komory Pána krále 300 kop grošů.

Lovčí v Dobříeši: Z domnění siehne až do 6 set kop grošů; z toho do komory Pána krále 400 kop; item rybníci všickni Pánu králi.

Lovčí na Hrádku: Z domnění siehne až do 5 $\frac{1}{2}$  set kop; z toho Pánu králi 300 kop.

Summa úřaduův zuostalého do komory Pána krále čtyři tisíce 39 kop grošů 16 grošů.

Item, Libenice duvor má platiti do roka 40 kop grošů.

Item, z měst a klášteruův po Čechách osm tisíc kop grošuův.

(*E Codice Gersdorfiano Budissinensi: Arch. český VI. 25*).

## I.

### *Castra per Moraviam.*

(Cf. Slovanské právo III. §. 16 lit. b.)

1. Castrum Olomúc, caput et metropolis terrae Moraviae simulque provinciae Olomucensis, ad fluvium Moravam situm . . . . . Ad castrum nostrum Olomucense — ait rex Joannes a. 1315 — teloneum in civitate Olomúcensi exactum pertinebat. — 1329. Ecclesia S. Wenceslai in castro Olomucensi.



2. Castrum Spielberg, in vertice montis prope civitatem Brunensem constructum. A. 1331 temporibus Joannis regis commemoratur capella „castrum nostri Spilberch“ et a. 1321 villa regia Russins ad „castrum nostrum — i. e. regis — Spilberch pertinens“. (Chyt. VI. Eml. III. 643).

3. Castrum Veverř seu Aychorns, in provincia Brunensi situm: Burch zue Aichorns dictum, quod nomen e slavico nomine villae Veverř translatum est. Anno 1308 pignori datum, a. 1334 pignore solutum. A. 1342 a marchione Carolo „castrum Nostrum Wewerzy“ vocatur. Spectabat ad dictum castrum curia in Habři, mansus in Zebyteyn cum silva Kamerwald.

4. Úsov castrum, in septentrionali plaga terrae Moraviae situm. Carolus a. 1344 castrum „Nostrum“ Vssow marchionatus „Nostri“ Moraviae, pridem fratribus Jaroslao et Alberto de Sternberg pignori obligatum, cum oppido Úsov eidem castro adjacente et villis tredecim sub forma feudi vendidit. (Pelzel, K. Karl XXXVII).

5. Castrum Prostějov. Villa forensis regia in provincia Olomucensi sita (1213—15) cum castro, ad quod spectabat villa Milonovicz (1334).

6. Munitio Towaczow. 1327. Joannes rex „bona Nostra, vid. oppidum et munitioem Towaczow cum villis Myrwans, Oplaczan, Wytlich, Herbonicz, Grelicz villa forensi, et Pywn — quae Henrico de Lipa juniore in 3000 m. arg. gr. den. Prag. moravici pagamenti et numeri nomine dotis assignata erant, ab eodem Henrico exsolvit. (Chyt. VII. Eml. III. 1306.)

7. Castrum Hradec, olim caput provinciae Hradecensis, fluvio Opavae necnon civitati Opaviensi vicinum. Castellanus castri Grecz prope civitatem Oppaviam (1311), purchravius in Grecz (1320), Nicolaus dux in Grecz 1334.

8. Castrum Buchlov, supra monasterium Welegradense in monte situm, a. 1320 castrum regium vocatum, cum forestaria. (Chyt. VII. 26. 196).

9. Castrum Godonin, in meridionali plaga Moraviae versus Hungariae regnum in ripa fluvii Moravae situm.

Carolus — paternis suis . . . in 1100 sex. gross. den. Prag. castrum Goedigense cum suis bonis et utilitatibus pignori obligavit. (Summa Gerh. 67.)

10. Castrum Maidburg, in collibus Pavloviensibus aedificatum. Unser haus zu dem Mayberch in Merhern, das da leit auff dem Wasser Tey genant (Joannes rex 1334.) Spectabant ad castrum hoc oppidum Strachotin (markt zu Tracht) et villae Wistronicz, Pavlov, Starnicz.

11. Castrum Ivančic, die Purch Ywantschitz mit dem Freienwalde, mit Lantgericht. Temporibus Henrici regis impignoratum erat.

12. Castrum Znojem, super ripa fluminis Thaya in confiniis versus Austriam situm, caput olim provinciae Znojmensis. Anno 1308 Henricus rex castrum Znojense (Znoym purch und Stat mit Lantgericht, mit Statgericht) pignori dedit, at a. 1334 exsolutum est. Temporibus Joannis regis commemorantur purcravii regii in castro Znoymensi residentes (Chyt. VI. 277).

13. Vranov, castrum supra Thayam in confiniis versus Austriam situm, hodie Frain nuncupatum. 1323 Joannes rex Henrico de Lipa permutationis contractu pro Tachow (in Boemia) contulit „castrum Nostrum Vren in Moravia situm, cum oppido Vren (Vranov) et villis Schephow, Petryn (Petrein) et iterum Petryn, Jeswicz, Lenczow (Landschau), Pomocz (Pomitsch), Vreschow (Fröschau), Cysow (Zaisa), Brezowicz, Czehen, Otoslawicz, Vneschow (Windschau) et Crymow ac allodio Appholdren. (Eml. III. 915.)

## K.

### *Feuda regni et coronae.*

(Cf. Slovanské právo III. §. 18: Manství česká.)

Feuda regni Boemiae in triplici reperiebantur differentia: Quaedam enim erant landsassica, infra fines Boemiae sita, quae specificè „feuda Boemica“ (manství česká v Čechách a manství moravská) nuncupabantur. Alia, quae „Germanica“ vocabantur et vel intra districtum Egrensem, vel extra fines Boemiae intra circulos Germaniae sita, sed tamen regno et coronae Boemiae perpetuo incorporata erant. Alia denique erant feuda Silesitica super ducatibus Silesiae.

1. Gradišče (140), Arnau (128). 1316. Ego Potho de Turgow ad universorum notitiam . . . quod quia domino Joanni, Boemiae et Poloniae regi ac Lucemburgensi comiti, cum munitio- nibus meis Grediss et Arnou perpetuo adhaerere ac servire contra omnem hominem toto posse meo, vice et nomine praestiti juramenti promisi et promitto, ipse mihi proinde 300 marcas gros- sorum Pragensium regii pagamenti dare promisit et in eisdem ac dampnis, quae cum 40 viris armatis in ipsius servitiis pertuli, mihi oppidum suum dictum Hof (139) cum militibus et vasallis ac incolis, tam ad ipsum oppidum quam ad civitatem Trute- now (141), ipsa civitate Trutenow et castro ibidem exclusis, nec- non cum forestariis et in Trutenow et in Hoff spectantibus, no- mine pignoris obligavit. Ego viceversa ipsi domino regi modo quo supra promitto, quod quandocumque per ipsum dominum regem

vel ex parte sui de dictis 300 m. gr. et damnis praedictis mihi fuerit satisfactum, sibi vel heredibus vel successoribus suis, regibus Boemiae, difficultate, occasione, excusatione et dilatione qualibet procul motis, de dictis pignoribus cedam et etiam condescendam.

Datum Pragae, 10. Jan. 1316.

(*Orig. arch. i. r. Vind. — Bienenberg, Gesch. der St. Königinhof. — Eml. III. 294.*)

1415. Jan z Opočna prodal dědictví své manské: Hradiště hrad a ves (140), Vlčkovice (140), Kocběř (?), Kokotov (140) a Kladeruby (140).

2. Kamýk munitio (48). 1319. Ego Henricus de Kamnik notum facio . . . quod . . . domino Joanni . . . regi, pro eo quod mihi et meis heredibus munitionem Kamnik dictam, quam construxi et in ipso regno Bohemiae de novo instauravi, ac omnia alia bona, quae ad praesens teneo, villamque etiam Czechozticz cum suis pertinentiis, in feudum hereditarium et jus feudi contulit et donavit ad habendum, tenendum et possidendum jure feudi per me et meos heredes, promitto corporaliter praestito sacramento, exnunc sibi et suis heredibus fidelem vassallum suum me esse, ipsum quoque et suos heredes ac successores, res, vitam, honoresque ipsorum pro posse fideliter conservare et nullatenus quod in detrimentum et periculum sive dampnum personae vel personarum et honorum sui et suorum heredum verti posset, aliquid per me aut meos heredes vel per quemcunque alium contractare vel modo aliquo machinari, imo si quis hoc vel aliquid eorum tractare vel procurare voluerit, quam velocius sensero, sibi et suis heredibus indicare et quidquid mihi ac meis heredibus sub fide ac reverentia impositum ab ipso domino meo rege vel suis heredibus fuerit secretum, fideliter tenere et ipsos toto posse meo adjuvare et eis servire, quando et quoties indigerint et nos requisiverint, et generaliter puram et veram fidelitatem sibi et heredibus suis reddere ac etiam impertiri.

Datum Pragae.

(*Orig. olim archivi Karlet., nunc arch. i. r. Vind. Eml. III. 479.*)

Jan z Děčína okázal Nám (králi Sigmundovi r. 1454) tyto listy dolepané: List krále Jana svědčící Peškovi ze Střekova za ves Čahostic, kterauž vzal od něho, a Jindřichovi z Kamýku, na 200 kop gr. a 50 k. g. (Dat. v Praze XVIII Kal. Febr. 1319). — (Arch. český II. str. 454.) — Verisimillime Kamýk vel Kameyk apud Lovosic.

3. Střekov (Schreckenstein) castrum (73). 1319. Ego Pesco de Schrekow notum facio . . . quod Joanni regi . . . pro eo quod mihi ac meis heredibus munitionem Schreckenstein dictam, quam construxi et in ipso regno Boemiae de novo instauravi, ac omnia alia bona, quae ad praesens teneo, in feudum hereditarium et jus feudi contulit et donavit ad habendum, tenendum et possidendum jure feodi per me ac meos heredes, promitto (ut in praecedenti diplomate). Et quia ipse dominus meus rex in recompensam villae Czahosticz, quam a me recepit, ducentas et quinquaginta sexagenas grossorum denariorum Pragensium dare promisit, promitto modo quo supra, quod solutis mihi per ipsum vel ex parte sui ipsis ducentis quinquaginta sexagenis, comparabo et requiram pro ipsis possessiones et bona, quas et quae ego et heredes mei ab ipso, heredibus et successoribus suis in regno Boemiae in feudum et jure feudali habebimus et possidebimus una cum bonis nostris et pro ipsis perpetuo servire tenebimur, quemadmodum est praemisum.

Datum Praegae.

(Orig. olim arch. Karlat., nunc arch. aul. Vind. — Emler III. 483.)

Jan z Děčína okázal Nám (králi Sigmundovi) tyto listy dolepané:

a) List krále Jana svědčící Peškovi ze Střekova za ves Čahostic, kterouž vzal od něho, a Jindřichovi z Kamýku, na 200 k. gr. a 50 k. gr. zapsaných na maytu v Litoměřicích a v Austí nad Labem. Dat. v Praze XVIII. Kal. Febr. 1319. b) Druhý list krále Jana svědčící Peškovi ze Skřekova na Skřekov k dědičnému manství i dědicuom budaucím. Dat. XVIII. Kal. Febr. 1319. c) Třetí list krále Jana svědčící dětem někdy Janovým z Wartemberka na hrad Skřekov a ves Budkov etc. k manství a službě. Dat. v Praze IV. Idus Sept. 1319. d) List císaře Karla, potvrzující Skřekova k manství a dvoru Svádova Benešovi z Wartemberka a dědicuom jeho, aby z toho slúžili. Dat. Praegae 1380. e) List krále Václava témuž Benešovi a jeho dědicuom, potvrzující listuov, kteří jsau shořali, na dědičné manství Skřekova a dvoru Svádova. Dat. Praegae 1370.

4. Žeberk castrum et Bělina civitas (29, 49). 1327. Joannes rex: quod cum fideles nostri, Otto et Otto fratres de Lod-

burch dicti de Bergow, de propriis bonis suis, vid. Antiquo et Novo Seberch dictis (29) necnon Belina civitate cum castro ibidem, cum omnibus bonis et hominibus ad ipsa et ipsum spectantibus Nostri sint feudales effecti, Nosque proinde et pro multis servitiis Nobis per eos exhibitis eis et eorum heredibus utriusque sexus villam Nostram Peczchow conferendam duximus, tenendam et habendam per eos in perpetuum, jure et titulo feudali.

(*Emler III. 1382, 1336*).

5. Jilové (Eilow) et Knfn oppida. 1331. Ulricus Lepus de Waldek . . . quod quia dominus meus, Johannes rex, mihi oppida Eilow et Knyn cum suis pertinentiis, superaddita mihi quadam ex dono pecunia, in mille ducentis sex. gross. obligavit, ego oppida eadem cum suis pertinentiis ab eo in feudum recipio, sic quod ego et heredes mei ipsa oppida, necnon castrum Waldek cum villis . . . a dicto domino meo, rege et heredibus suis, in feudum et nomine feudi perpetuis temporibus tenere ac servitia de ipsis fidelia et consueta facere debemus et tenemur.

Dat. Pragae 1331.

(*Ex orig. arch. aul. Vind. Emler III. 1827*).

6. Waldek castrum. 1331. Ego Ulricus Lepus de Waldek — quod . . . quia dom. Joannes rex mihi ducentas et triginta sex. gr. gratiose donavit, castrum meum Waldek cum villis Podluhye (270), Hrachowisctie (270), Olsechyna villa (270) cum allodio Sedlicie, Saluzy (271) cum allodio Okruhlik . . . recipio in feudum liberum et perpetuum, sic quod (ut supra).

(*Eml. III. 1828*).

7. Petipsy (Fünfhunden) bona. 1332. Ego Fritczko de Egerberg . . . quod affectans et intendens, sperans in hoc conditionem status mei meliorari, me domino meo, domino Joanni . . . regi . . . plus solito adstringere et ligare, bona et villas meas subscriptas, videlicet: Fünfhunden (35), Nechranicz (32), Brezan (32) et Wikleticz (35) cum earum pertinentiis ab ipso et suis heredibus in feudum et jure feudi pro me et here-

dibus meis recipio et assumo, ita quod ipsis de eisdem bonis debita servitia semper teneat exhibere.

Datum Parisiis.

(*Orig. olim arch. Karlst., nunc aulici Vindob.*)

List Fricka z Egerberka, kdež Petipsy a jiné vsi podmaňuje králi Janovi 1332.

8. Kostomlat castrum. 1333. List Borše z Ryzmbergka, že prodává hrad Kostomlaty (80) a zoustavuje sobě a budícím, aby léno sobě přijímali k Ryzmbergku.

(*Orig. arch. olim Karlst.: Manství česká.*)

9. Perno civitas. 1336. Johannes . . . rex . . . Universis . . . Noscat vestra universitas praesens et postera, quod cum Nos nonnullorum fide dignorum testimonio plenam accepimus notitiam, civitatem et castrum Purnis ab antiquo tempore in feodum ad ecclesiam Mynensem, quae Nos et praedecessores Nostri tenuimus, ignari quod ad eandem ecclesiam ipsa civitas cum castro spectare noscerentur, ipsam civitatem cum castro Purnis venerabili in Christo patri, domini Witkoni episcopo Mynensi, nomine ipsius ecclesiae Mynensis libere duximus restituendam. Idem vero dominus episcopus dictam piam ecclesiam cupiens tanto decorare propugnatore, rege Boemiae, conditionemque ipsius ecclesiae de bono in melius reddere meliorem, ipsam civitatem Pirnis cum castro, una cum bonis universis spectantibus ad castrum Dornyn, dependentibus in feodum ab ipsa Mynensi ecclesia, Nobis et Nostris successoribus, regibus Boemiae, in feodum honorabile contulit, Nosque per birretum suum de eis in signum vasallagii feliciter investivit. Nos autem praedictam civitatem et castrum una cum bonis praedictis ab ipso domino episcopo suo et ecclesiae suo nomine in feodum perpetuum accepimus et accipimus, promittentes pro Nobis et successoribus Nostris, regibus Boemiae, debitum fidelitatis homagium, obedientiam et reverentiam eisdem domino episcopo et ecclesiae Mynensi se facturos.

(*Urkund. d. Hochstiftes v. Meissen I. 419. Eml. Reg. IV. 268.*)

List Vítka na Perno biskupa Mišenského, kdež vyznává, že pro obranu kráľuov českých jim to město dává pod manství i jeho budícím. A při tom byl Rudolffus knieže Saské a jiní svědkové. (Arch. Karlst.)

10. *Donin castrum*. 1341. Nos Fridericus et Otto dictus Heyden fratres, burggravi de Donin, et Henricus dapifer de Burn, ad universorum notitiam. Quod quia . . . dominus Joannes rex Bohemiae . . . perpetua nostra servitia regio culmini exhibita et quae exhibere tenebimur respiciens in futurum, nobis castrum *Donyn* cum suo dominio et cum omnibus juribus, appendiciis et honoribus, utilitatibus, jurisdictionibus et pertinentiis universis, quae in praesenti et ab antiquo ad ipsum castrum pertinebant et spectant et spectare poterunt (quod quidem castrum nos burggravius de Donin et Henricus dapifer de Burn praedicti ab ipso domino nostro rege in certa pecuniae summa tenuimus in pignore), nobis Friderico et Ottoni de Donin burggravio et Henrico de Burn et heredibus nostris in exsolutione dictae quantitatis pecuniae et principaliter ac praecipue ob perpetua nostra servitia, ut praemittitur, ipsi domini regi exhibenda, de sua benignitate et gratia dedit, concessit, in feudum perpetuum contulit et donavit, per nos et heredes nostros ab ipso domino rege suisque heredibus et successoribus, Bohemiae regibus, tenenda, habenda, recipienda et hereditarie possidenda perpetuo jure ac titulo feudali. Nos itaque eidem benevolentiae gratuite occurrere disponentes recognoscimus nostro et heredum nostrorum nomine, praefatum castrum *Donin* a praefato domino rege recepisse et habere in feudum, praestito sibi et heredibus suis debitaefidelitatis et homagii sacramento, promittentes ac volentes, quod dictum castrum *Donin* cum universis suis juribus, dominio et pertinentiis ad regnum Bohemiae seu coronam regni et nusquam alibi perpetuis debeat temporibus pertinere, et quod nos Fridericus et Otto *Donin* et Henricus dapifer supra dicti nostrique heredes dicto domino regi et suis heredibus et successoribus de eodem castro debita servitia facere et exhibere tenebimur.

Volumus etiam et expresse nos adstringimus, quod saepe dictum castrum domino regi et praefatis suis heredibus et successoribus pro quibuscunque necessitatibus eorum et opportunitatibus, tempore guerraef vel pacis aut alias qualitercunque, quotiescunque et quandocunque praefato domino regi, suis heredibus et successoribus placuerit et expedire videbitur, et contra omnem hominem vel personam cujuscunque status, con-

ditionis, dignitatis vel praeeminentiae extiterit, nemine penitus excepto, apertum seu manifestum, esse debeat libere vel patere.

Et quamquam ipsum castrum perpetuo ad praedictum regnum Bohemiae pertinere debeat, nihilominus juri Bohemicali, videlicet „Popravczie“ seu „Zudá“, cum dicto castro subesse non debemus nec aliquo modo subiacere, sed his juribus gaudere volumus, quibus alia castra feudalia gaudent et fruuntur, quae ab ipso domino rege in feudum dependent et quae per veros vasallos, puta terrae nostrae Glacensis, possidentur et tenentur.

Datum Pragae.

List Fridrichuov a Ottuov bratří z Donína vyznávají, že hrad Donin od krále Jana, českého krále a hrabi Lucemburského, přijal jest v zastavě v jisté summě pod manství, věčně králóm českým, sám od sebe i od svých dědicuov, budících držiteluov téhož zámka. (Arch. Karlst.)

(Orig. c. r. arch. aul. Vindob. Eml. IV. 1001.)

11. Hús (auf der Gans) castrum. 1341. Nos Jenczik, Laurentius, Herbordus et Pesco fratres de Jenewicz recognoscimus . . . quod cum . . . Joannes rex . . . hanc nobis duxerit gratiam faciendam, videlicet ut nos montem, vulgariter „vf der Gans“ (358), situm in magna silva, pertinentem ad castrum Winterberch, aedificare, construere et inibi aedificia seu castrum erigere seu instaurare libere et licite valeamus et possimus ac eundem montem una cum aedificiis seu castro desuper construendis nobis et heredibus nostris in feudum hereditarium et perpetuum concesserit, dederit et contulerit, nos vero dictum montem cum aedificiis et castro ibidem construendis et instaurandis a praedicto domino nostro, rege Bohemiae, heredibus et successoribus suis, regibus Bohemiae, recepimus et recipimus in feudum hereditarium pro nobis et heredibus nostris, jure et titulo feudali taliter, quod nos et nostri heredes de ipso monte una cum aedificiis ipsis servire tenebimur contra omnem hominem, nullo penitus excluso, et quod dictum castrum apertum esse et ipsis patere debebit adversus quoslibet eorum hostes, aemulos et inimicos, absque tamen nostro et heredum nostrorum praejudicio atque damno.

Datum Pragae.

(Eml. Reg. IV. 1000. — Arch. Karlst.: Manství.)



12. Neydek castrum. 1341. Nos Johannes . . . rex . . . notum facimus . . . . quod pensantes grata fidelitatis seruicia, que fidelis Noster dilectus Petrus dictus Plik exhibuit et exhibere potuerit promptius in futurum, singula bona, quae quondam Conradus dictus Plik, pater ipsius, in districtu Cubitensi possedit et tenuit, et specialiter castrum Neydek (418), cum villis Tyrbach (418), Hermansgruen (417), et aliis agris cultis, et incultis, pascuis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, siluis, nemoribus, rubetis, campis, mericis, montibus, planis, conuallibus, venacionibus, aucupacionibus, piscacionibus, stannifodiis, censuum solutionibus, ac omnibus et singulis pertinentiis, vtilitatibus et obuentionibus, quae nunc in eisdem bonis sunt vel succedente tempore possunt et potuerint aliquantulum euenire, ipsi Petro, heredibus et successoribus suis (cum?) omnibus iuribus et libertatibus, quibus singula praedicta dictus pater ipsius possedit et tenuit, in feudum honorabile et hereditarium concedendum duximus, et presentibus concedimus, conferimus et donamus, per ipsos tenendum, habendum et hereditario jure feudi possidendum pacifice et quiete. Ac in maiorem Nostrae donationis cumulum, sibi heredibus ac successoribus suis in singulis bonis, ad dictum castrum Neydek spectantibus, et in quibusdam aliis bonis, suis bonis contiguis, quae per ipsum Petrum ad dictum castrum empionis titulo, de Nostra licencia comparata fuerint, iudicium capitis, licet id ad nos spectare dinoscatur, damus et concedimus, ac in ipsos transfundimus pleno jure, dantes ipsis singula praenotata eodem jure feudi, tenendi, vendendi, permutandi, et in vsus placidos, vel quoscumque voluerint conuertendi, liberam facultatem. Committimus igitur Illustri Karolo Marchioni Moraviae, Primogenito, ac ceteris nostris heredibus ac successoribus, et mandamus singulis nostris officialibus et specialiter burchgrauis in Cubito et aliis nostris fidelibus praesentibus et futuris, quatenus ipsum Petrum heredes et successores suos in huiusmodi nostri concessionis et donacionis gracia non impediunt, nec sinant per quempiam impediri, sed potius in ea manuteneant, protegant et conseruent.

(*Orig. c. r. arch. aul. Vindob. — Chyt. Dipl. VII. 355.*)

1410. List krále Václava . . . . koupil zámek Neydek Hendrych z Neydeku. — 1413. Týž král Václav dává Janovi Maléřkovi zámek

Neydek pod léno. — 1419. List téhož krále Václava, kdež potvrzuje prodaje Jankovi Maléřkovi zámku Neydeku, kterýž prodal Mikulášovi a Hanušovi bratrům Frošóm. — 1420. Ciesář Zigmund propůjčuje Frošovi léno na zámek Neydek na jeho díel.

13. Poděbrady castrum. 1345. Ego Hincó de Slevén recognosco . . quod . . . cupiens . . domini Joannis, regis . . . meam necnon heredum meorum conditionem per hoc fieri meliorem, castrum meum hereditarium Podiebrad cum omnibus bonis suis et possessionibus, videlicet villis: Sytomir (234), Dobrzehow (234), Peczek (116), Chrast (234), Welen (116), Satzka (115), Hradisco (116), Piest (116), Zwierzinecz (116), Zdiebudicz (?), Polawecz (116), Cluk (116), Zokolci (116), Ossek (118), Zboží (115, 116), Podiebrad (115), Kutech (116), Patek (116), Chotiewicz (118), Strzyetzkow (116), Vieczostrazach (?), curia Babin (?) et Nova Curia (?) cum omnibus suis metis, terminis, limitibus, curiis, araturis, agris, pratis, pascuis, rubetis, servitoribus, clientibus, vigilibus, hominibus, censibus, honoribus, terris, montibus, planis, vallibus, nemoribus, silvis, rubetis, venationibus, silvanis, aquis, fluviis, rivis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, piscatoribus, piscinis, aucupationibus, judiciis, iudicibus ac aliis utilitatibus, fructibus, juribus, jurisdictionibus et pertinentiis universis, in praedicti domini mei regis Bohemiae manibus meo et heredum meorum nomine sponte ac benevole resignavi et ab ipso domino meo rege suo, heredum ac successorum suorum nomine conferente mihi et heredibus meis in feudum verum, secundum jus theutonicum, ammodo possidendum humiliter et gratanter suscepi, promittens et spondens pro me et heredibus meis firmiter bona fide, cum castro Podiebrad, bonis, villis et possessionibus supradictis amplius ad praefatum dominum meum regem, heredes et successores reges Bohemiae tanquam ad veros meos principes et dominos habere respectum, ipsisque fidem et fidelitatis constantiam nec non obedientiam et honorem ubilibet ac in suis opportunitatibus et necessitatibus debitaе fidelitatis servitia secundum jus et consuetudinem vasallorum et feudalium exhibere, et de castro, villis, bonis et possessionibus antedictis nil penitus absque illorum voluntate et speciali licentia obligare, alienare vel alias quomodolibet imbrigare.

(Chyt. VII. 620. — Eml. IV. 1602).

List Hynka z Z., jímž vyznává, že zámek Poděbrady přijímá v manství od krále Jana. 1345. (Arch. Karlst.: Manství.)

#### 14. Hertemberg castrum.

1350. List, kdež Taut z Šenbrun a Albrecht z Hertemberku vyznávají, že hrad Hertemberg jest v Čechách a sluší k lénu králi českému a že jest jim císař Karel znovu léna podal. — 1401. List od Hebart z Hertemberka; vyznává, že jest jemu hrad H. zastaven ve třech tisících zlatých uherských. 1407. List krále Václava, jímž vyznává, že zámek H. Janovi Maléřkovi zastavuje a že to muož vyplaceno býti od kráľuov českých. — 1408. List krále Václava Jankovi Maléřkovi: na zámku H. připisuje mu dvě stě kop grošův. — 1422. Císař Zigmund připisuje Janovi Maléřkovi na zámku H. tři sta zlatých uherských. (Palacký, Arch. II.)

15. Birsenstein et Egerberg castra. 1352. Nos Albertus, Friedericus et Ditricus fratres de Schönburg, notum facimus . . . quod, licet nos et . . . progenitores nostri infra scripta castra, praedia, possessiones, reditus et proventus ab . . . dominis nostris quondam Bohemiae regibus . . . in feudum et justo theutonicalis feudi titulo rite possederimus, sicut eadem possessio multis terrigenis, de quorum fide et legalitate praesumitur, fuit hactenus et est publice manifesta, nos tamen bona fide et de sincerae mentis nostrae simplicitate literas regales super ostensione feudorum et aliorum nostrorum jurium recipere negleximus praedictorum. Dominus noster igitur, rex praedictus, consideratis servitiis, quae nos una cum nostris progenitoris celsitudini suae exhibuimus hactenus et exhibere poterimus abundantius in futurum, ut de feudis et juribus nostris certa possit haberi notitia, animo deliberato et sano praecedente consilio, castra nostra Birsenstein et Egerberg (34), medietatem oppidi et medietatem thelonei in Bresnice, villam dictam Wartha (32) et silvam ibidem et in oppido Cadanensi decem marcas reddituum super hereditario iudicio et quadraginta marcas reddituum census annui super ordinario censu ibidem in Cadana et malleos minerarum ferri; item villas Brunersdorf et Niclasdorf (33) cum omnibus aliis villis ad praedicta castra spectantibus, nec non censibus, redditibus, proventibus, iudiciis, vasallis, vasallariis, omagiis, omagiilibus, servitoribus, servitiis, silvis, rubetis, virgultis, nemoribus, pascuis, pratis, agris cultis et incultis, molendinis, allodiis, praediis, possessionibus, araturis, aquis, aquarumque decursibus,

ventionibus, piscationibus, piscaturis, aucupationibus et omnibus simpliciter ipsorum pertinentiis, quibuscunque specialibus nominibus valeant appellari, in feudum nobile justo et theutonici feudi titulo, sicut eadem progenitores nostri et nos hactenus tenuisse dignoscimur, nobis et heredibus et successoribus nostris in perpetuum dedit et contulit et donavit. Decernens et regio statuens edicto, quod nos, heredes et successores nostri in perpetuum supradicta feuda et omnes earum pertinentias ab ipso domino nostro rege, heredibus et successoribus suis regibus Bohemiae et a corona regni Bohemiae praefatis debeamus tenere et eadem quoties opportunum fuerit juxta morem suscipere, eisque omagii, obedientiae, subjectionis et fidelitatis praestare et facere more solito corporalia juramenta. Nos itaque eiusdem domini nostri regis dispositione et decreto in his et aliis quibuslibet obedire humiliter cupientes, pro nobis, heredibus et successoribus nostris promittimus bona et sincera fide, quod dum et quoties supradicta feuda et ipsorum pertinentiae vacaverint et quoties opportunum fuerit, ipsa a saepius dicto domino nostro rege, heredibus et successoribus suis regibus Bohemiae et a corona regni praefati, adhibitis debitis solemnitatibus, velimus et debeamus juxta morem suscipere, eisque praestare et facere homagium, obedientiae et subjectionis ac fidelitatis juramenta.

Datum Pragae a. 1352.

List Albrechta, Fridricha a Jetřicha bratří z Šumburgka, jimž vyznávají, že zámek Birsenstein a Egerberg od králův českých pod léno přijali. Datum 1352. (Arch. Karlst.: Manství.)

16. Hohenstein castrum. 1353. Nos Hincó de Dube dictus Berka notum facimus . . . quod nos . . . castrum nostrum cum omnibus juribus et pertinentiis suis universis, in quibuscunque locis existant, seu quibuscunque nominibus censeantur, suscepimus in feudum a . . . Carolo . . . rege, promittentes in his scriptis bona fide dictum castrum Hohenstein cum omnibus juribus et pertinentiis suis supradictis a dicto domino rege et corona regni Bohemiae tenere et possidere perpetuis in feudum affuturis temporibus.

Datum et actum Pragae.

List Hynka z Dubu, jímž vyznává, že zámek Hohenštejn pod léno přijal od císaře Karla jakožto od krále českého a zavazuje se budoucím králům českým i koruně české. Datum 1353. (Arch. Karlst.: Manství.)

17. *Freundenberg et Fridland castra. 1356. Ego Hersco de Rozdialovicz notum facio . . . Carolus . . . rex . . . mihi et meis heredibus et successoribus in perpetuum castrum Freundenberg cum oppido Fridland . . . pro duobus millibus et trecentis sexagenis grossorum denariorum Pragensium paratae pecuniae vendiderit ac nobis tanquam rex Bohemiae in feudum haereditarium ac veri et justī feudi hereditarii titulo rite contulerit et donaverit, prout in literis suis desuper editis et confectis plenius continetur, sibi suisque heredibus et successoribus Bohemiae regibus et coronae regni eiusdem pro me meisque successoribus et heredibus ad sancta Dei evangelia juravi et juro in his scriptis tanquam veris hereditariis nostris dominis ac domino hereditario fidelitatem, omagium et obedientiam debitam ad modum aliorum hereditarium feudalium regni Bohemiae praedicti perpetuis temporibus exhibere.*

List Ješkuov z Rozdialovic, jímž vyznává, že císař Karel, král český, prodává jemu zámek Frydmberk s městečkem Frydlant a k tomu že jej pod léno přijal a zavazuje se budoucím králům českým i k koruně. Act. 1356. (Arch. Karlst.: Manství česká v Čechách.)

18. *Janovice castrum. 1356. Ego Raczko de Janovitz notum facio . . . quod cum castrum meum Janovicz (372) cum oppido meo ibidem ac omnibus ipsorum pertinentiis a . . . domino Carolo . . . tanquam a rege Bohemiae et corona regni eiusdem pro me et heredibus meis in feudum receperim, homagium, obedientiam et fidelitatem fecerim, promitto pro me et eisdem heredibus, quod nos tanquam veri feudales et vasalli justo feudi titulo, sicut vasalli jure vel approbata consuetudine obligari noscuntur, dicto domino nostro tanquam Bohemiae regi heredibus et successoribus suis et coronae regni praedicti tanquam veris et naturalibus dominis nostris fideles, subjecti et obedientes erimus, damna ipsorum avertemus et profectus et commoda ipsorum procurabimus in perpetuum absque omni dolo, prout de hoc pro me et dictis meis heredibus corporale ad sancta Dei praestiti juramentum.*

List Rackuov z Janovic, jímž vyznává, že zámek Janovice i s městečkem od císaře Karla přijal pod léno a zavazuje se budoucím králem českým a koruně české. Datum 1356. (Arch. Karlst.: Manství.)

19. Žleby. List Anežky někdy manželky Hynkovy z Žlebuov, jímž vyznává, že zámek Žleby prodala císaři Karlovi i budoucím jeho, kraluom českým, i koruně císařské.

Datum 1356.

(Arch. Karlst. Manství česká v Čechách.)

20. Fridlant et Hamerstein arces. 1357. List Fridricha z Bybršteina, jímž vyznává, že zámek Frydlant a Hamerštejn a tvrzi Landskróna a Tuchoraz se vším příslušenstvím podává v manství císaři Karlovi a budoucím králem českým a zavazuje se k koruně na věčnost.

(Arch. Karlst. Manství česká v Čechách.)

21. Kostelec in Nigra Silva (nad Černými Lesy) castrum. Ego Jesco de Kosteletz dictus de Nachod, notum facio . . . quod cum ego bona mea libera, videlicet castrum et villam Kosteletz in nigra silva (232), Suabov, Byrnik, Zukmantel, Senl Sola, Bohmül (234), Wiczlancize, Jewany, Penczicze (234), Udaschin (234), Silvanos in Udoslaviczin, Vodierad et Libeczicz, nigram silvam et silvam dictam Bielusy (233) cum jure patronatus ecclesiarum in Kosteletz et Udaschin villis, araturis, possessionibus, campo equitiorum dicto kobylepole, . . in manus . . domini Caroli . . regis . . resignaverim et eodem modo et heredum et successorum meorum nomine a dicto domino meo tanquam rege Bohemiae et corona eiusdem regni jure et vero feudali titulo susceperim, memoratus dominus meus ut Bohemiae rex . . heredibus et successoribus meis praedicta bona . . titulo nobilis et veri feudi contulit gratiose, ea conditione notanter adjecta, quod . . .

In cuius rei testimonium et perpetuum roboris firmitatem sigillum meum praesentibus est appensum. Datae Pragae a. D. 1358, die decima octava mensis Aprilis.

List Ješkuov z Kostelce, jímž vyznává, že zámek a ves Kostelec na Černém Lese dobrovolně podává císaři Karlovi a budoucím králem českým pod manství. (Arch. Karlst.: Manství.)

1415. Puota z Častolovic dědiny své manské: Hrad Zlenice, puol městečka Lštěň, ve Hradišti podací, Lénsedly ves celau, Hrusice ves celau

s podacím, Mirošovice ves celau, Chlum ves celau, Hlásku ves celau, v Udašíně 1 mana a podací, Bohumil ves celau, Cukmantl ves celau, v Ondřejově 1 zahrádník a podací, Šeším ves celau a v Lomnici což tu má — prodal Kunšovi z Konojed.

1417. Kuneš z Konojed a Zlenic dědictví své manské, někdy od hradu Kostelce (černého) odcizené: Cukmantel čili Lhotu, Bohumily a Udašiu vsi celé, též les Běluhov prodal Janovi z Kostelce, pro tunc forestario silvarum regni Boemiae supremo. (Arch. III. 487 a 490.)

22. Kostelec castrum. 1358. List pana Jana Wartemborského, jímž vyznává, že jest freymark učinil s císařem Karlem na zámek Kostelec (157) a jiné vesnice, na zámek Veliš (120) i s městem a jinými všemi k tomu příslušejcími.

(Arch. Karlat.: *Manství česká v Čechách.*)

23. Oppidum Mare (Seestadt). 1361. List Heřmana a Bernharta bratří z Šumburka, jímž vyznávají, že městečko Mare (28) a jiné vesnice pod manství dávají králi Karlovi a jeho budoucím, kraluom českým a koruně české.

(Arch. Karlat.: *Manství česká v Čechách.*)

24. Hohenstein castrum. 1361. List Heinricha Berky z Dubu, jímž vyznává, že bratr jeho Hynek z Dubu poručníkem ho udělal na zámek Hohenstein a že léno přijal od císaře Karla a zavazuje se budoucím králům českým i koruně české. (cf. 16.)

(Arch. Karlat.: *Manství česká v Čechách.*)

25. Welešin, Rateň et Hušč castra. 1361. Ego Petrus de Michelsberg notum facio . . . quod quia . . . Carolus . . rex . . hanc mihi gratiam facere dignatus est specialem et ad hoc suum tanquam rex Bohemiae suo, heredum et successorum suorum nomine gratiosum consensum adhibuit et assensum, quod ego cum nobili puella Margaretha de Weleschin congressus sum et bona mea cum bonis ipsius univi juxta consuetudinem hactenus in Bohemia observatam, taliter quod si eandem puellam Margaretham non relictis heredibus legitimis mihi, quod absit, praemori contigerit, ex tunc bona ipsius, videlicet castrum Weleschin cum omnibus pertinentiis, juribus, dominio et utilitatibus suis universis ad me, heredes et successores meos legitimos juxta praefati regni Bohemiae consuetudinem

devolvantur; tali tamen consuetudine, quod dum huiusmodi bona ad me, heredes et successores meos legitimos sic fuerint devoluta, eadem ego bona et iidem heredes et successores mei legitimi a praefato domino nostro Imperatori tanquam rege Bohemiae, heredibus et successoribus suis, regibus Bohemiae et a regno et corona Bohemiae, in feudum suscipere et tenere perpetuo debeamus, omni eo modo et jure, quibus alii barones regni Bohemiae sua feuda a praefato domino meo Imperatore tanquam rege Bohemiae, regibus, regno et corona Bohemiae tenere quomodolibet consueverant. Ego igitur praefatus Petrus eorundem beneficiorum bene gratus, quae dictus dominus meus Imperator mihi de benignitate solita dignoscitur impendisse, bona mea libera, videlicet ambo castra Ratin, Huscz; cum omnibus singulis pertinentiis, juribus, dominio et utilitatibus suis ab eodem domino meo Imperatore tanquam rege Bohemiae, heredibus et successoribus suis, Bohemiae regibus, et a regno et corona Bohemiae meo, heredum et successorum meorum nomine in feudum suscepi et suscipio per praesentes per me, heredes et successores meos habenda et tenenda perpetuo omni eo modo et jure, quibus, ut praemittitur, alii barones regni Bohemiae a praefato domino meo Imperatore tanquam rege Bohemiae, regibus, regno et corona Bohemiae tenere sua feuda consueverunt.

Datum Nürnberg a. D. 1361.

List Petruov z Michelspergka, jímž vyznává, že zámek Velešín a Ratni a města Húsce poddává pod manství ciesaři Karlovi a budícím králóm českým. Dat. 1361. (Arch. Karlst.: Manství česká v Čechách.)

26. Fünfhunden munitio. 1361. Ego Fridericus de Fünfhunden notum facio . . . quod . . . dominus Carolus . . . servitorum meorum intuitu mihi, heredibus et successoribus meis subscripta bona, videlicet munitionem et villam Fünfhunden (35) et villas Breczani (32), Wikleciczze (35), Drahonice et Nechazenicze cum earum appendiciis, utilitatibus et pertinentiis universis, quae ab ipso tanquam a rege dependent in feudum, de innata sibi pietatis clementia autoritate regia Bohemiae in feudum liberum contulit, recepto prius a me praefato Friderico, meo, heredum et successorum meorum nomine pro se, heredibus et successoribus suis, regibus Bohemiae et eiusdem



regni coronae, fidelitatis et subjectionis debitae solito juramento, praedicta bona per me praefatum Fridericum, heredes et successores meos tenenda, habenda et perpetuo possidenda, omni eo modo, conditione, jure a liberate ac consuetudine, sicut barones regni Bohemiae sua bona feudalia libera possident atque tenent, praefati domini mei Imperatoris, heredum et successorum suorum regum Bohemiae et aliorum quorumlibet in praemissis juribus semper salvis.

Datum Pragae a. D. 1361.

(Arch. Karlat.: *Manství česká v Čechách.*)

27. Grezen (Nový Hradec) castrum. 1362. Nos Petrus, Jodocus, Ulricus et Joannes fratres germani de Rosenberg ad universorum notitiam . . . . quod castrum cum civitate Grezen (910) et villae infra scriptae cum agris, silvis et nemoribus et suis pertinentiis, prout inferius in suis metis et limitibus sunt distincta, videlicet: villa Ledercall, villa Binow (910), villa Gruczow (310), villa Scriplim, et curia seu allodium Swarzishow et silvae seu nemora ad ipsum castrum Grezen spectantes et spectantia, viciniora castro praedicto, videlicet in numero centum viginti quinque laneorum (quorum fines et limites taliter exprimuntur, videlicet: Via, quae ducit de villa Nakalicz ultra Pucher usque ad Paludem sive Blatto, deinde penes ipsam paludem sunt fines sive limites Pssy Ostrow et abinde quaedam semita usque Kochlow signata et insuper usque ad quercum regis super limites Herstracz et abinde usque ad obstaculum molendini Nedikonis), insuper flumen dictum Strobnitz, cum aliis rivis seu rivulis, qui jam dictis silvis seu nemoribus desinunt et continentur, a regno Bohemiae eiusque divis regibus, qui fuerunt pro tempore, dependebant et nunc a domino nostro Carolo Imperatore ut a rege Bohemiae dependent in feudum; aliae vero villae et hereditates cum silvis seu nemoribus aliisque earum pertinentiis universis ad idem castrum spectantibus in feudum non dependent, sed tanquam alia bona nostra quae in regno Bohemiae possidemus, libera esse dignoscuntur. Ego quoque Jodocus de Rosenberg supradictus recognosco in his scriptis universis, me ipsum castrum Gretzen cum civitate Gretzen et villis ac nemoribus aliisque earum pertinentiis et fructibus, prout limites et

finis superius expresse et distincte existunt, ab eodem domino meo gratiose, Romanorum Imperatore ut a rege Bohemiae, in feudis tenere, habere et possidere.

Datum in Chrumlow a. D. 1362, die 7. mensis Maji.

List Petruov a Oldřichuov bratří z Rozmberka, jímž vyznávají, že Nový Hrad svůj zámek od císaře Karla v manství přijímají a zavazují se budoucím králem českým se vším příslušenstvím. Dat. 1362. (Arch. Karst.: Manství česká v Čechách.)

28. Bochov curia. List Borsuda z Mayr, jímž vyznává, že jest léno přijal od císaře Karla jako od krále českého na dvůr v Bochově.

(Arch. Karst.: Manství.)

29. Zwentefryd curia. V témž listu Jindřicha z Eppenweilu vyznává, že přijal od téhož císaře léno na dvůr Zwentefryd. Datum 1366.

(Arch. Karst.: Manství.)

30. Žandov bona. List s majestátem císaře Karla, svědčící Boršovi z Rismburka, na zboží Vyšší a Nižší Žandovy (429), kterážto jemu a jeho pravým dědicům pod léno dává. Dat. 1370.

(Reg. záp. — Arch. český II. 200.)

31. Sternberg castrum. Carolus IV. . . . . Notum facimus . . . quod cum nobilis Albertus filius olim Peschonis de Sternberg . . . hereditates, possessiones et bona sua inscripta, videlicet: medium castrum Sternberg (222) et in oppido sub castro eodem quantum habet ibidem, item curiam araturae in Zironicz cum curiis rusticalibus ibidem, item curiam in Czeykovicz cum duabus araturis, item in Dolankach curiam araturae nec non in Divischow (222) partem illam totam duntaxat, in qua plebanus residet eiusdem oppidi, salvo tamen censu ipsius plebani, quem habet in hominibus partis eiusdem, item villam integram in Czerenicziz (222), item villam integram in Vraniveku (222), item in Porzicz curiam rusticalem, item Wrankovicz (222), quantum ibi habet cum silvis, videlicet: Zezme Mezne, inferiorem partem ad castrum, rivum Brtnicze, silvam super molendinum, quae dicitur Stranie, silvam Wirowice, silvam Czereniczke Stranie, item in Voranicku silvae dictae Stranie cum agris, pratis, rivis,

molendino in Sazava cum flumine eodem Sazawa et omni libertate et dominio ad ea spectante et toto quidquid habet in hereditatibus, bonis et possessionibus supradictis cum eorum pertinentiis universis, Nobis et serenissimo principi domino Wenceslao regi necnon heredibus et successoribus Nostris, regibus Bohemiae, pro octingentis sexagenis grossorum denariorum Pragensium, de quibus ei satisfacimus integraliter et ad plenum, rite ac rationabiliter vendiderit, ac ob hoc pro se necnon heredibus et successoribus suis medio castro, hereditatibus, possessionibus et bonis huiusmodi idem Albertus expresse renuntiaverit, prout praedicta terrae tabulis regni Bohemiae juxta solitum sunt inscripta.

Tandem dictus Albertus Nobis tanquam regi Bohemiae humiliter supplicavit, quatenus medietatem castri, hereditates, possessiones et bona praedicta cum universis eorum pertinentiis, ut praefertur, sibi, necnon nobili Zdenkoni de Sternberg dicto de Konopistz pro se et eorum heredibus legitimis in perpetuum feudi nomine possidenda concedere ac conferre auctoritate regia Bohemiae dignaremur. Nos vero consideratis fidelibus obsequiis, quae Nobis et coronae Bohemiae Albertus et Zdenko praefati continuatis actibus impenderunt et impendere poterunt abundantius in futurum, supplicationi huiusmodi gratiosius annuentes . . . . . tanquam rex Bohemiae et auctoritate regia Bohemiae praefatis Alberto et Zdenkoni pro se ac heredibus eorum legitimis in perpetuum medietatem castri Sternberg et quantum in oppido sub eodem castro dictus Albertus obtinuerit, necnon hereditates et possessiones et bona nominata superius cum eorum pertinentiis universis et singulis, in verum et legitimum feudum, sic videlicet quod eadem bona a Nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Bohemiae, regno et coronae Bohemiae perpetuis temporibus affuturis debeant omnimodo dependere, necnon a Nobis et dictis heredibus et successoribus, regibus Bohemiae, quoties fuerit opportunum in feudum, prout alia bona feudalia regni Bohemiae consueverunt, cum humilitate suscipi et de his fidelitatis et obedientiae fieri solita iuramenta, quodque medietas dicti castri Sternberg Nobis et heredibus et successoribus Nostris, regibus Bohemiae, esse debeat aperta perpetuo, dum et quoties opportunum fuerit, contulimus et concessimus, conferimus et concedimus per praesentes, investientes tanquam rex Bohemiae Al-

bertum et Zdenkonem praedictos de eodem feudo adhibitis solemnitatibus et ceremoniis debitis et consuetis, recipientes ab eisdem Alberto et Zdenkone pro se ac heredibus et successoribus ipsorum super praemissis fidelitatis et obedientiae solita iuramenta.

Datum Pragae a. D. 1377.

(*Arch. Karlst.: Manství česká.*)

32. Kostomlat castrum. 1379. Wenceslaus . . . Bohemiae rex. Notum facimus . . . quod . . . Habardus de Zerotin senior. . . . castrum suum Kostomlat, quod a Nobis velut Bohemiae rege dependet in feudum, nobilibus Plichtae, Habardo et Habardo de Zierotin fratribus donavit, tradidit et libere resignavit sub conditionibus infra scriptis, quod videlicet idem Habardus senior, quamdiu vitam duxerit in humanis, castrum huiusmodi cum suis pertinentiis habere, tenere et possidere, ipsoque defuncto ipsum castrum cum suis pertinentiis ad fratres memoratos et eorum heredes legitime cadere debeat et devolvi, quodque ipse Habardus senior idem castrum cum ipsius pertinentiis nec in vita vel in morte cuicumque alteri personae obligare, alienare seu vendere possit, valeat vel debeat quovis modo. Nostrae celsitudini supplicantes humiliter et devote, quatenus donationi et resignationi huiusmodi consensum Nostrum regium adhibere benevolum, ipsumque Plichtae praedicto et ipsius fratribus memoratis autoritate regia Bohemiae conferre gratiose dignaremur. Nos votis ipsorum justis et rationabilibus annuentes . . . . donationi huiusmodi consensum Nostrum regium adhibentes . . praefatis Plichtae et fratribus suis . . . . castrum Kostomlat praedictum cum universis suis pertinentiis in feudum nobile contulimus et de certa nostra et regia Bohemiae autoritate praesentibus conferimus et donamus, per eos et eorum heredes post mortem Habardi senioris praefati a Nobis, heredibus et successoribus Nostris Bohemiae regibus et ipsius regni coronae sub eodem feudi jure prout hactenus possessum exstitit et quemadmodum caeteri feudales et vasalli nobiles regni Bohemiae ipsorum bona possidere noscuntur, habendum, tenendum et perpetuo possidendum.

Datum Pragae pridie Calend. Maji a. 1379.

(*Cf. Reg. zápisů 383. Arch. Karlst.: Manství česká.*)

33. Bystřice et Lantstein castra. 1381. List páně Krajiřfuov Cunradóv, kdež se zapisuje králi Vácslavovi a jeho budúcím, králóm českým, že zámkové jeho Bystřice a Lantstain mají otevřiny býti k J. Msti potřebě, jemu bez škody.

Datum 1381.

(*Arch. Karlst.*)

34. Hassištejn castrum. 1394. List Fridrichuov Šumburkuov, kdež vyznává, že hrad Hassištejn má králi Vácslavovi českému i jeho budúcím býti vždycky odevřín; pakliby král Vácslav umřel bez dědicuov, že proto ten zámek má býti králóm českým pod manstvie věčně.

Datum 1394.

(*Arch. Karlst.: Manství česká v Cechách.*)

35. Boršengrün munitio. 1396. List krále Vácslava, v němž milost dává Hynčikovi a jeho erbóm, aby jeho lidé a podsedci, příslušející k jeho tvrzi Boršengryn, žádné pomoci, berně nedávali věčně; zato mají z toho zboží s 10 koňmi slúžiti, kolikrát toho potřebí bude, na královy náklady a škody.

Datum 1396.

(*Arch. český II. 201.*)

36. Kunigwert castrum. 1398. List s majestátem krále Vácslava, svědčící Hynčikovi Pluhovi, že jemu odpúští postavit obydlé na hoře Kunigswerd ležící u Boršengryna, a to aby on a jeho dědicové držali beze vší překážky, a ten hrad má ku potřebám královským otevřen býti.

(*Arch. český II. 200.*)

37. Rozmeussel curia. 1400. List s majestátem krále Vácslava, jímž dává pod manstvie Henrichovi z Plavna a jeho dědicuom duvor řečený Rozmeussel v kraji Loketském (414) ležící, jenž přísluší k manství a k koruně české, s šestnácti sedlišti — k dědičnému držení pod manstvie.

Datum 1400.

(*Arch. český II. 200.*)

38. Karlsperk arx. 1405. Habart z Hertmberka vyznává listem, jehož datum 1405, že jemu zámek Karlsperk od krále

Václava v devíti tisících v šesti stech a v sedmdesáti pěti zlatých zastaven jest, a to muož vyplaceno býti od králuov českých.

(Arch. Karlič.: *Manství česká v Čechách.*)

39. Vyšehrad castrum. 1412. Castrum Třemšín ad omagium Vyssegradense . . . Plat na Novém Městě Pražském 93 kop. — Ve vsi Brozankách 7½ kopy. (Arch. III. 482.)

1413. Wenceslaus rex census annuos 93 k. in Nova Civitate Pragensi et 7½ in villa Brozanek contulit ad omagium Wissegradense. (Arch. III. 483.)

1414. Lacenbok, alias Ziekew — ad regem devolutum impetravit N. N. ad omagium Wissegradense. (Arch. III. 485.)

40. Melnik arx. 1418. „Manové hradu Mělnického“: 1 z Malovar, 1 z Bučiny, 1 z Bykve, 1 z Postřižína, 1 z Vrbna, 2 z Kozarovic, 4 ze Chcebuze. — 1427. Mikuláš s povolením uroz. Mikuláše z Caisperka, ty časy hauptmana a správce hradu i města Mělnického, zapisuje manželce své na tom manství k hradu Mělnickému přisedícím, kteréhož s bratrem svým požívá, 50 k. gr. dluhu věnního.

(Arch. III. 498.)

41. Borek castrum. 1415. Theodoricus Kraa, pincerna regis, hereditatem suam, castrum Borek, regi in feudum obtulit; rex vero idem ei in feudum nobile confert. — 1417. Hanuš dictus Kraa de Borku, et Katherina relicta Theod. Kraa de B. vendiderunt hereditatem ipsorum homagiale: Castrum Borek cum duabus portionibus oppidi etc., Wrskman villam integram (28), in Zaječic (28), Winař (?), Ervenicich (28), in Komořanech 28 piscatores etc.

(Arch. III. 486, 490.)

## L.

### *Specimina feudorum boemicorum.*

1325. Joannes rex: Gotfrido coquinae suae magistro et Hogerio fratri ipsius, confirmat emptionem sex laneorum in villa Hostabicz sitorum et censum sive redditum annum trium

marcarum grossorum denariorum gravium (64 pro marca computando) de sex laneis in nova plantatione ad villam Hostabicz spectante sitis, pertinentem et regi debitum, necnon censum annuum unius marcae gravis cum dimidia de tribus laneis in villa Hostabicz sitis ad regem spectantem jure feudali, dedit — jure feodi ac imperpetuum possidendum, ita tamen, quod G. et H., heredes ac successores eorum de praedictis sex laneis per eos emptis et septem marcarum cum dimidia redditibus per regem eis datis regi, heredibus ac successoribus ejus, regibus Boemiae, tamquam feudarii et vasalli terrae Glaczensis deservire teneantur. Rex etiam concessit, ut emptores praedictos sex laneos cum octava dimidia marcis praedictis donare, vendere, locare, permutare, alienare seu legare aut in quamcunque personam voluerint transferre, in toto vel in parte, jure antedicto valeant.

(*Eml. III. 1075.*)

1336. Joannes rex: Villicationem Camyczensem tam ex commisso quam ex obligatione tenentibus . . . gratiam . . . Quum Enuglicus de Smolotyl cum 1 laneo, quod ibidem habet, et 20 jugeribus sibi deservientibus, et cum tertio medio laneo, quos habet in villa Wetscze (267) et Byczicz (267), et cum laneo, quem habet in villa Zlakowicz (335); Nicolaus cum fratre suo Jordano cum 1 laneo, quem habent in villa Smolotyl (267) et cum altero  $\frac{1}{2}$  laneo et 22 jugeribus, quos habet in villa Zlakowicz, et 40 jugeribus, quos habet in villa Radassi, et  $\frac{1}{2}$  laneo, quem habent in villa Czetyń; Jarossius cum altero medio laneo, quem habet in villa Smolotyl et medium laneum, quem habet in villa Czelina et cum 3 quartalibus lanei, quae habet in villa Lipczicz, et cum 1 l., quem habet in villa Mokrzec; Michael cum 1 l., quem habet in villa Yelina et cum molendino duarum rotarum, quod habet in flumine in Choleyno; Thomas cum nepotibus suis Mathia et Jankone cum una villa Lazko, quae continet 6 l. cultos et silva ibidem, quae se ad 4 l. extendit, et cum aliis possessionibus ad eandem villam spectantibus; Hostislaus cum altero medio laneo, quos habet in Lissowicz villa, et cum 1 l. in Tbith villa et 1 l., quem habet in villa Slawkowicz; Nicerz cum 2 l., quos habet in villa Lissowicz, Przibyslaus . . . Swaton . . . Jacobus cum fratribus suis Milota et Walesskone . . .

Albera . . . . Wanko et Pessiko fratres . . . . Ubislaus cum fratre suo Hynkone . . . Simon . . . . Bernardus . . . . Joannes et Blazka fratres . . . . ceterique sagittarii ad villicationem Kamyczensem pertinentes et eorum heredes et successores, necnon Wassko notarius de Kamyk ejusdem villicationis cum 1 l., quem habet in Cossobud, et 1 l., quem habet in Milessow et 3 quartalibus, quae habet in villa Petrzicz, et cum 3 quartalibus, quae habet in villa Bezduchowicz, et cum delentionalibus, quos ab antiquo habuit et debet habere in futurum in praedicta villicatione; heredes et successores omnium praedictorum sagittariorum infeodatorum regalium de ipsorum officio nulli alteri praeterquam Nobis in quolibet servitutis onere de eorum bonis, quae ipsius officii (nomine) possidere debeant, subjacere dignum censemus; arbitrantes, quod postquam iidem Nobis sua servitia compleverint (vid. quilibet eorum cum una balista aut pro sua possibilitate, quocienscunque et quandocunque eos perceperimus), demum ab aliis quibuscunque oneribus quorumcunque villicorum aut alterius cujuscumque de ipsis singulis bonis faciendis debeant non immerito supportari . . . ipsos et ipsorum legitimos heredes et successores ab omni vexatione liberos esse volumus et solutos.

Stricte igitur et seriose mandamus, quatenus nullus ex vobis praefatos sagittarios Nostros ex nunc in antea debeant aut praesumant in ipsorum aurifodinis, factis in ipsorum hereditatibus aut in posterum per ipsos aut heredes ipsorum fiendis, necnon in ipsorum venationibus aequaliter impedire, non gravantes eosdem berna, exactione vel alia aggravatione qualicunque . . .

(*E copia arch. Prag. Eml. Reg. III. 361.*)

Nos Joannes . . . notum facimus etc., quod dum alias quando dilecto fidei Nostro Jesconi de Nachod in recompensam castrum sui et bonorum ad ipsum castrum Nachod spectantium, quae sibi non sine causa abstulimus, sibi de Silva Nostra Nigra cum proventibus regiis in tanto, quanto fieri decuit, gratiose duximus providendum, expresse voluerimus sicut adhuc volumus, quod universi naprabones ipsius Silvae nullum in suo jure feudali, quod eis sicut et eorum progenitoribus ex Nostra et olim divorum regum Boemiae gratiosa concessione competebat, deberent praejudicium aliquod sustinere. Cumque nunc et alias non



nunquam dictorum naprabonum querelas receperimus, graviter continentes, quod praedictus Jesco debitis sibi non contentus, limitibus ipsos naprabones de jure suo feudali et de hiis, quae ipsos nomine hujusmodi feodi contingunt, repulerit per injuriam et repellat, privando eos de agris et agrorum frugibus, pecoribus, pecudibus et omnibus aliis, quae ratione officii dictae napraboniae deberent pacifice possidere: Nos volentes eos in dictae napraboniae officiis, quibus freti sunt, conservare indempnes, ipsos naprabones universos et singulos cujuscunque status, conditionis aut sexus fuerint, de omni jurisdictione et injuria dicti Jesconis et successorum in hac parte suorum et aliorum quorumlibet hominum duximus — eximendos et Nostrae jurisdictioni regiae, heredum et successorum Nostrorum, Boemiae regum, tuitioni a quorumlibet gravaminum molestiis convertendos, committentes — principi dom. Carolo aut vices ejus gerenti pro tempore, ut praedictos napravones cum suis feodis ac juribus feodalibus ac eorum pertinentiis universis ad suam revocet immediate Nostro nomine potestatem etc.

(*Summa Gerh. 71.*)

1341. Nos Joannes rex . . notum facimus . . quod attendentes grata et fidelia servicia, quae dilectus Nobis Vbizlaus de Neresticz, feodalis et servitor Noster specialis, celsitudini Nostrae exhibuit et exhibere in antea poterit et debet, ipsum obinde de benignitate regia respicere graciosius cupientes, sibi et heredibus suis villam Neresticz cum suis pertinentiis singulis et duo molendina ibidem, in Radieticz tres laneos cum riolo Lesnicz et silva dicta Bolina et vno molendino ac eorundem pertinentiis, et in Paliwe vnum laneum tenendum, habendum, vtfruendum et possidendum sine impedimento quolibet pacifice et quiete donauimus praesentibus et donamus, ita expresse, quod ipse Vbizlaus aut heredes ipsius Nobis et Nostris successoribus heredibus, Boemiae regibus, et non alteri cum vno spadone et balista seruire, quandocumque aut quocienscumque per Nos requisiti fuerint tenebuntur. Et si quid dampni in Nostris pertulerint seruiis, id ipsis tenebimur indempniter retractare vel eos a seruitio huiusmodi vsque ad instauracionem dampnorum esse volumus supportatos. Adicimus itaque, quod dictos Vbizlaum

et heredes suos ab euocatione zude cuiuslibet absolutos esse volumus penitus et exemptos; si quis vero aliquid actionis contra ipsos habuerit, id ipsum coram iudice curiae Nostrae et non alibi iuris ordine prosequatur. Praeterea admittimus et fauemus, quod praedicti Vbizlaus aut sui heredes terciam partem bonorum ville in Stezow post obitum domine Stanizlawe ad instar aliorum bonorum suorum possideant et a Nobis in feudum teneant, Nobisque de hiis seruire, prout debitum et consuetum fuerit, tenebuntur Poterunt etiam et debebunt dicti Vbizlaus et heredes sui lepores et aues cuiuslibet generis venari et aurifodinis, quod wlgariter Seyfengolt dicitur, frui licite et potiri. Insuper si dicti Vbizlaus aut heredes sui de propria ipsorum facultate sua bona augmentauerint, aut pecuniis suis comparauerint in bonis regalibus, aut nobilium aliorum regni Boemiae: extunc ipsa bona in omni iure, quo alia tenent, vt praemittitur, possidere sine quouis impedimento debebunt et de benignitate regia tenebuntur.

Datum in Pieska 1341.

(*Ex orig. civ. Brunensis, Chytil Dipl. VII. 800.*)

## M.

### *Forma subfeudi boemici.*

1403. Já M. a O. bratři vlastnie z Rosic, vyznáváme tiemto listem . . . Jakož urozená bratry vlastnie P. a P. z Týnce, odjinud z Chrústovic, jsú k nám přiezeň a milost učinili tuto, že jsú nám dědictvie svého spravedlivého, Vratíšovic, sstúpili . . . abychom zbožie toho poživali, to sobě k užitku přivedli což najlépe uměti budem, a z toho jim mámy slúžiti na dvě koní a se dvěma brannýma k jich rozkázanie, bez rozpači, službú tú mámy svrchupsaným bratrom slúžiti i jich budúcím, dokudž to zbožie držeti budem. A to jisté zbožie já M. a O. máme držeti do vuole svrchupsaných bratruov P. a P. a jich budúcích. A když (by) sv. ps. bratry P. a P. neb jich budúcí nám dali věděti puol roka napřed, a nechtiece bychom my to držali: tehdá já M. i O. bratry vlastnie po poluročí mámy a slibujem beze všeho zmatku i výmluvy sstúpiti toho zbožie Vratíšovic jich dědictvie i s tiem se vším, což bychom tu ustavili a opravili: kromě koní a jiného nábytku všeho, i svršků, obilé a šatuov všech; toho jim nemámy

sstúpiti ani ostaviti. — Pakli by v té chvíli a v těch letech nás Pánbuh smrtí neuchoval, budte děti naši neb nebudte: sv. ps. bratry P. a P. a jich budúcí po naší smrti mají sie zase uvázati v své dědictvie; neb my M. a O. ani naši budúcí nejsmy mocni a nemámy toho zbožie žádnému jinému sstupovati aniž také poručiti komu muožem, jedno P. a P. bratróm sv. ps. — A to všecko, což v tomto listu psáno stojí, já M. a O. slibujem svú vierú i svú čest zdržeti a učiniti; pakli bychom to jinak proměnili a toho nezdrželi aneb neučinili tak jakž nahoře psáno jest: tehdy křivě bychom a nevěrně učinili proti sv. ps. bratróm a sami bychom sie své cti a své viery otsúdili etc.

(*Tab. cur. reg. XV. — Palacký: Arch. český I. 398.*)

## N.

### *Specimina feudorum germanicorum.*

1340. Privilegium nobilibus, militibus et vassallis etc. territorii Trutnoviensis datum.

Johannes, rex B. etc.

Cum nobiles et milites et vasalli, necnon totius territorii Trutnoviensis et Curiae civitatum cives ac incolae, fideles Nostri dilecti, qui ab antiquis temporibus regum Bohemiae, praedecessorum Nostrorum, jure imperiali et pheodali, prout alii Nostri vasalli Glacensis, Budissenensis terrarum freti sunt et gavisí, nunc ausu temerario per quorundam impugnationem et insultus fidelium Nostrorum ipsis assidentium, enormiter contra justitiam plurimum aggraventur et per temptationes illicitas et inconsuetas spoliuntur et turbentur, Regiae Majestati in opprobrium et ipsis in offensam, quod diutius tolerare nec sufferre nolumus nullo modo, sed ipsis, prout de jure tenemur, in tempore duximus succurrendum: committimus et mandamus universis et singulis capitaneis, camerariis, poprawczonibus, rectoribus, czudariis ac aliis Nostris officialibus quibuscunque, quocunque nomine censeantur, praesentibus et futuris, regiae gratiae sub obtentu, quatenus cum praedictis Nostris nobilibus, militibus et vassallis, necnon civitatum Curiae et Trutnow civibus et totius territorii incolis nil penitus agere et disponere habeant, necnon ipsos occasione poprawy vel czudae bohemicalis non evocent aliququaliter aut per-

turbent, cum jurisdictioni hujusmodi non debent in posterum subici nec parere. Sed si cuiquam aliquid actionis quocumque modo competierit, casu qualicumque emergente, id coram Nobis seu capitaneo Nostro regni Bohemiae, qui pro tempore fuerit, Nobis in regno Nostro non extantibus, juxta dictorum Nostrorum militum et vasallorum hactenus approbatam et observatam consuetudinem, quibus ipsos contra insultus et vexationes quorumcumque impugnantium volumus utique conservare, exigat et requirat.

Datum Parisiis V fer. post conversionem b. Pauli apost.  
a. d. MCCCXL<sup>o</sup>.

(*Eml. Reg. III. 760.*)

Privilegium Joannis regis feudalibus, vasallis ac incolis districtus Cubitensis a. 1341 datum.

Nos Johannes Dei gratia Bohemiae rex ac Lucemburgensium comes, notum facimus tam praesentibus quam futuris:

Licet principis cujuslibet circumspecta providentia singulorum ipsius fidelium status considerare et in melius teneatur dirigere, horum tamen commoditatibus diligentius invigilare astringitur ex merito, quos sentit adversitatum gravaminibus plurimum onerari.

Cum itaque fideles dilecti feudales, vasalli ac incolae districtus Cubitensis, quasi in finibus regni Nostri, extraneis vicinis cum ipsis non modicum discordantibus, circumsepti sedant, suisque juribus, quibus ab antiquo freti sunt, propter crebras burggraviorum Cubitensium mutationes frui nequeant et potiri: sane baronum Nostrorum praehabito consilio, maturaque deliberatione praevia, jura ipsorum, quae ab antiquis prout certa percepimus experientia, habuerunt temporibus, ne in eisdem per Nos vel Nostros successores aut alios possessores seu burggravius ipsius castri Cubitensis defraudari vel ultra ea aliquid opprimi ipsi possint vel debeant, confirmandum duximus et tenore praesentis privilegii confirmamus:

1. Primum, quod nullus ex ipsis feudalibus, vasallis et incolis ad zudam Pragensem vel aliquam zudam aliam evocari, vel ratione proscriptionis per iudices Nostros provinciales regni Bohemiae judicari debeat aliquid, sed tantum super singulis

casibus et causis ipsi coram Nobis et burgravio Nostro Cubitensi teneantur cuilibet respondere; et quoties ipsos feudales et vasallos Nostros in Nostris servitiis esse contingat, quod Nos ipsis, postquam a laribus propriis exeunt, donec ad ipsorum reditum singula necessaria administrare et de omnibus dampnis, quae in Nostris servitiis rationaliter se percepisse demonstrant, satisfacere debeamus. Sin autem id non faceremus forsitan, ex tunc ii, quibus dampna huiusmodi reformata non fuerint, quieti sedere debebunt nec servire Nobis debebuntur ammodo, donec ipsis de dampnis perceptis per Nos integraliter satisfiat, quibus solutis ipsi ad consueta servitia astringentur.

2. Insuper singula bona ab ipso castro in feudum dependentia exhereditari non debent nec debebunt, neque ad Nos vel quempiam possessorem vel burgravium ipsius castri devolventur, sed quilibet possessor eorundem vel in vita vel in morte alteri ea donare vel legare sub eisdem servitiis, quibus ea tenuit, potest licite; quodsi factum non fuerit, tunc ad propinquiorem consanguineum devolventur.

3. Praeterea si aliquis feudalium Nostrorum praedictorum aliquem interficeret vel aliis excederet excessibus, propter quos vita privaretur merito et talis succumberet iudicio corporali, tunc bona talis iudicati singula ad suos heredes libere devolventur. Si vero idem iudicium effugeret, tunc bona ipsius fugientis hereditaria, exclusis portione et juribus ipsius uxoris, ad Nostram devolventur gratiam et burgravius ipsius castri de talibus intrmittere se Nostro nomine poterit, ita quod ad hominibus et rusticis ipsius tantum censum recipere debeat, donec illa bona collocata fuerint alteri vel idem gratiae Nostrae fuerit reformatus.

4. Et similiter si aliquis rusticus vel alter in bonis feudalium Nostrorum residens alium interimendo aut aliis, pro quibus morte puniri deberet, enormitatibus excederet, et si idem deprehensus fuerit, burgravius Noster tantum de ipsius corpore poterit iudicare. Bona vero ipsius excedentis mobilia et immobilia, si iudicio subjacuerit vel etiam effugerit, ad dominum suum, in cujus bonis talis residet, tantummodo devolventur et burgravius in eisdem sibi nil proprietatis potest vel debet vindicare. Hoc adjecto tamen, quod si aliquis feudalium Nostrorum inibi in bonis suis bladum, pecora, pecudes, foenum, gramina vel alias res, quae

ibidem auctae sunt, exhereditas invenerit, earundem rerum heres esse debet propinquior et possessor.

5. Ipsi singuli feudales Nostri in districtu Cubitensi residentes quaslibet aves et feras parvas, exceptis magnis feris, puta cervis, hinnulis et his similibus venari possunt ubilibet in ipso districtu licite, praeterquam in distinctis metis castri, quae vulgariter Burgheg dicuntur, quarum venationes ad burggraviium dignoscuntur specialiter pertinere.

6. Ex speciali gratia adjicimus, quod si ipsi feudales vel eorum hominis in aliqua emenda pecuniali in iudicio vel extra iudicium ceciderint, ut ipsam emendam tantum jure civitatis Nostrae Cubitensis teneantur et debeant emendare.

7. De berna vero regia sic disponimus, quod universi et singuli ejusdem districtus incolae secundum solutionem et taxationem census annui ex pecunia, blado vel decimis juxta ipsius districtus consuetudinem dumtaxat evenientis ipsam solvere debeant, ita quod quilibet eorundem, quantum in censu ut praedicitur, solverit, in media parte tantum pro berna, cum recipienda evenerit, dare et solvere teneatur; ultra quod ipsi incolae in nullo penitus debuerint aggravari.

8. His itaque praenotatis et aliis juribus, consuetudinibus ac libertatibus in silvis et aliis rebus habitis ab antiquo debent et debent universi et singuli feudales Nostri bona ab ipso castro Cubitensi dependentia, quocunque jure vel pacto possidentes in antea frui in perpetuum et gaudere.

9. Committimus igitur illustri Carolo marchioni Moraviae, primogenito Nostro clarissimo, ceterisque Nostris successoribus et mandamus universis officialibus et burggravio ibidem in Cubito vel aliis Nostris fidelibus, praesentibus et futuris, quatenus praedictos feudales, servitores et incolas Nostros ipsius districtus Cubitensis in praescriptis juribus et gratiis non impediunt nec sinant per quempiam impedi, sed potius in eisdem manum teneant, protegant et defendant.

10. Si quis vero ausu temerario contra haec quippiam attentare praesumpserit, is indignationem regiam et grave rerum suarum dispendium sine quovis supterfugii solamine se noverit incursum.

Harum, quibus Nostrum sigillum majus in evidens et perpetuum testimonium ex certa Nostra scientia appendendum duximus, testimonio literarum.

Datum Pragae IV. Nonas Maji A. N. D. MCCCXLI.

(*E confirmationibus regum Boemiae Caroli IV., Wenceslai IV., Sigismundi etc. — Neumann Dissert. app. doc. I. Goldast. — Haymerl Lehenhaupt. — E tabulis curiae regiae XX. 192 exc. Roetzler, Oesterr. Recht.*)

## O.

### *Feuda per Moraviam.*

(Vide: Slovanské právo III. 1. § 18: Manství na Moravě.)

1. Úsov castrum. 1344. Carolus . . marchio Moraviae . . notum facimus, quod maturo nobilium Nostrorum consilio . . . Jaroslao et Alberto fratribus de Sternberg et eorum cuilibet in solidum et ipsorum heredibus castrum Nostrum Usow marchio-natus Nostri Moraviae, pridem ipsis a dom. Joanne rege — pro 2000 m. gr. den. Prag. mor. pag. (64 pro marca computatis) necnon 300 marcis . . . pignore obligatum, cum oppido Usow eidem castro adjacente et teloneo ibidem et in Nova Civitate etc. vendidimus pro pecunia supradicta; ipsisque suo et heredum suorum nomine, denuo a Nobis jure et titulo pheodi suscipientibus, in verum pheodum contulimus — per eos, heredes et successores ipsorum secundum jus et consuetudinem pheodaliū Boemiae et Moraviae habendum, tenendum, utifruendum et pacifice possidendum, taliter ut de castro et bonis praedictis Nobis et successoribus Nostris parere semper ac intendere fideliter et cum uno dextrario, galea, armis et aliis equis necessariis ad hujusmodi in quavis necessitate servire, more pheodaliū vasal-lorum solito teneantur etc.

Datum in Teschin 1344.

(*Ex collectione Fitteriana: Pelzel Karl Urk. 37.*)

2. Bietov castrum. 1362. List Jindřichuov, Januov a Jiříkuov bratři z Bietova, jímž vyznávají, že se poddávají knížeti Janovi markrabí moravskému se vším statkem svým pod manství.

List pana Henrycha, pana Jana a pana Jiřka bratřů z Bietova, kdež vyznávají, že s Bietovem a Černšteinem sú manové krále českého po všechny časy. Datum 1342.

(Arch. Karst.: *Manství moravská.*)

3. Osov. 1376. Joannis senioris de Mezirzecz recognitio feudi in certis bonis ab Joanne marchione Moraviae, heredibus suis (sed masculini generis dumtaxat) concessis. Bona sunt: Ossowo, Bytessa, Przechov etc. Testes d. Hensling de Byetow et strenuus miles Petrus Hecht de Rossitz.

Datum in Spilberg a. 1376.

(Arch. Karst.: *Manství moravská.*)

List Jana staršího z Mezřící, jímž vyznává, že jest přijal od knížete Jošta markrabě moravského, zboží své Osově a jiné vesnice Niehov, Bytěška etc. pod manství. Dat. 1376.

4. Litterae Woconis de Krawarz, quibus enumerat plurima bona, quae ab Joanne marchione Moraviae in feudum se accepisse testatur. Idem facit in iisdem litteris Laczko de Krawarz, praedicti Wokonis germanus, et testatur Benessius de Krawarz alias de Stražnic, patruus. Idem testatur Stiborius de Czymburg, alias dictus de Towaczow.

Brunae 1374, 20. Nov.

List Wokuov z Krawař, jímž vyznává, že se poddává se vším svým statkem, a jmenuje každé ze jmena, v manství knížeti Janovi markrabě moravskému, a také se zavazuje, umřel-li by bez dědicov mužského pohlaví, že to všecko zboží spadnutí má na jmenovaného markrabě i budoucí markrabě moravská.

Datum 1377.

(Arch. Karst.: *Manství moravská.*)

## P.

### *Feuda episcopatus Olomucensis.*

(Vide: Systema feudale Brunonis episcopi Olomucensis. Codex J. B. I. 42.)

1251. Bruno . . . dilecto sibi Bertholdo famulo suo et heredibus suis (Cod. J. B. I. 42). Recht der Dynstmanne to Magdeborch (Ib).



1255. 7. Nov. Bruno episcopus . . . Noverit etc. quod nos bona nostra, villam Glesin cum 50 mansis et villam Thomaz cum 24 mansis in Polonia sitas . . . Herbordo militi, dapifero nostro et suis heredibus, insuper alia bona, vid. villam Rudolueswalt cum 40 mansis et villam Godeuridestorp cum 35 mansis et villam Zlamekowe' cum 35 mansis, jure ministerialium Magdeburgensis ecclesiae . . duximus conferenda. Idem quoque Herbordus . . filios suos Joannem, Herbordum et Theodorum, motu proprii arbitrii sui et eorum, dedit et obtulit ministeriales ecclesiae nostrae, quae prius nullos habebat, ut sibi devotione, obsequio, fideque debita ipsi et heredes eorum necnon et tota posteritas jure ministerialium Magdeburgensis ecclesiae perpetuo sint astricti; quos praefatus dapifer sicut nobis et capitulo nostro permiserat, ab ecclesia Molebeke Mindensis dioecesis, cujus ante ministeriales fuerunt, plene redemit et absolvit et manumitti procuravit; ipsique per patentis literas abbatissae et conventus ejusdem loci nostrae Olo-mucensi ecclesiae liberi sunt transmissi. Datum.

(*Ex orig. in arch. Kremsirensi typis excrispit Boczek III. 198. — Eml. II. 74.*)

1263. 29. Mart. Bruno ep. Nicolao militi suo jure feudali confert villam Chorim. Bona episcopalia, quae tibi collata sunt, ad heredes tuos tantum filios transferentur, et nunquam ad filias; sed emptitia bona tam ad filias quam ad filios transferentur. De praedictis bonis omnibus, tam emptis quam allatis tibi ab ecclesia, in hiis quibus tenemur domino nostro regi, ad honoris sui et terrae suae defensionem et in propriis necessitatibus nostris et ecclesiae nostrae servitia facies militaria, in armis vid., quando-cunque a nobis vel nostris successoribus fueris requisitus, et heredes tui ad eadem et similia servitia perpetuo tenebuntur.

(*Orig. in arch. Kremsirensi. — Boczek III. 349. Eml. II. 417.*)

1264. 29. Apr. Bruno epis. Conrado dicto de Hucsaria jure feudali confert villam Bicowicz. Hoc autem de consilio canonicorum ordinavimus et statuimus, quod vassallus quilibet ecclesiae nostrae, qui per nos de bonis episcopalibus infeudatus existit, comparare debeat alias hereditates et bona, quae medietatem valeant bonorum episcopalium sibi collatorum, et eadem ecclesiae nostrae dare et in feudo a nobis recipere bona similiter compa-

rata . . . . In recognitionem vero bonorum episcopalium, quae tibi contulimus, dabis annis singulis canonicis ecclesiae nostrae mensuram unam tritici, continentem modium unum Opaviensem, de manso sive de laneo quolibet, et de mansis dumtaxat censualibus tibi, de allodio tuo, de zluhonibus et de manso iudicis nichil dabis. — Item de bonis emptis, ut ab hiis discerni possint, similiter nihil solves. — De praedictis bonis omnibus in necessitatibus etc. servitia facies militaria, in armis vid. et dextrario, quandocumque per nos aut successores nostros fueris requisitus.

(*Orig. in arch. Kremsier. — Boczek III. 362. Eml. II. 449*)

1264. 29. Apr. Bruno ep. Thomae famulo suo jure feudali confert villam episcopalem Zewiz sitam in Boemia cum molendino super Albiam in Boemia, quae omnia data sunt tibi cum uxore tua, et villam Serotitz, quam cum aliis terris et possessionibus immediate adjacentibus ipsae villae, apud Pragensem episcopum pro 36 marcis argenti emptionis titulo comparasti, sitam in Boemia apud praedictam villam Zewiz (Čívce 166).

(*Ib. Boczek III. 365. Eml. II. 450*)

1268. 7. Apr. Bruno episc. domino Gallo de Lewenberch et fratribus ejus confert villam episcopalem Chothun in Boemia titulo feodi possidendam.

(*Bocz. IV. 10.*)

1307. Nos Witco dictus de Swabenicz, camerarius Olomucensis, Herbordus camerarius, Andreas de Cethochowicz, Conradus de Gelcz, Buno de Theschowicz et Heymannus comes de Przybor super dissensionem, quae inter episcopum Olomucensem ex vna, et inter Nicolaum, Jenczonem, Franconem, filios eius de Chorynie, ac Henricum, Franconem de Modricz, Heymanum de Slapanicz filios Luczkonis . . . filios Johannis de Luczka ac filios Theodorici de Branek ex altera parte habita est, commissa nobis per ipsum venerabilem dominum nostrum, episcopum Olomucensem, prout ordinauimus et concordauimus ad inuicem, pronunciamus, publicamus et proferimus in hiis scriptis:

1. Primo quod ipse venerabilis noster dominus Johannes episcopus Olomucensis Nicolao, Jenczoni, Franconi et ceteris

omnibus suprascriptis cum amicis et hominibus ac complicibus eorum omnem culpam et excessus, quos ad hanc horam contra eum fecerunt, ex corde indulgeat, sicque nunquam animaduertat aliquid propterea contra eos.

2. Praeterea omnes pactiones seu ordinationes, super quibus qualescumque hactenus literae confectae fuerint inter ipsum venerabilem dominum nostrum Olomucensem episcopum et inter Nicolaum, Jenczonem, Franconem et alios suprascriptos, per praesentem ordinationem nostram simul cum ipsis literis nullius momenti debent esse penitus amodo seu vigoris.

3. Ceterum quia praedicta dissensio non potuit complanari, nisi prius retractata esset causa, quam Georgius Arnolthowicz marschalcus et Bouslaus cum fratribus de Crasna super dampnis ipsorum contra Bludonem de Trenauia et Heymannum comitem de Prsybor prosecuti fuerint, ideo ipsam causam inter iam praedictas partes retractamus taliter vt (causam) tam praedicti Georgius et Bouslaus cum fratribus suis de nouo resumant et in curia ipsius domini nostri episcopi Olomucensis iure Magdeburgensi prosequantur eandem.

4. Insuper dampna, quaecumque de potestate et per homines ipsius domini nostri episcopi Olomucensis Jenczoni, Franconi et aliis amicis ac hominibus et complicibus eorum quibuscumque hactenus sunt illata, dampna etiam, quaecumque iam dicti Jenczo, Franco cum amicis et hominibus ac complicibus suis ipsi domino nostro episcopo Olomucensi et suis hominibus vsque nunc intulerunt, aequo modo inter se sufferant et aequaliter sibi parcant, sicque de cetero ex vtraque parte non fiat aliqua quaestio pro eisdem.

5. Ad haec ipse dominus noster Johannes episcopus Olomucensis cum domibus et iuribus ipsorum in Nouo Castro deinceps faciet idque volet; sed in recompensam huiusmodi praedicti homines de ipso Nouo Castro hereditates illas, que purglehen wulgariter dicuntur, duodecim annis libere possidebunt, elapsis autem iam dictis annis, si quis tunc ex nobis vixerit, ille dicto domino nostro episcopo Olomucensi de ipsis hereditatibus debita seruitia ostendet, vel in castro eiusdem provinciae pro conseruatione ipsius de ipsis hereditatibus, si opus fuerit, locabuntur.

6. Item de hoc, quod ille, qui coram ipso domino nostro episcopo Olomucensi pro feodis suis querimoniam mouerunt et

non comparuerunt in termino peremptorio sibi dato, milites et vasalli ecclesiae requirantur; et si iam dicti milites et vasalli ecclesiae jure Magdeburgensi eos inuenient ius suum perdidisse totaliter, ab actione sua super ipsis feodis debent inperpetuum cessare.

7. Si vero per ipsos milites seu vasallos dicto iure Magdeburgensi ostendatur, quod dicti qui pro feodis querimoniam fecerunt, non perdiderunt ius ipsorum, tunc primo debet per eos super iam dictis feodis querimonia inchoari.

8. Iterum ipse dominus noster Johannes episcopus Olomucensis nullum penitus vasallum seu infeudatarium suum amodo detinere debet, nisi praecedat iudicium et iusticia de aliquo eorundem.

9. Nullus etiam vasallorum et infeudatariorum Olomucensium literas securitatis et conductum ab ipso domino nostro episcopo Olomucensi expetat et requirat, sed libere quidem ad psum, excepto solo casu homicidii, quando vult, veniat omni hora.

10. Si quis autem pertinaciter venire non curaret ad ipsum dominum nostrum, hunc ipse dominus noster per suos milites proinde faciat iudicari.

11. Amplius priuilegia Olomucensis ecclesiae declarabunt super metis et limitibus, pro quibus inter Bouslaum et amicos . . suos de Crasna et inter Bludonem de Tirnawia et Heymannum comitem de Prsybor quaestio habetur, de hoc iam dicto vtraque pars contenta penitus esse debet.

12. Item si praefatus noster dominus Johannes, episcopus Olomucensis, aliquem de vasallis suis sine iudicio captiuauerit et ipsum infra duas septimanas liberum non dimiserit, infrascripti fideiussores, qui sua sigilla praesentibus appenderunt, post duas septimanas easdem ciuitatem Olomucensem intrabunt in mille marcis adiacendi in obstagio, donec vel dictus captiuus dimittatur liber, vel per ipsum dominum episcopum Olomucensem Jenczoni et Franconi cum suprascriptis omnibus persoluantur praedictae mille marcae. Si vero etiam ipse dominus noster dominus Johannes episcopus Olomucensis aliquid aliud supradictorum infregerit et hoc infra octo septimanas non retractauerit, post ipsas octo septimanas secundo ciuitatem Olomucensem dicti fideiussores intrabunt, donec ipse dominus noster episcopus Olomucensis retractet ea,

quae infregit, uel dictis Jenczoni et Franconi cum aliis superscriptis amicis eorum praedictam pecuniam persoluet.

(*Chart. C. dipl. VI. 9.*)

Episcopus Olomucensis . . . Notum facimus, quod cum universa bona felicitis memoriae nobilis viri Alsiconis de Fullstein, olim nostri fidelis, quae habebat sub jurisdictione et dominio Olomucensis nostrae ecclesiae, juxta morem et antiquam nostram approbatam consuetudinem ad cameram nostram et pro nostris usibus fuissent legitime devoluta, nos interveniente tractatu, consideratis multiplicibus obsequiis nobilis viri Henrici de Fullstein . . . . accepta ab eo cautione, pro 200 marcis moravici pagamenti et numeri sibi et suis heredibus, si quos processu temporis habuerit de benignitate divina, eadem bona ad nos, sicut praemittitur, devoluta legitime . . . partim ex gratia dedimus, partim pro antedicta summa vendidimus . . . . (Canc. Joann. Novofor. 4.)

Episcopus Olomucensis. Nobili viro d. Sdenconi de Sternberg cognominato de Lucaw, fideli suo salutem. Intuentes merita f. m. quondam Mathiae de Sternberg . . . genitoris et attendentes fidelitatis studia, quibus Olomucensem ecclesiam et personam nostram devotio vestrae fidelitatis prosequitur, vobis et heredibus vestris sexus masculini super omnibus et singulis bonis feudalibus, quae ad cameram nostram quavis ratione vel causa, jure vel titulo devolvi continget, jura nostra rite contulimus, ut jure nobis quaesito tamdiu eadem bona nobis usurpare et vindicare possitis, donec ex perceptione devolutionis hujusmodi summam C marc. gros. Prag. pagamenti moravici integraliter habeatis. Nolumus tamen per hoc aliquibus hominibus in praejudicium seu justitiae aliqua dispendia generari. (Ib. 2.)

Dei etc. Notum facimus . . . quod constituti in nostri subscriptorum testium et notarii praesentia nobilis et honesta mulier d. Anna, uxor Jo. de . . . (sic), animo deliberato, non compulsa sed hilari voltu vivae vocis oraculo dotalicium [suum, quod volgo leipgedinge dicitur, cuius summa ad quadringentas marcas gross. Prag. moravici numeri et pagamenti se extendit, et quod eidem mulieri in et super oppido Slawiczetin (sic), nec non villis Ro-

ratis (?) et Raduno (Radimo?), bonis nostris feodalibus, nostra confirmavit auctoritas et specialibus literis stabilivit, ad manus nostras tamquam superioris eorundem feodorum domini resignavit libere, literas quoque nostras, quas super dotalicio tali alias obtinuisse dinoscitur, in signum verae et liberae resignacionis nobis restituit, renuntians omni juri, juris actioni, impetitioni, arrestationi et omni titulo, quibus seu quorum praetextu quidquam sibi posset iusticiae vindicare, asserens, hanc solam nostram literam nobis restitutam habuisse desuper, sua voluntate ad hoc se submittens ad integrum, ut si aliquam seu aliquas cuiuscunque tenoris literam seu literas super eodem dotalicio quovis tempore in lucem prodire contigerit, quod eadem seu eadem nullius teneri debeant efficaciae, roboris vel momenti. Nobilibus viris Sdencone et Jo . . . et aliis nostris fidelibus testibus ad praemissa, super quibus nichilominus ad habundantioris cautela praesidium infrascripti notarii subscriptio et testimonium nostra deliberacio coram antedictis testibus invocavit. Praesentium etc. . . . (Ib. 5.)

Dei etc. Notum facimus . . . , quod constitutus in nostri praesencia Jesco Lanek, fidelis noster dilectus, publice recognovit, qualiter honestae mulieri d. Dubrawae, consorti suae legitimae, super villa sua Lan et super sex sexagenis census annui et una aratura ibidem quinquaginta sexg. gross. Prag. pro vera dote, quod vulgariter morgengabe nuncupatur, recipiendas, habendas et in usus suos convertendas resignavit et legitime deputavit, supplicans nobis tamquam feodi domino humiliter et devote, quatenus ad praedictas resignacionem et deputacionem ipsius dotis nostrum consensum et assensum dignaremur graciousius adhibere. Nos vero supplicacionibus ipsius benignius inclinati ad praedictam dotem, quae vulgariter morgengabe dicitur, in omni modo et forma, ut praemittitur, nostrum consensum damus pariter et assensum, volentes, ut praedicta mulier D. praedictas quinquaginta sexg. gross. super praedictis villa et censu et bonis in Lan pro vera dote habere, recipere et in usus proprios convertere debeat iuxta morem et consuetudinem vasallorum nostrorum et episcopatus nostri Olomuc., sicut alias fieri est consuetum, nostris et ecclesiae nostrae Olomuc. juribus semper salvis. Praesencium etc. . . . (Ib. 6.)

Dei etc. Notum facimus . . . , quod constitutus in praesencia nostra discretus vir H. de . . . , fidelis noster, animo deliberato, senectutem et debilitatem suam respiciens, considerato etiam, quod de bonis, quae sub nobis tenet et possidet, defectibus praedictis obstantibus obsequiosam miliciam respondere non posset, eadem omnia, quaecunque a nobis et ecclesia Olomucensi in feudum possidet vel possedit et tenuit, Theodrico filio suo ibidem et in nostra praesencia constituto voluntarie resignavit. Et nos ad petitionem paternam filium eius praedictum tamquam superior feudi dominus legitime investimus de eisdem, super minoritate filii ex causis praedictis speciali gracia dispensantes. Expensis et interesse plenarie satisfiat, nullam in hoc sub obtentu graciae nostrae negligenciam commissurus. Datum etc. . . . (Ib. 13.)

Dei etc. Notum facimus, quod in nostri praesencia constitutus nobilis vir Jenczo de . . . (sic), fidelis n. d., publice recognovit, se villam suam Babicz nominatam cum omnibus suis pertinenciis et pleno dominio et duas curtículas ante oppidum Gelcz sitas discretis viris Woyczzechoni marsalko et Jarossio fratribus de Pacendorff, fidelibus n. d., pro certa quantitate pecuniae rite et racionabiliter vendidisse, promittens bona fide ipsis fratribus eandem villam Babicz cum suis appendiciis et pertinenciis ab aliis circumiacentibus bonis cum veris limitibus distinguere et dividere ac distinctam et divisam ab omni impetitione secundum episcopatus nostri Olomuc. morem et consuetudinem disbrigare, nobisque cum instantia supplicavit, quatenus tamquam superior feudi dominus ad praedictam vendicionem nostrum consensum et favorem graciousius adhibere dignaremur. Nos igitur etc. . . . praedictam vendicionem . . . confirmamus, conferentes et concedentes praedicto Woyciechoni et Jarossio fratribus et suis heredibus legitimis villam Babicz cum omni jure et dominio, cum agris etc. . . . nec non cum duabus curtículis sitis ante oppidum Gelcz, prout haec omnia praedictus Jenczo tenuit et possedit, in verum feudum jure etc. . . . (Ib. 23.)

Judex curie nostrae Cremsirensis, fidelis etc. Causam, que vertitur inter P. ab una et H. parte ab alia super bonis in . . . ex certa racione personaliter audire volumus et utrisque partibus

judiciale terminum et diem assignamus in Cremsir virtute prae-sencium, ut compareant proxima die post festum s. Bar(tho-lomaei) proxime nunc venturi. Quapropter fidelitati tuae mandamus, ut vasallis nostris significetis, quod sub eodem termino sint coram nobis in loco praedicto, ut causa praedicta decidatur finaliter iuxta consuetudinem et observacionem longis temporibus et antiquitus observatam. Datum etc. . . . (Ib. 189.)

## Q.

*Ordo vasallis coronae Boh. extra curiam a. 1355. praescriptus.*

Wir Karl von Gottes Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten merer dess Reichs und Kunig zu Beheim, bekennen und thun Kund öffentlich mit diesem Brieff allen den, die ihn sehen, hören oder lesen, dass wir unter anderen Sorgen, die wir allewege haben durch Friedes und Gemachs Willen, Unsern getreuen Unterthanen Unsern Kayserlichen Vleiss darzu sunderlichen wenden, wie die nachgeschrieben Unser, dess Kunigreichs und der Cron zu Beheim, Stette, Vesten, Heuser undt Merkte: Sultzbach, Rosenberg, Neidstein, Hertenstein, Hoenstein, Hipoltstein, Lichte-neck, Türendorff, Frankenberg, Auerbach, Hersbrucke, Lauffen, Velden, Plech, Eschenbach, Pegnitz, Huseke, Werdenstein, Hirs-saue, Neustadt, Stornstein, Lichtenstein, Bleyenstein, Reichen-stein, Reichenecke, Stralenfels, Spiess, Ruprechtstein, Bernaw und was darzu gehöret, \*) gemeret und gesterket werden, Unserm

---

\*) Munitiones, castra, oppida, terras, utpote: Sultzbach, Rosenberg, Neytstein, Hirtenstein, Hernstein, Hildpoldstein, Lichteneke, Turrendorf, Frankenberg, Aurbach, Hersbruk, Loufen, Velden, Plech, Eschenbach, Peg-nicz, Husekke et Weidenstein, quae et qui fuerunt aliquando felicitis memoriae illustris Rudolphi olim Comitum Palatini Rheni et Ducis Bavariae, soceri Nostri dilecti, quas et quae ab illustribus Ruperto Seniore et Ruperto Ju-niore, similiter Palat. Comitibus et Ducibus Bavariae, sororiis Nostris, velut res ad ipsos per mortem dicti soceri Nostri, ipsorum patrum et propinguioris consanguinei, ordinaria et naturali successione legitime devolutas pretio Nostro comparasse dignoscimur. Ac demum munitiones et oppida: videlicet Hirsow, Nuenstadt, Stornstein et Lichtenstein, quae fuerunt dictorum Ru-perti senioris et Ruperti junioris, Palat. Comitum paternalis hereditas, quasque similiter Nostro pretio emimus ab eisdem. Et insuper munitiones infrascriptas, videlicet: Pleystein, Reichenstein, Reichenecke, Husekke, Stra-



Kunigreich zu Behem Nutze und dem Heiligen Römischen Reich zu sunderlichen Eren, und davon mit wohlbedachtem Mute, mit weisen Rath der Fürsten, Grafen und Herrn Unser und dess heiligen Reichs getreuen, mit rechtem Wissen zu fride und zu gemache der obbenannten Stette, Vesten und Land,

1. Verbieten Wir allen den, die darinne und in allen Iren Zugehörungen gesessen seynd, und wollen das mit Kayserlicher Macht, dass niemand durch keiner Solcher Willen uff dess andern Gut mit sein selbst Gewalt oder mit Frevel pfenden soll, er hab dann sein Recht behalten vor Unsern Land-Gerichten; und ob er wohl sein Recht beheltet, dennoch soll er nicht pfenden on Gegenwärtigkeit eines Boten, den Unser Richter darzu sunderlichen senden.

2. Auch wollen Wir, dass allermenniglich die in der egenannten Unser Herrschafft und Ir Zugehörunge, Häuser, Vesten, Hoff oder Besitz nahe haben, wider Uns, die Herrschafft und die Land nichts thun sollen, dass Uns, dem Kunigreich zu Behem und den egenannten Landen und Leuten zu Schaden oder Hindernuss kommen möchte.

3. Auch wollen Wir, dass niemand in den egenannten Unsern Landen erlaubet sey in keine Weiss, dass er von seinen Gütern und Besitzungen, die Er in Unsern Landen hat, ob Er auch eigenes Gut hette, sich jemanden mit Mannschaff oder Huldunge oder sonst in keine Weiss untergeben möge oder solle, bei der Pön der Verlusten aller Gütter, die denn in der obgenannten Unser Herrschafft finden wurden.

4. Und uff die Rede, dass die obgenannte Stette, Vesten, Häuser und Land desto bas befriedet werden, so die tugendliche Gerechtigkeit mit weisem Rathe eines gnedigen Fürsten weislicher behüttet würdet, so wollen und setzen Wir mit Kayserlicher Macht, dass kein Churfürst, oder sonst ein Fürste, Hertzog, Grave, Herre, Ritter, Knecht, Pfaff oder Leye, Bürger oder Gemeinschaft oder pfäffliche Sammlunge, oder sunst keine Person,

---

lenfels, Spis und Ruprechtstein, quae a Regno et felici Coronae Boemiae in feudum rite dependunt, et oppidum Bernow, quod a monasterio Waldsassen etiam Nostra pecunia dignoscimur comparasse; et alias terras, quas in Alemannia Nostra sollicitudine Regnum praedictum Boemiae tenet et possidet cum omnibus districtibus, etc. (Bulla incorp. 1355.)

Bechinensis et Chinoviensis: Dantur in Wozicz vel in Benessow.

Witaviensis et Kamycensis: Dantur in Gilowy, Kamyk, Knín, Pulcrum Montem; etiam aliquae in Wozicz.

Plznensis: Dantur in Klatowiam, Plznam, Miszam, in Tustam; aliquae in Tachow.

Piescensis et Dudlewensis: Dantur in Budweis, in Pieskam, Sussicz, Wodnian; aliquae in Wessele et in Lomnicz.

Czaslaviensis: Dantur in Czaslaviam.

Zacensis, Litomericensis, Pontensis: Dantur in Lunam, Litomericz, Zacz, Pontem, in Usk super Albea; aliquae in Kadan.

Kurimensis: Dantur in Kurim et in Coloniam.

Chrudimensis: Dantur in Chrudim.

Slanensis: Dantur in Slanam et in Welwar et aliquae dantur in Minorem Civitatem Pragensem.

(*Palacký, Pomůcky. Radhost II. 146.*)

## G.

*Enumeratio provinciarum et kmetonum ineunte saeculo XV.*

Krajuov jest dvanácte:

I. Najprvé Kúřimsko: kmet purkrabie Pražský, nebo Kunstat, nebo jeden z Dubé, nebo Šternberk.

II. Slansko: v tom kraji kmet některý z Zajcuov.

III. Žatecko: v tom kraji Šumberk anebo Boreš kmet.

IV. Plzensko: v tom kraji kmet Skalští, Švihovští, aneb Švamberk.

V. Prachensko: v tom kraji Wilhartičtí, Strakonický, Rožmitalský.

VI. Písecko: v tom kraji některý z Ruoží neb Ústie páni.

VII. Bechynsko: pán z Rosenberka, Hradecký, neb Landstein kmet.

VIII. Čáslavsko: některý z Lichtenburka, z Chlumu kmet.

IX. Hradecko: Chustnkowé, neb Opočenští, neb Veselský kmet.

X. Chrudimsko: pan Lacembok, neb někteří z Chlumu, neb Boskovec.

XI. Boleslavsko: pan Michalec, Zvířetický, Berka, Waldstein, Wartenberk.

XII. Litoměřicko: také někteří z Berek, neb Děčínští; a dříve byli Škopkové, ale toho rodu není, než sloví Dubští.

(*Codex Talmberg. Palacký, Radhošť II. 173.*)

## H.

### *Provinciae sive districtus Moraviae.*

1315. Homines monasterii Welegradensis in possessionibus tam in terra Moraviae quam Opaviae a potestate et jurisdictione beneficiariorum Nostrorum et iudicum ex toto eximimus, ut nec Brunam, Bisencz, Prerov vel Oppaviam nec alias debent ammodo evocari. (Chyt. VI. 88.)

1336. Homines Lucensis monasterii a potestate et jurisdictione camerariorum, czudariorum, beneficiariorum et iudicum provincialium Nostrorum per terram Moraviae duximus eximendos, ut nec Znoymam, Brunnam, Olomuncz, Biesencz, Prerow nec alias debeant evocari. (Chyt. VII. 112.)

1348. Caeteri sudarum vid. Brunensis, Znoymensis et Jempnicensis beneficiarii. (Chyt. VII. 829.)

Za starých pánuov byli lidé (i ješče jsú těchto časov), ješto to pomněli před válkami Tábořskými, že v této zemi bývali jsú zemščí konšelé, a to takovým obyčejem, že v každém kraji dva dobrá člověky upřímá páni ustanovili jsú a dali za konšely; a těm ta moc byla dána, jestliže kde mezi kterými susedy oč różnice vzešla atd. (Kniha Tovačovská: O zemských konšelech.)

## 1. Betoviensis.

1294. Nec non in Vetoviensi districtu Pazcowicz et villam forensem Zlebinx et villam Rzczicz in eodem districtu.

1298. Decimas a capitulo Boleslaviensi, resignatas in provincia Wetouiensi.

## 2. Bzenecensis.

## 3. Brunensis.

1258. Villa Sobutowicz sita in Brunensi provincia.

1281. In praesentia baronum de provincia Brunensi villam Pispicz.

## 4. (H)lucensis.

1294. Rex duas villas in districtu Lucensi, vid. Hluk et Topel . . . .

1298. Petrus de Zlopna eandem villam dictam Zlopna dimidiam, in Lucensi provincia sitam. . . . .

## 5. Olomuc.

1306. Rubos nostros circa silvam nostram Chlum in districtu Olomucensi . . .

Rex . . . ecclesiae Grecensi in Opavia — villas . . . Wachinow in provincia Olomucensi ad dictam ecclesiam pertinentem.

1325. Král Jan . . . Vokovi z Kravař . . . zapisuje ke hradu Plumlovu vsi Žakovice, Mostkovice, Selutice, Luhčín, Drozdovice a Čechovice, v nichž mu napotom vladař Olomucký nikterak překážeti nemá.

## 6. Opaviensis.

1255. Danielis rex Rusiae, qui terras Premyslai II. praesertim territorium Oppaviense devastaverunt.

1255. In gravi et enormi laesione nostrarum terrarum, praesertim Opaviensis —

1259. In terra Opaviae villam unam nomine Kotchen de novo fundatam et plantatam.

1263. In provincia Oppaviensi hereditatem, quae vulg. Grobnik nuncupatur.

1270. Unacum villis mon. Welehradensis, quae sunt in Opaviensi provincia: Styboriz, Jezdcowiz, Jemniz, Zadech, Hlamniz, Mladotiz, Bratsicowiz, Hermanstorf, Schonebrune, Dris-

cowiz, Ekhartstorf, Bohdanowiz, Darkowiz, Seiffriedestorf, Mezina, Piesche, Bolaticz, Zaberzi, Chlebeschawe, Minus Hoschiz et Minus Ekhartowiz, in Turcho curiae tres, . . .

1274. Villam Cozelowe in Opaviensi provincia sitam . . .

1278. Rudolfus rex Cunigundi reginae — 3000 marc. proventus assignavit, vid. Opaviensem provinciam.

1282. Villa Bicow sita in districtu Opaviensi.

1285. Villam Vchchowicz in districtu Opaviensi.

1298. Rex villam nostram dictam Trebenowicz sitam in terra nostra Opavia.

1298. In loco nostro forensi dicto Nova ecclesia in terra nostra Opaviensi.

— Rex . . . . ecclesiae Grecensi in Oppavia . . .

— Villas dictas Morava et Sidelperch in Oppaviensi provincia . . . .

1302. Jus patronatus ecclesiae in Lubsicz in provincia Opaviensi.

1337. Nicolaus dux — villam Sucha Psina in terra Opaviensi et in jure Lubshicensi situata.

1340. Henricus de Plumenau — bona sua in terra seu districtu Oppaviensi situata: oppidum Baworow et villas Sulcau, Czirbenkau et Dzegilhau vendit . . . jure terrae Oppaviensis.

#### 7. Prerov.

1293. Nicolaus dux Opaviae — villas nostras Sucowicz, Lubezwari et in Tirnawia in provincia Preroviensi ad nos ratione castri Grecz pertinentes — vendidimus.

#### 8. Znojem.

1281. Vgezd villa in districtu Znoymensi juxta Pohrlicz sita (Em. 242).

1286. Pro Mohilniche villam regiam Tassowicz dictam sitam in provincia Znoimensi.

— Wenceslaus rex omnem usum fructum villae nostrae Arnoldesdorf v. nominatae, sitae in Znoymensi provincia.

1294. In Znoymensi districtu Walts et Wilimowicz.

1354. Labatitz prope Znoymam, Stechowicz, Nicolowicz, Dubnan.



## Caput tertium.

# Res militares.

### A.

*Chodones, confinium occidentem versus custodes.*

Turma prima ad exitum Domažilicensem (Taugstensem vel Tustensem.)

Kaza (Břetislav) všem v Domažlicích býti, řka: „Tu se nám jest s ciesařem sníti!“ Káza všem v les vnřti, Chodóm o Němcích i o sobě les zarúbiti.“

*(Dalemilii Chronicon ad a. 1140.)*

1325. Joannes rex — quod, cum homines Nostri Chodones in villis, vid. Postrzekow (374), Clenitsch (374), Drasenaw (375), Vgezd (374), Dlumaczowo (374), Mrdakow (374), Kytschow (374), Podsinowicz (374) et Lhota (375) ac alibi prope civitatem Nostram Tust (375) et nemus residentes transactis temporibus cuidam juri quodammodo gravi atque illicito sint subjecti, ad cujus relevamen, ut ipsi Chodones continuis incrementis proficere valeant, gratiosius intendamus, statuimus — quod Chodones ipsi ex nunc et semper in antea omni eo jure, quo gaudet Tust civitas Nostra in judiciis, quotiens vel quando ibidem coram judicio vel ad judicium vocati fuerint, frui debeant et gaudere; hoc tamen specialiter expresso, quod praefati Chodones, qui ratione elongationis ab ipsa civitate et laborum suorum praetermissione frequenter ibidem in Tust coram judicio et judicium habere non poterint, infra quatuor septimanas tantum in civitate Nostra Tust judicium de cetero habere debeant et ibidem de se conquerentibus respondere. Mandamus itaque universis burgraviis et judicibus in Tust caeterisque fidelibus Nostris, quatinus prae-

fatos Chodones contra hujusmodi Nostra statuta nou debeant in-  
antea aggravare. Dat. Pragaē 1325. XVII Kal. Apr.

(*Emler III. 1049.*)

Chodonibus hujus turmae adnumerandi sunt incolae loci *Vše-ruby*,  
quorum officium erat nemus sive silvam liminarem dato casu obstruendi (za-  
rúbiti). Hodie Neumarkt (374). — Addenda: Trhanov = Chodenschloss (374),  
Chodov = Meigelshof (374), Stráž = Hochwartel (375).

Turma secunda ad oppidum Stráž (Neustadtl).

1331. Chodones vero et Theutonici circumsedentes judicia  
sua apud oppidanos in Strazz habere debent, sicut prius et hac-  
tenus fieri et consuetum. Stráž = Neustadtl (395).

(*Eml. III. 1809.*)

Turma tertia: Tachoviensis.

1365. List císaře Karla, v němž uroz. Bohuslavovi ze Švam-  
berka a jeho dědicóm zapisuje 60 k. gr. z duochodów, též úroka  
ročního na město Tachov; pakli to město mýta toliko platiti  
nemá, tehdy ostatek na vsi řečené Novo-Chody (i. e. Chodones  
novi) témuž městu přiležící. — List císaře Karla Ctiborovi z Dra-  
žovic na ves řečenou Marsch-Koten, kteréžto polovice bylo krá-  
lovská a polovici koupil u Tachovských (Arch. I. Registra 76. 172).

*Hodie Maschakoten (399).*

Turma quarta: Chodones antiqui.

1213. Homines in Tepla et in toto circuitu circa silvam  
commorantes, quibus portam terrae et munire et custodire suf-  
ficiat (Erb. I. 548). Loca: Chodowa Plana (400). Chodones, Cho-  
dones antiqui, Chody, Hinter-Kotten. 1359 in Chodonibus, 1405  
in Antiquis Chodonibus. Carolus rex dictae ecclesiae patronus.  
1405 ipse rex jus patronatus dinoscitur obtinere. — Újezd Cho-  
donum (400): 1357 in Vgezd Chodonum, 1363 in Chodonibus  
ad S. Crucem, 1376—1380 ecclesia Crucis in Chodonibus, 1408  
ecclesie S. Crucis in Vgezd Chodonum. Patronatus regius.

*Hodiedum Heiligenkreuz (400).*

Turma quinta: In provincia olim Zedlicensi.

1196 in provincia Zedlicz Codou cum finibus suis et ultra  
eam provinciam Meringin (Erb. I. 430).

*Hodie Chodau (414.)*

## B.

*Mandata.*

A. 1345. Ceterum vobis auctoritate regia districte praeci-  
piendo mandamus, quatenus vos omnes et singuli cum vestris  
servitoribus et rusticis universis cum apparatu bellicoso statim  
prompti esse debeatis et parati, et hoc idem singulis diebus  
publice proclamari faciatis, ut omnes nobiles, wladicones, clau-  
strales, canonicorum servitores et omnes rustici praedictorum  
similiter prompti sint et parati, sub rerum et personarum perdi-  
tione, qui prae senectute vel juventute arma, defencicula, cam-  
bucas, baculos vel contos ferre valeant, nobiscum processuri,  
quandocunque vobis et ipsis intimaverimus, ad defendendum  
regnum, imo domini regis ac proprium nostrum commodum et  
honorem, ubicunque fuerit necesse. Quia pro eo praedictus do-  
minus noster rex nos domi et in metis versus Bavariam reliquit,  
quapropter dictas metas de castro ad castrum, de munitione  
ad munitionem, de strata ad stratam intente procedimus, et la-  
boramus ipsas metas, castra, munitiones et stratas caute lo-  
candas, ne ex abrupto maledictus vituperator regnum intrare va-  
leat vel possit. Unde nullatenus subsedere debeatis, quin cum  
tota provincia vestra, cum vobis intimaverimus, nobis sine mora  
in succursum veniatis; et nos e converso vobis, si necesse fuerit,  
in succursum veniemus cum omnibus nostris, quos valebimus  
suscitare, cum nobis duxeritis intimandum; nos vero prius non  
intimabimus, nisi serium videbimus et ipsius vituperatoris ad nos  
processum.

Datum Pragae.

(*Pal. Form. I. 157.*)

1362. 24. Febr. Nos iudex et scabini civitatis Altae Mutae  
tenore praesentium recognoscimus universis, nos a serenissimo  
principe Carolo Romanorum imperatore semper Augusto et Boe-  
miae rege, domino nostro gratiosissimo, et nomine ipsius a do-  
mine Paulo, camerae regni Boemiae notario, trecentos thoraces,  
ducentas triginta septem barbudas cum appendiciis, ducenta bra-  
chilia, triginta septem humeralia et triginta colliria percepisse,  
ad quae alia arma, videlicet barbudas, humeralia, chyrotecas,

brachilia et colliria nostris propriis pecuniis comparavimus, quae omnia nunc in promptu habemus usque ad plenam summam et numerum trecentorum apparatusum praedictorum, exclusis dumtaxat centum thoracibus, quas Wratislaviam direximus ex ipsius domini nostri mandato, quae numerum minuunt supradictum et sunt in eo numero defalcandae. Hosque trecentos apparatus integros promittimus, exceptis praescriptis centum thoracibus, bona fide pro dicto domino nostro Imperatore, suis heredibus et successoribus, regibus Boemiae, perpetue, munde et integre pro ipsorum necessitate et honore regni Boemiae fideliter conservare, taliter, quod quotiens et quando per dictum dominum nostrum Imperatorem, successores et heredes suos, reges Boemiae, requisiti de his fuerimus, nullam penitus in eo negligentiam commitemus. Quod si non faceremus, ex tunc dictus dominus noster Imperator, heredes et successores sui, reges Boemiae, possunt nos, nostraeque civitatis incolas emendare juxta ipsorum beneplacita voluntatis. Harum nostrarum testimonio literarum.

Datum in Muta die Mathaei sancti apostoli et evangelistae, anno domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo secundo.

(*Arch. civ. Al. Mutae.*)

1362. 21. Sept. Nos iudex, jurati et universitas civitatis in Grecz recognoscimus universis, nos a domino Carolo R. I. et B. R., domino nostro gratiosissimo, et nomine ipsius a domino Paulo, camerae regni Bohemiae notario, quadringentos thoraces minus sexdecim, trecentas barbudas cum appendiciis, brachilia trecenta minus sedecim, colliria sedecim et totidem humeralia percepisse, ad quae alia arma, videlicet barbudas, humeralia, chyrothecas et brachilia, nostris pecuniis comparavimus, quae omnia nunc in promptu habemus usque ad plenam summam et numerum quadringentorum apparatusum integrorum. Hosque quadringentos apparatus integros etc. (ut in praecedenti).

Datum in Grecz 1362.

(*Arch. civ. Grec.*)

1371. 26. August. Darnach do man zalte nach Cristi gepurd dreizen hundert jar vnd darnach in dem ein vnd sibenzigstem jare am dinstage noch send Bartholomeen tage, wir der ege-

nannte rat, Mathes im turm etc. mit der ganzen gemeine der grofern stat, zu Prage bekennen offentlich vnd tun kunt, das wir durch ehaftiger not von vnsers gnedigen herren wegen des keysers vnd kuniges zu Beheim, dy in vnd sein land vnd vns mit herfarten von kriges wegen ofte an trit, zwelfe erbern mannen, vier von dem rate vnd achte von der gemeine, aus vns erkoren haben, dy dife artikel vnd fachen mit gutem rate ausgetragen haben, alz hernach geschriben stet.

Von ersten, das Vnser Vrauen-virteil vnd send-Leonardes-vierteil an den selben fachen fullen beinander bleiben, vnd send-Niclas-virteil vnd send-Gallen-virteil auch beinander bleiben, mit sulcher bescheidenheit, vff welche zwei virteil das los gefellet aus zu zihen in dy herfart auswendig des landes, aus den selben virteiln sal yderman gemeineclich zihen, er sei arm oder reich, mit seinem eigen leibe an wider rede auf sein eigen zerunge, also doch, das dy selben dy aus denselben virteiln zihen werden vnd sulln, dy selben sullen ledig vnd los fein zweier ganzen losungen, dy man noch dysen losungen, dy izunt sein, aller schirest sezen wirt; mit sulcher vnderscheit, wenne sy aus zihen aus der stat vnd sein ausen zwen tage minner oder mer, oder wy lange sy aus bleiben, kurz oder lang, so fullen fy zu hant der zweier losunge ledig sein alz izunt gesprochen ist.

Geschee aber das, wenne fy nu auswendig weren gewesen, das vnser herre der kunig etliche der selben lise wider hin heim zihen vnd behilde etliche bei im oder hies fy fust bleiben, dy selben, dy also bleiben von dem tage zu rechnen alz dy andern von in gezogen sein, alz manch menet sy bleiben, dy sullen alz ofte einer losunge ledig sein mit den egenanten zwein losungen; doch also dy zwei virteil, dy also doheime bleiben werden, dy sullen dy zwei losunge richten vnd bezalen zu der stat notdurft.

Auch aus den selben zwein virteiln, dy auszihen werden, sal man kysen zwene hauptmanne, aus eim virteil einen schepfen vnd aus dem andern einen gemeinen man, vnd dy selben fullen auch vf ire eigen zerunge aus zihen, vnd sullen auch der zweier losunge ledig sein, vnd dy stat dy sal denselben auch zu hulfe geben icliches menet hundert schok groser, das ist iclichen funfzig schok groser, alz oft sy ein menet ausen bleiben.

Dar nach dise gegenwortige austragunge dy sal also beschriben ligen in der stat buche auf dy rede.

Wenne ez aber not geschiet furbas in zukumftigen zeiten, das man von vnsers herren des kuniges wegen aber folde aus zihen in dy herfart auswendig des landes, so fullen dy zwey virteil, dy izunt do heime bleiben, denn auch aus zihen gemeinlich alle mittennander, in alle der austragunge vnd rechten, dy vorbegriffen sein. Wurde aber dy selbe neheste herfart noch diser inwendig des landes, so fal der rat mit der gemeine dar vber fizen vnd zu rate werden vnd austragen, das ein billichs vnd ein bescheidens sey aber in den sachen.

Wer aber der were, der von gebrechen wegen oder fust von ehaftiger not nicht mit seinem eigen leibe mochte auszihen, der solde das beweisen vor dem rate, vnd wy denne der rat den selben hise vor sich ausfenden, das solde er tun an widerrede.

Vnd mer vff dy selben zwey virteil, dy das los izunt gewellet, get dy gegenwertigen herfart abe, also das fy nicht aus zihen vnd sich dor zu bereiten, do mite fullen fy nicht ledig fein, funder fy sullen aus zihen in dy herfart, dy aller nehest wirt auswendig des landes.

(*Codex arch. Veteropragensis. Roeszler I.*)

Wenceslaus etc. Notum facimus, quod de venerabilis Sbinconis archiepiscopi Pragensis, principis consilarii Nostri . . . circumspeditionis, fidei et legalitatis industria plenam fiduciam obtinentes, ipsum animo deliberato, sano principum, baronum, nobilium ac fidelium Nostrorum accedente consilio, auctoritate regia Boemiae, capitaneum gentium nostrarum in Tachoviensi et Tustensi districtibus ac metis ipsorum pro reprimendis Bauarorum, hostium Nostrorum, temeritatibus, quibus ipsos districtus et metas dispendiose atterere nituntur, insultibus, praefecimus et statuimus, praefecimus et virtute praesentium statuimus gratiose, dantes et concedentes sibi plenam et omnimodam potestatem, bonum, commodum et profectum Nostrum ac praedictorum districtuum Nostrorum pacem procurandi ac adversus dictos hostes Nostros lites et gwerras movendi, faciendi et exercendi, prout sibi melius et convenientius videbitur expedire. Et cum idem archiepiscopus trecentas personas gentium suarum equis et armis bene fulcitas similiter contra hostes Nostros prae-

dictos ad metas seu granicies et extra ipsius regni Nostri Boemiae terminos adducere debeat et tenere, idcirco sibi virtute praesentium et auctoritate regia praedicta pro Nobis, heredibus et successoribus Nostris, regibus Boemiae, promittimus realiter et spondemus, quod universa et singula dampna, quae ipsum archiepiscopum cum hujusmodi gentibus suis, quas Nobis, ut praefertur, in obsequium decreverit ducendas, quae tamen bono testimonio demonstrare poterit, sibi et ad fideles manus nobilibus Wilhelmo et Nicolao de Hazemburg, germanis fratribus suis, refundere volumus, atque ipsos de eisdem reddere indempnes realiter et in toto . . Datum . . .

(*E copiaro Przemisl. Pelzel, K. Wenzel CCX.*)

Wenceslaus etc. universis et singulis magistris civium, consulibus et juratis civitatum in L . . . , in Usk super Albea, in Luna et in Ponte; consimilis Hanuschio Kapplerii et omnibus et singulis de Sulevic patribus et amicis suis; item universis et singulis militibus, clientibus in districtibus Lutomericensi et Sazcensi residentibus, ad quos praesentes pervenerint, et cum eis fuerint requisiti gratiam etc.

Fideles dilecti! Pati nolentes, ut Wilhelmus de H., qui pridem in dispendium nobilis Ulrici de Ha., germani sui, se de eodem castro per viam extraneam intromisit, vos aut alios nostros et regni nostri Boemiae incolas et fideles in personis opprimere seu in rebus atque bonis vestris debeat aliquantulum molestare: praefato Ulrico de Ha. commisimus et dedimus serius in mandatis, ut praefati Wilhelmi conatibus et temerariis quidem ausibus resistere, et tam vos quam etiam alios Nostros fideles ab ipsius et complicum ejus incursibus, molestiis atque damnis debeat fideliter defensare. Volumus igitur et fidelitati vestrae seriose praecipiendo mandamus, quatenus ad requisitionem praefati pro instauranda per eum pace et reprimendis praefati U. conatibus assistentia debeatis consiliis et auxiliis opportunis, nullam in hoc prorsus negligentiam commissuri. Datum atc.

(*E cod. Trebon.: Form. II. 147.*)

Wenceslaus etc. Fideles dilecti! Fidelitati vestrae districte praecipimus et mandamus, quatenus singulis diebus fo-

rensibus voce praeconica proclamari publice faciatis, ut universi et singuli vasalli homagiales et Nobis super gratia servientes, qui tamen feoda ad castra pertinentia non possident, super die S. Galli venturo proxime, sub obtentu regiae gratiae et feudorum suorum, coram Nobis Pragae, si ibidem fuerimus, seu Nobis absentibus coram Jeskone Czuch, marescallo Nostro, esse debeant modis omnibus constituti, a Nobis seu dicto marescallo Nostro intentionem regiam audituri. Dat. Mendici, die XIX Septembris, regnorum etc.

(*E cod. capit. Prag. Form. II. 141.*)

Fideles dilecte! Tuam fidelitatem credimus non latere, qualiter . . de . . dictus stratas et vias publicas depraedaverit, Nobisque et nostris intolerabilia dampna intulerit, nec cessat inferre quotidie animo penitus indurato; ob quod alios nobiles regni Nostri Boemiae studiose consuluit Nostra Serenitas, de quorum etiam consilio nobiles H. de . . et H. de . . f. n. d., ad praefatum destinati, per eos ab ipso postulatum existit, ut super hiis, quae inter Nos et ipsum sunt exorta, ad praesentiam nobilium baronum regni Boemiae personaliter venire, ipsorumque diffinitioni ac juri per eos declarando stare deberet, universasque et singulas res Nobis et nostris per ipsum ablatas restitueret integraliter et in totum. Idem tamen nec juri parere nec ablata restituere curavit, sed in pertinacia sua persistens, majora Nobis et nostris inferre detrimenta conatur. Quapropter fidelitatem tuam seriose requirimus et hortamur, quatenus ad reprimendam ipsius proterviam pacemque et tranquillitatem in regno nostro stabiendam, nobis velis assistere et prout te sincera fide praesumimus, fideliter adhaerere, gentes tuas numero decem lanceas a die dominica infra octo dies versus Montes etc. velis ed debeas modis omnibus destinare, nec te nuntiis et literis dicti . . . alia forsitan referre volentibus permittas avertere, quin ea, quae scribimus, veritate fulcita cognoscas.

(*E cod. capit. Prag. Form. II. 140.*)

Wenceslaus etc. Fidelis dilecte! Ad reprimendam proterviam et rebellionem Marquardi de Wartenberg, dicti de Kosta, adhaerentium et complicum suorum, qui se Nobis contra Deum



et justitiam, quam ipsis pridem exhiberi mandavimus, arroganter opposuerunt, stratasque publicas deprædati sunt, quas etiam ulterius per tolerantiam sustinere non possumus: fidelitati tuæ præcipimus et mandamus, volentes, quatenus mox visis præsentibus cum amicis et gentibus tuis bene armatis ad Nos, ubicunque Nos pro tunc constitutos repereris, venire debeas sine more. Dat. Pragæ die XVIII. Januarii etc.

(*E cod. capit. Prag. Form. II. 117.*)

Fidelis dilecte! Prout alias tibi scripsisse recolimus, ita et nunc fidelitatem tuam iterum requirimus seriose, quatenus ad reprimendam proterviam et rebellionem Marquardi de Wartemberg dicti de Costa, adhaerentium et complicum suorum, quibus se Nobis contra deum et justitiam, quam sibi pridem exhiberi mandavimus, ausu temerario arroganter opponere præsumpserunt, stratas etiam publicas devastantes, quas cunque (sic) ulterius per tolerantiam sustinere non possumus, hodie ad octo.

(*E cod. Trebon. Form. II. 117.*)

Wenceslaus etc. Fideles dilecti! Fidelitati vestrae districte præcipimus et mandamus, quatenus quatuor lanceatos et totidem ballistarios, equis et armis bene dispositos, in promptu habere modis omnibus debeatis, eosdem quam primum vobis nuntiaverimus, Nobis ad obsequia Nostra transmissuri. Dat. Pragæ die XXV Novembris etc.

(*E cod. capit. Prag. Form. II. 142.*)

Wenceslaus etc. Universis et singulis abbatibus etc. Vobis et V. devotioni tenore præsentium significamus etc., quatenus in casum, quo ad vos seu quempiam vestrum de assignandis ad præsentem expeditionem Nostram curribus ex oblivione seu inadvertentia mandata Nostra pervenerint, vos ad eadem convertere nullatenus debeatis, nec etiam currus hujusmodi seu victualia cum eisdem ad cujuspiam requisitionem assignare præsumatis; sic tamen, quod dicti currus unacum victualibus ad expeditionem necessariis per vos adaptentur et habeantur in promptu, ut dum Nosmet ipsos campos visitare, vobisque pro eisdem nuntios Nostros destinare contigerit, quod ex tunc in hoc nulla per vos penitus

negligentia committatur. Quod si vobis id ipsum faciendum grave foret, ex tunc certam pecuniae summam in vicem et loco curruum et victualium hujusmodi officialibus Nostris per vos volumus finaliter assignari.

(*E cod. capit. Prag. Form. II. 143.*)

1394. Johannes Dei gratia marchio B—, Lusatiae et dux Gorlicensis. Fideles dilecti! Noveritis, quod in exercitu nostro defectum patimur in necessariis. Ideo scribimus civitatibus P . . . ut nobis et exercitui nostro vina, panes, cerevisiam, babata, clavos, tela seu sagittas adduci procurent tamquam ad forum liberum, quia de salvo et securo conductu in via pro ducendis necessariis curabimus providere de domo ad domum, et quod etiam omnia necessaria cum parata pecunia secundum verum valorem debeant persolvi. Quare vobis mandamus, quatenus apud dictas civitates diligenter instare velitis, ut unaquaque civitas, juxta suum posse, vina, panes, cerevisiam, babata, clavos, tela, sagittas veluti ad forum liberum nobis procurent adduci, prout nostra majora dispendia cupiunt evitare; nam hic necessaria non possumus invenire. Datum in P . . . . Per dominum ducem Hersoni subcamerario regni Boemiae et Kunssoni burgravio P., fidelibus nostris dilectis.

(*E cod. Trebon. Fbrm. II. 144.*)

Fidelis Noster dilecte! Necessitas opportuna Nobis ingruit, ut populum aptum in actibus militaribus seu clientalibus penitus habeamus; quare tibi seriose praecipimus, ut congregando singulos omagiales pertinentes ad Nostrum castrum Potenstayn stipendiariosque, quosque habere poteritis, super Nostro acquirens stipendio, in festo S. Wenceslai proximo coram Nobis in castro Carsstyn te offeres, gratiae sub obtentu.

(*Canc. Wenc. — Pelzel, K. Wenzel 241.*)

Wenceslaus — Magistris civium, consulibus, juratis et communitatibus districtus P . . . . gratiam! — Fideles dilecti! Quia ad pacem et tranquillitatem subditis Nostris procurandam et hostium Nostrorum proterviam viriliter compescendam, famosos Joh. de L . . . et W. de C . . . capitaneos Nostrarum gentium armatarum cum Nostrorum armorum gentibus contra et adversus

eisdem hostes et inimicos Nostros decrevimus destinandos ad praesens: idcirco fidelitati vestrae mandamus omnino volentes, quatenus praefatis capitaneis Nostris, dum per ipsos super hoc fueritis requisiti, auxilium, favorem et consilium impendere ac ipsis in singulis pro efficaci ejusdem expletione negotii obedire et parere sine contradictione qualibet debeatis, Nostrae gratiae sub obtentu.

(*Canc. Wenc. — Pelzel, K. Wenzel 242.*)

## C.

*Joannis Hajek a Hodětina Constitutio militaris.*

1413.

Léta božieho tisícieho čtyřstého třináctého slavné paměti král Václav Český, když jest pro zprotivenie pana Puoty z Skály proti JMtiK. kázal obehnati hrad Skálu nadepsaného pána, tyto kusy podepsané a práva vojenská rozkázal jest slovútnému panoši Hájkovi z Hodětina, podkomořiemu královstvie Českého, popsati, pro budúcie Čechy bojovné, aby se uměli u vojskách spravovati; a prikázal jest je u vojště před nadepsaným hradem písaróm vojenským čísti, tak aby je všichni drželi pod pokutami dole psanými. A takto se ve jmeno božie počínají:

1. Najprvé, aby byli služby božie všichni hajtmané i jich poddací i jim poručení pilni, a neřáduov izádných aby u vojště nedopúšťeli, aby skrze to Pán Buoh nebyl rozhněván.

2. Všechny hry neslušné a neřádné aby byly stavovány, a zvláště karty, koule aby nebyly u vojště dopúštieny; neb z toho dopúštění mnoho zlého pochodí, jakožto zanetbánie na vartách a na ponuockách, i jiné škodné věci vojskám a těm osobám, kteréž hrají. Pakli se kto přes to které hry dopustí, takový bude před vojskem v řetěze čtyři dny veden, a úředníku k tomu od nás usazenému deset grošuov musí bez milosti dáti.

3. Všechna lánie a nestydatá mluvenie aby stála a přestala; pakli kto bude láti a usvědčen bude, takový čtyři dny před vojskem v řetěze choditi musí.

4. Kurevstvie aby žádného nebylo dopúšteno u vojště, ani před vojskem, ani okolo vojska, aby takové zlé ženy bez milosti

prýč hnány a puzeny byly od rychtáře vojenského; a jest-li žeby toho rychtář zanebal, tehdy buď k němu hledieno jako k neposlusnému. Pakli by se kto dopustil toho zlého, tomu šilink bude dán bez milosti skrze pračata.

5. Jest-li žeby kto násilé které panně neb paní učinil kdekoli a usvědčen byl, takový bude hrdla zbaven bez milosti.

6. Kostelové a klášterové aby žádní vybíjeni nebyli, ani vypalování, lečby bylo rozkázáno hajtmany k tomu zřiezenými; a proto vždy aby posvátnými věcmi, jakožto vornáty, kalichy, zvony, kněhami i jinými okrasami kostelními, a zvláště pak Tělem božím, nikakéž nebylo hýbáno, ani bráno. Nebo, což by který kostel vybil, takovému bude ruka ufata; pakli by kto Tělo božie s puškú, aneb kterou jinú svátosť, vzal a vysypal, takový bude bez milosti upálen.

7. Jest-li žeby kto který oltář zbořil, nebo obrazy v kostelích a klášteríech zbil nebo na cestách v slúpiech přibité ztrhal a zkazil, ten hodnú pomstú kázán bude vedlé práva vojenského.

8. Na přátelském bude-li kto brátí jiné věci, nežli pokrm sobě skrovný a koňom obrok, takový bude kázán jako lúpežník.

9. Koní, krav i jiného dobytka a šatuov na přátelském aby žádný nebral, ani jiných věcí, kteréž k hospodárství příslušejí; neb takový kázán bude jako lúpežník.

10. Jest-li žeby kto kterou svádu u vojště počal, takový bude kázán slušnú pomstú.

11. Jest-li žeby kto svú zbraň na druhého obnažil, takovému bude ruka bez milosti ufata.

12. Jest-li žeby kto koho u vojště neb před vojskem skrze svádu zabil, takový bude bez milosti stat.

13. Pěší aby všickni v svých haufíech řadem pod korúhvemi a pod praporci šli, jakž a kdež jim prikázáno hajtmany na to vydanými. Pakli by se kteří a čížkoli vytrhli z svých haufuov bez rozkázanie a vuole pánuov hajtmanuov, takoví budú kázáni, jakož na takové slušeti bude.

14. Jiezdni aby také nikam nejezdili, ale v svých haufíech aby řádně táhli, tak jakž jim hajtmané rozkáží, kterýmž poručeno bude. Pakli by kto přes to, své vuole požívaje, vytrhl se na kterou stranu a v tom jat byl, anebo kterou škodu vzal, o takového

žiadného nechcem státi, ani jim také škod platiti. A jim šlechtici a věrní naši milí též k svým takovým služebníkóm se jmiati mají a budú; lečby hajtmané komu kam jeti kázali, takový bez viny bude.

15. Ktož mají napřed v koněberkách jezdití, aby byli vydáni slušným během, aby z haufuov se nerozjježděli. Pakli by kteří z haufuov se vytrhli, aby jim koněberky koně brali a nevracovali zase žádnému až u vojště, a od každého koně aby deset grošuov vzali, žádnému milosti nečiniece, ani odpúštějíce. Též i pěším aby samostřielky brali, jest-li žeby z haufuov kam bez odpúštění hajtmanuov chodili, a aby jim zase nevracovali až u vojště, když od každého samostřielka dadie po pěti groších.

16. Kterí haufové mají a dostane se jim který den za vozy jeti neb pěším jíti, aby se žádní nikam nerozjježděli ani rozcházeli, ale stáli nad vojskem, dokudž se všecko vojsko nepoloží. Pakliby kteří poslušenstvie toho neučinili, ti budú tak tresktáni, jakž hajtmanóm vydaným bude rozkázáno a poručeuo; nebo skrze takovou neposlušnosť mohla by se hanba i škoda státi, ješto bychme se toho neradi dopustili.

17. Kterémuž vojsku dostane se napřed taženie, aby se druhé nehýbalo, ažby prvnie své vozy zřiedilo. Pakli by se kto s svými vozy vytrhl a vtrhl v jiné šiky vozy z svého šiku, takový bude kázán obyčejem vojenského práva slušnú kázní.

18. Jest-li žeby kto, buď jiezdný neb pěší, vytrhna se i chtěl sobě zvláště holdovati přes naše přikázanie, nebo tu překázeti, kdež naši hajtmané prvé holdovali, takový budú kázáni s radú naše rady a šlechticuov, kteréž bychom s sebú jměli nebo k tomu vydali.

19. Pálenie žádného aby žádný nečinil, lečby bylo rozkázáno hajtmany našimi k tomu vydanými. A zvláště byl-li by který zámek dobyt, aby nebyl zapalován bez vuole a rozkázanie týchž hajtmanuov. Pakli by kto přes to zápalil, takový bez milosti upálen bude.

20. Když bohdá nepřietelé budú na poli v porážce neb na zámku zjímání, ti všickni aby k naše ruce královské našim hajtmanóm vydáni byli.

21. Jest-li žeby kto s vědomím a dopuštěním hajtmanuov jeda stranú, vězně které zjímaje přivedl, s tím podlé rady naše učiníme.

22. Jest-li žeby kto zbold nepřitele na harci, tomu má ten kuoň býti dán; a ktož by ten kuoň lapil, tomu jedna kopa grošuo dána býti má od toho, ktož onoho zbold, ač chce a bude chtietí ten kuoň jmieti.

23. Bude-li se na koho doptáno, žeby jma vězně, na koláči pustil, nebo holdy vybíral bez povolenie našich hajtmanov na to vydaných, takoví budú kázáni, jakož na to slušie právem vojenským.

24. K osazení ponuocek v noci okolo vozuov a v branách aby od každého vozu kromě komorních a špižierních po jednom bylo vydáváno; pakli by bylo pilně potřebie, aby bylo více vydáno vedlé rozkázanie hajtmanuov, a ktož by zanetbal toho učiniti, ten každý aby dva groše dal pokuty tomu hajtmanu, kterýž ponuocky neb varty osazuje.

25. Také, jakož jest rozkázáno, jakož vína, piva i jiné potřebné věci do vojsky mají voženy a nošeny býti, přikazujem všem, aby těm, ktož by vozili nebo nosili, nebylo na cestách ani u vojskách bráno, ani kterakž koli překážieno. Pakli by kto kolivěk jim překazil nebo bral, takový bude kázán, jakož na lúpežníka slušie.

26. Hajtmanné, kteříž budú jmenováni nad jiezdnými a pěšími i k spravování a k kladení vozuov, těch aby všickni poslušni byli, nad kýmž budú ustaveni, a nikterakž se jim neprotivili, ani se s nimi potýkali řečí ani skutkem. Pakli by kto svévolně z poslušenstvie těch hajtmanuov vytrhna se, chtěl své vuole požívati, nad takovým pomštieno bude tak, že se jim jiní kázati budú.

27. Chcem tomu, aby žádný pisařóm vojenským nepřekážel, ani na ně kto kterým právem sahal; lečby v čem nešlechetném shledán byl, to aby před se hajtmané vzeli a v to nahledli.

28. Kterýž by koli pisař vojenský byl usazen od kterého koli pána neb hajtmana; nebo od měst, času vojenského neb bojovního, kdyžby žoldněřóm žold vydáván byl, ten aby jměl od kopy jeden groš, buďto žeby placeno bylo na poli neb na hradě, nebo na městě, nebo na které koli posádce, neb při obležení zámku některého; v tom aby mu ižádný odporen nebyl, dokudž by ta válka stála. Kromě kdyžby placeny byly škody, od těch

aby nic nebral, neb k tomu práva žádného nemá, cožby se škod dotýkalo.

29. Při bitunciích kterých koli má písař vojenský seděti a s hajtmany to dělití, a vedlé nich v tom má díel jmieti, tocižto od kopy každé po 1 groši; a též i od holduov má jmieti po 1 gr.

30. Když by který žoldněř, vezma řádné odpuštění z příčin hodných, postavil miesto sebe jiného pacholka hodného: ten kterýž odjíti má, aby dal písaři zápisného 1 gr., a nový žoldněř přistupuje aby dal puol groše.

31. Každý setník, neb padesátník, nebo rotymajstr, kteréž by kolivěk pod sebou jměl, ten aby před písaře všechny přivedl, kdyžby jim jměl žold dáván býti; a tu všeliký neb každý desátník aby své dráby osobně před písařem okázal, i kdyžby ponuocky neb varty osazovány jměly býti. Pakli by kto písaři toho odporen byl, má býti kázán od hajtmanuov jako neposlušný.

32. Písař vojenský má zbroj a samostřielý ohledovati vždy jednu v měsíci, aby byli tak nalezeni, jakž sú vyšli. Pakli by kto tomu odpieral, k tomu má hledieno býti jako k neposlušnému.

33. Na tažení, na picování, nebo kdež kolivěk na potkání, kdežto silnější hauf neb rota mdlejší rotu postihne nebo potká, aby silnější mdlejší nebrali a nikterakž nepřekáželi, ale u pokojí nechali. Pakli by přes toto rozkázanie kteří koli silnější mdlejší co pobrali neb překazili, takoví budú kázáni jako lúpežníci.

34. Kdež se již vojska položie, aby žádný doluov, jimž hebauf říekají, nekopal ani dělal; neb takový proto kázán bude.

35. Včelám aby žádný nepřekážel ani vydieral, nebo takovým nebude odpušteno.

36. Když vojska lehnú, a žeby v noci vzhuoru bylo trúbeno neb voláno, aby každý s svú braní na plac běžel a nikam jinam. Pakli by nepřítelé kde k vozóm přilnuli, tehdy se tam mají obrátiti.

37. Mezi vozy aby opatrně a s pilností ohně nietili a pálili, tak aby se žádnému škoda nestala a nedála.

38. Kdež kolivěk, buďto na přátelském neb ne na přátelském, kdež se ženy s uzly a s šaty vynesú a na nich i při nich sednú, aby jimi žádný nehýbal, ani těm ženám co bral, ani jich

přehledoval. Pakli jim přes to kto hráti bude, takový bude kázán jako jiný lúpežník.

39. Jest-liže jsú mezi kterými pány, rytieři, zemany, šlechtici nebo městy, neb kýmžkoli která zástie, kyselosti nebo ne-libosti kterakž kolivěk, buďto prvé před tímto polem a nebo nyní na poli vzniklé a povstalé: ty všecky aby přestaly, a ne-byly od žádného na tom poli zdvihány a zpomínány, ani které pomsty o to činěny, až domuov s pole vráćenie. Ale bylo-li by kde potrebie, buďto na harci neb u šturmu, aby sobě taková a všickni jiní vespolek pomáhali, takových kyselostí a záští zlým nikterakž nezpomínajice. Pakli by kto přes toto naše přikázanie usvědčen byl, takový bude kázán právem vojenakým.

40. O mlýniech prikazujem, aby žádného nepálili, nebořili ani kazili, ani kterých mlýnských želez brali, tak aby ku potřebě našich vojsk mohlo mleno býti. Pakli by kto proti tomu učinil, buďet jemu bez milosti ruka utata. Též také jinde ve dvořiech neb v chalupách, zvláště v přátelských, aby žádných zámkuov, řetězuov neb jiných želez kterýchž kolivěk, jakožto šfnuov s kol neb hřebíkuov z bran nesbřjeli neb nevybřjeli a nebrali; a také na poli s pluhuov želez neboli s jiných příprav aby nebrali.

41. Kdež se táhne po přátelském, aby takové nekřesťanské záhuby se chudým lidem nedály, ani překážieno bylo; chalup aby nevybřjeli, dobytka ani koní aby jim nezajímali, ani ven z vojska nevodili; a žen ovšem aby na pokoji vždy nechali, jim nepřekážejíc. Také, kdež se vojsko klade, aby chalup a dvoruov lidem netrhali ani bořili, a takových nekřesťanských záhub aby nad lidmi nečinili.

42. Komuž by který kuoň utekl jiezdný, buďto na poli neb kdežkoli, ten kuoň ktož bude moci lapiti, aby lapil, a ktož jej polapí, tomu buď jeden groš dán, a od vozníka puol groše.

43. Rybníkuov malých ani velikých, ani také haltěruov žádný aby nekopal, ani také v nich lovil, ani jich spúšťěl, léčby komu hajtmané rozkázali.

44. Pitie před vojskem ať jsú šenkována, a osobami od hajtmanuov na to zřiezenými ať jsú sazena; a netoliko pitie, ale i chléb buď sazen, i jiné potreby, jakožto obrok koňský, tak aby se všem spravdivé dálo.

45. Jest-li žeby se kto toho dopustil aneb přes to učinil,



což se tuto nahoře vypisuje, a na těch (věcech) chudým lidem překážel, aneb ty věci bral a sobě schoval, aneb krčmářóm zastavoval, dával, prodával, aneb komu jinému: takový i ti, ktožby od nich co kupovali neb přijímali, proto budú trestáni jakožto lúpežníci.

46. U každého vozu aby byla dva vozataje a aby jměli lebku a pavézu; a pod vozem aby bylo prkno a řetěz. A při každém vozu aby byla jedna hakovnice se vši přípravú, a dvě sekyře, dvě lopatě, dvě kratcí, dvě motyce, dva rýče a taras s berlú, a jedno kopie s hákem a s praporečkem.

47. Aby před každým řadem vozuov, když se táhne, šli s motykami, kratcemi, rayči, lopatami a s sekyrami, bylo-li by kde cest potřebie opravovati; a odtud aby neodcházeli, pod vsazením do řetězuov za tři dny.

(*E Cod. Veterso-Prag. Chaos rerum memorabilium. — Výbor z list. české II. 167. sqq.*)

#### D.

##### *Additamentum: Civitatum fortificatio.*

Nos Ottacarus (II.) . . . Volentes ut civitas Nostra Colonia fortis valli munimine roboretur, ipsius civitatis civibus a festo b. Petri futuro ad quatuor annorum spatium percompletum plenariam concessimus libertatem, ita quod infra praedictum quatuor annorum tempus ab omni exsolutione collectae seu steurae, census atque thelonei sint liberi et immunes, nec ad exsolutionem collectae seu steurae, census atque thelonei aliquatenus per aliquem compellantur, sed permittantur liberi et soluti. Mandantes tenore praesentis instrumenti universis purcraviis, baronibus, militibus et clientibus thelonia possidentibus ac caeteris theloneariis per districtus nostri domini constitutis, ne a dictis civibus Coloniensibus cum mercimoniis et rebus quibuslibet procedentibus aliquid ratione thelonei exigant, sed eos transire libere et solute permittant.

Ipsi autem cives infra praefatos quatuor annos fossatum circa civitatem fodent in ea profunditate, quod murus, qui ab imo ipsius civitatis fossati usque superius a latere civitatis erigetur, sit viginti ulnarum (computato barchano, qui super eundem murum erit).

Quem etiam murum cum barchano hiidem cives construent circumquaque. Erigent etiam murum ab illa parte fossati, quae occurrit primitus obviam civitatem volentibus ingredi, ab imo fossati usque ad aequalitatem terrae superius eminentis.

Facient et fossatum ipsum tam amplum, quod a supercilio lateris, ubi barchanus erit, usque in alterius lateris superciliium, ubi murus erit terrae tantummodo exaequatus, sint viginti ulnae in transversum, et hoc a parte superiori deducta per vacuum linea transversali; inferius vero in fundo ipsius fossati tot ulnarum spatium intererit ex transverso, quod secundum aequipollentiam superiori proportionatam amplitudine videbitur expedire.

Huic autem operi sic erunt seduli et intenti, ut infra praefatum quatuor annorum spatium idem opus sit, prout decuerit, percompletum.

Et ut tanto melius deducere valeant ad effectum, damus eis proventus Nos contingentes in ipsius civitatis iudicio per praefatum tempus possidendos et percipiendos et in utilitatem antedicti operis convertendos.

(Voigt CXX. Eml. II. 2391.)

Post a. 1273. Inter multas et arduas sollicitudines et curarum mordaces instantias, quae in Nostri pectoris aula versantur, ad illud maxime dirigimus aciem mentis Nostrae, qualiter provinciae Nostrae ditioni subditae civitatum decorentur frequentia et robore fulciantur, quatinus hereditas Nostra speciosa praeclaraque Nobis compareat et hostilis insultus incursibus et manus pressuris praedonice nequeat de facili molestari. Eapropter civitatem Nostram Jermer in marchia Nostra Moraviae sitam Ch. dicto Spitaler, villico de Vetaw, sub huius conventionis munere commisisimus muniendam, videlicet:

Quod dictus Ch. cinget dictam civitatem Jermer circumquaque murorum ambitu, qui sint omnino conformes civitatis Coloniae muris, scilicet quod tantam spissitudinem tantamque altitudinem habeant, quantam dictae Coloniae muri habent, ac turres in eisdem muris construi faciet secundum illam distanciam, quam turres distant in civitate Coloniae, seiunctas a se invicem et distantes. Totidem etiam portae in Jermer fient, quod sunt in Colonia, et breviter illius dispositionis erunt muri in Jermer, cuius

sunt in civitate Coloniae, in portis, turribus, altitudine, spissitudine, moeniis et aliis quibuscunque. Hoc secluso verumptamen et excepto ac speciali quadam differencia denotata, quod circuitus, quibus Jermer civitas debet ambiri, tantae quantitatis erit, quantae circuitus civitatis Nostrae Currim, et tantam infra se includent dicti muri Jermer spacia quantitatem, quantam dicti muri in praedicta civitate Currim continent et concludunt. Istud autem murorum opus idem Ch. infra octo annorum spacium ex nunc continuis numerandorum spaciis temporibus fieri procurabit.

(*Eml. II. 2392.*)

Nos Ottocarus (II.) . . . Volentes ut civitas nostra Alta Muta fortis valli munimine roboretur, civibus ipsius civitatis huiusmodi concessimus libertatem, vid., ut a festo s. Jacobi proxime futuro usque per duorum annorum spatium ab omni exsolutione census et steurae sint liberi et immunes, nec ad solutionem census et steurae aliquatenus infra praefatum duorum annorum spatium compellantur, ita tamen, quod infra praefatos duos annos hiidem cives ab imo fossati ipsam civitatem circumdantis et a latere civitatis murum erigant usque ad terrae aequalitatem, et desuper illum faciant adhuc murum, qui brachanum dicitur, circumquaque; ex altera vero fossati, quae (occurrit) obviam ingredi volentibus civitatem, murum similiter ab imo fossati usque fuerit opportunum.

Et circa hoc sic erunt seduli et attentivi, ut infra praefatos duos annos totum illud opus, sicut decuerit, finaliter sit completum.

Et ut id tanto melius ducere valeant ad effectum, per duos dictos annos fructus iudicii civitatis ipsius Nos contingentes, volumus ut praefati cives percipiant et ad utilitatem operis praefati convertant.

Damus etiam ipsis ob eandem causam libertatem a festo b. Jacobi primo futuro per tres annos, ut ab omni exsolutione thelonei per omnes terras sint liberi et immunes, mandantes tenore praesentis privilegii universis burcraviis, baronibus, militibus, aliisque nobilibus theloneum habentibus ac caeteris theloneariis per districtus Nostri domini constitutis, quod a civibus de Alta Muta transeuntibus de mercimoniis et rebus suis nihil ratione

thelonei debeant exigere vel acceptent, sed permittant eos transire libere et solute.

(*Voigt CXVII. Eml. II. 2393.*)

Quia igitur muniminis cautela non modica, quae ad regni stabilitatem et tranquillitatem pertinet, consistit in fortitudine civitatum, ut civitas Nostra Iglavia sic valli murorumque munimine circiter confirmetur, quod nec insultus hostium nec predonum possit insidias facile pertimere, ipsius civitatis cives ab omni collectae exemptionis thelonei per totum dominium Nostrum vel vexacionis cuiuslibet solucione vel onere a data praesentium usque ad quatuor annorum spacium continuatis numerandorum temporibus immunes esse volumus et solutos, ut cives civitatis Iglaviae infra quatuor annos condecantis profunditatis circa ipsam civitatem fossatum fodent, et ab imo fossati ipsius usque sursum murum circiter erigant, ut supereminentem terrae murum insuper construant, qui barchanus vulgariter nuncupatur, necnon et quod turres tam dirutas reaedificent quam non dirutas corrigant . . . fuerint corrigendi, stabilientque muros et reparent, ubicumque stabiliendi reparandique fuerint, et quaecumque ad propugnacula et alia ipsorum munimina oportuna fuerint, faciant infra dictorum annorum spacium praetaxatum, ita quod tam in fossato quam muris et turribus nullus defectus valeat reperiri. Ad haec dicti cives promiserunt Nobis facere unum aliud fossatum ante illud, quod est iuxta muros, infra praedictos quatuor annos, ad maioris ipsius civitatis roboris firmitatem.

(*Voigt CXXI.*)

Nos Ottocarus — Licet civibus nostris in Usk libertatem prius dederimus, ut deberent ipsam civitatem muris et fossato circumdare ac munire, tamen considerantes, quod hiidem cives isto turbationis tempore — multa gravamina sunt perpessi, in Nostra fide stabiles permanentes, ad hoc, ut facilius civitatem munire possint, eandem eis libertatem per quatuor annorum spatium ab expiratione prioris libertatis, quam prius, eisdem continuatis quatuor numerandorum temporibus superaddendum duximus gratiose, ita quod infra praefatorum quatuor annorum spatium dicti cives cingant civitatem praefatam muris et turribus,

sicut expediens decensque fuerit, circumquaque, necnon et fossatum decentis profunditatis et amplitudinis circum muros ejusdem civitatis effodiant, et sepes loco barchani consepant in ejusdem fossati supercilio, undique similiter circa muros.

Ad hoc ut praefati abundantioris gratiae munificentia collaentur et tanto melius praefatum opus murorum et fossati valeant percomplere, judicium civitatis ipsius praedictos tres annos eisdem duximus civibus concedendum, ut infra idem spatium fructus ex eo percipiant et proventus eos in praefati utilitatem operis convertant.

(*Eml. II. 2399.*)

Nos O. — Ut juxta eorum propositum satis providum, ambitu murorum ipsa civitas muniatur. Dispositio quoque murorum civitatis in altum extendere et in latum, quemadmodum muri Colonienses, cum turribus obrotundis, ita quod tres turres sint positae supra portas dantes exitus aditus civitati, item a parte aquarum ponatur portula una parva.

(*Eml. II. 2394.*)

Nos W. (II) Dei gratia rex Boemiae et marchio Moraviae notum facimus universis . . . ., quod cupientes ad hoc dare operam, ut civitatis Nostrae Sacz murorum ambitus, ubi indiguerit, reparetur, civitatis ipsius civibus obventiones judicii damus et concedimus, ac eos a solutione steurae et collectae ac census, qui Nobis annis singulis per ipsos cives de agris et possessionibus ad eandem civitatem pertinentibus reddi consuevit, a data praesentium usque ad festum b. Michaelis nunc venturum et abinde per duorum annorum spatium percompletum reddimus liberos et immunes, volentes, ut cum proventibus judicii et censu civitatis praefatae iidem cives, prout eorum legalitas exigit, infra dicti temporis spatium muros omnino reparent et reforment.

(*Voigt CXXIII.*)

---

## Caput quartum.

### Berna regia.

#### A.

*Quantitates bernae secundum diploma Joannis regis ab ao. 1310.*

Collecta generalis quoque, quae vulgariter berna dicitur, nec per Nos nec per successores Nostros, reges Boemiae, ipso regno debet imponi vel recipi, nisi in duobus casibus infra-scriptis: Ad coronationem vid. regis et ad quamlibet regis filiam maritandam.

Et tunc collecta ipsa hoc modo solvetur, videlicet:

Quilibet laneus vel molendinum super flumen, quotquot rotas habuerit, unum fertonem argenti, et quilibet artifex mechanicus de artificio suo, quaelibet taberna et quodlibet molendinum super rivulum, etiamsi plures rotas habuerit, unum lotonem argenti. (Et si argenti usus non fuerit, pro fertone XIII, pro lotone IIII grossos Pragenses).

De agris autem, qui per laneos distincti non (sunt), de aratro unum fertonem Nobis ipsius collectae nomine solvere tenebuntur.

Illos autem agros, laneos, artifices, molendinarios et molendina solummodo collectae praedictae subjecta et obnoxia esse dicimus, de quibus dominis eorum census solvitur, et (quae non) sunt ipsorum dominorum vel servitorum suorum usibus deputata. Si quae autem ex eis vel servitores dominorum ipsorum pro servitio suo tenent, vel ipsi domini pro se colunt, suis vel curiarum suarum vel bonorum suorum officinis vel custodiis deputarunt, dicimus non debere solvi collectam.

## B.

*Sessiones pro berna colligenda per districtus.*

Berna regalis generalis regni Boemiae colligitur per districtus infrascriptos ac sessiones, in quas huiusmodi districtus subdividuntur.

Sessiones pro huiusmodi berna generali colligenda:

I. Districtus Pragensis, alias Gurimensis: 1. Maior civitas Pragensis (Větší Město Pražské), 2. Broda Boemicalis (Brod český), 3. Nova Colonia (Kolín nový), 4. Gurim (Kúřim), 5. Wlassym (Vlašim), 6. Benesow (Benešov).

II. Districtus Bechinensis pro huiusmodi generali berna colligenda sessiones: 1. Neweklow (Neveklov), 2. Sedlczanum (Sedlčany), 3. Krasna hora (Krásná Hora), 4. Milewsk (Milevsko), 5. Pieska (Písek), 6. Tyn super Multaviam (Týn nad Vlt.), 7. Budweis (Budvojevici), 8. Weselé (Veselé), 9. Nova domus (Hradec Jindřichův), 10. Paczov (Pacov), 11. Usk supra Luznic (Ústí n. Lúžnic), 12. Miliczin (Miličín).

III. Districtus Prachinensis pro huiusmodi generali berna colligenda sessiones: 1. Kamyk (Kamyk), 2. Brzieznicz (Březnice), 3. Sicca (Sušice), 4. Horazdiegowicz (Horažďějovice), 5. Strakonicz (Strakonice), 6. Netholicz (Netolice).

IV. Districtus Plznensis pro huiusmodi etc.: 1. Nova Plzna (Plzeň nový), 2. Glatthovia (Klatovy), 3. Tusta (Domažlice), 4. Misa (Střebro).

V. Districtus Rakonicensis pro huiusmodi etc.: 1. Rakownik (Rakovník), 2. Werona (Berún).

VI. Districtus Zatensis pro huiusmodi etc.: 1. Zaacz (Žatec), 2. Lun (Lúny), 3. Mastow (Maštov), 4. Cadan (Kadaň), 5. Pons (Most), 6. Usk super Albea (Ústí nad Labem).

VII. Districtus Luthomiricensis pro huiusmodi etc.: 1. Luthomiric (Litoměřice), 2. Lippa (Lípa), 3. Melnik (Mělník).

VIII. Districtus Boleslaviensis pro huiusmodi etc.: 1. Nimburga (Nimburk), 2. Benatky (Benátky), 3. Juvenis Boleslavia (Boleslav Mladý), 4. Hradištie (Hradiště Mnichové), 5. Sobotka (Sobotka), 6. Turnov (Turnov), 7. Jablonec (Jablonec), 8. Biela (Bělá).

IX. Districtus Grecensis pro huiusmodi etc.: 1. Grecz reginae (Hradec Králové), 2. Kostelec prope Potensteyn (Kostelec blíž Potštejna), 3. Jaromirz (Jaroměř), 4. Giczin (Jičín), 5. Bidzovia (Bydžov).

X. Districtus Chrudimensis pro huiusmodi etc.: 1. Chrudim (Chrudím), 2. Alta Muta (Mýto Vysoké).

XI. Districtus Slanensis pro eadem berna generali colligenda: 1. Praga minor (Menší město Pražské), 2. Slana (Slané), 3. Rudnicz (Růdnice), 4. Welwar (Velvary).

XII. Districtus Czaslaviensis pro huiusmodi etc.: 1. Czaslavia (Časlav), 2. Sbraslavia (Zbraslavice), 3. Stiepanov (Štěpanov), 4. Czechiticz (Čechtice), 5. Humpolecz (Humpolec), 6. Broda Teutunicalis (Brod Německý).\*)

### C.

*Ordo seu modus colligendi bernam per dictos districtus.*

Ordinatio seu modus colligendae bernae generalis in regno Boemiae instaurandae in singulis sessionibus districtuum praedictorum vel praescriptorum hoc modo disponitur:

Primo, ad eandem colligendam in singulis districtibus deputantur certi barones et justitarius, alias poprawczie, in eodem districtu consistentes, quibus additur subcamerarius regni Boemiae existens pro tempore, notarius et civis; ita quod huiusmodi bernae

\*) Nota quod a. 1367 berna ad cameram Imperatoris de bonis monasterii Rudniczensis est isto modo data: Primo in sessione Slanensi de Smolnitz, de Wyetran, de Palcz, de Jarpicz, de Budinicz, de Slapanicz, de Bakov Inf., de Bakov Sup., de Dolina, de Wrbiczán, de Zelewczycz, de Podol . .

In sessione Rudniczensi de Charwatecz, de Pohorzycz, de Wodochot, de Raczynawes, de Zalužye, de Lybkowicz.

In sessione Melnycensi de 2 villis Mykow et Zaborzye.

In sessione Lyutomycericensi de villa Vetla, in Obrtka et Domasyecz.

In sessione Lunensi de Brloh et Vgyzdecz.

Nota quod a. 1367 de sessione Slanensi et Rudnycensi pro delenciabilibus sunt datae 9 marcae, de sessione Melnicensi 2 marcae, de Lutomyeczycensi 1½ marca. (Urbáfe.)



collectores singulorum districtuum in littera Majestatis domini regis sint et debeant esse ipsorum propriis nominibus designati. Cuius litterae Majestatis notarius et civis omnium districtuum in possessione existant, pecuniaque totalis regalem cameram concernens in possessione ipsorum notarii et civis esse tenetur, ad quos alii collectores respectum habere debent, ipsis assistendo secundum et juxta huiusmodi litterae Majestatis continentiam et tenorem, nullusque extra eandem litteram Majestatis in collectorem huiusmodi bernae suscipiatur seu admittatur quoquomodo.

Item, in singulis sessionibus districtuum praedictorum per collectores duplicia pacta exigantur, si quis pactis juxta continentiam registorum huiusmodi bernae generalis uti voluerint seu gaudere; si quis autem ex terrigenis alicujus districtus se submittere noluerit solutioni hujusmodi duplicium pactorum, extunc quivis solvat hostiatim juxta antiquam consuetudinem de quolibet laneo locato marcam mediam grossorum pro camera domini regis.

Item, de molendinis, in quo fuerit magna rota, de qualibet huiusmodi rota triginta duo grossi, et de parva rota sedecim grossi pro camera domini regis.

Item, si quis locaverit araturam liberam in jus emphiteoticum, ab eodem exigatur a laneis, in quot huiusmodi aratura exstat locata, in quantitate praedicta, quia aratura huiusmodi tres laneos agrorum minime dinoscitur continere.

Item, de equo seu pecore, ubi in registris continentur, exigantur octo grossi pro camera domini regis.

Item, de tabernis antiquis et noviter fundatis pro camera domini regis recipiantur triginta duo grossi, nisi sit taberna, in qua censuales propinae exercentur, a quibus exigatur moderate juxta facultatem possessorum.

Item, si quis ex solventibus huiusmodi bernam generalem subticerit aliquid, de quo merito solvere deberet, huiusmodi quid subticitur, ad dominum regem devolvetur.

Item, singulis diebus, cum a collectione cessatur, numeretur per civem et notarium pecunia dominum regem concernens, in omnium collectorum praesentia, cuius quantitas notetur in registris omnium collectorum per notarios eorundem.

Jura collectorum, notarii maioris et civis:

Subsides de quolibet quinque grossi ad ollam dominorum collectorum.

De famulo pro eisdem quinque grossi.

De fabro pro eisdem quinque grossi.

Detentionales in pactis pro decem marcis una marca grossorum pro huiusmodi dominis collectoribus.

Notarius supremus et civis aequalem portionem habeant cum dominis collectoribus in juribus praenotatis.

Zarozne ob non solutionem bernae ratione poenae quinque sexagenas, salvo moderamine.

Jura notariorum minorum:

Pastor 5 gr. Aratura libera 2 gr. Laneus locatus 2 gr. Piscator 2 gr. De qualibet marca 2 gr.

In pactis singulis de villis in huiusmodi pactis nominatis ratione pastoris 5 gr.

Quilibet collectorum in littera Majestatis nominatus suum proprium habeat notarium, registrumque continuatum in ultima sessione districtuum singulorum supremo notario et civi praesentetur.

Collector quivis huiusmodi bernae quatuor equos habere debet, cui super quolibet huiusmodi equorum dietim quinque grossi super expensas de pecunia domini regis debent assignari usque ad totius bernae collectionem terminandam.

Caetera in huiusmodi berna exequantur et observentur juxta continentiam litterae Majestatis, prout sequitur.

#### D.

*Littera Majestatis super collectione bernae generalis.*

Wenceslaus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Bohemiae rex, serenissimae principis, dominae R. etc. consorti Nostrae carissimae, salutem et amoris mutui continuum incrementum; nobilibus etc., fidelibus Nostris dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Quia ad maleficorum et stratarum publicarum regni Boemiae invasorum compescendam vesaniam et horum, qui odboj faciunt

et nolunt in jure et justitia contentari, temeritatis audaciam reprimendam et propter totius regni Nostri Boemiae rem publicam effectualiter instaurandam, de principum, baronum et nobilium eiusdem regni Nostri unamini consensu bernam, generalem per universum regnum Nostrum Boemiae colligendam indiximus, in eiusdem regni usus necessarios convertendam.

Et quia de fidei et circumspectionis vestrarum industria praesumptionem indubiam obtinemus, vobis virtute praesentium de certa scientia bernam generalem huiusmodi ab universis et singulis bonis per districtum et provinciam N . . . (hominibus tamen et bonis regalibus, archiepiscopi Pragensis, episcopi Lutomisslensis, praepositi Wissegradensis, nobilium de Rosemberg, monasteriorum et civitatum, quae Nobiscum desuper concordaverunt ad plenum, dumtaxat exceptis, adversus quos, homines et bona eorum tam ratione delencialium quam alias nihil penitus attemptetis), incipiendó in . . . venturo proxime committimus exigendam et effectualiter colligendam.

Et nihilominus in collectione dictae bernae hunc infra-scriptum modum et ordinem volumus et decrevimus sub regii Nostri favoris obtentu per vos inviolabiliter observari, quod videlicet quilibet vestrum quatuor equos et ad minus duos familiares armatos habeat, quodque inter vos notarius et civis Nostri praedicti, et non alius quisquam penitus, pecunias colligendas et libros registorum regalium tam antiquos quam de novo per vestros et ipsorum notarios conscribendos, in eorum retineant potestate, nec cuiquam ex vobis liceat cum hiis aliquid agere seu disponere de eisdem.

Ad quorum etiam notarii et civis requisitionem, quotiens fuerit opportuum, omnes et singulos bernam huiusmodi solvere protrahentes, cujuscumque etiam nobilitatis seu conditionis existierint, per impignorationis et alias necessarias vias et modos auctoritate regia realiter compellatis; nam in hoc vobis damus Nostram plenam et omnimodam potestatem. Efficientes taliter, quod eadem berna, prout de vobis specialiter confidimus, sine diminutione qualibet colligatur, effectualiter exigatur.

Qui etiam notarius et civis vobis collectoribus et sibi Nostro nomine providere debebunt, quamdiu in colligenda berna laborabitis supradicta, congruis de expensis.

Et in casu quolibet, quando propter indispositionem locorum stare insimul aut in hospitiiis sibi invicem contiguus stare non possetis, quid tamen ut insimul stetis, firmiter volumus observari, ne dicta collecta diutius differatur

Et quia per vos infra duas vel tres ebdomadas colligi districte praecepimus, cuilibet vestrum pro diurnis et nocturnis expensis, dum sicut praemittitur, vos ex eventu et necessitate locorum divisim stare contigerit, exceptis quatuor equis notarii et pro curru, qui sumptibus camerae Nostrae pro diurnis et nocturnis expensis respicientur ad instar unius collectoris, de viginti grossorum pragensium diebus singulis providebitis.

Et insuper berna praedicta plene collecta vos singuli collectores libros et registra antiqua et per vos conscribenda dictis notario et civi assignare et per ipsos cum pecuniis collectis pariter et libris, incipiendo a prima sessione collectae supradictae et sine intermissione post finem ejus, usque in N. protegere et secure conducere ac famoso J. etc., fidei Nostro dilecto, ad domus habitationis suae praesentare modis omnibus debeat.

Et insuper berna praedicta plene collecta vos, praedicti singuli collectores, libros et registra bernae hujusmodi per vos conscribenda dictis notario et civi assignare, ac ipsos cum pecuniis collectis et libris, incipiendo a prima sessione collectae praedictae et sine intermissione post finem ejus, secure conducere usque Pragam et ibidem honorabili N., regni Nostri Boemiae subcamerario, d. N. d., et ad ejus domum praesentare modis omnibus studeatis.

Nec quisquam ex vobis collectoribus supradictis ad currum notarii et civis, quorum solum volumus respectum habere, et in eo aliquam portionem, velut inantea, prout intelleximus, quidam ex collectoribus in Nostrae Majestatis praecepti contemptum facere praesumpserunt . . . .

In casu vero quo quisquam ex vobis ad diem primam incipiendae sessionis bernalis, videlicet feria etc. vel immediate sequenti, in locum primae sessionis, ubi berna levare debet, non venerit seu forsitan in locum suum quemquam suo nomine cum armatis et equis, ut praemittitur, non transmiserit: extunc quis ex vobis negligens repertus fuerit vel remissus, ad assidendam

et tollendam bernam diebus sequentibus nullatenus admittatur, nec provisionibus et delentionalibus solitis aliquo modo perfruatur.

Mandamus igitur universis et singulis baronibus, nobilibus, militibus, clientibus et incolis, clericis et laicis, cuiuscunque conditionis existant, per N. districtum et provinciam constitutis — illorum personis et bonis, de quibus nominatim supra fit mentio, dumtaxat exceptis — quatenus praefatis collectoribus [Nostris bernam huiusmodi mox, dum ad vos venerint, dare et solvere debeatis;

nam in casu quo quis vestrum in hoc foret negligens et remissus, extunc statim dicti collectores Nostris, quibus in hoc damus plenariam potestatem, per talem impignorationem bonorum et rerum ad dignam emendam vos debent compellere, prout eisdem collectoribus videbitur expedire.

contradictione qualibet non obstante, de bonis etiam desertis, si quae fuerint, similiter bernam integram praenominatis collectoribus persolvi, et eadem bona deserta ob non solutionem regali Nostrae camerae volumus et decernimus confiscari.

Praesentium sub regiae Nostrae Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum etc.

(*E cod. membr. Veteropragensi: Emler, Bernaregister, et e cod. archivi Trebon. — Form. II. 166.*)

## E.

### *Specimen Registri bernalis ad sessiones districtus Plznensis spectantis ab a. 1379.*

Anno Dom. 1379 instaurata fuit collecta generalis, quae berna dicitur, in regno Boemiae per ser. principem, d. Wenceslaum — regem, de consensu baronum caeterorumque nobilium dicti regni. Perceptaque est in districtu Pilznensi per collectores ad hoc deputatos, vid. per ill. principem d. Henricum ducem Brigensem, d. Borsonem de Rizemburk, d. Andream de Duba, Purkhardum de Janouicz, Henzlinum de Turkow, Martinum de Jenczenstein, Kunsiconem de Hradek, Albertum de Kolowrat, Bernhardum Nigrum civem Pragensem et iudicem curiae, Mar-

tinum prothonotarium d. regis ac canonicum Lithomericensem, feria IV post Epiphaniam Domini.

a) Districtus Plznensis (villae 96). b) Pacta districtus. c) Reistrum sessionis Klatawiensis (villae 135). d) Reistrum in Tausta (villae 86). e) Reistrum sessionis Myzensis (villae 118).

(Typis edidit J. Emler: *Ein Berna-Register des Pilsener Kreises 1379.*)

## F.

### *Summa bernae monasteriorum et civitatum regiarum.*

Summa integra bernae regalis a monasteriis et civitatibus regni Bohemiae colligenda, cameram domini regis concernens, quorum monasteriorum et civitatum nomina cum summis sunt infra scripta:

### Monasteria.

Břevnovia (Břevnov) 300 sex. gr.

Strahovia (Strahov) 100 sex. gr.

Plas (Plasy) 200 sex. gr.

Sanctus Georgius (Sv. Jiří) 220 sex. gr.

Beata virgo (Sv. Maří, konec mosta v Menším městě Pražském) 320 sex. gr.

Hospitale (Křižovníci Pražští) 230 sex. gr.

Sanctus Benedictus (Sv. Benedikta v Praze) 220 sex. gr.

Zderaz (Zderaz) 120 sex. gr.

Aula regia (Zbraslav) 160 sex. gr.

Ostrow (Ostrov) 160 sex. gr.

Vilemov (Vilémov) 180 sex. gr.

Sedlec (Sedlec) 240 sex. gr.

Opatovic (Opatovice) 200 sex. gr.

Podlažice (Podlažice) 60 sex. gr.

Želez (Želivo) 60 sex. gr.

Lunovic (Lúňovice) 80 sex. gr.

Milewsk (Milevsko) 260 sex. gr.

Sancta Corona (Sv. Koruna) 200 sex. gr.

Doxan (Doksany) 130 sex. gr.

Osek (Osek) 100 sex. gr.

Teplic (Teplice) 80 sex. gr.

Teplá (Teplá) 200 sex. gr.  
 Chotěšov (Chotěšov) 330 sex. gr.  
 Cladrub (Kladruby) 300 sex. gr.  
 Nepomuk (Nepomuky) 270 sex. gr.  
 Porta apostolorum (Postoloprty) 170 sex. gr.  
 Sanctus Procopius (Sv. Prokop) 100 sex. gr.  
 Gredis (Hradiště Mnichové) 120 sex. gr.  
 Skalíc (Skalice Kúřimská) 20 sex. gr.

Summa monasteriorum pro una summa bernae regalis  
 5 millia. \*)

## Civitates.

Praga minor (Praha Menší Město) 10 sex. gr.  
 Verona (Berún) 88 sex. gr.  
 Plzna (Plzeň) 200 sex. gr.  
 Tachovia (Tachov) 120 sex. gr.  
 Misa (Střebro) 140 sex. gr.  
 Tusta (Domažlice) 80 sex. gr.  
 Clatovia (Klatovy) 100 sex. gr.  
 Sicca (Sušice) 80 sex. gr.  
 Pieska (Písek) 175 sex. gr.  
 Vodňan (Vodňany) 30 sex. gr.  
 Budweis (Budvovojovice) 200 sex. gr.  
 Slana (Slané) 100 sex. gr.  
 Luna (Lúny) 140 sex. gr.  
 Žač (Žatec) 140 sex. gr.  
 Cadana (Kadaň) 150 sex. gr.  
 Pons (Most) 150 sex. gr.  
 Ausk super Albea (Ústí nad Labem) 100 sex. gr.  
 Luthomeřic (Litoměřice) 200 sex. gr.  
 Colonia (Kolín) 140 sex. gr.  
 Časlavia (Časlav) 200 sex. gr.  
 Guřim (Kúřim) 140 sex. gr.  
 Nimburga (Nimburk) 140 sex. gr.

\*) Král Václav Henzlínovi ze Zárova, měštěninu Starého Města Pražského, zapsal 1400 k. gr. na klášteřích na Chotěšovském 528, na Teplé 220, na Plaském 220, na Svatoprokopském 210, na Skalickém 30 kop, aby na dva roky po polovici zplnili z berně královské. 1395 (Reg. Záp. Arch. II. 175.)

Summa civitatum praedictarum pro eadam summa 3013 sex. gr.

Summa universalis eiusdem summae unius 8013 sex. gr.

Sequuntur deperientiae eiusdem unius summae: Sanctus Benedictus 200 sex. gr. Teplic 80 sex. gr. Opatovic 200 sex. gr. Tepla 200 sex. gr. Colonia 140 sex. gr. Usk super Albea 100 sex. gr. Pieska 300 sex. 12 gr. Verona 1 sex. 5 gr. Tusta 80 sex. gr.

Summa deperientiarum 1024 sex. 17 gr.

Sequuntur alleviationes huiusmodi unius summae: Brevnovia 100 sex. gr. Misa 40 sex. gr. Pieska 80 sex. gr. Luthoměřic 40 sex. gr. Časlavia 120 sex. gr. Sicca 21 sex. gr. Milevsk 40 sex. gr. Chotěšov 66 sex. gr. Cadan 40 sex. gr.

Summa alleviationum huiusmodi 547 sex. gr.

Sequuntur indulta eiusdem unius summae: Aula regia 160 sex. gr. Lunovic 80 sex. gr. Želez 60 sex. gr. Skalic 20 sex. gr.

Summa huiusmodi indultorum eiusdem summae 320 sex. gr.

Summa universalis huiusmodi unius summae deperientiarum, alleviationum et indultarum 1881 sex. 17 gr.

1410. Král Václav zapisuje Janovi ze Švamberka 1000 k. gr. na summách královských na kláštercích, na Chotěšovském, Milevském, Postoloprtském, Nepomuckém. (Reg. záp.)

1423. Cís. Sigmund Kaplířovi zapsal 1000 k. gr. na město Slanské, na summu královské berně.

1425. Týž císař Ješkovi z Donína zapsal 3000 k. gr. na berni v Luthoměřicích.

1396. Král Václav zapsal 3 kopy platu ročního na vsi Milčice u Písku a 1½ k. gr. na týchž lidech, kteréž dávali jménem berně královské. (Reg. Zap. II 465.)

## G.

### *Diversa mandata.*

Wenceslaus dei gratia etc.

Fidelis dilecte! Commisimus tibi locum sessionis domini ad colligendum bernam generalem in districtu Rakonicensis et ad curiam nostram regiam praesentandum. Idcirco Fid. T. praecipimus et mandamus, quatenus in crastino Navitatis S. Mariae virginis proxime venturo in eodem districtu in loco consueto sis modis omnibus constitutus, officium tuum huiusmodi realiter cum effectu expleturus nostro, regio sub favore. Datum Mendici die etc.

(Cod. Trebon. — Formelbücher II. 167.)



1386. 11. Nov. Wenceslaus etc. Religiosis, abbatibus, praepositis, commendatoribus, ceterisque monasteriorum rectoribus, nec non magistris civium, iudicibus et juratis civibus civitatum regni nostri Boemiae, ad quos praesentes pervenerint, devotis et fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Devoti et fideles dilecti! Quia alias sicut accepimus in positione primi termini, videlicet Purificationis S. Mariae pro termino S. Martini, circa solutionem bernae vestrae error ex inadvertentia camerae nostrae notarii etc. commissus, nosque hujusmodi bernae pecunias certis nostris creditoribus super festo S. Martini nunc transacto solvendas noscitur deputasse: requirimus igitur vos praesentibus seriose volentes, quatenus considerato, quod gratiam vobis Nostra faceret Celsitudo, pecunias bernae vestrae, et si non integre, saltem primi termini, Praegae apud Wenceslaum, camerae nostrae notarium fidelem dilectum, infra hinc et festum S. Katharinae proximum una cum literis super hujusmodi berna confectis et per vos sigillatis omnimode repognatis, nullam in hiis, prout gravissimam indignationem nostram evitare diligitis, negligentiam commissuri; alioquin damna, quae ex dilatione vestra percipere nos, quod absit, contigerit, in vos curabimus finaliter retorquere et nihilominus burgraviis nostris committere, ut vos impignorationibus, arrestationibus et aliis opportunis remediis ad hoc compellere et arcere debeant cum effectu. Datum Karlstein die XI. Novembris, regnorum nostrorum anno Boemiae XXIII, Romanorum vero XI.

Wlachnicko de Waytenmule.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 170.*)

1389. 23. Dec. Wenceslaus etc. Universis et singulis principibus, ecclesiasticis et secularibus, abbatibus, abbatissis, praepositis et praelatis, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, burgraviis, officialibus, magistris civium, iudicibus, juratis et communitatibus civitatum, oppidorum, villarum et locorum, ceterisque nostris et coronae regni Bohemiae subditis et fidelibus, gratiam regiam et omne bonum.

Quia de communi baronum regni Nostrae Bohemiae consensu et unanimi voluntate generalem bernam per regnum Nostrum Bohemiae in subsidium coronationis conthoralis Nostrae carissimae

levandam decrevimus et tollendam: idcirco vobis omnibus in genere et vestrum cuilibet in specie auctoritate regia districte praecipimus et mandamus, quatenus singulis diebus forensibus et festivis praefatam bernam in ecclesiis, foris et locis publicis, ubi major hominum affuerit multitudo, proclamari publice faciatis; sic quod universi subditi regni Nostri praefatam bernam bernariis nostris, quos ejusdem susceptioni praefigendos duxerimus, in crastino festi Purificationis virginis benedictae proxime nunc venturi sine renitentia qualibet et morae dispendio solvere sint parati, sicut suarum diligent rerum gravia pericula declinare; nullam in praemissis negligentiam commissuri, regio sub favore. Dat. Pragae die XXIII Decembris, reg. nostr. ao. Bohem. XXVII Romanorum vero XIV.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 172.*)

Wenceslaus etc. judici, consulibus et juratis civitatis Taustensis, fidelibus nostris dilectis, gratiam regiam et omne bonum.

Fideles dilecti! Praecipimus et mandamus Fidei vestrae praesentibus seriose, quatenus statim visis praesentibus in foris vestris proclamari publice faciatis, quod omnes, qui in cedula, quam vobis cum praesentibus transmittendam duximus, continentur, bernam per ipsos adhuc non solutam vobis Nostri parte infra octo dies solvere curent indilate, quodque vos de illorum bonis, qui se forte in solutione bernae ipsius in praedictis octo diebus negligentes ostenderint, ad manus Nostras intromittere modis omnibus debeatis; quidquid vero de berna praedicta solutum fuerit, Zeyfrido nostro nomine praesentare curetis, aliter non facturi.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 173.*)

Fideles dilecti! Mirari compellimur vehementer, quae sit causa, cujus praetextu summam pecuniae, quam super festo Martini praeterito proxime nobis solvere debuistis, hucusque solvere distulistis. Et ideo Fidelitati vestrae serius praecipimus et expresse mandamus omnino volentes, quatenus mox visis praesentibus praefatam pecuniae summam apud Adam notarium cameræ Nostrae regalis (sine) dilatione qualibet reponere debeatis; nam in

casu, quo hoc non fieret, ex tunc commisimus Sigismundo Huler subcamerario regni Bohemiae, fideli nostro dilecto, ut hujusmodi summam pecuniae apud Judaeos super damnis vestris conquirere et eandem nobis ulterius debeat praesentare. Datum Pragae die **XXI** Decembris.

(*Cod. capit. Prag. I. 40a — Ib. 174.*)

Sigismundus, subcammerarius et camerae regni Bohemiae notarius. Amici carissimi! Urgente ad praesens maximae necessitatis regiae articulo, vestram amicitiam seriose ammonedo et peto praesentibus diligenter, quatenus pensantes hoc, quod tanto tempore etiam cum damno meo vobis expectaverim tam benigne, pecunias vestrae bernae, in quibus adhuc regali camerae noscimini obligari, mox ad festum S. Georgii proxime affuturum mihi persolvere nullatenus obmittatis, per hoc itaque me vobis ad similem vel majorem benivolentiam reddentes successu temporis prouiore. Secus vero si feceritis, ex tunc hujusmodi negligentia a vobis sine dubio strictissime protinus exigetur. Scriptum Burtleins, in sabbatho vigilia Pasche.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 175.*)

Fideles dilecti! Talis ac tanta Nos ad praesens urget necessitas, ut pro reprimenda Nostrorum rebellium aliquorum protervia, pace quoque in regno Nostro stabilienda, gentes conquirere ac easdem sub debito oporteat stipendio nos tenere. Propter quod Fid. Vram requirimus, vobisque tenore praesentium sub regii favoris obtentu districte mandamus, quatenus mox visis praesentibus centum sexagenas grossorum mutuare, ac easdem honorabili Adae regalis camerae nostrae notario debeatis sine contradictione et dilatione quibuslibet Pragam modis destinatis (sic), quas vobis in censibus seu bernis aut in impositionibus nobis per vos proxime solvendis volumus defalcare. Nullam in hoc commissuri negligentiam, prout indignationem regiam et rerum vestrarum dispendia diligitis evitare. Datum ff. II. post corporis Christi.

(*Cod. Trebon. C. — Ib. 176.*)

1385. 24. Febr. Wenceslaus etc.

Fideles dilecti! Fidelitati vestrae praesentibus sub puritate

fidei et juramento nobis praestito committimus, injungimus et mandamus, quatenus secreto ac sine publicationis et divulgationis strepitu ff. VI. post dominicam Reminiscere proximam, hora secunda noctis universos Judaeos in poprawa vestra manentes simul et semel arrestatos, debeatis detinere captivos; disponentes omnino, quod nullus eorum evadat; clausisque ipsorum domibus ac rebus omnibus sigillorum vestrorum signaculo consignatis, ipsos Judaeos et res eorum intacte, sub diligenti, solita debitaque custodia fideliter teneatis tam diu, donec a nobis haberitis in mandatis. In casu vero, quo per vos aliqua committeretur negligentia, hoc ipsum in vestrarum rerum et personarum dispendium gravissimum volumus retorquere. Datum Burgleins ff. VI. post dominicam Invocavit, regn. nostr. Boemiae XXII Romanorum vero IX.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 184.*)

1389. 19. Apr. Universis et singulis magistris civium, iudicibus, consulibus, ceterisque juratis civitatum etc. amicis suis carissimis, amicitiam suam cum favore. Sigismundus subcamerarius, regni que Bohemiae notarius supremus.

Amici dilecti! Ex speciali mandato serenissimi domini mei, domini regis, auctoritateque propria, qua fungor nomine ipsius, pro praesenti vobis praecipio seriose injungendo, quatenus visis mox praesentibus omnes personas Judaeorum cujuscunque status fuerint, praedictis in civitatibus residentes, arrestare nomine meo et vestro faciatis detinere, et ipsos captivos vestra in civitate sub custodia civili firma recludite et secunda, bonaque ipsorum singula mobilia et immobilia serate et caute ipsa reservate, in hiis sollicitudinem adhibitori, nullam negligentiam commissuri, juxta ut indignationem regiam et poenas congruas neglectiois volueritis finaliter et cupitis evitare. Scriptum Burgleins, ff. II. post Pascha, anno domini M.CCCLXXXIX.

(*Cod. capit. Prag. I. 40. — Ib. 190.*)

1394. 19. Sept. Wenceslaus — Boemiae rex. Notum facimus tenore praesentium universis, quod de ven. Joannis Caminensis electi, cancellarii, Sigismundi Huler subcamerarii, consiliariorum, et Adae regalis camerae Nostrae notarii, fidei et cir-

cumspectionis industria plenam et indubiam fiduciam obtinentes, ipsos . . . Nostros procuratores, actores, factores et nuntios speciales fecimus, constituimus et praesentibus ordinamus, dantes et concendetes eisdem Nostro nomine, cum . . . abbatibus, praepositis, prioribus, commendatoribus et magistris monasteriorum, necnon civibus civitatum regni Nostri Boemiae pro praestando Nobis ad praesens subsidio loquendi, tractandi, postulandi, agendi, summendi et concordandi plenam et omnimodam facultatem, ratum, gratum atque firmum habentes, quidquid per praedictos consiliarios Nostros cum praefatis abbatibus, praepositis, prioribus, commendatoribus, magistris ac etiam civitatibus Nostris actum, factum, gratum fuerit in talibus seu conclusum. Datum in Pyeska 1394.

*(Ex orig. archivi palat. Vind. Pelzel, Wenzel IV. n. CIX.)*

1406. 10. Maji. Wenceslaus — B. rex. Notum facimus . . . universis, quemadmodum magister civium, consules, jurati et communitas civitatis Luthomericensis, pro subsidio et consolatione Nostra speciali, se ad solutionem duarum summarum bernarum regalium, unam vid. in festo Pentecostes, alteram vero in die S. Jacobi Ap. immediate sequenti venturam proxime, Nobis per ipsos integraliter et plenarie persolvendam, sicut etiam id ipsum patentes ipsorum literae Nobis desuper datae plenius attestantur, sponte et benevole submiserunt; ita et Nos . . . magistrum civium, consules, juratos et communitatem praedictae civitatis L. in recompensam praedictarum duarum summarum Nobis per ipsos super praefatis festis et terminis donandarum, de summis bernarum regalium Majestati Nostrae per ipsos super S. Martini, Purificationis b. Mariae Virginis et b. Georgii festis et terminis proxime venturis et eisdem festis et terminis demum immediate post hoc anno secundo secuturis ad regalem cameram Nostram juxta consuetudinem hucusque observatam persolvendis, virtute praesentium regia auctoritate . . . pro Nobis, heredibus, successoribus et officialibus Nostris quittamus, absolvimus, eximimus et gratiosius libertamus. Datum Karlstein a. 1406, die 10. Maji.

*(Ex orig. arch. Litomer. Pelzel, K. Wenzel IV. n. CCXX.)*

## Caput quintum.

### Metallifodinae et urbura regia.

#### A.

##### *Aurifodinae per Boemiam in generali.*

1337. 21. Junii. Joannes rex . . . Ad universorum notitiam tenore praesentium cupimus pervenire, Nos teneri et debitorio. Nostro obligari nomine fideli Nostro dilecto, Petro de Rosenberch et suis heredibus, in septingentis viginti quatuor sex. gr. den. Prag. occasione et pro exsolutione castri Nostri Clingenberch ante annos retroactos penes eum facta in una parte; in qua quidem pecunia eidem Petro universas aurifodinas Nostras in regno Nostro Boemiae sitas, exclusis dumtaxat aurifodinis, vid. Reichenstein,<sup>1)</sup> Aylaw,<sup>2)</sup> Pomuk,<sup>3)</sup> Chotyeschaw<sup>4)</sup> et in Thepla,<sup>5)</sup> quae ad Nos et ad Nostram solummodo spectare debent cameram etc., usque ad extenuationem summae praedictae pignori obligamus tenenda. In quibus inquam idem Petrus in censu annuo sexagenas sexaginta habuit et percepit; de aurifodinis autem praefatis percipiet et habebit hinc infra festum b. Wenceslai proximo venturum 219 cum dimidia sexagenas. Sic igitur dicta bona et aurifodinae jam dicto Petro et heredibus suis in 344 cum dimidia sexagenis remanebunt pignori obligata etc.

*(Orig. in arch. Worlicensi. Sternb. Urk. 54.)*

<sup>1)</sup> Berg-Reichenstein = Hory Karlšperské (349). <sup>2)</sup> Jílové, junctioni Sazavae cum Vltava vicinum (229). <sup>3)</sup> Pomuk, verisimillime villula in junctione fluvii Lužnice cum Vltava sita, nunc Nepomuk vocitata (276); ubi et Všeclapy (276). <sup>4)</sup> Chotěšov, verisimillime Hory Matky Boží =

Muttergottesberg = Frauen-Bergstadt, ubi villa Chotěšov = Kotieschau vicina (346); secundum Sternbergium (I. 2. 19) pagus Chotěšov in dominio Peterburgensi (39): Auf der Herrschaft P—, wohin die Granite und Gneusse des Elbogner Kreises sich fortsetzen und der Goldbach entspringt. In dieser Herrschaft finden sich auch Merkmale von nicht geringem, aber gaenzlich unbekanntem Bergbau, unfern von Jechnitz (39), bei Klečetna (40), Pingen und Halden von bedeutender Tiefe und Höhe. \*) Teplá (402).

— Joannes rex . . . in qua quidem pecunia eidem Petro aurifodinas Nostras certas in regno Nostro Boemiae sitas, vid. in Wussechlapiech,<sup>1)</sup> in Sablatz,<sup>2)</sup> in Karenberch,<sup>3)</sup> Sedelczan,<sup>4)</sup> Lestnyczie,<sup>5)</sup> Bielcziczie,<sup>6)</sup> Vgezd,<sup>7)</sup> Zahorzan,<sup>8)</sup> Zakauti<sup>9)</sup> et in aliis villis ibidem adjacentibus . . . pignori obligamus tenenda.

(Ib. Sternberg Urk. 55.)

<sup>1)</sup> Všechlapy, villa pago Pomuk ad Lužnicam vicina (276). <sup>2)</sup> Záblatí, ein Ort auf der H. Winterberg, der als eine alte Bergstadt bezeichnet wird, ohne weitere Nachricht über Bergbau. (Sternb. I. 2. 21.) <sup>3)</sup> Karrenberg = Kamberk (282). Marktstellen am Ufer des Blanic-Baches, der wegen seiner Goldwäschen berühmt ist (Sternb. I. 2. 21.) <sup>4)</sup> Sedlčany (261), im Bereich des Euler und Kniner Goldzuges. Noch im J. 1758 sind da u. bei dem Dorfe Křepenic Goldgaenge erschürft worden. (Sternb. I. 2. 21.) <sup>5)</sup> Lesnice, vielleicht Lisnic am Mněšker-Bach, wo noch in neuerer Zeit silberhaltige Bleiglänze u. goldführende Quarzgaenge angefahren u. zeitweilig gebaut wurden. (Sternb. I. 2. 22.) Cf. Lesnice in villicatione olim Kamyčenski (266). <sup>6)</sup> Bělčice, am Ufer des Lomnitzbaches gelegen, der durch seine Seifenhügel an beiden Ufern heute noch ausgezeichnet ist. (Sternb. I. 2. 22.) Ad Lnář = Schlüsselburg. <sup>7)</sup> Újezd, an dem Bach, der über Schlüsselburg und Blatna nach Mirowic fließt und in die Lomnitz mündet. (Die Seifenhügel von Blatna, Horažďovicz, Schüttenhofen sind allgemein bekannt. Sternb. I. 2. 22.) <sup>8)</sup> Zahořany, ad Břežan in regione Jilovenski situm (229). <sup>9)</sup> Zakoutí (124), nicht weit von Hoheneibe, wo man auf Gold gebaut u. bekanntlich auch an Bächen geseift hat. (Sternb. I. 2. 23.)

1338. 10. Julii. Nos Joannes rex . . . Volentes eum (Petrum de Rosenberg) de debitis (2280 sex.) certum reddere et securum, sibi aurifodinas Nostras in Reychenstein, in Eylaw et in Pomuk cum ipsorum juribus, utilitatibus et proventibus titulo pignoris obligamus, tenendas habendas, regendas et utifruendas, necnon si sibi placuerit, cuicumque voluerit exponendas pro certa pecuniali pensione.

(Arch. Trebon. Sternb. 56.)

Petrus de Rosenberch summus regni B. camerarius . . . quod de consensu et mandato Caroli regis infrascriptas regni Boemiae aurifodinas, vid. Eylow,<sup>1)</sup> Reychenstein,<sup>2)</sup> Knyn,<sup>3)</sup> Pilsnam,<sup>4)</sup> Leczin,<sup>5)</sup> Hartmannicz,<sup>6)</sup> Karrenberch,<sup>7)</sup> Pomuk,<sup>8)</sup> Cedlichzan<sup>9)</sup> et Czyrnatonem<sup>10)</sup> villas, quae nunc sunt aut erunt in ipso regno fructiferae, cum suis iuribus et utilitatibus regiae camerae debitis . . . locavimus . . . civibus Pragenses . . . (Summa Gerh. 200.)

<sup>1)</sup> Jílové. <sup>2)</sup> Berg-Reichenstein. <sup>3)</sup> Knín (265). <sup>4)</sup> Plzeň. <sup>5)</sup> Leczin, idem quod Lestnice ab a. 1337. <sup>6)</sup> Hartmanicz, pagus retro Berg-Reichenstein situs (347). <sup>7)</sup> Kamberg. <sup>8)</sup> Pomuk. <sup>9)</sup> Sedlčany, ut supra. <sup>10)</sup> Černotín ad Chotěšov spectans (393).

## B.

### *Aurifodinae speciatim in utraque ripa Vltavae.*

— Bracislaus D. gr. Boemorum dux —, quod cum abbas et conventus b. Joannis in Ostrow ordinis S. Benedicti a nobis — petierint castrum quoddam Gradek nomine ad influentiam rivuli Hotunie in flumine Zazoa illis in perpetuam possessionem tradendum: Nos — monasterio Ostrow illud castrum Gradek, quod quondam a praedecessoribus nostris e ruinis loci deserti ad custodiam aurifossorum, qui vulgo ylowci\*) dicuntur et in Ylou habitant, ibique in vicinia ab antiquo aurum de terra ylowant\*) seu decutiunt, a fecibus terrae separant et lavant extractum . . . . perpetuo possidendum tradimus.

(*E copia Bienenbergii historiographo Pelzel-io communicata, quam typis exscripsit comes C. a Sternberg in opere: Umriss einer Geschichte der böhmischen Bergwerke. Urkundenbuch 1. Bienenbergii copia asservatur una cum aliis scriptis M. Pelzelii in arce Děčanensi comitum a Thun-Hohenstein. Sternb. II. 15.*)

— Rex Wenceslaus I. pecunias et thesaurum non dilexit, unde aurum et argentum pro nihilo reputabat; nam cum aurifodinae in Gylowy tunc temporis vigerent et bene provenirent, quidam ibidem cultor et fossor auri, cognomine Sloyger, unam

\*) Jílovci = aurifossores, jilovati = aurum a fecibus terrae separare et lavare. Inde nomina locorum: Jílové, Jilovici, Jiloviště.



massam auri bene X marcas ponderantem regi obtulit et praesentavit etc. (Franc. Prag.)

1337. Joannes rex — domino Petro de Rosenberch obligat universas aurifodinas, exclusis dumtaxat aurifodinis vid. . . . Aylaw . . . ., quae ad Nos et ad Nostram solummodo spectare debent cameram.

1338. Joannes rex eidem Petro pro debitis obligat „aurifodinas . . . . in Eylaw . . . .“

(*Eml. IV. 575.*)

Karolus . . . dilecto suo Ludlino in recompensam damnorum 1500 sexagenas et insuper totum id, quod occasione captivitatis et dispendiorum in diversis sumptibus et propinis usque ad 316 sex. gr. den. Prag. impendisse affirmat, ei refundere copiose disposuit et hujusmodi totum debitum percipiendum ipsi de urbora in Eylow et aliis regni Boemiae proventibus ordinavit.

(*Summa Gerh. 81.*)

1399. Homines de Liben etc. (229) susceperunt laborem in aurifodinis, vid. aquaeductum quod vulg. wastrzeg nuncupatur, in hereditate curiae Liben ad omnia jura communia et consuetudines secundum exigentiam illius laboris approbatas, vid. quamdiu in locis prius elaboratis in labore se occupant, quod vulg. sczyny vocantur, quantum poterint in locis prius nominatis lucri acquirere, hoc in subsidium sui laboris sine omni impedimento et solutione (monasterio Ostrowiensi) tenentur habere. Postquam autem ad solidum sive integritatem laboris pervenerint, quod vulg. czele vocatur, extunc 8 funes mensuratos ante omnia ipsi pro labore suo tenebuntur habere. Quem quidem primum funem secundum aestimationem laboris unius diei, quod vulg. zapranye nuncupatur, tenebuntur solvere, alios autem 7 funes secundum aestimationem lucri auri tenebuntur emere et pro ipsis cum domino concordare. (Urb. p. 89.)

Wenceslaus IV. . . Notum facimus quod Joanni dicto Liczko, f. n., facimus et indulsumus et virtute praesentium regia auctoritate Boemiae indulgemus, ut ipse cum suis cooperantibus in bonis relig. abbatis et conventus monasterii Aulae Regiae,

vid. Brzezany (229) aurum, vulg. dictum seiffengold, quaerere et ibidem aurifodinas facere et laborare valeat atque possit; juribus tamen Nostris, quae Nobis ratione urborae et praefatis abbati et conventui praetextu fundi praedictarum aurifodinarum, vulg. dictum ackergelt, juxta rectum et consuetudinem regni Nostris Boemiae provenire debebunt, semper salvis.

(Schmidt Berggesetze I. 13. e copia Musei boem. — E copiaro dipl. Premyslao bibl. univ. Prag. Sternberg Urk. 100.)

1336. Joannes rex . . . Mandamus, quatenus nullus ex vobis sagittarios nostros in villicatione Kamyczensi habitantes in ipsorum aurifodinis factis in ipsorum hereditatibus, necnon in ipsorum venationibus aliquoliter impedire . . . .

(Eml. III. 361.)

1339. Urbura aurifodinarum prope curiam Slaps (Slapy 250) nuper inventarum . . . Mandamus urburariis in Knyna, quatenus abbatem etc.

(Chyt. VII. 232.)

1341. Joannes rex . . . Ubislao de Neresticz feudali et servitori suo et heredibus suis confert villam Neresticz (332, 333), in Radieticz (266) 3 laneos cum rivulo Lesnitz (266), in Paliwe (268) 1 laneum, in Stezow (267) etc. Poterunt etiam et debebunt lepores et aves cujuslibet generis venari et aurifodinis, quod vulg. seiffengold dicitur, frui licite et potiri.

(Eml. IV. 856).

### C.

#### *Aurifodinae in regione Otavae fluvii.*

1336. Joannes rex . . . Petro de Rozmberch in villicatione Piescensi de censibus b. Galli praeteriti et b. Georgii proxime futuri et de aurifodinis 500 sexagenas . . .

1400. List s majestátem krále Václava, kterýž svědčí Zdeborovi z Vranova a dědicóm na lúku řečenú Božistná, položenú nade vsí, na horách Píseckých, danú pod výplatu 50 k. gr.

(Arch. č. I. Reg. Zápisů 1454, č. 92.)

1345: Joannes rex . . . inspicientes multa fidelitatis obsequia, quae nobis fideles nostri, iudex et jurati ac universitas montanorum in Reichenstein tam in castris ante Landshutam ac etiam in aliis notabilibus casibus sollicite et fideliter praestiterunt, tum quia eadem servitia vel meliora nobis facere poterunt in futurum, tum quia montana circa fora et comparisonem utensilium debent perpensius libertari, ipsis et ipsorum civitati ungelum institutum relaxamus.

(*Ex antiqua copia Sternb. Urk. p. 86. — Emler. IV. 1607.*)

1405. Král Václav zapsal Habartovi Hertenbergarovi 2 kopě platu ročnieho od Zlaté Hory v Raichensteinu.

(*Reg. Záp. II. 182.*)

#### D.

##### *Aurifodinae Teplenses.*

1232. Wenceslaus I. rex monasterio Toplensi confirmat dotes et hereditates, quibus fundamenta ejusdem ecclesiae sunt erecta, vid. universa quae ab ortu fluminis quod dicitur Tepla, usque ad locum quo idem fluvius cum rivo aureo qui vulg. Hulboka (i e. Hluboká) nuncupatur, commiscetur, sunt interposita.

(*Erb. Reg. I. 784.*)

1337. Joannes rex — Petro de Rosenberch universas aurifodinas obligit, exclusis aurifodinis . . . in Thopla, quae ad Nos et ad Nostram solummodo spectare debent cameram.

1342. 25. Jan. Joannes rex — Quum enim aurifodinae in quercina silva, in Hay vulg. dicta, ad monasterium nostrum Teplense spectantes ab ipso aliquo tempore fuerint dicto monasterio in dampnum non modicum (nam ibidem ligna succissa et ipsae aurifodinae destructae sunt ac omnimodo desolatae), Nos denique devotis nostris dilectis, abbati et conventui dicti monasterii, complacentes, ipsis dictas aurifodinas cum omnibus et singulis earum utilitatibus et proventibus reddimus et ipsi monasterio incorporamus, volentes et statuentes decreto regio, ut ipsae aurifodinae circa dictum monasterium cum omnibus utilitatibus et obventionibus perpetue permanere et ab ipso per Nos, heredes et suc-

cessores Nostros aut alios quoscunquae nunquam inantea debeant alienari. — Promittimus dictas aurifodinas a praefato monasterio, licet quantumcunque lucrum in eisdem instauratum fuerit, non alienare nec mitti per quempiam alienari, sed potius circa ipsum pro viribus reservare.

(*Ex orig. mon. Teplensis typis excerspsit K. comes a Sternberg.*)

## E.

### *Aurifodinae Steinenses.*

A. 1356 nob. Henricus de Czigelheim, magister coquinae Caroli IV., a Przibikone et fratribus suis dictis Tluksa castrum Stein titulo hereditario emit et jure feudali a rege recepit.

(*Brandl IX. 17.*)

A. 1366. Karolus . . . quod inspectis multiplicibus fidelitatis et praemiorum meritis, quae in Henrico Czigelheim semper invenimus, sibi . . . auctoritate regia Boemiae, urboram atque jus, quae et quod Nobis ut regi Boemiae in aurifodinis prope castrum Stein nuper inventis et instauratis dedimus etc., habenda et tenenda etc.

(*Orig. arch. Teutobrodensis. Pelzel, K. Karl IV. 307. — Hodiedum advocatio Steinensis (Vogtei Stein) in territorio civitatis Egrae 434.*)

## F.

### *In locis nunc ignotis.*

— Wenceslaus IV. nobili Hynkoni Berka de Duba, alias de Huska. . . . Quemadmodum tu ad hoc, ut Margaretha dicta Stuckin de Praga cum suis cooperatores quibuscunque in bonis tuis, vid. Atengrunt et Atenwasser, aurum, vulg. dictum seiffengolt, quaerere et ibidem aurifodinas facere et laborare valeant atque possint, ad regiae Nostrae Serenitatis mandata, consensum tuum praebuisti et assensum; ita et Nos te et heredes tuos in jure vestro, vulg. dicto ackergelt, quod vobis juxta ritum et consuetudinem regni Nostri Boemiae praetextu fundi praetextu aurifodinarum pro communi regni Nostri Boemiae utilitate et profectu in bonis tuis, ut praemittitur, fiendorum provenire debet, nullatenus impedire volumus, quin potius hujusmodi

jure vestro gaudere et perfrui pacifice et quiete, urbana tamen Nostra in eisdem aurifodinis semper salva.

(*E copiaro Premyslaeo Sternberg Urk.*)

Wenceslaus IV. Quia propter communem regni Nostri Boemiae utilitatem et profectum — Valentino regalis curiae Nostrae submareschallo et Hanussio dicto Polak favimus . . . quod ipsi cum ipsorum cooperariis montana auri et argenti et signanter auri, vulg. dicti seyfengolt, seu alterius mineræ cujuscunque generis vel speciei tam in terris quam in civitatibus regni Nostri Boemiae quaerere, fodere, laborare et in eisdem operationem montanorum juxta consuetudinem regni Nostri Boemiae facere et exercere possint et valeant; urbanae tamen Nostrae et juribus aliorum quorumcunque in praemissis dumtaxat semper salvis etc. (Ib.)

## G.

*Aurifodinae Moraviae.*

Werningesrode. Wenceslaus II. rex ecclesiae S. Wenceslai in Grecz (Opaviensi) „notariam monetæ in Oppavia et decimam decimæ Nostrae provenientis Nobis de aurifodinis in Werningesrode“ confert.

(*Eml. II. 2544, 2357.*)

1325. Joannes dictus Wustehube monasterio Camenetzensi bona sua in Goldek donat, vid. quondam oppidum Goldek et omnes villas ad ipsum ab antiquo spectantes, sc. . . . Stubenseyffen etc. Acta et data in Goldenstein.

(*Chyt. VII. 289.*)

1340. Carolus — fratribus de Lipa, ut in mineris auri, argenti vel alterius cujuscunque metalli, si quæ in bonis ipsorum Schonenberg, Goldenstain et Santpach sunt aut futuris temporibus reperiri poterunt, juribus et gratiis, quibus in montanis et mineris circum Brodam Theutonicalem potiuntur . . .

(*Chyt. VII. 273.*)

1345. Nos Wilhelmus de Lantsteyn, capitaneus Moraviae, recognoscimus, quod dominus Karolus, marchio Moraviae, discretos

viros, iudicem et juratos cum tota communitate ciuium in Jempnicz, constituit et praetulit in aurifodinis de nouo in loco, qui vulgarter „Gezyckach“ dicitur, inventis, donans ipsis et concedens suae de plenitudine potestatis plenam auctoritatis facultatem, praedicta auri montana mensurandi, conferendi, disponendi et ordinandi, secundum jus et consuetudinem aliarum ciuitatum, quibus talia montana adiacere comprobantur, ab antiquo obseruatam.

(*Ex Horskýi Analectis in arch. arcis Jannicensis. Chyt. VII. 607.*)

1345. Nos Karolus marchio Morauię, notum facimus, quod condicionem urborae Nostrae volentes facere meliorem, ciuibus de Jemnycz iura, gratias et indulgentias concedimus infrascriptas: 1. Primo videlicet, quod in aurifodinis de nouo circa villam dictam „Schiken“ inuentis ac aliis quibuscumque montanis, siue noua fuerint siue antiqua laborata, etiam ad quodcumque metallum se disposuerint, jus habeant, salua camerae urbora Nostra, conferendi partes cultoribus quibuscunque sub specificationibus et conditionibus mensurationis, distinctionis, diuisionis, limitationis seu aliis viis et modis, sicut ad montana ex antiqua et approbata consuetudine dinoscitur pertinere. 2. Item fauemus eisdem ciuibus Nostris de omni jure, quod ad laneos, vulgarter dictos purgerlehen, spectat, siue eadem montana in saxo integro siue antiquis fuerint in fracturis. 3. Indulgentes etiam eisdem, ubi et quando viderint foueas aliquas per aquarum extractionem aut fundi exsiccationem multis indigere laboribus et expensis, quod ipsas sub graciōsa urborae Nostrae conferant quantitate, et sub largiori pacto, quam fieri consuevit in montanorum concessionibus ipso jure. 4. In talibus etiam montanis et eorum concessionibus, quidquid iuxta ipsorum ciuium, quam in hoc honoramus, fidem et conscienciam pro Nostrae et ipsius ciuitatis Jemniczensis bono fecerint, ordinauerint et statuerint, ratum, gratum habebimus in omnibus et acceptum. 5. Praeterea omnes praerogativas et gratias, quas ciues Iglaienses in suis habent priuilegiis et super iuribus montanorum, siue in stollonibus siue in simplicibus profunditatibus fuerint, illas dictis Nostris ciuibus Jemnicensibus praesentibus et quibuslibet eorum posteris, in montanis eorum dumtaxat ciuitati vicinioribus, damus et de Nostrae magnificentiae clementia per-

omnia liberaliter confirmamus, mandantes capitaneo seu aliis officiatis nostris quibuscumque, qui pro tempore fuerint, quatenus in dictis juribus, gratiis et libertatibus dictos cives et civitatem Jemnicensem . . . nomine protegant . . .

(Orig. arch. Jamnic. Chytil VII. 609.)

1345. 22. Aug. Karolus — de fidelitate et circumspectionis industria civium Iglaviensium plurimum praesumentes statuimus, decrevimus et perpetuis volumus temporibus observari, quod cives ipsi et civitas in omnibus auri et argenti seu alterius cujuscunque metalli fodinis ubicunque et circumquaque a civitate ipsa versus Moraviam circa quatuor miliaria repertis et reperiendis et specialiter in aurifodinis in Schicken jus emensurandi civium laneos, qui burgerlehen vulg. dicuntur, habere debeant perpetuis temporibus.

(Orig. arch. Iglav. Sternb. Urk. p. 85.)

## H.

### *Argentaria super Mzea.*

Ca. 1188. Fridericus dux hospitali Jerosolymitano S. Joannis „XII marcas argenti solvendas de argentaria super Mzea in die Ascensionis Domini jure hereditario“ dat.

(Erb. Reg. I. 396. — Hodiedum civitas Mies = Střbro.)

## I.

### *Argentifodinae Iglavienses.*

Ca. 1249. Jus montanorum in Iglavia. (Cod. J. B. I. 114.)

1249. Rex Wenceslaus I. „viros etiam impios (peritos?) de Gihlaw duxit et machinas plures contra urbem (i. e. castrum Pragense) erexit“ (Cosm. Cont.). — Rex multo tractatu habito marchiam Moraviae cum omnibus attinentiis filio (Otacaro) concedit, media duntaxat moneta Giglaviae sibi retenta. (Ib.)

1258. 2. Nov. E(berhardus), T(ietmar), H(einricus) et H(einricus) magistri monetae totius regni Boemiae, necnon et fidelis unitas juratorum civitatis Iglaviae.

(Sternberg Urk. 12.)

1300. (Wenceslai II. Jus regale montanorum III. cap. V.)  
 §. 13. Unde Iglavienses a Nobis in hac parte argui merito me-  
 ruissent, quod propter defectum juris tot errores usque ad haec  
 tempora viguerunt, quia jura montium in his scriptis publice  
 judici et juratis in Chutna debuerant tradidisse. — Quid enim  
 illis in Chutna jura Iglaviensium abscondita profuerint, ex quo  
 ipsis plenam copiam facere recusarunt?

1312. Joannes rex "notariam in urbura Nostra Iglaviensi  
 per obitum mag. Hermanni de Sarowe, quondam ibidem notarii,  
 per quinquennium contulit mag. Thomae de Fractis, mandantes  
 urburariis seu magistris Nostrarum urburae et monetae per Boe-  
 miam et Moraviam, quatenus ei vel suo substituto ejus nomine  
 de consueto unius marcae stipendio ratione dictae notariae sin-  
 gulis septimanis provideant et hoc sibi assignent."

(*Eml. III. 104.*)

1315. 29. Mart. Nos Joannes rex . . . quod fideles Nostri  
 dilecti, Chunradus de Lapide, Luso de Pulcro Monte, caeterique  
 eorundem concultores in Antiquo Monte Nostro juxta Iglavi-  
 am<sup>1)</sup> eadem montana Nostra magnis laborum vexationibus ac  
 expensarum sumptibus ad plenum instaurare etc.

<sup>1)</sup> Staré Hory Jihlavské, Altenberg (199).

(*Sternberg Urk. 51.*)

## K.

### *Argentifodinae Teutobrodenses.*

1257. Smilo de Lichtenburch „decimas omnium reddituum  
 et proventuum, quas de argentifodinis in Brode,<sup>1)</sup> Biela,<sup>2)</sup> Slap-  
 panis<sup>3)</sup> et Priemizlaves<sup>4)</sup> — recipimus, tertiam partem conventui  
 et fratribus de Scedelitz, tertiam partem in Gredish et residuam  
 tertiam partem in Sar<sup>4)</sup> assignavit.

<sup>1)</sup> Brod německý 203. <sup>2)</sup> Bělá 208. <sup>3)</sup> Šlapanice vel Šlapanov 200.  
<sup>4)</sup> Přibislav 201.

(*Emler II. 165.*)

1258. 25. Oct. Henricus dictus Avis, magister monetae . . .  
 notum facimus, quod d. Eberhardus, magister monetae super ar-  
 gentifodinas in Brode aliasque per Boemiam, plenariam facultatem  
 habens porrigendi quoslibet montes sive meatus, coram nobis



est professus, quod Theodorico qui Vriberch dicitur, viro veraci et fidedigno, et Gernoto dicto Nigro aliisque suis heredibus perpetuo porrexerit stollonem, qui „Stollo Vribergeri“ nominatur, et alium, quem „stollonem profundiorum“ appellant.

Profitebatur etiam E—, quod stolloni, qui a Th. Vriberch nomen sortitus est, per justam et veram sententiam hi montes fuerint adjudicati coram ipso: Jegerberch, Vberscar, Hertwigesberch, Breitbartesberch, Scubelesberch, Helmerichesberch, Buchberch juvenis et B. antiquus, Lettenberch, Clophusberch, Hohalde, Haberberch et campus incultus his montibus interjacens, donec ad viam procedentem penes hospitium saepius dicti Th. versus Villam Ottonis usque ad montem dictum Hohalde, sub hac forma, quod sibi cum omnibus laneis domini regis, domini Smilonis et civium, omni jure justae proprietatis debeant subservire.

(*Sternberg Urk. 11. Eml. II. 195.*)

1278. 8. Juni. Jura civium in Broda (Cod. J. B. I. 70.)

1303. Remundus de Luchtenburg, baro regis et regni Boemiae „villam Barthusdorf abbati Sedlicensi ac abbatissae Sanctimonialium in Valle S. M. V.“ vendidit „cum omnibus utilitatibus, sive in metallo, in urbura, in judicio etc., excepta urbura duorum stollonum, vid. Henmurgi et Thimari, cum antiquis montanis ad dictos stollones secundum jura montanorum spectantibus, quam nobis reservavimus, praeter decimam, quam ordinamus dari ad Vallem Virginis gloriosae.“

(*Emler II. 1948.*)

1303. Albertus iudex de Medio Monte et Henningus Stuchwinus, concessores montium regni Boemiae in districtu Brodensi: „ob totius regni utilitatem et profectum de communi consilio et consensu civium in Broda stollonem situm in Macerove,<sup>1)</sup> dictum vulg. in Calden-husein, quem desolatum et desertum sicut jus montanorum requirit, invenimus, fratri Heinrico praeposito sanctimonialium in Valle S. M. et Friderico, magistro montis ibidem, et Godfrido ac caeteris eorum concultoribus — jure hereditario, pro regia parte tantummodo, contulimus et eorum successoribus excolendum.“

<sup>1)</sup> Macourov (Matzerau 202).

(*Orig. bibl. univ. Pragensis. Sternberg Urk. 50. — Eml. II. 1981.*)

1321. 18. Jun. Joannes rex — quod, quia fidelis Noster Henricus de Lipa, summus marschalcus regni Nostri Boemiae, ac sui progenitores sive praedecessores cum ipsorum civibus et hominibus montana in „Mittelberch,“ sita circa civitatem Brodensem Teotunicalem, a multis temporibus excoluerunt cum magnis ipsorum sumptibus atque damnis, sic quod ipsa civitas in bonis et hominibus quasi destructa videtur . . .

(*Orig. c. r. Archivi aulici Vindobonensis. Sternberg Urk. 53.*)

1351. 13. Dec. Nos Czenko de Lypa . . . quod . . . Thunlinus civis noster civitatis Brodae Theutunicalis . . . villas ipsius Slapans, Ottendorf <sup>1)</sup> Schützendorf, <sup>2)</sup> Dobrans, <sup>3)</sup> Jegerdorf, Nymandorf ac Derr . . . quas ipse Thunlinus a nostris praedecessoribus et a nobis pro 260 sex. gross. jure hereditario emerunt, nobiscum pro bonis et villis subscriptis, vid. Koyatin, Kynow et Hrzebnitz — commutavit . . . exclusis tamen montanis atque mineris cujuscunque metalli, si quae Dei mediante adjutoris in villis et bonis eisdem succedente tempore repertae et inventae fuerint, quorum quarumque utilitatem et proventus nobis, nostris heredibus et successoribus in parte media, ipsique Thunlino et suis heredibus et successoribus partem mediam, percipiendum derivari etc.

<sup>1)</sup> Uttendorf 201. <sup>2)</sup> Schützendorf 200. <sup>3)</sup> Dobrenz 1200.

(*Orig. arch. civil. Teutobrodinae. Sternberg Urk. 66.*)

## L.

### *Argentifodinae Austenses super Lužnica.*

1272. Otacarus rex — “ protestamur, quod cum cives Iglavienses Nobis pro eo suam contulerunt pecuniam, quod eisdem conferre seiphenlehen in A w s k gratiosius deberemus, Nos eadem jura in montibus, quae in A w s k sunt inventi et qui adhuc inter Iglavienses et Awskensenses inventi fuerint, eisdem duximus conferenda.

(*Orig. in archivo Iglaviensi. Sternberg Urk. 18. — Tomaschek, Deutsches Recht p. 327.*)

1345. 22. Aug. Nos Karolus — “ quod cum princeps, dominus Othakarus, quondam rex Boemiae, considerans alias civium Iglaviensium in his quae statum prosperum et commodum mon-

tanorum argenti augere poterant, providentiam circumspectam, eisdem civibus et civitati Iglaiensibus dudum duxit gratiam faciendam, quod dicti cives ipsaque civitas montana argenti in Ausk super fluvio Losniz mensurare sive emensurare possint, quod ausmezzen dewtunice, et ibidem civium laneos, qui burgerlehen vulg. nuncupantur, habere debeant: Nos — decrevimus et volumus observari, quod etc.

(Orig. in arch. Iglaiensi. Sternberg Urk. p. 85. — Tomaschek, Deutsches Recht p. 331.)

## M.

*Argentifodinae Kutnenses.*

1292. 10. Jan. Wenceslaus rex . . . Cum inter abbatem et conventum monasterii Zedlicensis ex una parte et urburarios Montium nostrorum in Kutta ex altera super balneis et stubis balnearibus eorundem (abbatis vid. et monasterii sui), quas tempore patris Nostri carissimi (i. e. Otakari II.) et Nostro hactenus in eisdem Montibus pacifice possederunt et habent, fuisset quaestio suscitata . . .

(Copia vidim mon. Sedlec. — Sternb. Urk. 42.)

1289. Syboto magister montium in Kuttis contentionem decidit inter cives Časlaienses et Colonienses dudum ventilatam de possessionibus et metis montium inter dictas civitates inventorum.

(Emler II. 2729.)

1291. Wenceslaus rex — “ domos, molendina, pistrina et balnea infra limites argentifodinarum seu montium Nostrorum jacentia, quae abbati Sedlecensi annum censum reddunt, “ absolvit a tributis etc., „quibus urburarii et iudices ac rectores montium easdem domos etc. ratione ipsarum domorum etc. onerare conantur, quas ab eis et ceteris montium cultoribus requirendas duximus.“

(Eml. II. 1538; cf. 1292, 1562.)

1300. Conductio et locatio. Et hoc maxime Nos et Nostros tangit montanos, eo quod a saeculo non est auditum,

tot magnas et pretiosissimas locationes et conductiones contrahi in tam modico terrae spatio, sicut in argentifodio Nostro Chutnae, Nobis ab origine mundi coelesti providentia reservato!

(*Jus reg. mont. Lib. II. cap. V. §. 16.*)

1300. Sed cum mons in Chutna prae caeteris montibus argentifodii propter sui excellentiam in multis praerogativa gaudeat civitatum, volumus etc.

(*Ib. Lib. I. Cap. VI. §. 17.*)

1305. G. Nov. Wenceslaus III. rex“ notum facimus, quod Nos — omnes et singulas partes, quas monasterium Sedlicense nunc habet et habebit in posterum in montibus Nostris Kuthnae in quibuscunque foveis vel locis, quocunque nomine vocentur, ab omnibus collectis, exactionibus, contributionibus et solutionibus quibuscunque faciendis seu dandis de ipsis partibus eximimus et esse volumus in perpetuum liberas et exemptas, volentes et mandantes urburariis seu magistris Nostrarum urburae et monetae necnon judici, juratis et montanis ibidem in Kuthna, ut nullas penitus collectas et exactiones vel contributiones de dictis partibus exigant de caetero vel requirant.“

(*E copia vidimata mon. Sedlecensi apud Sternberg Urk. 46.*)

1308. 16. Mart. Nos Albertus judex, Martinus dictus Wylcus et Frenzlinus filius Pussonis, jurati in Kuttis, profitemur, quod Nicolaus dictus Parchyphal, civis in Khuttis, Nicolao Thawlrün, civi Pragensi, suam hereditatem, quae vulg. dicitur Chudryn-hewen, et partes suas in Khuttis, sc. tres sedecimas apud Bertholdum in meatu montis Sarilli, in sexcentis marcis gr. den. mon. Prag., sexaginta IV. grossos numerando pro marca obligavit.

(*Ex orig. mon. Sedlec. Sternberg Urk. 47.*)

1311. Michael urborarius regni B. et magister montium, judex et juratorum universitas in Chuttis, „quod d. Theodoricus, quondam scriptor urburae, acceptavit et juris forma obtinuit unam sedecimam partem in fovea qua Vinea dicitur, in foro sutorum, secundam sedecimam in laneo civili apud rotam aquae, quae partes antea fuerunt Henrici Rozerii et fratris sui Alberti, civium Egrensiū.“

(*Eml. III. 31.*)

1327. Hermannus iudex necnon magistri juratorum ceterique iurati Montis Kutne recognoscunt, „quod domini Jesco et Heymannus fratres dicti Kruschin de Leuchtenburch, qui unam quartam partem unius schichte (quae sedecima pars dicitur in communi), quam in nona parte fabrilii in „Orto humuli“ nobiscum in kuccis habere dinoscuntur, Reimbotoni notario, concivi nostro pro 52 sex. gr. prag. coram nobis vendiderunt — exemptam et omnino liberam a decima parte, quam de ipsa integra schichta hucusque dare et persolvere ultra expensas ibidem faciendas, abbati et conventui monasterii Fontis S. Mariae V. in Sar ord. Cist. ex vero patrimonio consueverunt et tribuere jure hereditario sunt astricti, ipsi abbati et conventui de praedictis aliis suis tribus sedecimis partibus ejusdem schichtae nonae partis praelibatae, quas adhuc ibidem retinent, plenam et perfectam decimam, quae de una integra schichta ultra expensas poterit derivari, ipsi domini et universi eorum successores singulis septimanis debeant persolvere.“

(*Eml. IV. 1400.*)

1341. Joannes rex abbati et monasterio Sedlecensi — „quod si infra decennium montanis et foveis in Kuttis aut alibi quaspiam exactiones, impositiones seu petitiones imponeremus aut Nostri montani quacunque ex causa forsitan imponerent, ut ipsi pro rata ipsorum partium a contributione hujusmodi liberi esse debeant.“

(*Eml. IV 898.*)

1343. Cum olim infra limites parochiae ecclesiae in Malin de patronatu abbatis et conventus monasterii Sedlicensis existentis, in loco qui nunc dicitur Chutna, argentifodinae inventae et propter numerositatem personarum illuc de diversis partibus confluentium certae capellae lignae structae fuissent: administratores ecclesiae Pragensis per sedem apostolicam deputati, domino (Joanne) ep. Pr. tunc ab administratione ecclesiae praedictae per eandem sedem suspenso (1318—1329), fructus, reditus et proventus dictarum capellarum hospitali infirmorum et pauperum infra septa mon. Sedlicensis constituto, in perpetuum applicarunt.

(*Pal. Form. I. 154.*)

## N.

*Argentifodinae Příbramenses.*

1311. Conradus de Pibrano episcopatu Pragensi „huttam, quam in fundo episcopali ibidem in Pybrano suis sumptibus et expensis construxerat . . .“ contulit.

(*Eml. III. 11.*)

1330. Nicolaus dictus de Neushouen miles, civis Chutnensis, monasterio Aulae Regiae dat et confert „perfectam et plenam decimam partem omnium proventuum nostrorum et lucrorum, quae nobis . . . in Pybrano et universis montibus ibidem adjacentibus de nostris partibus, quas ex nunc ibi habemus ac in posterum acquiremus, tam in proprietatibus quam in concessionibus ultra expensas consuetas et debitas montanorum in metallo plano necnon monte et irsuto ac omnibus aliis eorum utilitatibus cunctis temporibus, quibus ipsa montana coluerimus, derivantur.“

(*Summa Gerh. 4.*)

— Thomlinus Wolfini, magister monetae Chutnensis — „Nicolao civi Pragensi cupienti causa profectus in culturis montanorum res impendere et labores, et ipsius Nicolai concultoribus contulit montana prope oppidum Pybrans Episcopale apud molendinum Blahunis sita et „ad newfragum“ dicta concessit.

(*Summa Gerh. 4.*)

## O.

*Argentifodinae in Vřesník.*

1339. Eodem tempore inventa fuit argentifodina in Vřesník. Téhož času nalezena byla stříbrná hora u Vřesníka. Dieselbige czeit worden funden dy silbergruben in Frisingen. (*Živ. Cís. Karla.*)

1341. Auf ihren bergwerchen zu Chutten u. zu der Bresnicz. (*Chyt. VII. 326.*)

1341. 23. Oct. Joannes rex . . . ecclesiam Pragensem per ejus decanum Arnestum „de veris et legitimis decimis ac deci-

marum fructibus et obventionibus earum universis, pro rata portionis personam Nostram in Montibus Chutnis et Brzeznicz et alibi ubicunque,“ investivit.

(*Eml. IV. 1209.*)

Ca. 1343. Eodem tempore inventae fuerunt argentifodinae in Brezník et pauco tempore duraverunt (Beneš z Weitmfle.) Nos Joannes . . . crematoria nostra in Chuttna et Brzeznicz (Summa Gerh. 8.) Utilitates quae de chrecza fundicerii et fusione parvulorum tam in Monte Chuttis quam in Bresnicz obvenerint. (Ib. 53.)

Differt a Pressnitz, quod boem. Přísečnice vocatum est, non Breznice. Nostrum Vresnik in territorio Želevensi situm est, ubi usque hodie villa exstat nomine „Stříbrné Hory“ (i. e. argentifodinae) circa Smrdov et Vrbice villas (Pal. Popis 206 et 207.)

## P.

### *Argentifodinae apud Budwoys.*

1385. 17. Febr. Wir Wenczlaw — tun kund — das wir durch Besserung willen vnser Bergwerk, gelegen bey dem Budwoys bei dem dorfe Wes genant, das man nennet „die Monstranz“, unsern liben Wenczlawen Claretz und seinen gewerken die gnad und freyheid getan habn und tun, in die in Kraft ditz briefs und kuniglich mechte zu Beheim, das sie alles das Silber und Erz, das sie uf demselben Bergwerk finden und graben in zwein Jaren, in dem Land zu Beheim verkaufen mogn wem sie wollen so sie tenerist mogen, von allermennlichen ungehindt. Es wer denn, das untz(er) Munzmeistr denselben euten also vie umb dasselbe Silbr gebn wolt, als man in anderswo drub gebe und et wert were etc.

(*Ex arch. Budějovicensi. Schmidt Berggesetze I. 11.*)

## Q.

### *Stannifodinae Krupenses.*

1305. 13. Jun. Nos Wenceslaus — notum facimus, quod quia locum sive montem, qui dicitur Crupa in Belinensi provincia situm, in quo stannum nunc foditur, quem monasterio de Aula Regia dederamus, Syvesto de Tyrmicz . . . suum esse, et

ad se jure hereditario pertinere, comprobavit, montem ipsum ipsi Swyestoni restituimus et volumus, ut eum cum stannifodinis praedictis et aliis utilitatibus, quae ex eo provenire possunt et debent, tamquam rem suam tenere debeat et habere.

(Orig. archivi Trebonensis. Sternberg Urk. 45.)

## R.

*Plumbum Misense.*

1410. 2. Decb. Wir Wenzlaw — enbiethen Kawczenbach von Berg zum Chutten vnd messer der Bley-Bergwerk von den Myze . . . Unser gnade . . . Wir gebieten auch mit disem briefe, dass ir den Petern Smrzlik munizmeister des Berges zu Chutten, Niklasen von Wozicz, unsern reten, Onschen von Mykowicz, Johanken Ortel, Sigismunden Rokkizaner, Duchten Rulant und Johansen Wlczehrdlo und anderen iren mitbergwerkern die erste fundgrube uf den neuen Bleywerk zu Mrkowitz um und vm uf alle vier Orter mit syben Lehen uszmessen sollet, wann wir den vorigen Gewerken derselben ersten fundgruben dise besondere gnade und fůrgabe gethan haben . . .

(Pelzel K. Wenzel IV. N. CCXXVI. Priv. Antiquae Pragae. — Schmidt Bergesetze I. 14.)

## S.

*Aluminium.*

Wenceslaus IV. Notum facimus, quod R. Saxoniae dux Nobis curavit exponere, qualiter ad altaristam altaris Sanctae D. ecclesiae Pragensis donatum in bonis villae P. certum jus terrae seu agri dictum ex decoctione aluminis, vulg. alawne, proveniens rite pertineat, sicut et montanorum Nostrorum, jura et ritus montium intelligentium debita sumus instructione edocti.

(Cod. Trebon. C. 3: Formelb. II. 250.)

1407. Majestat krále Václava, Valentinovi dvoru královského katedralovi, s jeho spolutěžiři neb kwerky, na hory zlata i stříbra, a znamenitě alúnu u vsi řečené Přílep, na zboží pánuův hradu Pražského, a na jinau rudu kteréhožkolivěk kovu, aby mohli dě-



lati a hledati podle obyčeje království českého, bez pohoršení urbury i jiných jiným práv.

(*Reg. záp. Arch. II. 474. Ten list ukázali kverkové dva z Prahy.*)

Karolus . . . .“ damus aream molendini prae muris civitatis Cadanensis dilectis nobis Anastasio de Florentia per medium et H. et C. fratribus (civibus Chuttnensibus) per medium in subsidium speciale insistendi propterea eo diligentius montanorum et minarum inquisitionibus et culturis.

(*Summa Gerh. 72.*)

1356. Bullae Aureae Caroli IV. Imp. caput IX.:

De auri, argenti et aliarum specierum mineris.

Praesenti constitutione in perpetuum valitura statuimus ac de certa scientia declaramus, quod successores Nostri, Bohemiae reges, nec non universi et singuli principes Electores, ecclesiastici et saeculares, qui perpetuo fuerint, universas auri et argenti fodinas atque mineras stanni, cupri, ferri, plumbi et alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam salis, tam inventas quam inveniendas, in posterum quibuscunque temporibus in regno praedicto ac terris et pertinentiis eidem regno subjectis, necnon supradicti principes in principatibus, terris, dominiis ac pertinentiis suis tenere juste possunt et legitime possidere, cum omnibus juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt seu consueverunt talia possideri; necnon Judaeos habere et theolonea a praeterito instituta et indicta percipere et nova rationabiliter instituere posse et potuisse, quodque progenitores Nostri, reges Bohemiae felicitis memoriae, ipsique principes Electores ac progenitore et praedecessores eorum, legitime potuerint usque in praesens; sicut hoc antiqua laudabili et approbata consuetudine, diuturnique ac longissimi temporis cursu praescripta noscitur observatum.

(*Cf. Schmidt Bergg. I. 7.*)

## T.

### *Urbura regia.*

1. Nos O(tacarus) notum facimus, quod . . . et . . . de . . . urborem argentifodinarum tam per Boemiam quam per Mo-

raviam locavimus a festo b. Petri primo venturo usque per anni circulum revolutum pro duobus millibus marcarum argenti Nobis ab eisdem . . . de . . . persolvendis in terminis subnotatis: Dabunt enim in festo b. Michaelis primo venturo quingentas marcas arg., in festo Nat. Dom. secuturo quingentas m. a., in medietate Quadragesimae subsequente quingentas m. et in festo Pentecostis tunc ultimo succedente quingentas m. camerae Nostrae solvent.

(*E cod. Zdenk. de Trebez apud Sternberg. Urk. 24.*)

2. Nos Wenceslaus (II) rex — notum facimus, quod Nos Baldewino et Conrado de Iglavia urborum argentifodinarum tam per Boemiam quam per Moraviam locavimus a festo b. Petri primo venturo usque per anni circulum revolutum pro decem millibus marcarum argenti Nobis ab eisdem B. et C. persolvendis in terminis subnotatis: Dabunt enim Nobis in festo b. Petri primo venturo duo millia marc. arg., in festo Nat. Dom. sequuturo duo millia m. a., in medio Quadragesimae sequente duo millia m. a., et in festo Virg. Mariae tunc ultimo succedente quatuor millia m. ar. similiter camerae Nostrae solvent.

(*E cod. Zdenc. de Trebez apud Sternb. Urk. 23., Eml. II. 2343.*)

3. Nos . . . profitemur . . . quod orborum montium Nostrorum omnium per totam Boemiam et totam Moraviam cum omni integritate libertatum et juris locavimus H . . . et C . . . a festo b . . . nunc proxime affuturo (vel nunc praeterito) ad unius anni circulum pro V millibus m. arg., de quibus ipso locationis die Nos expediverunt in pannis et rebus aliis pro C marc. arg., solventque ad dies 14 ante diem b. Martini 400 m. arg. et in Quatuor Temporibus ante Nat. Dom. tandem addent et dabunt Nobis ad istas 400 marcas jam dictas, quod omnibus computatis Nos ad plenum expedient in 1250 marcis. Item in septimana proxima post diem Cinerum Nos expedient in 1250 m. arg.; item in festo Pentecosten Nos similiter expedient in 1250 m. arg.; item tantundem vid. 1250 marcas argenti Nobis dabunt in (tali) festo.

(*E bibl. aulica Vindobonensi: Sternberg. Urk. 40.*)

4. Nos Wenceslaus (II.) rex . . . quod Nos dilectis fidelibus Nostris Lutoldo et Nicolao fratribus de Praga necnon et Alberto

de eadem civitate locavimus urborum aurifodinarum per totum regnum Nostrum, habendam ab ipsis sub ejusdem juribus et conditionibus, sub quibus eam hactenus habuerunt, et possidendam a festo b. Petri primo venturo usque per duorum annorum spatium revolutum, pro decem marcis auri (sic!) ab eisdem L. et N. infra scriptos terminos exsolvendis, vid. quod in festo b. Jacobi primo futuro L. et N. solvent Nobis decem marcas auri; in festo s. Wenceslai duas m. auri; in festo b. Galli duas m. auri; in festo autem Nativ. Dominicæ postmodum succedente duas marcas auri dabunt pro exsolutione primi anni. In secundo vero anno in eisdem festivitibus atque terminis Nobis solvent per totidem marcas auri sicut superius est notatum, ita quod per praefatos terminos infra praedictorum duorum annorum spatium tota praefata summa pecuniae, sc. decem marcae auri, Nobis integraliter sit soluta.

(*E codice Zdenk. de Trebez, Sternberg Urk. 22.*)

5. 1308. Heinricus rex episcopatu Pragensi in recompensam et satisfactionem damnorum confert „plenam decimam urburarum in argentifodinis et aurifodinis Nostris et omnium proventuum et reddituum ad Nos ratione praedictarum urburarum pertinentium, tam in Cuthna quam alias ubicunque sunt vel fuerint in regno Nostro Boemiae urburae et argentifodinae seu aurifodinae praedictae. Volumus ex nunc, ut liceat episcopo et successoribus ejus unum vel duos aut plures deputare et ponere, qui nomine episcopi decimam de proventibus urburarum colligant et divisioni portionum, quae Nobis ex ipsis urburis debentur, sive in metallo sive in auro sive in argento vel denariis portiones ipsae consistant, intersint ac provideant, quantum habita ratione ad decimam de portionibus ipsis cedat, ut hos statim pro d. episcopo recipiant, quod ad decimam portionum ipsarum justa fuerit ratione deductum.

(*Orig. archivi Capit. Prag. Sternb. Urk. 48. Eml. II. 2164.*)

## Caput sextum.

### Res monetaria.

1. Locatio monetae regni Boemiae Eberlino magistro monetae. Ca. 1253.

(*E codice Zdenkonis de Trebez. Sternb. Urk. 25. — Codex j. B. I. 43.*)

2. Nomina magistrorum monetae a. 1258: E(berardus), T(ietmarus) et H(einricus), magistri monetae totius regni Boemiae.

(*E copia vidim. archivi c. reg. gubernii Brunensis: Sternberg Urk. 12. Nomina magistrorum expressa sunt per totum in approbatione episcopi Brunonis Olomucensis.*)

3. Decretum comitiorum regni Boemiae. Ca. 1266 contra falsarios monetae.

(*Cod. I. j. B. 52.*)

4. Locatio monetae per Moraviam ca. 1267.

(*E codice Regiomontano et codice Zdenkonis de Trebez. — Sternberg Urk. 28. — Codex j. B. I. 58.*)

5. 1276. 22. Mart. Otacarus rex . . universis beneficiariis, iudicibus civitatum, monetariis et urburariis per Boemiam et Moraviam . . Cum per dilectum Nobis Jaroslaum, abbatem monasterii de Wilhelmow, exhibitis Nobis progenitorum Nostrorum privilegiis simus sufficienter instructi super libertatibus, quas praefato monasterio concesserunt, . . . ut tempore novae monetae in suis forensibus oppidis homines ipsius monasterii per Nostros monetarios cambire denarios non cogantur inviti: vobis

. . . . praecipimus, ut praefati monasterii homines nullatenus molestetis contra praemissas gratias libertatum. Dat. Pragae a. 1276 . . .

(*Dobner Mon. VI. 390. — Eml. II. 1009.*)

6. 1275. 30. Sept. Otakarus rex . . . notum etc., quod fabricam monetae Nostrae in Iglavia cum omnibus attinentiis, quae his retroactis temporibus consueverunt habere, qui eandem fabricam tenuerunt, Jaroscio filio Ebrhardi magistri monetae olim per Boemiam, Hartmudo genero Henrici Albi civis Iglaviensis, et Ebrhardo fratri civis Nostri de Chazlavia, qui cognominatur Episcopus, fidelibus Nostris, ac heredibus ipsorum legitimis perpetuo possidendam concessimus, volentes, quod magister monetae — eos in iuribus ipsis debitis et consuetis non debeat aliquatenus impedire. Et quod idem Jaroscus, Hartmudus et Ebrhardus ac ipsorum heredes nulla alia jura sibi in eadem fabrica, quam ea quae hii qui tenuerunt eandem hactenus retroactis temporibus, habuisse noscuntur, ratione hujusmodi possessionis hereditariae audeant usurpare, cum Nos eis dictam fabricam concedendam duxerimus absque qualibet novitate et non aliter quam possessa fuit per alios retroactis temporibus, per eos de cetero possidendam. Volumus quoque, quodsi ferrum ejusdem fabricae ad aliam civitatem vel alium quemlibet locum causa odii vel inimicitiae vel propter aliquas necessitates transferretur, nichilominus dicti J., H. et E. fabricam in eo loco, ad quemcumque ferrum translatum fuerit, debeant secure ac sine difficultate aliqua possidere; et quod praefati ac monetarii ejusdem fabricae eisdem iuribus gaudeant, quibus aliarum fabricarum monetarii perfruuntur, quae sunt per Moraviam constitutae. Act. et dat. Brunae..

(*Sternberg, I. 2.; — Boczek IV. 163, Emler II. 984.*)

7. Locatio monetae et urburae per Boemiam ca. 1286.

(*E codice Regiomontano et Zdenconis de Trebez. — Sternberg Urk. 26. — Cod. j. B. I. 76.*)

8. Locatio monetae per Moraviam. Ca. 1286.

(*E codice Regiomontano et Zdenconis de Trebez. — Sternberg Urk. 27. — Cod. j. B. I. 77.*)

9. 1291. 24. Oct. Wenceslaus rex . . . civibus Egreisibus . . . omnia jura, libertates, gratias et privilegia . . . concessa ratificat, adjiciens, „ut per totum regni Nostri ambitum iidem cives

Nostri Egrenses a tributis et vexationibus telonei penitus absoluti, liberi et immunes, de moneta Egrensi Nobis 100 talenta hallensium denariorum in die S. Walburgis reddere et solvere debent annuatim.“ Dat. Egre.

(*Drivok 318, Eml. II. 1555.*)

10. Wenceslaus rex . . . cuidam fideli N. . . „notariam monetae sive provisionem in moneta in (tali loco) cum omnibus proventibus et juribus, sive in vestitu sive in singularum septimanarum denariorum solutione, sive etiam in affusione argenti in denarios fabricandi, quibus N. dictae monetae notarius olim temporibus patris nostri eam tenuit et possedit. . .“ duxit conforendam et tenendam, injungentes magistris monetae et monetariis, quicumque pro tempore in loco praedicto monetae praeerunt seu denarios fabricabunt, ut dicto N. obediant in singulis, quae ad praefatam monetae notariam spectant.“

(*Eml. II. 2328.*)

11. Wenceslaus rex dilecto suo . . . notariae officium in omnibus monetis per regnum Bohemiae, excepta moneta in Pragensi et Pontensi civitatibus, contulit tenendum et possidendum temporibus vitae suae; „volentes, ut in quamcunque civitatem seu locum alium, quam solummodo Prag. et Pont. civitates, ferrum dictarum monetarum transferri contigerit, dictus . . . dictarum monetarum notariam cum juribus ipsarum debeat possidere; praecipientes magistris monetae et monetariis, quibus dictas monetas nostras pro tempore duximus committendas, ut hiidem in omnibus juribus respicere debeant, quemadmodum olim d. Otokari regis, patris nostri . . . alii monetarum B. notarii respici consueverunt.

(*Eml. II. 2333. — Sternb. 16. p. 53.*)

12. Wenceslaus rex Conrado civi Pragensi provisionem in moneta Pragensi et aliis monetis per totum regnum concessit, cum omnibus juribus pertinentibus ad eandem, tenendam quam diu vita fuerit sibi comes., vid. ut qualibet septimana magistri monetae dimidium talentum denariorum sibi exsolvant et vestes bis in anno dent.

(*Sternb. 39. — Voigt. — Eml. II. 2336.*)

13. Rex eidem . . . „officia provisionis monetae et notariae steurae per Brunensem provinciam duxit“ committenda, „ut ipse

loco et vice nostri monetae provideat et officium notariae Brunensis peragat, ut decet et expedit, et obventiones quae ex ipsis provenerint, nobis tumquam fidelis et legalis noster vicarius repraesentet.“

(*Eml. II. 2337.*)

14. Rex . . . Ekardo officium provisionis in moneta per terras nostras gerendum et exsequendum committimus, dantes ipsi plenam et liberam facultatem, ubilibet providendi sive examinandi monetam vel denarios in argenti bonitate, pondere ac valore, ita quod denarii vel moneta in debitis mensura, valore et pondere conserventur; necnon captivandi falsarios vel malam fabricantes pecuniam, de persona et de ipsis iudicium secundum terrae consuetudinem faciendi. Mandantes magistris monetae, quod Ekardum in executione sui officii non audeant impedire, sed ipsum promoveant et adjuvent, ubicunque et quandocunque ipsos duxerit requirendos, ministrentque ipsi expensarum necessaria, sicut decet.

(*Sternb. II. 30. — Eml. II. 2339.*)

15. Wenceslaus . . . dilecto fideli . . . Nostro H. de Kemnicz, officium provisionis in moneta in eadem civitate procurandum et gerendum commisimus temporibus vitae suae, dantes sibi . . . facultatem . . . providendi et examinandi monetam atque denarios tam in bonitate argenti quam in pondere ac valore ita quod moneta sive denarii in debita mensura, valore et pondere conserventur . . . Magistri monetae in dicta civitate praedicto . . . 30 den. exsolvant qualibet septimana . . . Quodsi contigerit ferrum monetae de ipsa civitate transferri in alteram quamlibet civitatem, idem H. nihilominus provisionem in eadem civitate, in quam ferrum translatum fuerit, debeat possidere ac 30 den. septimana qualibet percipere de eadem.

(*Zdenko de Treb. — Cap. Prag. — Bodman. — Emler II. 2338. — Sternb. 29.*)

16. Wenceslaus . . . notum facimus, quod Nos fidelium Nostrorum servitia . . . mente revolventes . . . dilecto fideli Nostro Merclino de Cadano in recompensam debitorum, quibus tenebamur eisdem . . . et de gratia Nostra speciali monetam Nostram in eadem civitate, prout Nos possedinus hucusque, contulimus et possideri volumus ab ipso et suis heredibus in posterum.

(*E cod. Zdenk. de Trebecz apud Sternb. Urk. 35.*)

17. Wenceslaus rex — quod nos capellano nostro providimus, ut ad tempora vitae suae de moneta, quae fabricatur et fabricari contigerit in civitate nostra Brux, de portione nos in eadem moneta contingente, 15 solidos breves dentur; et dari eos volumus eidem per magistros ejusdem monetae vel procuratores nostros, si eam tenuerimus nosmet ipsi, quicumque ibidem pro tempore fuerint, qualibet septimana, ita quod 39 talenta denariorum dicto . . . quam diu vixerit, cedant integraliter annuatim. Et si forte ferrum monetae, quod nunc est in civitate praefata, transferri contingeret ad alium locum, nihilominus volumus, ut de moneta, quae fabricabitur ibidem, dicto . . . dentur 5 solidi qualibet septimana, et quod sic 39 talenta sibi anno quolibet compleantur. Quare universis magistris monetae, qui a nobis idem ferrum conduxerint, vel procuratoribus, quos ibidem instituerimus, damus in mandatis, quatenus dicto (capellano) de portione nos in dicta moneta contingente persolvant omnino 15 solidos breves qualibet septimana; itaque 39 talenta solvantur sibi quoad vixerit, annuatim.

(*Sternberg II. 238, Voigt, Emler 2324.*)

18. Wenceslaus rex „ecclesiae S. Wenceslai in Grecz notariam monetae in Oppavia et decimam decimae Nostrae provenientis Nobis de aurifodinis in Werningesrode confert. Quilibet ipsius ecclesiae plebanus notariam monetae in Oppavia habeat et possideat, decimam decimae Nostrae de aurifodinis in W. provenientis exigat et recipiat.“

(*Emler II. 2544, 2457.*)

19. Urboram Nostram et insuper montanis Nostri auri Ilaw ac aliis omnibus aurifodinis regni Boemiae tam inventis quam inveniendis, una cum moneta cudendi nummos aureos sub illa forma et modo, quibus tales in regno Boemiae antea fieri consuevit etc.

(*Formula e Cod. Trebon. C. 3: Form. II. 10.*)

20. Nos Wenceslaus rex B. et marchio M . . . quod fabricam monetae in Clatovia H . . . de . . . et illi, si quem ad hoc sibi idem H . . . socium adhibebit, ac heredibus ipsorum duximus hereditarie concedendam, volentes, quod si ferrum de dicto loco magistris monetae, qui pro tempore fuerint, propter ali-



quam necessitatem vel utilitatem vel quemcumque alium modum ad aliam civitatem Pilznensis provinciae transtulerint, seu quocumque modo idem ferrum vel ferramentum in alia civitate locatum fuerit, nihilominus dicti H. et socius ipsius et heredes eorum fabricam in eadem civitate, ad quam ferrum translatum fuerit vel locatum, debeant pacifice et sine contradictione aliqua possidere, omniaque jura ad ipsam fabricam spectantia percipere libere atque plene, strictissime inhibentes, ut magistri monetae ipsum H. . . in juribus, quae hii qui fabricam eandem hactenus tenuerunt, consueverunt percipere, impedire praesumant.

(*Cod. Zdenec. de Treb. Emler 2326. — Sternb. 36.*)

21. — — quod Haynrico,“ civi de Piesk, propter merita, quae nobis fecit et facere poterit in futurum, fabricam monetae in eadem civitate Piesk concessimus, quamdiu nos vixerimus, possidendam, cum omnibus juribus ad ipsam rationabiliter spectantibus et quae spectaverunt temporibus olim patris nostri. Nullus ergo subditorum nostrorum ipsum H. vel suos heredes in ipsa fabrica molestare praesumat.“

(*Eml. II. 2329.*)

22. Nos Wenceslaus rex „quod iudicium et monetam in . . . dilecto fideli nostro, suis exigentibus meritis, hereditarie concessimus possidendum, volentes, ut ipse et heredes sui legitimi dictos proventus deinceps percipiant et libere percipere valeant.“

(*Zdenko de Trzebecz. Eml. II. 2330.*)

23. Wenceslaus — „dilecto fideli H. et heredibus ipsius legitimis“ concessit fabricam monetae in . . . . perpetuo possidendam.

(*Emler II. 2325.*)

24. Novae monetae per Wenceslaum II. institutio.

(*Cod. j. b. I. 101.*)

25. 1319. Joannes rex —“ volentes monetariis nostris in Chutta gratiam facere specialem, ipsis ad salarium, quod hactenus habuerunt, unum parvum denarium de marca qualibet, quibus formam impresserint, addendum duximus, mandantes universis urborariis, ut ipsos monetarios in perceptione ejusdem denarii

unacum aliis denariis, quos hucusque nomine salarii perceperunt, de cetero non debeant aequaliter impedire.“

(*Orig. bibl. univ. Prag. Sternberg Urk. 52. Eml. III. 523.*)

26. 1341—1352. Nos Karolus recognoscimus etc., quod dilectos Nobis A(nastasium de Florencia) et C. gratia volentes prosequi et favore, ipsis — concedimus et favemus, ut quilibet eorum III marcas auri puri per examinatore[m] Nostrum examinati, sicut fieri consuevit in Nostra moneta, septimanatim praesentare habeant ad eandem et absque jure, quod Nobis inde deberet, aureos propriis suis laboribus vel sumptibus fabricare in suarum subsidium expensarum, quamdiu se erga Nos fideliter gesserint et Nobis eorum servitium fuerit placitum. — Et si plus auri uterque eorum, quam praedictas III marcas ad Nostram monetam posuerit qualibet septimana, exinde pro lucro Nobis debito seu jure Nostro volumus de marca qualibet in aureo contentari, mandantes devoto Nostro Jesconi, praeposito capellae ad Omnes Sanctos in castro Pragensi, et caeteris magistris praedictae monetae Nostrae aureae, quatenus praefatos A. et C. in dicta gratia nullatenus impedire audeant.

(*Summa Gerhardi 74.*)

27. Recognosco et testor, quod A(nastasio) Lombardo de Florentia conquerente super B(albinum) Lombardum de (Veneciis), sculptorem ferramentorum monetae Pragensis, etc.

(*Summa Gerh. 183.*)

#### Caroli IV. ordinatio de moneta.

1378. 2. Nov.

28. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemiae rex, et Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Bohemiae rex, notum facimus tenore praesentium universis.

Inter sollicitudinum curas innumeras, quibus in subditorum Nostrorum commoditatibus procurandis laboribus assiduis involvimur et fatigis, illud praecipue meditatione dignum occurrit, qualiter peculiaris regni Nostri Bohemiae subditorumque ejus, auctore Deo, Nostris temporibus instauretur utilitas et respublica feliciter disponatur. Sane ejusdem regni Nostri damnosa dispendia, quibus ex levitate monetae communis denariorum Pragensium,

tam in hallensibus quam in grossis, hactenus usque praesens universus populus Noster subjacuit, quantum Altissimus concedere dignatur, volentes tollere, et desuper felicis recordationis illustris quondam Johannis regis Bohemiae genitoris et avi nostri carissimi sequendo vestigia realiter providere, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed cum dicti regni Nostri Bohemiae principibus atque nobilibus, nostris fidelibus et subditis, pluribus consiliis repetitis et habitis, de certa scientia, super ordinatione, dispositione et observatione monetae regalis hujusmodi decernimus et statuimus, ac praesenti pro Nobis, heredibus et successoribus Nostris, Bohemiae regibus, irrevocabiliter perpetue valituro sancimus edicto, quod exnunc inantea magister monetae regalis Bohemiae qui est et pro tempore perpetuo fuerit, in cudendis grossis et hallensibus subscriptam dispositionem, modum et ordinem immutabiliter tenebitur observare:

Videlicet ad centum marcas argenti puri duodecim marcae de cupro, et non plus, superaddantur.

Et ex hujusmodi argento grossi Pragenses cudantur ea bonitate, grano sive coneo et pondere, ut videlicet septuaginta grossi unam marcam argenti legalem observent et habeant in argenti pondere et etiam bonitate.

Similiter hallenses ea bonitate cudantur argenti, ut duodecim hallenses unum de grossis praedictis faciant in argenti valore et debita bonitate, nec per monetarios praesentes et futuros perpetuo sic multiplicetur hujusmodi hallensium monetacio seu cusio, ut ex hac multitudine necessarium sit plures hallenses quam duodecim pro grosso solvi seu hunc meliorem hallensibus quomodolibet aestimari.

Insuper examinatores argenti et denariorum, tam in grossis quam hallensibus, qui versucher vulgariter nuncupantur, duos esse statuimus, ad quos pertinet et spectare debet omnimode providere, quod grossi et hallenses legales et boni cudantur, nec ultra quam superius dictum est, additamenti quidquam aliquatenus apponatur.

Horum itaque examinatorum unus, videlicet primus et principalis, per Nos, heredes et successores Nostros, reges Bohemiae, ad examinitoris officium hujusmodi statuatur et destituatur, prout regiae placuerit voluntati; alius vero per barones regni praedicti, praesertim illos, qui in singulis quatuor temporibus iudicio czude

praesident, vel majorem partem eorum, ad idem examinationis officium similiter deputetur et ab eodem removeatur, quoties fuerit opportunum.

Idem etiam examinatore secundus pro salario laboris sui a Nobis et post Nos quolibet rege Bohemiae pro tempore existenti, de regalibus pecuniis ab urberario regio qualibet septimana unam marcam grossorum, videlicet quinquaginta sex grossos habebit, quamdiu suum officium legaliter gubernabit.

Hi namque ambo examinatores jurabunt corporaliter, ut est moris, quod Nobis et successoribus Nostris, regibus Bohemiae, regno et coronae Bohemiae, nec non baronibus regni, pro ejusdem regni republica et profectu, in officio eis commisso fideles existant, quodque officio examinationis argenti et grossorum et hallensium praeesse velint, teneantur et debeant taliter, quod grossi et hallenses juste et legaliter cudantur, nec exeant de moneta seu distribuantur in ea, nisi prius per eosdem examinatores ad plenum examinati, probati et legales reperti sint secundum pondus, puritatem, coneum seu granum et bonitatem debitam, ut praefertur.

In casum vero, quod non legales et justis ponderis grossi seu hallenses ultra ordinationem Nostram praedictam forsitan cuderentur et negligentia sive culpa dictorum examinatorum veniret in publicum, super hoc examinatores iidem quoties fuerint accusati, coram Nobis et successoribus Nostris, Bohemiae regibus, nec non baronibus ejusdem regni iudicio czude singulis quatuor temporibus praesidentibus, comparere corporaliter teneantur, et (si) per coneum seu granum super bonitate et pondere grossorum et hallensium hujusmodi ordinatum et factum convicti fuerint, tamquam falsarii digno mortis supplicio puniantur.

Et ut falsitas argenti grossorum et hallensium hujusmodi facilius atque realius cognoscatur, statuimus et volumus observari perpetuo, quod quilibet baronum, qui iudicio czude sunt soliti praesidere, unum coneum seu granum hujusmodi in custodia sua retineat ad examinatorum praedictorum culpam seu negligentiam hoc casu et aliorum quorumcunque falsitatem suo tempore realiter convincendam et digno supplicio puniendam.

Et ne per Nos, heredes et successores Nostros, Bohemiae reges, praesens ordinatio, dispositio et statutum, prout expressantur superius, quae etiam pro Nobis, heredibus et successoribus

Nostris, Bohemiae regibus, in perpetuum observari bona fide promittimus, futuris temporibus aliquatenus inmutentur, sed potius irrevocabiliter perpetuo perseverent, praesentes literas multiplicari et baronibus regni Bohemiae reservandas tradi mandavimus, in praemissorum evidens testimonium, Majestatum Nostrarum sigillis de certa scientia roboratas.

Datum Praegae, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, Indictione prima, IV. Nonas Novembris, regnorum Nostrorum, Karoli imperatoris praefati anno tricesimo tertio, imperii vero vicesimo quarto, Nostrorum vero, regis Wenceslai praefati Bohemiae, anno sexto decimo, Romanorum vero tertio.

(*Sternberg Urk. p. 95.*)

List ciesaře Karla na mincí dělání, že mohau králové čeští minci dělati v zemi české, kdež se jim kolivěk zdáti a líbiti bude, a že má mince dělána býti, aby ke stu hřivnám stříbra čistého a holého dvanáct hřiven mědi přisazeno bylo skrze mincmeystra království českého, nynějšího i budoucího; a to nepohnuté zachováno býti má, aby groši z toho stříbra dělání byli, aby jich sedmdesat dobrú jednu hřivnu stříbra drželi, a dvanact haléřův k tomu rovných za groš aby jich děláno bylo. A proběři dva býti mají, jeden královský a druhý pánuov zemských, a též každý při každých suchých dnech pány v saudě zemském má zpraviti, tak-li se na to právo dělá čili nic; pakli sie jinak najde, nežby on zpravoval, že má upálen býti jako jiný falešník. Datum 1377.

(*Arch. Karlat., nunc Aulic. Vindobonense.*)

O minci: Králuov a císařuov list na mincí, aby ke stu hřivnám čistého stříbra více přísady nebylo než dvanácte hřiven mědi, tak aby sedmdesáte grošuov za hřivnu šlo a dvanácte haléřuov za groš. It. dva versuchary míti mají při minci, jednoho král a druhého páni, kteří na saudě sedají, a ti toho vsaditi i také ssaditi mohú, kdyžby chtěli.

(*Arch. V. 362.—. 1465—1466.*)

29. 1384. Universis et singulis magistris civium, iudicibus, consulibus, juratis, consulibus et communitatibus civitatum regni Boemiae, ad quas praesentes pervenerint, praesentibus cupio fore notum, quia decreti ac intentionis ser. domini nostri, Romanorum

et Boemiae regis et consiliariorum suorum, nec non consilii Majoris civitatis Pragensis existit, ut propter rei publicae commodum et profectum atque regalis incrementum honoris, universa per civitates vestras parva antiqua deleta, novi dumtaxat majoris et minoris monetae denarii nigri quadratae figurae per fora singula cursum habeant, omnisque aliena moneta sub poena certa transgressoribus per vos auctoritate et nomine regio effectualiter infligenda penitus exstirpetur. Siquidem primum magister civium civitatum vestrarum omnes antiquae albae monetae denarios, puta Rotlebi pariter (et) Kapleri, per coemptionem congregans, Pragam in IV temporibus proxime affuturis cum eisdem ad cambium veniat, pro marca antiquorum Rotlebi triginta grossos et antiquorum Kapleri triginta sex grossos parata in pecunia percepturus. Et ne carentia praedictae novae parvae praesentis monetae vobis aliqua praestet incommoda seu damna, auctoritate regia dilectioni vestrae praesentibus firmiter praecipio et injungo, quatenus quantum unicuique civitatum vestrarum opus fuerit de habendis parvis denariis monetae supradictae, Pragam in IV temporibus, ut praemittitur veniens, in cambio recipiat, grossos pro eisdem sub certo et competenti termino soluturus. Aliud non facturi regalis gratiae sub obtentu.

Dat. in Hradek, dominica qua cantatur Ad te levavi a. D. MCCCLXXXIII.

(*Orig. capit. Prag.: Formelbücher II, 169.*)

30. Na mincí dělání. Krále Vacslavuov list německý na túž minci, kterýž pokládá, že ke stu hřivnám stříbra holého šedesát čtyry hřiven mědi přísady dané býti má a k dobrým penězóm aneb halěróm ke stu hřivnám stříbra dobrého a holého půl druhého sta mědi přísady dáti. Jehož datum anno Dom. 1407.

(*Archiv Karlst.*)

31. (Wenceslaus rex) dat mag. Albico cambium in civitate Czaslaviensi, ut cunctis vitae suae temporibus eidem cambio praeesse, monetam ibidem dativam tam parvam quam magnam cambire, ipsumque cambium omni eo jure, dispositione et ordine tenere, regere atque possidere debeat, quibus illud certi campsores, praedecessores sui, tenuerunt et rexerunt.

(*E Cod. Trebon. C. 3. Form. II. 10.*)

## Caput septimum.

### Civitates et jus municipale.

1. Privilegia civitatibus regiis a Wenceslao II. rege concessa. 1285. 24. Maji.

Wenceslaus (II) Dei gratia rex Boemiae et marchio Moraviae . . . statuimus et praesenti lege perpetuo duratura sancimus:

1. Ut dicti cives ad nullum alium respectum habeant vel habere debeant, quam ad Nos et Nostros, quos divino munere sortiemur, heredes, et Nobis ac Nostris heredibus fidem puram constanter conservent, cum perseverantia sincerae devotionis obediant et subsistant, nec non et quod viventes invicem concorditer pacem colant, venerentur justiciam (sine quibus nil unquam durable potest esse) atque illius societatis beato vivant vinculo cuniti, ut quicquid gratitudo prosperitatis adduxerit vel casus adversus infixerit, communi et aequali participio sorciantur.

2. Si civitati cuiquam dampnum aliquod ingeretur, id ipsius civitatis cives ad Nostram deferent audientiam cum querela, de quo si eidem civitati satisfactionem condignam facere non poterimus exhiberi contumacia illius, qui damnum intulit, Nobis et justitiae non parente, volumus, ut de consensu et subsidio Nostris congregatis aliarum civitatum viribus eundem hostiliter impetant et ad satisfaciendum Nobis pro contumacia et ipsis pro damno violenter inducant et capiant, si poterint, de persona.

3. Si aliquis baro vel miles aut ipsorum serviens spoliis, rapinis, incendiis, justae probationis certitudine offendisse probatur aliquam civitatem, a Nobis cum querela petetur, ut de ipso laesae civitati exhiberi faciamus justitiae complementum.

Qui citatus si juri parere noluerit, liceat eum de persona ipsius civitatis ciuibus, si tamen consensus Noster aderit, detinere, donec per ipsum secundum Deum et justitiam satisfactio condecens tam de commisso scelere, quam de contumacia praebetur.

4. Cives, ad quorum civitatem se contulerit in altera civitate proscriptus, quam primum eis de certo constiterit eum fore proscriptum, statuimus, ut ipsum detineant de persona, et quod nobilium vel servorum in judicio terrae proscriptorum nomina per universas civitates et singulas in scriptis iudicibus et consulis assignentur.

5. Nobilem, contra quem civis in provinciali judicio secundum terrae jus causam obtinuit vel evicit, si causae ipsius executionem ipso nobile praepediente non poterit assequi civis idem, liceat ei, Nostro tamen consensu praehabito, in quacunque civitate ipsum invenerit, vel ipsius homines detinere.

6. Statuimus quoque, ut civis, qui se famulatu servitioque baronis addixerit, ad monitionem iudicis cum bonis suis omnibus exire debeat civitatem.

7. Discordiam inter cives alicujus civitatis ante harum Nostrarum promulgationem sanctionum exortam cives aliarum duarum civitatum sopire amicabiliter teneantur, salvo verum tamen jure Nostro. Quod si non poterint Nobis assentire nolentes concordiae, accusabuntur, ut animadvertamus in ipsos, prout regula exigit aequitatis. In posterum vero discordias, quascunque in civitatibus oriri contigerit, Nostro juste sopiendas arbitrio reservamus.

8. Placet Nobis, ut omnes regni Nostri civitates suis antiquis juribus uti valeant et consuetudinibus approbatis, dummodo per ea nil contra Nos vel Nostram familiam (quod indecens sit vel incongruum) valeat evenire, et praecipue contra praesentes honestissimas sanctiones, contra quas quicumque in regno Nostro degens praesumpserit aliquid attemptare vel ipsas in minimo violare, eum ex deliberato fidelium Nostrorum consilio, animadversione debita, secundum civitatum jura et cum ipsarum civitatum auxilio taliter puniemus, quod terrori esse poterit singulis et exemplo etc.

Act. Pragae a. d. MCCLXXXV, IX. calend. Jun. XIII indict.

(*E libro civ. Colon. super Albea typis exc. Emler II. 1346. — J. Čelakovský I. 6.*)



2. Libertates nonnullis civitatibus Boemiae per regem Romanorum Albertum et Fridericum ducem in castris ante Opatowicz die 5. Oct. 1307 concessae.

Albertus, Rom. rex ꝛc, et Fridericus, dux Austriae et Stiriae, dominus Carniolae Marchiaeque et Portus Naonis, notum ꝛc, quod cupientes omnia et singula facere, quae singulis istarum ciuitatum Grecz, Jermer, Chrudim, Mutha et Policz nouimus esse congrua et eorum profectibus profutura, ipsas in Nostram recipientes gratiam (et) protectionem.

1. Primo volumus et promittimus, vt nullum ciuium dictarum ciuitatum, qui fideiussores habere potest uel certam residenciam possessionum, quae possessio aestimatur ad quinquaginta marcas argenti, contra formam juris detinere uel capere aliquam debeamus.

2. Item volumus, ut camerarius Noster nusquam in aliqua ciuitate super causis iudicandis iudicio praesidere debeat, nisi in illa ciuitate, in qua causae sunt subortae, sicut in literis principaliter continetur plenius.

3. Item si camerarius Noster iudicibus et dictarum ciuitatum ciuibus dederit in mandatis, ut causas cuiuscunque facti in ciuitate subortas non debeant iudicare et de eisdem causis nulli facere iusticiae complementum, nichilominus volumus, ut ipsi iudex et iurati praedictas causas iudicent et facient de eis iusticiae complementum, sed in formam juris ciuitati prioribus temporibus approbatam, exceptis tribus causis, videlicet falso, stupro et praesumpcione temeraria, quae heimsuchung vulgariter dicitur, quas tres causas iam dictas volumus per Nostrum camerarium iudicari.

4. Praeterea dictis ciuibus duximus huiusmodi gratiam faciendam, ut nullam collectam uel steuram Nobis dare et exsoluere teneantur, sed solum censum exsolvent de hereditatibus, quas ad ipsas ciuitates per regem habent mensuratas; salvo hoc etiam, quicumque rex filiam vel filias suas duxerit maritali copulae coniungendas, extunc volumus ut homines ciuium in villis residentēs collectam uel steuram exsoluere debeant, quam homines nobilium terrigenarum dabunt et exsolvent, videlicet de laneo fertonem, quatuor grossos denarios computando pro fertone; item artifex mechanicus lotonem; item de quolibet molendino integro

fertonem; item de parvo molendino lotonem, ipsum ad amplius subsidium nullatenus compellentes.

5. Item volumus et promittimus, ut praesens moneta tam in grossis quam in parvis denariis in suo valore debeat perpetuo conservari.

6. Item volumus, ut quicumque ducens argentum de Monte Cuttna, si infra unum miliare sibi argentum per urburarios uel magistros monetae receptum fuerit, extunc pro qualibet marca sibi recepta quadraginta duo grossi denarii restituantur eidem eodem termino, quo sibi argentum receptum esse dinoscitur praenotatum. Si vero idem ducens argentum ultra unum miliare a dicto Monte Cuttna venerit, extunc nullus debet ei recipere argentum vel ipsum in aliquo conturbare.

7. Item volumus, ut ciues mercatores et hospites regnum Boemiae intrantes vel exeuntes libere et secure argentum ducere debeant et portare, cautela hujus(modi) adhibita et expressa, quod si dictis civibus mercatoribus vel hospitibus de aliis terris vel civitatibus circa Montem Cuttnam transeuntibus argentum ipsorum per praedictos urburarios vel magistros monetae receptum fuerit, si idem cives mercatores vel hospites testimonio proborum virorum ostendere poterunt et probare, quod argentum eis receptum de aliis terris uel civitatibus secum duxerint vel portaverint, extunc eis dicti urburarii vel magistri monetae argentum restituere sine difficultate qualibet teneantur.

8. Praeterea dictis civibus duximus hujusmodi gratiam faciendam, ut nobiles et terrigenas terrae pro debitis ipsis civibus non solutis, per camerarium sive nuncium beneficiariorum, assumpto sibi camerarii vel vicem eius gerentis nuncio conditionis militaris, ad iudicium terrae citare debeant.

9. Sub numero decem marcarum argenti singulis annis in quatuor temporibus, itaque diebus integris et completis dictorum quatuor temporum, a mane usque ad vesperam, dicti nobiles et terrigenae juxta formam citationis superius expressam citari possunt; et apud quoscumque nobiles et terrigenas dicti cives jus suum obtinuerint pro debitis suis et fuerint assecuti, ex tunc res mobiles dictorum nobilium determinate licite et libere poterunt etiam occupare, ut eis eorum debita exsolvant.

10. Praeterea si aliquis ex dictis nobilibus terrigenis sine heredibus decesserit, debitis creditoribus suis non solutis: ex tunc ille vel illi, qui se de hereditatibus illius, qui decessit, intromiserunt, debita dictis creditoribus exsolvere teneantur.

11. Praeterea si aliquis camerarium Nostrum rogaverit, ut sibi adversarium suum citare pro suis causis debeat et facere justiciam de eodem, si ipsi civi citanti non fuit prius jus denegatum a suo iudice et juratis: ex tunc volumus, quod civis citans jus suum debeat perdidisse.

12. Item volumus, ut lapides, ex quibus comburitur cimentum, et alii lapides necessarii ad domos in civitate construendas, et arena, argilla, quae sunt necessaria ad civitates, ducantur impedimento quolibet non obstante.

13. Item volumus, ut a qualibus dictarum civitatum ad distantiam unius miliaris nulla thaberna atque artifex mechanicus habeatur.

14. Praeterea omnia privilegia, libertates, gratias et omnia jura in eisdem privilegiis contenta atque scripta, quae dictarum civitatum cives ab illustribus principibus, quondam Boemiae regibus, antecessoribus Nostris, habent et habere noscuntur, rata et grata habentes volumus inviolabiliter observare.

15. Item civibus civitatis Greczensis speciali de favore quo ipsos amplectimur, silvam ante foras civitatis eiusdem propinque adiacentem, nuncupatam vulgariter boronem, cum fundo contulimus perpetue et libere possidendam atque in ipsorum usus committendam.

16. Item volumus et permittimus, ut in praedicta civitate sit et esse debeat depositio in mercimoniis et aliis rebus, quae dicitur vulgariter niederlage.

17. Praeterea volumus et permittimus in praedicta civitate Grecz annuale forum in nativitate beatae Marie Virginis liberum per quatuordecim dies. Omnes, qui illuc transeuntes cum mercibus quibuscunque per bona regia et nobilium sine theloneo in reditu et exitu transire per hos quatuordecim dies libere debent, impedimento quolibet procul moto. Insuper praedictis civibus indulgemus, quod libra plumbi in civitate sua de cetero gaudeant et utantur.

Dat. in castris apud Opatowicz III non. Octob. a. d. MCCCVII, regni vero nostri Romani praedicti anno X.

(*Bienenberg, Gesch. der Stadt Königgrätz 92. — Emler II. 2149. — Elisabeth regina privilegia antescrpta a. 1308, die 18. Aug. confirmavit. Eml. II. 2174.*)

3. Privilegium olim Teutonicorum Pragensium civibus Majoris Civitatis Pragensis a rege Joanne 1316. confirmatum et auctum. 1319. 27. Julii.

Nos Johannes Dei gratia Boemiae et Poloniae rex ac Luzenburgensis comes.

Ad universorum etc., quod constituti in Nostra praesentia fideles Nostri cives Majoris Civitatis Nostrae Pragensis, Nobis exhibuerunt quoddam privilegium illustris domini Ottakari, quondam regis Boemiae, praedecessoris Nostri, cum instantia postulantes, ut privilegium ipsum et singula contenta sub ipso dignaremur de innata Nobis clementia confirmare.

Tenor vero privilegii ipsius, quem de verbo ad verbum inseri fecimus praesentibus, per omnia talis est:

(*Sequitur privilegium Ottacari regis ab anno 1274. — Codex j. B. I. N. 65.*)

Nos quoque Joannes, Dei gratia etc., praesens privilegium et singula contenta in ipso, sicut rite et rationabiliter concessa et provide facta sunt, innovamus, approbamus et auctoritatis Nostrae regiae patrocinio confirmamus.

Et ut cives Nostri praedicti etiam per Nos consolationem recipiant ampliorem, subscripta praemissis gratiis adicimus, promittentes rata et firma habere ac observare, quaecumque ipsis in Nostris literis promisimus quibuscumque.

Spondemus denique, omnes eos nobiles et alios, qui civibus ipsis suas patentes super debitis et aliis rebus quibuscumque deriderint literas, ad observationem eorum, ad quae ipsi se obligaverunt, sine strepitu iudicii compellere et tenere.

Volentes, ut si civium aliquis (quod absit) captivatus fuerit, quod nisi pro tredecim parvis debeat liberari.

In cujus concessionis, innovationis et confirmationis Nostrae testimonium et robur praesentes fieri et sigillo Maj. Nostrae jussimus communiri.

Actum et datum Pragae, per manus venerabilis Joannis Wissegradensis. ecclesiae praepositi, regni Boemiae cancellarii, principis Nostri dilecti, VI. kal. Augusti a. D. 1319, regnorum Nostrorum anno nono.

*(Liber vetustissimus privilegiorum Vetero-Pragensis, nunc arch. civ. Praagensis. — Codex msc. Musci boem. 23 C. 2. — Typis exscripsit Jar. Čelakovský: Codex juris municipalis I. 12.)*

4. Sublevationes civitatibus regiis a rege Joanne concessae. 1337. 5. Julii.

Nos Johannes dei gracia Boemiae rex ac Lucemburgensis comes.

Ad universorum noticiam volumus tenere praesentium devenire, quod cupientes dilectorum Nobis civium ciuitatum subscriptarum, scilicet Pragensis Minoris, Slanensis, Lunensis, Melnicensis, Luthomericensis, Uskensis, Pirnensis, Pontensis, Sacensis, Cadanensis, Slakenwerdensis et Cubitensis, qui temporibus retroactis per expensas excessivas, quas subcamerarii, qui pro tempore fuerunt, in praedictis ciuitatibus quandoque sine causa fecerunt, sunt plurimum aggrauati, commoditatibus effectualiter prouidere, statuimus, sancimus et tenere praesentium decernimus, mandantes haec inantea firmiter observari:

1. Ut subcamerarius, qui inantea fuerit, debeat ciuitates supradictas ad causas aliquas in ipsis ammodo iudicandas et super quibus ad eum fuerit appellatum, sub expensis et sumptibus propriis visitare, nullas expensarum procuraciones ab eisdem civibus de cetero exigendo.

2. Praeterea cives civitatum praedictarum a datione pannorum Yprensium et munerum, qui et quae ab eis, quotiens quis ad idem subcamerariatus officium per Nos institutus fuerit, ex consuetudine tantummodo inducta et per Nos seu praedecessores Nostros, reges Boemiae, usque modo minime approbata exigi et recipi consueverunt, benigniter supportamus, ita quod ad dationem pannorum eorundem seu munerum ipsi subcamerario, qui pro tempore fuerit, faciendam non sint de cetero aliquid obligati.

3. Volumus etiam, ut cives seu jurati civitatum praefatarum, qui se laudabiliter conseruarunt, possint et debeant pro quolibet anno statuto triennio de consilio seniorum et communitatis civium civitatis cujuscunque alios juratos eligere, ita quod

semper sex personae de prioribus juratis pro consilio remaneant cum eis, quos pro eodem anno de novo duxerint eligendos, qui etiam sex pro anno tercio immutari debebunt.

4. Praeterea decernimus, quod cives seu jurati civitatum praedictarum habeant homicidia et quaslibet alias causas, casibus et causis Nobis ab antiquo reservatis dumtaxat exceptis, praesertim super quibus ad Nos vel ad ipsum subcamerarium appellatum non extiterit, judicandi juxta jura ipsorum civilia plenam et liberam inantea potestatem.

5. Insuper volumus, ut universi et singuli, qui bona quaecunque antiquitus ad civitates praedictas mensurata possident, debeant contribuere de eisdem cum dictis civitatibus et civibus in ipsis residentibus ad onera quaelibet supportanda, litteris Nostris de exempcione hujusmodi cuipiam per Nos datis non obstantibus, quas praesentibus revocamus, firmiter statuentes, ut hii, qui super terram bona aliqua tenuerint, hereditaria seu libera, et in praedictis civitatibus suam fecerint mansionem, talem de eisdem bonis liberis ad supportandum eo levius id, quod civitatibus incumbit, contributionem facere debeant, qualem consilium civitatis duxerit arbitranda.

Harum Nostrarum testimonio literarum.

Datum Praegae in crastino sancti Procopii anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

(*E libro privilegiorum civit. Lunensis typis excerpit J. Čelakovský Cod. Jur. munic. I. 29. — Ejusdem tenoris litterae emanatae sunt etiam civitatibus regni: Grecz Reginae, Muta Alta, Chrudim, Polička, Jaroměř, Časlav, Oclonia, Kúřim, Nymburg, Verona, Plzeň, Klatovy, Střebro, Tachov, Domažlice, Sušice, Plsek, Budějovice*).

5. Fundatio Novae civitatis Praegensis a. 1348.

Karolus dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Universis praesentes literas inspecturis gratiam cum plenitudine omnis boni.

Ad exaltationem felicitatis, additamenti et ampliacionis civitatis Nostrae Praegensis, quam Novam Civitatem Praegensem titulanda et quam certis finibus duximus dilatanda, prout in Nostris super hoc editis literis serius continetur, ipsiusque continua incrementa, omnes et singulos christianos, qui in dicta

civitate elegerint incolatum, ab omnibus et singulis taliis, collectis, angariis, parangariis ac aliis impositionibus et exactionibus quibuscunque et quocunque nomine nuncupentur, de bonis quae in dicta Nova Civitate duxerint apponenda, usque ad duodecim annos, Judaeos vero et qui de quibuscunque regionibus et orbis partibus ad dictae Novae Civitatis venient incolatum, ibidem domicilium eligentes, illis tamen duntaxat exceptis, qui in Antiqua Civitate Pragensi morantur, quod antiquam negligere nolumus propter novam, et ibidem domos et aedificia lapidea sufficienter et idonee construere studuerint, usque ad duodecim annos etiam de speciali Nostrae munificentiae gratia eximimus, absolvimus penitus et quittamus, ut usque ad dicta tempora completa super his a quocunque nullatenus impetantur. Quibus finitis temporibus praefati incolae et habitatores ac Judaei naturam incolarum et habitatorum ac Judaeorum Civitatis Antiquae quoad haec sortiantur. Item volumus, quod brasiatoria, siccatoria, braxatoria, currifices et malleatores cujuslibet stanni nec non fabri cujuscunque conditionis existant, ordinatis tamen ad opus et usus equorum et armaturas facientibus duntaxat exceptis, ad dictam Novam Civitatem infra annum sub Nostrae indignatione celsitudinis transferantur. In quorum testimonium praesentes scribi et sigilli Majestatis Nostrae munimime jussimus roborari.

Datum Pragae a. D. 1348, indictione prima, VIII. id. Mart. regnorum Nostrorum anno secundo.

(*Pelzel, Karl IV. Urk.*)

6. Jus regale civitati Bavoroviensi imperitum. Ca. 1360.

Cives jurati totaque communitas civitatis B. fideles Nostri dilecti in Nostri praesentia personaliter (constituti) Nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis de innata Nobis pietate jus regale donare, concedere ac dictam civitatem graciosae libertate dignaremur.

Nos itaque consideratis probitatis eorum meritis, quibus Nobis et praedecessoribus Nostris fide pura et indefessis obsequiis actenus complacuerunt, ad prosecutionem ipsorum profectus et commodi benignis affectibus inclinati ac petitionibus ipsorum utpote racionabilibus merito annuentes, animo deliberato ipsis et eorum futuris successoribus praefatum jus regale con-

cessimus et concedimus, donavimus et donamus ac dictam civitatem libertavimus et libertamus, in hiis scriptis decernentes, ut iidem cives omnesque et singuli utriusque sexus incolae et inhabitatores dictae civitatis universaliter, qui nunc ibi sunt aut successores ipsorum universi, omnibus et singulis juribus, libertatibus, emunitatibus, graciis et quibusvis aliis consuetudinibus fruantur et ad plenum gaudeant, quibus civitas regalis (Budějovice) et ejus incolae hucusque freti sunt seu quomodolibet ponuntur ad praesens vel utentur quovis modo in futuro, hoc salvo, quod omnia et singula jura et onera, quae praefata civitas B. et ejus incolae Bohemiae regibus consueverunt solvere, ad eadem jura et onera praedicti cives et universitas in B. Nobis et Nostris successoribus sint astricti.

Caeterum volumus et concedimus, quod quicumque praedictorum civium Nostrorum ibidem in B. corporalem obtinens residentiam, extra ipsam civitatem in villa Nostra quacunque hereditatem aliquam seu bona alia quaecunque mobilia seu immobilia habuerit, praedicta omnia eodem jure, ut praemittitur, libere tenebit, solum robotas, quascunque alii incolae villae ejusdem Nobis facere debuerunt, totidem et praedicti cives de ipsorum hereditate Nobis robotizare seu ducere tenebuntur.

Praeterea de gracia speciali ipsis concedimus praesenti indultu decernentes, quod quodcumque et quocienscumque expeditio generalis vel particularis intra vel extra terram proclamabitur et cives praefatae civitatis regalis in B. ad eandem equitare et currus stipendiare debuerint, Nos dictos cives Nostros de B. ab hiis duobus oneribus supportatos habere volumus et solutos.

Verumtamen si Nobis aut Nostris successoribus adversus hostes in terra seu in limitibus terrae Bohemiae ardua necessitas (quod absit) ingruetur, iidem cives in B. corporibus ipsorum propriis prout et alii Nostri cives et oppidani sine quavis renitentia et contradictione Nobis et Nostris successoribus suffragari tenebuntur et in stipendiis curruum extra terram aliis civibus et oppidanis Nostris se debeant per omnia conformare.

Postremo statuimus et praesenti sancimus edicto, quod si umquam in causis, litibus, controversiis, materiarum quaestionibus vel aliis quibusvis judiciariis actibus tales ambiguitates



seu obscuritates intervenient aut occurrent, quae propter iudicis et juratorum in B. ignominiosam simplicitatem diffiniri vel terminari aut decidi non possint, volumus, quod super hiis ad iudicem et juratos civitatis in B. pro declaratione recipienda recurratur, quodque omnia praemissa juxta dictorum iudicis et juratorum in B., praesentium vel futurorum, adinventionem et arbitrium iudicentur.

In eventu autem, quo alicui parti adinventio ipsorum iudicis et juratorum in B. displiceret, ne dominio Nostro per id derogetur, decernimus, ut ab adinventione ad Nostram et Nostrorum successorum audientiam licite possit appellari.

Nulli quoque hominum liceat, hanc Nostrae donationis, concessionis et libertatis paginam infringere aut ei ausu temerario quomodolibet contraire; si quis autem haec attemptare praesumpserit, furerem Nostrae indignacionis se noscat incurrisse.

(*E cod. man. bibl. univ. Prag. Tadra, Rukopisy formulařů. Formae epistolarum.*)

#### 7. Jus miliare.

1330. Nos Joannes rex . . . affectantes dilectorum Nobis civium Civitatis Nostrae Minoris Pragensis uberioribus augmentis intendere, gratiose volumus et statuendo ordinamus, quod de civitate ipsa ad unius miliaris spatium nulla taberna in aliqua villa haberi debeat vel servari, quodque omnes opifices seu mechanici foris civitatem habitantes, quorumcunque sint subditi, onera sive contributiones seu collectas quascunque cum ipsis civibus perferre et contribuere debeant et etiam teneantur; et si in hoc ipsi opifices vel mechanici renitentes forent aut rebelles, ipsis civibus ut eos ad hoc arceant et tabernas quae contra Nostram praesentem inhibitionem habentur forsitan, destruant et removeant, damus praesentibus potestatem. . .

(*Ex confirm. Caroli. Pelzel, Karl VII.*)

1376. 4. Jan. Karolus — Volentes conditionem civitatum Nostrarum regalium Boemiae, vid. Cadan, Brux, Sacz et Luns, fieri meliores, regia auctoritate Boemiae . . . inhibemus, quod non liceat alicui cauponi, tabernatori aut cuicumque personae infra spatium unius miliaris theutonici a dictis civitatibus circumferentialiter computando, in quibuscunque villis et locis pro venditionis aut emptionis usu brasium facere, cerevisiam braxare, pro-

pinare vel vendere, quovis ingenio seu colore quaesitis; et quod similiter nemo de braseatoriis, braxatoriis seu tabernis inconsuetis extra dictum miliare ubicunque situatis et ab olim rite non servatis ad villas et loca infra praefatum spatium situatas seu situata brasium aut cerevisiam adducere, seu cuiquam ibidem vendere nullatenus possit aut debeat in dictarum civitatum praejudicium aut jacturam; quodque nulli fabro, pistori, sutori, sartori aut alterius operis mechanico seu operario, cujuscumque conditionis existat, infra dictum miliare artificium suum liceat in dictarum civitatum praejudicium exercere; fabris tamen ruralibus, sine quibus villae rurales pro necessitate equorum et araturis subsistere commodo non possunt, exceptis.

(*Ex orig. Pelzel, Karl CCCXXI.*)

#### 8. Formatio oppidi ad instar regiae civitatis.

1348. 16. Aug. Karolus rex . . decernimus et perpetuo sancimus edicto, quod oppidum monasterii Brawnviensis Brunow nuncupatum, situm in metis versus Poloniam, universi quoque cives, incolae et habitatores ipsius, praesentes et posteri, mares et faeminae, juvenes et adulti, exnunc in antea omnibus juribus, consuetudinibus, honoribus, libertatibus et gratiis, quibus regiae civitates, utpote Grecz et Glacz, hactenus fretae sunt, perpetuis temporibus gaudere debeant et potiri, et sub umbra regiae Majestatis in ipso oppido et extra, ubicumque locorum fuerint, ab omnibus fidelibus Nostris tanquam caeteri regales homines et nominatim dictarum civitatum Grecz et Glacz in judiciis et extra ac omnibus et singulis agendis ipsorum in quacumque causa et negotiis quibuscumque omni sinceritatis affectu et promotione tractari et ejusdem juris, libertatis et gratiae haberi, teneri et ubilibet reputari, quibus supradictae civitates hactenus fretae sunt et hodie potiuntur.

(*Ex orig. civ. Braumov. Pelzel, Karl XLVI.*)

#### 9. Concessio fundatiōnis oppidi forensis.

1349. 11. Julii. Karolus — Abbati et conventui monasterii S. Coronae ordinis Cisterciensis de regiae potestatis plenitudine auctoritatem et potestatem concedimus in villa monasterii, quae Plana dicitur, oppidum forense erigendi, forumque omnium

rerum vendibilium, ponderis, numeri et mensurae ibidem admit-  
tendi die Sabbatis cujuslibet septimanae, decernentes, quod  
supradictum oppidum forense in Plana omnibus judiciis, cippo,  
patibulo, juribus, gratiis, libertatibus, immunitatibus et commodis  
perfrui et gaudere debeat, quibus oppida caetera seu oppidani  
regni Nostri Boemiae hactenus freti sunt et quomodolibet potiuntur.

(*Ex orig. mon. S. Coronae. Pelzel, Karl I. VIII.*)

#### 10. Jura municipalia per Boemiam.

##### A. Jus Magdeburgense civitatis Lutomeri- censis.

Intendentes commodo et honori civitatis Nostrae (Lutomeri-  
censis), petentibus Nostris civibus, jus civitatis Magdebur-  
gensis infra districtum sive murum civitatis Nostrae ab eisdem  
desideratum, ipsis atque eorum posteris concessimus indulgendo.  
(Voigt CIX.)

(*Heinricus dictus Rex, testis hujus diplomatis, temporibus regis Wen-  
ceslai I. viguit: 1248 Jindřich král; 1249 Heinricus Rex dictus de Luthomeritz  
1253. 1. Januarii Henricus Rex dictus et filius ejus. Johannes. Erb. Reg. I.*)

1237. Nos rex Bohemorum Wenceslaus civibus municipali  
jure residentibus in Rudnic oppido auctoritatem damus, ut tam  
in causis criminalibus quam etiam civilibus secundum Litho-  
mierzicensis et aliarum Nostrarum civitatum consuetudines, quae  
jure theutonicali in regno Nostro incoluntur, sententias ferendi  
et eas executioni mandandi plenam habeant potestatem.

(*E copia arch. Rudnic. Emler II. 2824.*)

1261. Ottocarus II. ad instantiam abbatis et conventus  
Oppatoviensis civitatem Przelucz ad ditionem monasterii spec-  
tantem omnibus juribus et libertatibus civitatum ad instar regi-  
arum urbium Colonii et Kurimii impertivit, ejusmodi inquam  
jura concessit, qualia quantaque habet Magdeburgensis civitas  
(*Dobner Mon. IV. 83.*)

1325. Joannes rex . . . „Ad universorum notitiam volumus  
tenore praesentium devenire, quod Nos dilectorum Nobis civium  
Nostrorum Luthomericensium commoditatibus providere et eos  
ab indemnitatibus, prout Nostra interest, praeservare de beni-  
gnitate regia cupientes, omnia et singula illustrium principum,  
divae memoriae dominorum quondam Wenceslai (I.), Ottakari (II)

et Wenceslai (II.) soceri nostri, praedecessorum Nostrorum, regum Boemiae, privilegia eis super quibuscunque juribus, libertatibus, immunitatibus et consuetudinibus data et concessa, cujuscunque tenoris sint, et etiam singula, sicut rite et rationabiliter per eos indulta sunt, ratificamus, approbamus, et tanquam tenor eorum praesentibus inscriptus sit, innovamus et ex certa nostra scientia confirmamus. 2. Volentes ut ipsi cives juribus, libertatibus ac consuetudinibus Magdeburgensibus, quibus ab antiquo freti sunt, frui in antea perpetuo debeant et gaudere. 3. Et ad eos per omnes et singulas civitates regni nostri Boemiae quae eisdem utuntur juribus, super dubiis sententiis definiendis debeat haberi recursus, sicut hactenus fieri est consuetum.

(*E confirmatione Caroli IV. ab a. 1348, cujus originale servatur in archivo civitatis Lutomerio. — Pelzel, Carl IV. Urk. LI.*)

Balwinus civis Pragensis, bonorum reginae in Sczech villicus, bona in Buttowicz, Nynonicz et Kossierz (apud Pragam) locat jure emphiteutico seu theutonico, quod in vulg. purgkrecht nuncupatur . . „In causis judiciariis homines dictarum villarum utentur Jure Meydenburgensi et in eisdem a Minori Civitate Pragensi jura habent et requirunt.“

(*Tab. curiae reg. — Emler III. 73.*)

#### Sententiae Lutomericenses saec. XIVmi:

Advocatus et jurati cives in Luthmericz: Judici et juratis civibus in Grecz: Wir teilen czu eynem rechten alz unz dy von Lutmericz gelart haben. — Jurati et scabini in Altamuta: De Lautmericz.

(*Gaupp, Deutsche Stadtrechte des Mittelalters I. 1851: XVI. Ein Beitrag zur Geschichte des sächsisch-magdeburgischen Rechts in verschiedenen böhmischen Städten.*)

B. Jus Magdeburgense civitatis (Reginae) = Greczensis.

Judex, jurati in Crudyn: Magistro civium et juratis in Grecz. — Judex, jurati civesque universi de Crudyn: Judici et juratis in Grecz. — Jurati in Luthomusl: Juratis ceterisque consulibus et civibus in Grecz. — Jurati in Luttomisl: Judici et juratis in Grecz. — Jurati in Lutmychil: Magistro civium et juratis in Grecz. — Consulibus et juratis civibus in

Glacz: Busko judex et jurati cives de Grecz. — Wir teilen czu eynem rechten, alz unz dy von Lutmericz gelart haben.

(*Gaupp, Deutsche Stadtrechte I.*)

C. Jus municipale Antiquae civitatis Pragensis. Privilegium Theutonicorum in suburbio Pragensi manentium. Ca. 1178.

(*Cod. Jur. Boem. I. 17. — Čelakovský Codex J. Mun. I. 1.*)

Privilegii Theutonicorum Pragensium renovatio. Ca. 1231.

(*Cod. Jur. Boem. I. 35. — Čelakovský ib. 2.*)

1264. Ottacarus rex, fundans civitatem Doks, concessit „judici suisque heredibus et omnibus incolis civitatis istius jura Civitatis Pragensis et libertates, quas habent civitates et oppida regni Nostri.“

(*Orig. archivi aulici Vindob. — Emler III. 463.*)

1274. 26. Nov. Privilegium Theutonicorum Pragensium confirmatum.

(*Cod. Jur. Boem. I. 65. — Čelakovský I.*)

1319. 27. Julii. Idem privilegium a rege Joanne civibus Majoris Civitatis Pragensis confirmatum.

(*Čelakovský I. 12.*)

1342. 25. Nov. Karolus — judici, juratis et oppidanis oppidi regii Wladizlawicz et incolis villarum Kruswiczeni etc. Volumus, quod iidem jure Civitatis Majoris Pragensis gaudeant.

(*Pelzel, Karl XXVIII.*)

1341. 5. Oct. Wir Wenczlab Rokczaner Richter und Andres Goldner, Seydel von piesk, Nicloz czayner, Nyklas Clementer, Heynrich Swab genant Cziegler, Freidreich Sechsel, Otte gewantsneider, Jakse ruprecht, Jesco Payer, Cunsch von pracz, peschel harrer und Nyclus geunher, gesworn Schepfen der Stad cze Prag und die gemeyn da selbist, Bechennen an disem brief, allen die yn sehent oder horent lesen, daz wir angesehen und geprüfet haben, daz layder manich morde, maynayd, dube und ander unczucht vnd boezheyt vngewonlich und ungehort, wider Got und daz recht in der vorgenanten unser stat czu prag ofte begangen und gescheen seyn und daz daz alles abge vnd fried und gemacht dem armen alz dem reichen in der selben Stat gegeben werde, so sey wir dez

mit vorgedachtem mut vnd der gunst und gehaise unsers heren dez Kuninges durch fried und gemachs willen ober ayn kommen, also daz eyn geschriben recht gemacht und getichtet werde und ewiglich dem armen alz dem richen, pey der egenanten stat und in allen steten czu Beheim, an die in berkrechte siczen, beleiben schol, dez habe wir allegemeynlich aintrechtleich und mit vorgedachten mut vier piderwe man auz uns dorczu erkorn, die unserm hern dem Kuning und uns dor um gesworn haben, dez ersten Andres goldner, Hensel Mathiz von Eger, Heynrich vom Cadan und Ula pleyer, dy daruber siczen sullen, daz eyn geschriebens recht gemacht und ewicleich bestetiget werde; und ab der ayner oder czwein abe sturben, so schullen die schepphen der vorgeannten Stad die czu derselben czeit sein, ander an irre stad kiesen, und och wellen. So gebe wir den selben viern volle gewalt alz yn unser here der kuning gegeben und bestetiget hat, waz sie machen und bescreiben, czu eynem rechten daz daz craft und macht haben sol, und daz bestetig(en) wir und wollen daz daz vorgang habe und die schepphen dy czu derselben czeit sin, schullen auch dy selben recht, die sie machen, myt der vorgeannten stat brief bestetigen, daz sie ewicleichen vorgank haben an aller hande wider rede. Wer aber, daz die vorgeannten vier man myt rate adir myt werke heimlich oder offenbar kegen unserm heren dem Kuning, seinen erben oder gegen seinen hauptleuten oder amptleuten, die czu der czeit im lande wern, hindert oder hindern wolt, der hindrer schol leyp und gut verlorn haben (leyp und gut), dez selben schol halbes in unsers heren dez kuninges cammer gevallen vnd daz ander halpt tail seines gutes an die egenannten unser stat vor ein püze auch schol gevallen. Hat aber er dez gutes nicht, so scholl der selbe hindrer eyn tag und hundirt Jar auz der oft genannten stat bey czehen meylen ewiglich bleiben. Und czu eynem Urkunde und eyner ewigen stetigkeit habe wir diesen brief durch gemaches und fridez willen, dem armen alz dem reichen, myt der oft genannten stat Ingesil vorsigelt, der gegeben ist czu prage noch Cristes gepurt dreuczehen hundert Jar darnach in dem ain und virczigestin iar, dez achten tages nach sent Wenczlabs tage.

(*Liber vetustissimus statutorum arch. Prag. — Pelzel, Karl IV. — Roeszler das Altprages Stadtrecht 191.*)

## D. Jus Normbergense civitatis Egraensis.

1279. 17. Junii. Privilegium Rudolphi Rom. regis civitati Egresi datum.

(*Gaupp, Deutsche Stadtrechte des Mittelalters I. 182 ff.*: Von einer bestimmten Quelle, aus welcher das Egersche Stadtrecht hervorgegangen, ist nichts sicheres bekannt; aber die innere Wahrscheinlichkeit spricht für einen frühen Einfluss von Nürnberg, vielleicht auch von Regensburg. — *Codex Jur. Boem. I. 72.*)

1352. Karolus . . . Notum facimus . . . quod dilecti Nobis cives et universitas oppidi et suburbiorum in Cubito pridem a Joanne quondam Boemiae rege . . . ad certa jura, libertates etc. privilegiati fuerint . . . Et quia de singulis punctis et articulis . . . plenam informationem habemus, eosdem articulos . . . praesentibus innovamus. . . . Et quod in causis dubiis, quotiens opportunum fuerit ad appellationis remedium confugere, jura sententias et diffinitiones dubiorum talium, dum emergunt, a civitate Nostra Egresi duntaxat, et non alibi, teneantur accipere, juxta morem diutius observatum.

(*Ex orig. arch. Cubit. Felzel, Karl CXVII.*)

## E. Institutio appellationum in Boemia.

1387.

Wenceslaus etc.

Notum facimus etc., quod de fidei, legalitatis et circumspeditionis industria Sigismundi Huler, civis Pragensis, fidelis Nostri dilecti, praesumptionem indubiam obtinentes, ipsum animo deliberato, sano principum, baronum et procerum Nostrorum et regni Boemiae fidelium accedente consilio, Nostrum et eiusdem regni Boemiae subcamerarium constituimus et fecimus, constituimus et facimus per praesentes, taliter videlicet:

1. ut idem Sigismundus una cum iudice curiae, qui nunc est vel pro tempore fuerit, prout hoc a longis retroactis temporibus in regno Nostro Boemiae tentum est et laudabiliter observatum, quaslibet causas Nostram regalem cameram concernentes, Nostris auctoritate et nomine personaliter, vel ipso aliis Nostris servitiis occupato, per alium ab ipso deputatum judicare possit et debeat, ipsasque ratione praevia terminare.

2. Et quia plerumque contingit, quod nonnulli Nostri et regni Boemiae incolae et fideles a sententiis scabinorum, quibus se gravatos fore conspiciunt, ad alios seu alias civitates ac iudices appellare consueverunt: idcirco, ne in hoc in posterum aliqua consurgat dubietas, in facto appellationum huiusmodi hunc volumus et decernimus ordinem observari, ut non liceat alicui, cuiuscumque conditionis, status, gradus seu dignitatis existat, a quacumque diffinitiva sententia in praesentia Nostri praedicti subcamerarii seu iudicis curiae vel alterius ipsorum per iudices, juratos et scabinos ad hoc deputatos super quibuscunque causis, litibus seu controversiis lata, ad quemcumque iudicem seu iudices extra terminos regni Nostri Boemiae, quovis exquisito ingenio, quomodolibet appellare.

3. In qua quidem appellatione taliter duximus distinguendum, ut videlicet is, qui ad *jus Magdeburgense* appellare voluerit, in civitate Nostra *Lutomericensi* et non alibi, huiusmodi suam appellationem prosequi debeat justitia mediante, ubi taliter appellanti expedita et sufficiens debeat justitia ministrari. A simili etiam is, qui ad *jus Nurembergense* appellare voluerit, ad Civitatem Nostram *Pragensem*, ubi talia jura redduntur, appellare debeat, et ibidem et non alibi huiusmodi appellationem suam prosequi, ut praefertur.

4. Verum si aliquis ad audientiam Nostram personalem appellare decreverit, is faciendi hoc ipsum in utroque praedictorum habebit liberam facultatem.

5. Decernentes ex nunc prout ex tunc, regia auctoritate praedicta, tam appellationes quam alia inde secuta, si quae contra praesentem ordinationem Nostram attemptatae seu attemptata fuerint per quempiam, irritas et irrita, invalidas et invalida, nulliusque fore roboris vel momenti.

6. Mandamus igitur universis et singulis iudicibus, magistris civium, consulibus, juratis et communitatibus civitatum regni Nostri Boemiae firmiter et districte, quatenus ad praefatum Sigismundum Huler, tamquam Nostrum et regni Boemiae subcamerarium, respectum habere et secundum praesentem ordinationem Nostram nec non consuetudinem in regno praedicto dudum observatam, causas, lites et quaestiones audire et easdem mediante justitia juris ordine observato debeant diffinire. Nam si secus



contra praemissa quidpiam quis attemptare praesumserit, indignationem Nostram gravissimam et poenam pro Nostro infligendam arbitrio se noverit irremissibiliter incursum.

(*E cod. Trebon. C. 3: Formelb. II. 149, a*)

11. Jura municipalia per Moraviam.

A. Jus Magdeburgense civitatis Hlubčicensis. 1270.

(*Cod. Jur. Boem. I. 60.*)

1272. Otacarus rex civibus de Broda (Ungaricali) . . . ut eo jure, quod habet civitas Nostra Lubschitz, gaudere valeant nunc et in aevum.

(*Ex orig. civit. Brodensis Boczek IV. 100. Emler II. 800.*)

Jus Magdeburgense civitatis Olomucensis.

1278. Rudolfus Romanorum rex . . . volumus, quod Nostri cives de Prerov in eodem jure et libertate sedeant et morentur, quo dilecti Nostri cives in Olomucz sunt gavis.

(*Boczek IV. 218. Emler II. 1148.*)

1336. Statuimus — ut cives Nostri Olomucenses et singuli alii cives civitatum, oppidorum et villarum in marchionatu Nostro praedicto existentibus eo jure Magdeburgensi ut praedicti cives Olomucenses fruantes etc.

(*Bischoff, Deutsches Recht in Olmütz.*)

Jus Magdeburgense civium de Froudenthal et Nova Villa.

1223. Otacarus rex . . . civibus suis de Vnisow, quae est Nova Villa . . . omnes culpas, secundum quod hactenus inter se et apud ipsos judicarunt fratre Nostro (Wladislao) concedente, concedimus ipsis secundum suas consuetudines judicare, nisi fuerit gravis et magna culpa, quae coram Nobis aut Nostros merito debeat ventilari. Item in summa idem jus Magdeburgense et easdem consuetudines, quas habent cives Nostri de Froudenthal, eisdem misericorditer volumus indulgere.

(*Orig. civ. Unšov. — Boczek II. p. 147. — Erb. I. 671. — F. Bischoff Deutsches Recht in Olmütz, Pag. 7.*)

Jura Magdeburgensia a civitate Vratislavia Olomucensibus communicata 1351.

Noverint universi et singuli, praesentes et poster, praesens scriptum inspecturi, quod nos consules civitatis Vratislaviae qui

nunc sumus et in posterum fuerimus, ad speciale mandatum ser. principis, Domini Nostri Caroli Rom. regis, firmiter nobis traditum nec non de communi consensu et voluntate expressa seniorum scabinorum et juratorum nostrorum, universis civibus in Olmuntz nunc existentibus et in posterum successuris omnia civitatis Nostrae jura, prout apud nos servantur, porrigimus et donamus. Ita quoque, ut super omnibus causis tam parvis quam magnis civibus praedictae civitatis Olomuncz incumbentibus in omni jure ad nostram civitatem Wratislaviam perpetualiter recursum habere debeant et respectum, unaque nobiscum de eisdem juribus in praefata civitate frui et gaudere pro ipsorum civium commodo et honore. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum anno 1351, in vigilia Purif. b. Mariae V. gl.

(*Ex orig. civ. Olom. Bischoff, Deutsches Recht, Urk. XIV. XV.*)

1352. 3. Martii. Nos Johannes Dei gratia marchio Moraviae, notum facimus universis, quod inter caetera, quae sollicitudinis Nostrae cura continua meditatione amplectitur, illud considerationi Nostrae occurrit praecipue, qualiter civitatem Nostram Olomuc, quae in Nostro marchionatu capitalis existit, dignis praerogativis et gratiis colamus. Cum igitur advocatus ac jurati ac universitas ipsius civitatis, fideles Nostri dilecti, hactenus jura sua hinc inde receperint, in Nova Civitate vel per amplius extra terminos Nostri marchionatus in Vreudenthal, non sine ipsorum maximo dispendio et sub plurimis rerum ac personarum suarum periculis et impensis, ipsi tamquam viri providi et discreti ab hujusmodi cupientes dispendiis, periculis et expensis in posterum supportari, Jura Magdeburgensia, quibus civitas Wratislaviensis utitur, pro se suaque civitate praefata de Nostro consensu et assensu ac speciali conniventia transcripserunt.

Ei ratione igitur perspicuae considerationis, considerantes quod dictae civitati Nostrae Olomuc, imo omnium aliarum Nostrorum et quarumcunque in Nostro marchionatu civitatum, oppidorum atque villarum constitutarum, quae hucusque juribus Magdeburgensibus gavisae sunt, conditio ex eo poterit multipliciter meliorari, praefata Jura Magdeburgensia prout de verbo ad verbum in supradicta civitate Wratislaviensis transsumpta et rescripta ac in supradictae civitatis Olomucensis libro contineri dinoscuntur, jam dictae civitati

Nostrae Olomucensi de potestatis Nostrae plenitudine approbamus, ratificamus et de certa Nostra scientia approbamus, decernentes statuentes ac perpetuo edicto sanctientes, quod Novae Civitatis et Luthovie, Schoenberch necnon aliarum Nostrarum ac episcopi Olomucensis et omnium religiosorum baronumque, nobilium et wladiconum in Nostro marchionatu existentium civitatum, oppidorum et villarum cives, oppidani ac villani seu incolae, qui hucusque juribus Magdeburgensibus gavisi sunt et potiti, jura sua recipiant et requirant in saepedicta Nostra Olomucensi civitate capitali, et nullibi alibi in terra Nostra vel extra terram, necnon sententias jurium, quas ipsimet diffinere non possent seu decidere nescirent, in dicta civitate Olomucensi inantea perpetuis successuris temporibus postulent, juxta dictorum Jurium transsumptum, decidi et definiri, nullius firmitatis seu valoris aut efficaciae declarantes, si per quemquam, contra praemissa vel promissorum aliquid fuerit quomodolibet attemptatum.

Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appendi fecimus, testimonio literarum.

Datum Brunae III. die mensis Marcii a. D. 1352.

(*Jura primaeva Moraviae. 1731. — Bischoff, Osterr. Stadtrechte u. Privilegien 1857. p. 110. — Rrandl VIII. 150.*)

#### B. Jura municipalia civitatis Brunensis.

Jura civitatis Brunensis, sic dicta „Jura Originalia“, A. Privilegium regis Wenceslai II. majus et B. Privilegium minus, ab anno 1243.

(*Cod. Jur. Boem. I. 37.*)

Liber Sententiarum, alio nomine „Manipulus vel Directorium juris civilis“ dictus, etiam inscriptione „Causas forenses decisi secundum Jus municipale Brunense“ insignitus. Collectio sententiarum per Joannem notarium Brunensem a. 1365 ad finem redacta.

(*Dr. E. Fr. Rössler Deutsche Rechtsdenkmäler aus Böhmen und Mähren II.: Die Stadtrechte von Brünn aus dem XIII. und XIV. Jahrhundert 1852. I. Das Schöffebuch.*)

Joannes . . . incolis Mönicensibus . . . omnia quoque jura et sententias quae alibi quam in civitate Nostra Brunensi dictata

et recepta seu dictatae et receptae deinceps fuerint, cassamus, irritamus et viribus vacuumus.

(*Monse, Versuch 147. — Bischoff, Öst. Stadtrechte 19.*)

Sententiae Brunenses extra civitatem Brunensem latae:

Rustici de Scibnicz (Šimice).

Jurati de Nausedlicz (Austerlicz).

Jurati de Kniehnicz, Knihnicz, Knechnitz (Kněnice).

Jurati de Raussenis, Rausseins, Russeins (Rousinov).

Jurati in Crumpnaw, in Crumplaw, Crumlau (Krumlov).

In Budespicz, jurati de (Budějice).

Jurati de Gostel, cives de Gostel (Kostel; Podivin = Kostel).

In Tissanowicz, jurati de Thuschnawicz (Tišňovice).

Cives de Chrisans, Crisans, jurati de Ch. (Křižanov).

Civibus de Hainreichs, Hainrichs (Bitéška).

In Wissaw, Jurati de Wissaw, Wischaw (Víškov).

De Chremisir, Jurati de Chremsir, de Chrems, cives de Ch. (Kroměžif).

Jurati de Broda Ungaricali; cives B. U. (Brod uherský).

Jurati de Bisencz, Pisencz (Bzenec).

Jurati in Galicz (Holfč).

Lauczschenis, juratis de Lautsch, Lautscheins (Lovčice).

Radisch, Redisch (Hradiště).

Letawicz, Lethowicz, Letowicz, Ledawicz (Letovice).

Boskowicz, Bozkowiczenses (Boskovice).

Jurati de Alba Ecclesia (Hranice).

Jurati in Praczw, Prazcow (Vracov).

Rustici de Prehenicz (?).

Juratis in Schirnabicz (Černovice).

Cives de Gayau, jurati de Geyaw, Gayaw (Kyjov).

Di von Eylau?

Rusticis in Draholez, Droholcz (Drnholec).

In Eywanczicz (Ivančice).

Rusticis de Stritecz (Střtež).

Jurati de Hulein, burgravius de Hulein in Holyn (Hulín).

De Antiquae Bruna (Staré Brno).

Clobuk, jurati de Klobuk (Klobúky).

Jurati de Auspicz (Hustopec).  
 Rustici de Hostyeradicz (Hostěradice).  
 Rusticis de Chunicz, jurati in Cunitz (Kúnice).  
 Rustici de Urchau (?).  
 Rustici de Strucz (?).  
 Jerspicz (Gerspitz).  
 Rustici de Strelicz, civibus in Strelicz (Střelice),  
 Jurati in Gurda (Kurdějov).  
 Gedaw (Jedovnice).  
 Rustici de Nenawicz (Nenovice).  
 Sahars (u Kromežřfe).  
 Villa Gurein (Kúřim).  
 Jurati de Gewiczka (Jevičko).  
 Juratis de Prostays (Prostějov).  
 Napajedl oppidum (Napajedly).

Jus municipale civitatis Iglaviensis complectens

- a) Privilegium regis Wenceslai I. et Premyslai marchionis.  
 b) Libertates civium. c) Statuta civilia. d) Jura montium et montanorum. Ab anno ca. 1249.

(*Cod. Jur. Boem. I. 39.*)

Rex, novam civitatem apud Chrudim antiquam fundans, universos et singulos, qui suas contraxerint mansiones ibique fixerint incolatum, longaevis usibus consuetudinis approbatis et demum jure Iglaviensi vivere decrevit.

(*Voigt CXIII. — Emler II. 2380.*)

Sententiae Juris Iglaviensis extra civitatem latae.

Civibus in Eilow, kegen Elow, dy von Eylow, Eylaw (= Jílové).

Civibus Chutnensibus, de Chutna, kegen den Chutten, czu den Chutten (Hora Kutna).

Coloniensibus, Kegen Cholen an der Elb (Koln).

Den von dem Reichenstayn (Bergreichenstein).

Kegen dem Czaslabs, Czaslaviensibus, Purger von dem Czaslabs (Čáslav).

Kegen den Triesch (Třístě in Moravia).

Von dem Potschaken (Počátek).

Gegen dem Wylancz.

Hye zu Telcsch (Teleč in Moravia).

Kegen Wunaw (Zvonějov, Vonnau).

Dy von Patlawn, in Patlawna, Bottlaun (Batelov in Moravia).

Dy von der Waleyn.

Illis in Chotyborg, Chotborenses, Chottyborzenses (Chotěboř).

Myserieczenses, Mezerieczenses (Meziříčí in Moravia).

Cives in Polna (Polna).

**Jus civium in Broda Smilonis (Broda Teutonicali) ab a. 1248.**

(*Cod. jur. Boem. I. 70.*)

**Jus municipale civitatis Znoymensis.**

1278. m. Sept. Rudolfus Romanorum rex civibus Znoymensibus concessit, ut universis juribus, quibus civitas Wiennensis gaudere dinoscitur, perfruantur.

(*Boczek Cod. V. 264. — Eml II. 1139.*)

**1314. Jus civitatis Znoymensis.**

(*Cod. mun. saec. XVIII. bibl. Lubecensis, quem dr. Roeszlerius a. 1851 ibidem reperit. Vide ejusdem Deutsche Rechtsdenkmäler II. 406.*)

1327. 4. Febr. Johannes rex civibus Jempnicensibus concessit, „ut eisdem juribus in causis suis judiciariis, quibus cives Znoymenses hucusque rationabiliter freti sunt et fruuntur inantea, ipsi cives Nostri Jempnicenses semper de caetero, sicut per eos factum est hactenus, perfruantur.“

(*Chytil VI. 252.*)

1335. 29. Aug. Karolus marchio . . . judici, consilio et communitati hominum in Trebitz. Heri dum apud Nos genitor Noster hospitaret, providit cum abbate Trebicensis monasterii civitatem vestram infra triennium muris et fossatis fortitudinis cingi et etiam percompleri, ut cincti muris et fossatis de munificentia regia digne nuncupari possitis. Verum quia civitates sine legibus et statutis municipalibus cum salute nequeunt commode subsistere, volumus . . . quatenus vos et civitas vestra ac vestri successores omnibus et singulis juribus, commodis, beneficiis ac statutis gaudere et uti debeatis, quibus civitas Nostra Znoymensis gaudet quomodolibet vel potitur.

(*E collectione Pitteriana. Pelsel, Karl IV. XVI.*)

## Caput octavum.

### Res ecclesiasticae.

*(Additamenta ad Tomum I. Codicis J. Boem.)*

Occardi episcopi Pragensis de decimis episcopalibus ordinatio. (1018—1023.)

Hic constituit, ut pro decimatione unusquisque, sive potens sive dives sive pauper, tantum qui de suo pheodo vel allodio araturam haberet, duos modios quinque palmarum et duorum digitorum, unum tritici et alterum avenae, episcopo solveret. Nam ante, sicut primo episcopo Dethmaro constitutum erat, pro decimatione duos messis acervos dabant. Dicimus enim acervum quinquaginta manipulos habentem.

*(Cosm. Chron. ad A. 1023.)*

Henrici Zdik, episcopi Olomucensis: „Ordo, qualiter in sua ecclesia sacri ordines fiunt.“ 1132.

Heinricus D. gr. sanctae Olomucensis ecclesiae humilis minister.

Quia sancta mater Ecclesia, quae ex diversitate gentium in unitatem fidei divinitus congregata in Christo unum esse desiderat, sicut fidei unitatem sic eandem dominicorum praeceptorum identitatem per omnia custodit et observat, merito ab ejusdem fidei integritate recedentes diversa atque adversa inter se sentientes haereticorum nomine denotatos condempnat. Verum si pro diversitate locorum quarundam S. Patrum traditionum ordo variatur, quem tamen fides catholica et religio ecclesiastica alterari patiatur, non damnat, non respuit, tantum si alteratores

in soliditate fidei perseverare deprehendit: qua de re nos quoque in Ecclesiae gremio fideliter persistentes, non S. Patrum statutis obviantes, sed qualiter decentius et competentius divinum peragatur officium, ratione investigantes, quem in sacrorum ordinum celebratione usum habere consueverimus, subter denotare volumus.

Omnibus itaque, qui ordinandi sunt, in ecclesia congregatis post Introitum et Kyrie et primam orationem communem omnium ordinandorum vocationem facimus, ibique prostrati letaniam choro canente divinae pietatis auxilium et sanctorum omnium suffragium super omnes communiter invocamus. Quo facto lectionem primam aliquis ordinandorum pronuntiat.

Qua lecta et dicto Gratias et oratione, ostiariorum vocationem et consecrationem celebramus. Post quorum consecrationem nobis ad sedem nostram transeuntibus, secundam lectionem ostiarius ordinatus legit. Sic deinceps ante tertiam lectores, ante quartam exorcistas, ante quintam akolytos, ante sextam subdiaconos ordinamus. Post sextam autem lectionem ante Evangelium lecturos evangelium diaconos consecramus.

Lecto autem a nuper ordinato Evangelio, sequitur presbyterorum vocatio, quibus assistantibus Veni Sancte Spiritus canitur; dein ordinatio celebratur. Conveniens etenim nobis visum est, ut unumquemque in ordine suo ante officium, quod subiturus est, ordinemus; vid. ut subdiaconum ante Epistolam, qui lecturus est Epistolam, diaconum ante Evangelium, presbyterum ante Oblationem sacrificii, quod oblaturus est, consecremus.

Proinde ecclesiae Nostrae usus antiquior obtinebat, ut consecrati eadem die sacerdotes Dei, si missas ob aliquam causam per se celebrare different, calicem, quem de manu episcopi cum oblata et vino suscipiunt, in manibus tenentes, pontifici missam celebranti sollempniter assisterent et episcopo dominica consecrante mysteria, ipsi quoque tacite calices suos benedicerent, et in fine missae episcopo communicante, ipsi quoque de propriis calicibus quasi pro communione perciperent. Sed quoniam, ut quidam divini tractator testatur eloquii, „ubi desunt verba, non sunt sacrificia“, nequaquam dominicum corpus esse suspicamur, quod instituta a S. Patribus verborum sollempnitate non consecratur (sic).

Convenientius itaque iudicamus, ut hi, qui missas celebraverunt, oblatas, quas in consecratione dante pontifice in patenis



susceperunt, in patena episcopi ante inchoationem sacrificii cum summa reverentia reponant et vinum de calicibus propriis velut primitias oblationis Domino in calicem episcopi offerant, et post peracta mysteria episcopo communicante ipsi quoque de manu episcopi corpus et sanguinem Domini percepturi devote accedant.

Nec vero generaliter hoc omnibus observandum praescribimus, sed ecclesiae nostrae usum hunc esse significamus, in quo etsi ab aliquarum consuetudine ecclesiarum differamus, cum plurimis tamen nos concordare non dubitamus; cum omnibus vero catholicae fidei constantiam et eandem dominicorum praeceptorum observantiam propiciante Domino observare elaboramus.

(*Codex Msc. saec. XII. archivi capit. Olomuc. sig. 202. — Boczek Codex I. 234.*)

Guidonis cardinalis legati per Boemiam et Moraviam ordinationes. Ca. 1143.

a) Ad haec episcopis praecepimus, ut in parochiis suis plebales ecclesias distinguant.

b) Praeterea quia multos invenimus illic presbyteros ad nullos certos titulos ordinatos ac per hoc multas enormitates emersisse agnovimus, praecepimus eis, ut sicut in Canonibus mandatur, nullus altaris minister absque certo titulo deinceps ordinetur.

(*Erb. Reg. I. 238.*)

Eugenii III. papae ordinationes. 1149.

a) Clerici, qui sunt culpis suis exigentibus degradati, nec post vitae conversionem pristinis ordinibus restitui debent.

b) Ille vero, qui nullo recepto ordine missam cantare praesumpsit, tanquam laicus principi terrae puniendus tradatur.

c) Nulli autem uxorem sororii sui post mortem ipsius licet habere.

d) Et quoniam sacri Canones crimina semel objecta indiscussa non transcunt, causam ipsius clerici qui bigamus dicitur, diligenter inquiras, et si canonice convictus fuerit, deponatur; sin autem, septima manu sui ordinis ab hac nota eum facias expurgari; quod si facere non poterit, deponatur.

(*Ib. 290.*)

Relatio super rebus ecclesiasticis in Boemia et Moravia a Brunone episcopo Olomucensi Sedi Apostolicae missa a. 1273. 16. Dec.

(*Chytil Cod. VI. 364. — Emler II. 845.*)

Synodus provincialis (1258—1278).

Johannes Dei . . . . honorabili viro archidiacono . . . . salutem.

Cum mali temporis impediēte cursu consuetas celebrare synodos per multos annos nequiverimus, sicut scitis, nunc statu terrae reformato in melius synodum nostram sequenti die post festum beati Viti proxime nunc venturum more consueto et solito, divina nos adjuvante gratia, decernimus et omnino volumus celebrare.

Quapropter vobis in virtute sanctae obedientiae injungimus per praesentes, quatenus hoc in toto clero archidiaconatus vestri solemniter publicantes, omnes qui ad veniendum ad synodos sunt astricti, venire ad ipsam inexcusabiliter faciatis, hoc eis innotescentes expresse, quod si aliquis ad synodum ipsam non veniret, qui tenetur, ipsum sine spe poena debita puniemus.

(1296—1301).

Gregorius dei gratia Pragensis episcopus, honorabili viro . . . de . . . . archidiacono, salutem in Domino.

Cum nos propter impacatum statum regni Boemiae et alia dispendia, quao incumbunt hiis temporibus impacatis, synodum nostram post festum proximum S. Viti celebrare more solito non valeamus: providentiae vestrae mandamus, quatenus abbatibus, praepositis, prioribus, decanis, plebanis et aliis ecclesiarum rectoribus intimetis archidiaconatus vestri, quod ipsi hac vice Pragam ad nostrum synodum non accedant, ne aliqua in viis pericula patiantur, exceptis dumtaxat decimatoribus nostris, qui (si) in festo praedicto S. Viti decimas nostras Pragenses non solverint in nostram cameram, sicut debent, poenam debitam patientur; unde hoc ipsum ex habundanti ipsis specialiter intimetis.

(*Formelb. II. 207.*)

Synodales constitutiones a. 1301.

Nos Johannes Dei gratia episcopus Pragensis. Universis et singulis abbatibus, archidiaconis et diaconis nec non et eccle-

siarum plebanis in nostra diocesi constitutis praesenti constitutione synodali sub interminatione divini officii, iudicii et maledictionis aeternae.

1. Ut quicumque in plebe sua sciverit haereticos vel suspectos de haeresi, quod nobis et inquisitoribus utpote a sede apostolica ad hoc deputatis, signare omnes nominatim procurent.

2. Item volumus, ut nullus vestrum admittat in sua plebe committere . . . seu obligationes qualescunque, cum ex iisdem obventionibus in sortem voluerit computare eisdem jura ecclesiastica. Si non cessaverint et plenam restitutionem non fecerint, nullatenus eos faciatis ad communionem 'altaris et ad sepulturam fidelium minime permittere.

3. Item statuimus et mandamus, ut nullus vestrum mulierem suspectam praesumat in domo propria retinere. Si quis vestrum contrarium facere praesumserit, noverit se non solum excommunicationis sententiae, quam contra tales ipso facto promulgamus, subjacere, sed etiam de nostra diocesi, beneficii privatione praemissa, utique esse expellendum. Si sic expulsus nostram diocesim iterumquae praesumserit reintrare, perpetuae carcerali custodiae, ubicunque deprehensus fuerit, mancipandus, nullam spem divinam habiturus.

4. Item constituimus, ut nullus vestrum ab ecclesia sua sine nostra speciali licentia praesumat abire.

5. Item volumus, ut nullus vestrum excommunicationis vinculo innodatus, praesumat se ingerere divinis.

6. Item volumus, omnibusque ecclesiarum plebanis injungimus et mandamus, ut nullus vestrum proscriptos recipiat et bannitos, non praedam ab ipsis suscipiat et non ipsorum proscriptorum et incendiariorum, aliorumque malefactorum nuntius aut mediator, prout aliqui vestrum facere consueverunt, esse praesumat; alias tales ad privationem beneficii et intrusionem perpetui carceris procedemus (sic.)

7. Item mandamus omnibus plebanis, quatenus in exhortationibus illorum populum inducant, ut silvarum et aliorum hujusmodi seu rerum ipsorum incensarios (adhortentur), ut a tam nefando crimine de caetero resipiscant, innotescentes eisdem, quod prius quam pro hujusmodi crimine fuerint excommunicati,

publice denunciati a nullo praeter a Summo Pontifice absoluti-  
onis beneficium poterint obtinere.

8. Item mandamus, ut nullus vestrum apostatam, cujus-  
cunque religionis existat, nec clericum peregrinum ad se reci-  
piat, ipsosque in sua ecclesia celebrare permittat.

9. Item statuimus, ut nullus laicorum in vestra diocesi  
degentium puellam vel mulierem aliquam alteri laico praeter-  
quam per suum sacerdotem, et hoc in facie ecclesiae, praesumat  
matrimonialiter desponsare; alias hujusmodi laicos taliter facere  
praesumentes excommunicationis sententiae volumus subjacere.

10. Volentes, ut universi ecclesiarum plebani hanc consti-  
tutionem nostram coram populo in illorum ecclesiis singulis  
diebus dominicis materna lingua dicere non obmittant.

(*Inserum Codici Romano membr. saec. XII.; typis exscriptum a B. Dudík  
in libro „Iter Romanum“ I. 212.*)

Solutio decimalium et fumalium episcopo Pra-  
gensi competentium 1315.

Johannes (III.), Dei . . . dilecto sibi in Christo . . . decano  
salutem.

Quia sicut nobis exposuisti, multi qui in decanatu tuo con-  
sistunt, nostros decimales denarios non solvunt nec curant sol-  
vere, quodcumque rigide moneantur: quare ne sic per talium  
inobidentiam jura nostra remaneant insoluta, ut illos omnes qui  
ipsos nostros decimales vel fumales denarios per te moniti non  
solvunt, excommunicare, suspendere ab officio et divinis, et  
eorum ecclesias interdicto subjicere et omnem aliam poenam  
spiritualem et pecuniariam, quam eos magis timere videris, ipsis  
imponere valeas, plenam tibi et expressam tenore praesentium  
concedimus facultatem.

(*Cod. Capit. Prag. I. 40. Form. II. 223 a*)

1339. Honorabili viro, in Christo domino Thomae archidiacono Pra-  
gensi etc. Nicolaus de Malschin, Rinoldus de Merica ecclesiarum plebani . . .  
Secundum vestri mandati transmissionem ecclesiae in Alto Vado paro-  
chiam peragrantes octuoginta centum hospites secundum verum numerum  
ejusdem parochiae per nos annotatos invenimus certa fide, hac vid. consi-  
deratione adjuncta, quod in una vid. stuba, licet aliquando quatuor vel  
quinque vel tres commorentur, tamen solum duos fumales Pataviensis mo-  
netae dare consueverunt. Praeterea quatuor villae et oppidum per spoliatores

ducis Austriae praedictam provinciam spoliantes, ad nihilum sunt redactae, de quibus in multis annis futuris nihil dabitur vel dari potest quoquammodo. Et quamvis ex temporibus praeteritis 26 grossos (sic) cum magnis laboribus per plebanum et suos praedecessores a praedictis villis sunt extorti, adjuncta etiam sacramentorum subtractione, ab eadem parochia sint recepti, tamen ex nunc et in futuro nequaquam poterunt ad eundem deduci numerum praenotatum. It. singuli officiales singularum villarum, silvani custodes, villarum iudices et precones, nihil faciunt in dictorum fumalium inquisitione. (*E codice formularum mon. Wilhering. Formelb. I. 150.*)

Proventus monasterii Brewnowiensis anno 1406 conscriptus:

Fumales quinque decanatum: Primo decanatus Lythomierzicensis solvit  $2\frac{1}{2}$  sex. gr., decanatus Bielenensis  $2\frac{1}{2}$  sex. gr., decanatus Lyppensis  $2\frac{1}{2}$  sex. gr., decanatus Trzebenicensis  $2\frac{1}{2}$  sex. gr., decanatus Uscensis  $2\frac{1}{2}$  sex. gr. Et notandum, quod hii omnes solvunt suprascriptas pecunias pro fumalibus semel in anno, vid. in Ostensione reliquiarum. Et quantum quisque plebanorum tenetur dare, hic nota inferius: Ecclesia OO. SS. in Lythomiericz 24 gr. et plebanus ad S. Stephanum extra muros 6 gr., Trzebenicz 30 gr., Lipa cum Dobrowoda 20 gr., Vsk super Albea 36 gr., Lapis Regius 5 gr.

(*Emler, Urbáře.*)

1311. 3. Julii. Petrus Dei gratia S. Maguntinensis sedis etc. Universis et singulis decanis Pragensis diocesis Magunt. provinciae, salutem in Domino.

Quoniam sunt nonnulli viri ecclesiastici, prout in sanctae visitationis exercitio, quam nuper tam per nos, quam per clericos nostros, quos ad hoc deputavimus, per civitatem et diocesim Pragensem auctoritate metropolitana peregrimus, intelleximus, etiam hoc nobis fama publica deferente, quod nostrum amaritudine replevit auditum, inibi, qui legem continentiae inductam ministris Domini transgredientes, illicito feminarum contubernio maculant vitam suam. Et licet debita censura canonum possemus in tales animadvertere, rigorem tamen justitiae dulcore misericordiae temperare volentes, Discretionis vestrae in virtute obedientiae districtae praecipimus et mandamus, quatenus in ecclesiis vestrorum decanatum publice hora congrua praecipiat huiusmodi clericis concubinariis, qui sunt in vestris decanatibus, quod nos sub poena suspensionis et excommunicationis praecipimus et injungimus firmiter per praesentes, quatenus conservatione bona maculas praeteritas abstergentes, infra quindenam a recitatione praesentium currentem mulierum contubernium prorsus evitent

et eas tanquam pestem fugiant et eas a familiaritate et procuratione sua totaliter studeant relegare. Alioquin ex tunc praeter praedictas poenas, salvis etiam poenis, quae a jure talibus infliguntur, ac nihilominus ipsorum increbrescente duritia ad privationis dignitatum, personatum et beneficiorum suorum poenam, ad denuntiationem clericorum, vicinorum suorum, contra tales rationis vigore praevio procedemus.

(*E Cod. form. mon. Withering: Formelb. I. 131, Emler III. 32.*)

Constitutiones dioecesi Olomucensi a. 1318 promulgatae.

(*E Cod. man. saec. XV. nunc in collectione Cerroniana in archivo march. Moraviae Brunae reposito typis exscripsit Chytil, Cod. VI. 22.*)

1323. 4. sept. Privilegiorum et immunitatum ecclesiae Olomucensis per Joannem regem confirmatio generalis.

(*Chytil VI. 176.*)

Privilegiorum ecclesiae Pragensis confirmatio 1325. 24. Sept.

Johannes Dei gratia Bohemiae, Poloniae rex ac Lucemburgensis comes, omnibus in perpetuum.

Inter curas multiplices, quibus pulsamur et distrahimur, supra vires illas propensius magisque sollicitat mentem Nostram, ut ecclesiae, quas Nostrae ambit Majestatis dominium et Pragensis praecipue, quae beatorum patronorum Nostrorum, Viti, Wenceslai, Adalberti insignitur, titulis et corporibus decoratur, plene sui honoris potiantur privilegiis, nihilque in personis et rebus, nec non juribus ac libertatibus universis, sive ex sanctorum Patrum instituto, sive ex quorumcumque praedecessorum Nostrorum, principum et regum Bohemiae, qua sibi libertate collatis, laesionis vel dispendii patiantur. Propter quod non leves sentimus punctionis aculeos, cum ad Nostram defertur notitiam, eas vel earum aliquem lacessiri injuriis vel violentiis praegravari, cumque ad Nostrae Majestatis aures, dilecto nobis Hincone praedictae Pragensis ecclesiae praeposito referente, pervenit, per barones et nobiles regni Nostri, civitatum cives, justiciarios, beneficiarios irrogari.

De hoc doluimus et dolemus maxime, quia sunt credentes aliqui, et quod est indignius, asserentes, hoc de Nostro prodire beneplacito, de Nostroque venire concessu; unde ut et praedictorum conservetur assertio et os loquentium talia obstruatur, profitemur et dicimus, praedicta omnino esse et fuisse Nostrae voluntati contraria, nunquamque ad hoc Nostrum accessisse vel affuisse consensum. Et ut quae loquimur, rei confirmet effectus, ratificamus, approbamus et ex certa ac deliberata Nostra scientia confirmamus omnia jura, privilegia, libertates, immunitates et consuetudines ipsius Pragensis ecclesiae, cuiuscunque tenoris vel quorumcunque tenorum existant, quae habuit vel habet a quibuscunque praedecessoribus Nostris, principibus vel regibus regni Bohemiae vel a sede Apostolica in speciali et etiam in communi, eaque per Nos ipsos firmiter tenere ac illibata servare promittimus, et contra ea aut eorum aliquid ullo unquam tempore non venire.

Capitaneo quoque, qui nunc est et qui fuerint in futurum, baronibus etiam et nobilibus, universis justiciariis, iudicibus et consulibus civitatum, vicillis omnibusque in communi quancunque ex Nobis vel ex successoribus Nostris in regno Bohemiae nunc potestatem habentibus vel imposterum habituris, sub fidelitatis debito injungimus per praesentes, quatenus omnia praedicta Pragensis ecclesiae personis eius sine aliqua diminutione teneant, eamque in his foveant, protegant et conservent, sicque in hoc prompta executione se gerant, ut per praelatos et canonicos praedictae Pragensis ecclesiae super his non oporteat nos movere, sciantque omnes cuiuscunque conditionis sive praeminentiae fuerint sive status, qui ipsi Pragensi ecclesiae praedicta vel aliquid praedictorum infregerint, teneri se ad resartionem omnium expensarum, damnorum et interesse.

Quapropter praedictorum violationem ipsam Pragensis ecclesiae et cuiuslibet de ecclesia tanquam de re capta vel violenter ablata competere volumus actionem et mandamus sub obtentu irae Nostrae universis iudicibus, beneficiariis, caeterisque justiciariis regni Nostri, ut de praedictis privilegiorum et libertatum violatoribus, ecclesiae Pragensi et omnibus de ecclesia talem exhibeant sine aliqua contradictione justitiam, qualem de raptoribus et violentis rerum ablatoribus exhiberent.

In cuius rei testimonium praesentes literas fieri et sigillo Nostro majori iussimus communiri. Datum Lucemburgi, Anno Domini MCCCXXV. VIII. Cal. Octob. etc.

(*Orig. Capit. Prag. — Balbin I. VI. — Böhmer Reg. 190 n. 84. — Emler III. 1134.*)

Pars urburae argentifodinarum ad instaurationem ecclesiae Pragensis dedicata a. 1341.

Cum sit a Nostris divae memoriae praedecessoribus, regni Boemiae serenissimis principibus, iam dicta Pragensis ecclesia fundata constructaque antiquitus ac magnifice dotata, ad Nos quoque ipsius divina favente Nobis clementia de iure ius pertineat patronatus, eam non inmerito utpote matrem et magistram caeterarum ecclesiarum totius regni Nostri Boemiae humiliato capite tenemur in omnibus devoto animo devotius venerari. Cum itaque in votis Nostris a longe retroactis temporibus praecipuum haberemus iugiter et habeamus praesertim beatissimo martyri nostro Wenczelao, cuius patrocinio et virtute ac choruscantibus in Nobis luculentius ipsius miraculis, plerumque in festivitatibus suis regalis celsitudo regni Boemiae pluries salutis et prosperitatis sumpsit beneficium et de hostibus suis victoriosum reportavit magnifice triumphum, pro receptis igitur tantis gratiae praemiis devota mente et sincero spiritu obsequium de facultatibus Nostris, Nobis e coelo creditis, ex dispensacionis Nostrae officio erogare volentes ac temporalia ipsa in coelestia, momentaneaue in hereditatem aeternam felici commercio feliciter cupientes commutare: hodie in Dei nomine ob reverenciam dicti beatissimi Wenczelai et sanctorum Viti et Adalberti et beatissimae Ludmilae ac aliorum patronorum Nostrorum, quorum titulis dicta Pragensis ecclesia extitit gloriosius insignita, flexis cum humilitate genibus et manibus Nostris coniunctis misericorditer devotum Nostrum dilectum Arnustum, ipsius ecclesiae decanum, nomine dictae ecclesiae in praesentia totius capituli Pragensis de veris et legitimis decimis ac decimarum fructibus et obvencionibus earum universis pro rata porcionis personam Nostram in Montibus Chutnis et Brzeznicz et alibi ubicunque in argentifodinis Nostris in regno Nostro Boemie cultis ad praesens vel excolendis seu de novo emergentibus in futurum, quomodolibet contingentis,



per byrretum, quod ipse decanus tunc gestabat in capite, duximus perpetuo investiendum, dantes et largientes imperpetuum ac perpetuo jure possidendas et habendas dictas decimas argenti in praefatis argentifodinis seu in urbora metalli argenti per totum regnum Boemiae praefatae Pragensis ecclesiae pro fabrica et aedificiis suis novis; et primo pro decore et exaltacione seu structura sepulchrorum beatorum Wenczeslai et Adalberti, quorum corpora inibi recondita feliciter existunt, cum argenteis tabulis et imaginibus deauratis, cum gemmis et lapidibus preciosis, secundo pro nova fabrica et exaltacione novi chori et deinde pro structura nova et factura insigni et magnifica tocuis ecclesiae praelibatae de labore et opere excellenti faciendis usque ad complementum ipsius totale, prout melius et sanctius in tam sancto et insigni loco videbitur expedire.

(*Orig. capit. Prag. Emler, III. 1029.*)

Statuta synodalia dioecesi Pragensi ab Ernesto episcopo die 18. Octobris 1343 praescripta.

(*Ecod. man. bibliothecae aulicae Vindobonensis typis exscripsit dr. B. Dudik: „Synodal-Statuten des Bischofs Arnost von Pardubitz vom 18. Oct. 1343. Brünn 1872.*)

Ecclesiae Pragensis transformatio in ecclesiam metropolitanam, adjunctis ecclesiis episcopalibus Olomucensi et Lutomygliensi. 1344. 30. Aprilis.

Clemens episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex supernae providentia maiestatis Romanus pontifex constitutus in supremae specula dignitatis, circa gregem dominicum suae curae commissum et ecclesiarum profectum, prout ex debito eidem incumbit officii pastoralis, diligenter prospicit et intendit et ecclesiarum ipsarum statum mutat et honorem accrescit, prout ipsorum ecclesiarum et locorum requirit necessitas, causae suadent rationabiles, catholici populi augmentum expostulat et salus exigit animarum.

Sane pridem pro parte carissimi in Christo filii nostri, Johannis regis Boemiae illustris, et dilecti filii nobilis viri Karoli marchionis Moraviensis, primogeniti sui, coram nobis et fratribus nostris sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus expositum extitit

reverenter, quod Pragensis per decem et Olomucensis ecclesiae, ipsarumque civitates et diocesis in regno Boemie consistentes, quae de Moguntinensi provincia existebant et subiacebant iure metropolitico archiepiscopo Moguntinensi, qui est pro tempore, ac ecclesiae Maguntinensi eidem, a civitate Maguntinensi per duodecim dietas vel circa distabant, et quod incolae dicti regni, qui loquuntur idioma sclavonicum omnino diuersum et non intelligibile incolis aliorum episcopatum dictae provinciae, qui purum idioma theutonicum loqui noscuntur, sunt omnino diversi in idiomate ab eisdem, quodque illi de dictis Pragensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus tum propter praedones et raptores in itineribus occurrentes, ut iterum ipsorum discrimina et asperitates, nemora et montanas in exitu et regressu dicti regni existentia, tum etiam quia oportebat eos per aliam seu alias provincias transire, cum Maguntiam volebant accedere pro appellationum et aliis causis ad forum archiepiscopalis curiae Moguntinensis metropolitico iure spectantibus prosequendis, praedictis periculis ac importabilibus expensis et laboribus subiacebant et praeter haec non erat memoria hominum, quod ecclesiae, ciuitates et dioceses Pragensis et Olomucensis praedictae forent per archiepiscopum Moguntinensem nisi semel tantummodo visitatae, et quod Altissimus in tanta multitudine populi dictas Pragensem et Olomucensem dioceses, quarum prima per quinque et altera per quatuor dietas protenduntur vel circiter, et etiam in ecclesiis et locis ecclesiasticis foecundavit et auxit, quod singularum ipsarum singulos vultus unicus pastor nequibat, ut officium pastorale decet, inspicere et alias partes boni pastoris implere, quodque durum erat atque difficile, in qualibet tam latarum et diffusarum diocesium ad unum tantum pastorem a tot personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi. Quare pro parte ipsorum regis et primogeniti fuit nobis humiliter supplicatum, ut dictas Pragensem et Olomucensem ecclesias ab omni dominio et potestate dictorum archiepiscopi et ecclesiae Maguntinensis eximere, ipsamque ecclesiam Pragensem in metropolitanam et aliquas ecclesias in eisdem diocesibus sic diffusis in cathedrales erigere, illasque ac praefatam Olomucensem ecclesiam dictae Pragensis ecclesiae metropolitico iure subicere, auctoritate apostolica dignemur.

Nos igitur huiusmodi supplicationibus auditis volentes in praemissis grauitatem et modestiam debitam observare ac de causis huiusmodi nobis expositis certitudinaliter informari venerabili fratri Bertrando, episcopo Ostiensi, et dilectis filiis nostris, Bernardo tituli sancti Ciriaci in Termis presbitero, ac Raymundo Sanctae Mariae novae diacono, cardinalibus, commisimus oraculo vivae vocis, ut de praemissis causis et earum circumstantiis in talibus attendendis se diligentius informarent et quaecumque super hiis invenirent, nobis fideliter referre curarent.

Et quia per relationem episcopi Ostiensis et cardinalium praedictorum iuxta commissionem huiusmodi nostram eis factam informationem super praemissis receperunt fideliter nobis factam, comperimus causas huiusmodi esse veras et quodammodo manifestas et postulata huiusmodi fieri non solum utile fore, sed summe necessarium ac etiam opportunum, et propterea cultum augere divinum ac spirituales animarum profectum, quem ex hiis indubie pervenire speramus, promovere salubriter intendentes, deliberatione super hiis cum fratribus nostris praehabita diligenti, praemissis et nonnullis aliis rationabilibus causis suadentibus ecclesiam, civitatem et diocesim Pragensem praedictas, de ipsorum fratrum consilio et apostolicae plenitudine potestatis, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia, ab omni jurisdictione potestate ac subiectione archiepiscopi, qui est pro tempore, et dilectorum filiorum capituli ecclesiae Maguntinensis, exnunc eximenes, penitus et totaliter liberantes, ac eam soli Romanae ecclesiae de cetero subiacere immediate perpetuo decernentes, ipsam Pragensem ecclesiam ad Dei laudem et gloriam, exaltationem catholicae fidei, eiusdem cultus augmentum et animarum profectum in metropolitanam erigimus, ipsamque honoribus et insigniis sedis metropolitanae decoramus auctoritate praedicta, nichilominus statuentes, quod ipsa Pragensis ecclesia pro metropolitana imperpetuum habeatur et eius praesul archiepiscopus etiam censeatur.

Et quia dignum est, ex quo dicta ecclesia Pragensis, olim filia, nunc mater effecta, metropolitanae dignitatis susceptae insignia suffraganeos et provinciam decentem habeat, ut ad iudicium archiepiscopi Pragensis, qui pro tempore fuerit, omnes causae suffraganeorum episcoporum et personarum eccle-

siasticarum ac civitatum et diocesum eiusdempro vinctae iuxta sacrorum instituta canonum referantur :

Villam Luthomusselensem de Pragensi diocesi existentem, locum itaque nobilem et insignem, ad laudem divini nominis et honorem nec non pro incremento, profectu et exaltatione praedictis in civitatem erigimus, ipsamque civitatis vocabulo insignimus et nichilominus ecclesiam monasterii huiusmodi novae civitatis Praemonstratensis ordinis in cathedralem etiam erigentes, eam decernimus fore perpetuo ipsius novae civitatis ecclesiam cathedralem, cui certam partem de dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus adiacentem eidem et certis finibus distinguendam intendimus facere assignari, et tam Olomucensem et Luthomusselensem ecclesias et ipsarum civitates, quam Olomucensem, nec non praefatam eidem Luthomusselensi ecclesiae assignandam diocesim, ex nunc ipsius Pragensis ecclesiae suffraganeas et de provincia Pragensi imperpetuum fore decernimus et iuri metropolitico subicimus et subiectas fore volumus archiepiscopo Pragensi, qui erit pro tempore, et Pragensi ecclesiae memoratae ecclesiam, civitatem et diocesim Olomucensem a metropolitico archiepiscopi et ecclesiae Maguntinensis praedictorum, nec non Luthomusselensem ecclesiam et civitatem praefatas ac diocesim ei, ut praemittitur, assignandam ab ordinariis olim Pragensis episcopi, nec non dilectorum filiorum capituli ipsius Pragensis ecclesiae ac qualibet praelatorum et capituli generalis dicti ordinis iurisdictione, subiectione ac dominio prorsus eximimus, auctoritate ac de plenitudine supradictis.

Haec igitur per apostolicae sedis prudentiam et providentiam circumspectam, sic facta salubriter et utiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus et robor firmitatis immutabilis obtinere volentes, auctoritate praedicta districtius inhibemus, ne quis cuiuscumque prae eminentiae, ordinis, conditionis aut status, etiam si archiepiscopali aut episcopali seu regia vel majori perfulgeat dignitate, huiusmodi ordinationes apostolicas et alia supradicta quovis quaesito colore vel modo sive causa vel occasione qualibet adinuentis turbare seu quomodolibet impedire praesumat. Et nichilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium attemptare praesumpserint, nisi infra octo dierum spatium post publi-

cationem praesentium resipuerint cum effectu, excommunicationis, necnon in universitates, terras et loca eorum interdicti ac capitula et conventus seu collegia suspensionis sententias de praedictis auctoritate et consilio promulgamus; a qua quidem sententia excommunicationis illi, qui eam incurrerint, nonnisi per Romanum pontificem, praeterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere.

Decernentes irritum et inane, si secus super praemissis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum exemptionum, liberationis, erectionis, subiectionis, voluntatis, inhibitionis et constitutionum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Avinione II. Kalend. Maii, pontificatus nostri anni secundo.

(*Orig. in archivo palat. Vindob. — Chytil VI. 542.*)

Archiepiscopo Pragensi pallium concessum  
a. 1344.

Clemens etc. Ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes Pragensem ecclesiam magnae titulo dignitatis inter alias partium ecclesias praefulgere dignitate, rationabile fore conspicimus, ut ipsam Pragensem ecclesiam et archiepiscopos, qui pro tempore inibi praefuerint, spiritualibus gratiarum largitionibus in iis potissime, quae ad suum decus et decorem et ipsius ecclesiae excellentiam dignitatis pertineret, honoremus. Nuper siquidem suadentibus rationabilibus causis eandem Pragensem ecclesiam, olim suffraganeam ecclesiae Moguntinensis ac tunc de provincia Moguntina existentem, et venerabili fratre nostro, Arnesto, episcopo olim Pragensi, in archiepiscopum Pragensem electo, regimini eiusdem Pragensis ecclesiae praesidente, de fratrum nostrorum consilio et apostolicae plenitudine potestatis in archiepiscopalem et metropolitanam ereximus et honoribus ac insigniis sedis metropolitanae duximus decorandam. Et attendentes,

quod ipse Arnestus in eiusdem ecclesiae regimine, dum episcopalis existebat, hactenus se gessit fideliter et prudenter et quod illud in posterum attentius gereret, praefatum Arnestum ipsi ecclesiae Pragensi in archiepiscopum praefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius eidem Arnesto in spiritualibus et temporalibus committendo, sibi que deinde pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis a nobis ex parte sua humiliter postulatum, duximus concedendum.

Ut autem idem Arnestus et eius successores, archiepiscopi Pragenses, qui erunt pro tempore, eo licentius pallio uti possint, quo specialiori apostolicae sedis super hoc fuerint privilegio communiti; ipsius Arnesti supplicationibus inclinati, eidem Arnesto et successoribus suis praefatis, ut in ipsa Pragensi et aliis suae Pragensis provinciae ecclesiis, videlicet in Nativitate Domini et Joannis Evangelistae, S. Stephani et Circumcisionis ac Epiphaniae Domini, Ramis palmarumque et Coenae Domini, Sabbatho sancto, tribus diebus Resurrectionis, nec non in Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis S. Joannis Baptistae et omnium Apostolorum, et quatuor Beatae Mariae Virginis, in Commemoratione omnium Sanctorum, et S. Michaelis Archangeli et ecclesiarum Dedicacionibus, ac in principalibus ipsius Pragensis ecclesiae festivitatibus et die anniversarii consecrationis ipsius Arnesti et ecclesiarum provinciae Pragensis praedictae, ubi ipsum Arnestum vel successores eius praedictos interesse et missarum solemnia celebrare contigerit, principalibus festis, ac etiam in consecrationibus episcoporum et ordinationibus clericorum, in abbatum et abbatisarum ac monialium benedictionibus, pallio alias eis rite concessa et etiam assignata, uti licite valeant auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo ꝙ. Datum apud Villam novam Avinionensis dioecesis, VIII. Kal. Septembris, anno III.

(*Balbín VI. p. 39.*)

Monasterii Ord. Bened. Slavorum Pragae fundatio. 1346. 9. Maii.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, archiepiscopo Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Significavit nobis dilectus filius, nobilis vir, Carolus marchio Moraviae, quod in Slavoniae et nonnullis partibus de sla-

vonica lingua existentibus missae et aliae horae canonicae ad laudem Christi in eorum vulgari de licentia et ex indulto sedis apostolicae leguntur et etiam decantantur, et quod multa monasteria et loca monachorum nigrorum Sancti Benedicti et aliorum ordinum in illis partibus hujusmodi ritum ex antiqua consuetudine usque in hodiernum diem tenentium, propter brigas et guerras illarum partium destructa et ad nihilum sunt redacta, monachi quoque et fratres monasteriorum et locorum praedictorum occasione hujusmodi nec Deo nec christianis proficere, nec etiam monasteria et loca ipsorum commode obtinere valentes remanent vagabundi, propter quod cultus divinus et fides christiana in illis partibus minuitur.

Cum autem, sicut hujusmodi insinuatio subjungebat, in confinibus et circa partes regni Boemiae, quae de eadem lingua et vulgari existunt, sunt multi schismatici et infideles, qui cum eis sacra scriptura latine dicitur, exponitur vel praedicatur, nec intelligere volunt nec commode ad fidem christianam possunt converti, dictique monachi et fratres vulgares praedicatores, ritum praedictum habentes, in dicto regno et ipsius confinibus summe necessarii et utiles pro Dei laude et augmentatione christianae fidei esse noscantur: idem marchio nobis humiliter supplicavit, ut eisdem fratribus et religiosis, quod in regno Boemiae et confinibus supradictis loca eligere, in quibus et circa quae possint stare et verbum Dei exponere, praedicare et missas celebrare secundum ritum et consuetudinem partium ipsarum, licentiam concedere, de speciali gratia dignaremur.

Nos igitur de praedictis notitiam non habentes, fraternitati tuae, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, eisdem monachis seu fratribus dicti S. Benedicti vel alterius ordinis per sedem eandem approbatis, recipiendi unum locum dumtaxat in dicto regno vel ejus confinibus, in quo servare valeant dictum ritum, alias tamen per sedem approbatum, eandem autoritate nostra concedas plenum et liberam facultatem, jure tamen parochialis ecclesiae ipsius loci, quem ut praemittitur, dicti monachi seu fratres receperunt, et cujuslibet alterius alieni in omnibus semper salvo.

Datum Avinione VII. Idus Maii, pontificatus nostri anno quarto.

*(Ex registro Sclavorum Pelzel Carl IV. Urk. LXXXII.)*

1347. 21. Novembris. Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus et Boemiae Rex. Ad perpetuam rei memoriam.

Rex magnificus, qui facit mirabilia magna . . . .

Dudum siquidem sanctissimus Pater dominus noster papa Clemens VI. venerabili Arnesto archiepiscopo Pragensi, principi et consiliario Nostro carissimo, ad Nostri instantiam et requestam committere voluit, ut ipse in Nostra civitate Pragensi monasterium conuentuale et claustrale ordinis sancti Benedicti instituere et auctoritate posset apostolica ordinare, institutis ibidem abbate et fratribus, qui Domino famulantes divina officia in lingua slavonica duntaxat, ob reverentiam et memoriam gloriosissimi confessoris beati Ieronymi, Strydoniensis doctoris egregii et translatoris, interpretisque eximii sacrae scripturae de ebraica in latinam et slavonicam linguas, de qua siquidem slavonica Nostri regni Boemiae idioma sumpsit exordium primordialiter et processit, debeant futuris temporibus celebrare.

Ad quod siquidem Monasterium construendum et aedificandum parochialem ecclesiam sanctorum Cosmae et Damiani in suburbiis Nostrae civitatis Pragensis praedictae in Podskal, inter Wysegradum et Sderaz situatam, cuius ius patronatus ad ecclesiam Wysegradensem tunc temporis pertinebat, facta per Nos dictae ecclesiae Wysegradensi pro iure patronatus dictae parochialis ecclesiae restitutione et satisfactione condigna, duximus ordinandum, quam praefatam parochialem ecclesiam in dictum monasterium claustrale et conventuale ad honorem Dei, beatissimaeque Mariae Virginis matris eius, ac gloriosorum Ieronymi praefati, Ciryllique, Methudii, Adalberti et Procopii, patronorum dicti regni Boemiae, martyrum et confessorum titulum et honorem, praefatum archiepiscopum requirimus et hortamur attente, iuxta commissionem a sede apostolica sibi factam, erigi et etiam exaltari, inibi abbate et fratribus auctoritate praedicta institutis, qui sub regula et regulari habitu ordinis sancti Benedicti, cui dictorum sanctorum conversatio gloriosa suis tribuit temporibus, quos adhuc per Dei gratiam retinet, speciem et decorem, in lingua slavonica duntaxat, futuris et perpetuis temporibus ob memoriam et reverentiam praefati beatissimi Ieronymi,



ut ipse in dicto regno velut inter gentem suam et patriam redatur perpetuo gloriosus, ipsiusque dignissima memoria celebris habeatur, perpetuo Domino famulantes, divinum officium, nocturnum videlicet et diurnum, valeant celebrare.

Verum cum spiritualia sine temporalibus nequeant diu subsistere, erectionem et exaltationem huiusmodi gratam et acceptabilem velut opus manuum Nostrarum quam plurimum habentes et habituri, fragranti et sincera erga praefatos martyres et confessores devotione accensi, extremamque diem iudicii, ad quam cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suae bonos a malis velut oves ab hoedis segregans duodecim tribus Israel iudicabit, praevenire piis et bonis operibus et elemosinis, per quas fit ablutio scelerum et contra omnia mundi pericula firmamentum, summo-pere cupientes, ut Deus abstergat omnem lacrymam ab oculis Nostris et non sit Nobis luctus ulterior, neque clamor, neque ullus damnabilis pene dolor, transitoriis in perpetua felici commercio commutatis, ad dotationem et fundationem praefati monasterii, sustentationemque, usum et opus dictorum abbatis et fratrum ibidem de novo instituendorum suorumque successorum, ut praedicitur, in perpetuum infra scriptos redditus, allodium, araturas et cetera, quae Nostrae praesentes continent, una cum dicta parochiali ecclesia, de Nostra auctoritate regia et ex certa scientia liberaliter damus, donamus, concedimus, conferimus et assignamus et pure ac simpliciter tenere praesentium transferimus in eosdem, ut ipsorum abbatis et fratrum modernorum, ipsorumque successorum orationes et suffragia pro Nobis, illustri Blanchia consorte carissima, liberis, antecessoribus et successoribus Nostris, regibus Boemiae, statuque felici Regni ipsius, erga Regem coelorum et Dominum iugiter intercedant.

Haec igitur sunt donata et assignata : Primo sexdecim marcae grossorum denariorum Pragensium annui et perpetui redditus supra macella carniū Minoris civitatis Pragensis anno quolibet capiendorum; item in villa Gencz triginta tres marcae; item allodium seu curia in villa Wallew cum aratura et quatuor marchis; item dictam ecclesiam parochialem una cum quatuor marcis reddituum ante huiusmodi erectionem spectantibus ad parochialem ecclesiam praelibatam. Nostris indicentes successoribus ac ipsos

attentissime cohortantes per viscera misericordiae Jesu Christi, ut Nostras donationem, fundationem et concessionem ratas et gratas habentes perpetuo ipsas studeant et satagant in suorum remissionem peccaminum et sub attestatione divini iudicii non diminuerere, sed augere.

Si quis autem contentis praesentibus seu alicui ipsorum ausu temerario contradicere praesumpserit, quod absit, maledictionem Dei Patris omnipotentis et Beatorum Jeronymi, Cyrilli et Methudii, Adalberti et Procopii praefatorum incurrat, plagisque scriptis in libro vitae sentiat se percussus.

In quorum omnium et singulorum testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et Nostrae Maiestatis sigilli appensione communiti.

Datum Nuremberg anno Domini Millesimo trecentesimo quadagesimo septimo, Indictione decima quinta, XI. Kalendas Decembris, Regnorum Nostrorum anno secundo. Huius rei testes etc.

*(Ex originali archivi archiepiscopatus Prag. Pelzel, Karl LXXXIII. Cf. Tadra, Cancellaria Arnesti: Donationes 2 pag. 447.)*

1349. die 3. Februarii. Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati et conventui monasterii Slavorum in Podskal ordinis S. Benedicti Pragensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Vestrae devotionis sinceritas exigit et religionis promeretur honestas, ut tam vos, quos paterna caritate prosequimur, quam monasterium vestrum dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos etiam carissimii filii nostri Karoli, Romanorum et Boemiae regis illustris, qui dictum monasterium de licentia sedis apostolicae dicitur fundavisse, nobis super hoc humiliter supplicantis, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu, fili abbas et successores tui, abbates dicti monasterii, qui pro tempore fuerint, mitra et annulo ac aliis pontificalibus insigniis, iuxta constitutionem piae memoriae Clementis Papae quarti, praedecessoris nostri, libere uti, quibuscunque aliis constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, valeatis, vobis et eisdem successoribus de speciali gratia tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire;

si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione III. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

(*Ex Registro Slavorum. Pelzel, Karl LXXXV.*)

Statuta sive Constitutiones concilii provincialis Pragensis praesidente domino Arnesto I., primo ecclesiae Pragensis archiepiscopo, die 11. et 12. Novembris 1349.

1. De sancta Trinitate et fide catholica.
2. De constitutionibus
3. De rescriptis.
4. De consuetudine.
5. De electione.
6. De conspiratoribus.
7. De renuntiatione.
8. De aetate et qualitate ad sacros ordines et curata beneficia promovendorum.
9. De clericis peregrinis.
10. De officio archidiaconi.
11. De vicariis.
12. De officio delegati.
13. De officio ordinarii.
14. De rectoribus ecclesiarum defunctis.
15. De majoritate et obedientia.
16. De capellanis castrorum.
17. De clericis a laicis non detinendis.
18. De oratione pro rege Romanorum et Bohemiae.
19. Contra presbyteros advocatos.
20. De his, quae vi metus-ve causa fiunt.
21. De non communicando cum excommunicatis.
22. De alienatione, iudicii mutandi causa facta.
23. De iudiciis.
24. De foro competenti.
25. De fide instrumentorum.
26. De appellationibus.
27. De vita et honestate clericorum.
28. De cohabitatione clericorum et mulierum.
29. De concubinariis.
30. De clericis non residentibus in beneficiis.
31. De occupatoribus beneficiorum per vim.
32. De institutionibus.
33. De beneficiis ante confirmationem non occupandis.
34. De concessione praebendae non vacantis.
35. De registris praebendarum vel beneficiorum.
36. De rebus ecclesiae alienandis vel non.
37. De emptione praediae vel furti.
38. De pignoribus.
39. De testamentis et ultimis voluntatibus.
40. De executoribus testamentorum.
41. De sepulturis tempore interdicti.
42. De electione sepulturae.
43. De sepultura plebani.
44. De parochianis.
45. De statu religiosorum.
46. De capellis religiosorum.
47. De iure patronatus.
48. De pactionibus beneficiorum.
49. De violentia ecclesiae.
50. De missarum celebratione.
51. De celebratione primae missae.
52. De missarum novarum officiis.
53. De altari viatico.
54. De baptismo.
55. De custodia eucharistiae et sacramentorum.
56. De conservatione rerum in ecclesiis.
57. De celebratione festivitatum.
58. De observatione jejuniorum.
59. De ecclesiis vel basilicis aedificandis.
60. De subsidio ad fabricas ecclesiarum.
61. De immunitatibus ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum.
62. Contra patronos et temporale dominium obtinentes.
63. De telonio.
64. De statutis laicorum contra clericos.
65. De matrimonio.
66. De cognitione spirituali.
67. De consanguinitate et affinitate.
68. De eo, qui duxerit in matrimonium quam polluit per adulterium.
69. De simonia.
70. De Judaeis.
71. De habitu Judaeorum.
72. Aliud de Judaeis.
73. De haereticis.
74. Contra Judaeos baptisatos.
75. De raptoribus.
76. De usuris et usu-

rariis. 77. De criminibus et fraudibus usurarum. 78. De falsariis litterarum. 79. De sortilegiis. 80. De clerico excommunicato vel interdicto vel irregulare celebrante. 81. De damno. 82. De injuria. 83. De poenitentis et remissionibus. 84. De confessione. 85. De confessione infirmorum. 86. De fratribus, quibus datur auctoritas audiendi confessiones. 87. Ut fratres sine licentia plebanorum non praedicent. 88. De indulgentiis. 89. De confessoribus, qui conceduntur subditis. 90. De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti. 91. De excommunicatis et publice denuntiatis. 92. De verborum significatione. 93. De regulis juris.

(*Dudík, Statuten des I. Prager Prov. Conc. 1872.*)

### Statuta seu constitutiones Joannis episcopi ecclesiae Olomucensis. 1349.

De officio archidiaconi. — De officio vicariorum. — De festis celebrandis. — De tonsura clericali. — Quod non celebrent nuptias filiorum vel filiarum. — De majoritate et obedientia. — Prohibitio hastiludiorum. — De commutatione. — De festinatione Cyrilli et Metudii. — Indulgentiae de Corpore Christi. — De dedicatione. — De imminutione ecclesiarum. — Ne clerici ignoli et apostatae saecularibus negotiis se immiscant. — De vitrico ecclesiae eligendo. — De Judaeis.

(*E cod. bibl. univ. Olomuc. et capit. Presburg. typis excr. Chytil Cod. dipl. VII. 984.*)

### Statuta episcopo atque capitulo Olomucensi a metropolitano Pragensi a 1349 data.

De officio decani. — De officio propositi. — De officio archidiaconi. — De officio custodis. — De officio scolastici. — De capitulo. — De officio vicariorum. — Canoniale.

(*E codice Capit. Olomucensis typis excr. B. Dudík 1569.*)

### Statuta ecclesiae Pragensis 1350.

De oneribus archiepiscopi Pragensis. — De officio praepositi Pragensis. — De oneribus praepositi Pragensis. — De officio decani ecclesiae Pragensis. — De oneribus decani. — De officio et oneribus archidiaconi Pragensis. — De officio et oneribus scolastici Pragensis. — De potestate capituli Pragensis et quod praepositus, archidiaconus et scolasticus habent vocem in capitulo ratione suarum dignitatum. — Qui possunt ad beneficia in ecclesia Pragensi sita praetentare perpetuo, et qui non. — Ad quem pertineat administratio vacante sede archiepiscopali et aliis praelaturis et beneficiis quibuscunque vacantibus in ecclesia nostra. — Qui teneantur ad procuracionem capparum de serico. — Qualiter providendum sit ruinis sumptuosis fabricae Pragensis. — An praelati, canonici et ministri eccle-

siae pauperes suos exactionare possint. — De inventario. — De syndico et notario capituli. — De praerogativa canonicorum in sacris ordinibus constitutorum. — De optionibus. — De poena onera non solventium. — De praerogativa canonicorum residentium et in studio privilegiato existentium. — De novitatibus in cantu et legenda non introducendis. — De obedientia in Odolena Voda. — Quod decima montium eo jure quo funeralia, ministris debetur. — De officio canonicorum ebdomadariorum. — De praelatis et canonicis residentibus. — De mediis praebendis. — De officio custodis et sacristae conjunctim. — De officio et oneribus sacristae tantum. — De officio cantoris. — De officio magistri in theologia et salario ipsius. — De officio magistri scholae. — De officio tumbarii S. Adalberti. — De altaristis. — Quod altaristae debeant esse presbyteri infra annum. — Quod vicarii infra divinum officium stent in choro. — De vicariis canonicorum ecclesiae et de salario eorum. — De balkinis et caeteris ecclesiae importatis ad quos pertineant. — De clericis choralibus. — De matronis. — De praerogativa canonicorum Boleslaviensium. — De beneficiis quae simul se compatiuntur, et quae non. — Qui testamenta facere possunt et de anno gratiae.

(*E codice chart. et membr. Nicosburgensi typis excr. B. Dudík. 1867.*)

**Episcopatus et dioceseos Lutomyšliensis creatio. 1349. 3. Decembris.**

Sanctissimo in Christo et Domino domino Clementi, divina Dei providentia sacrosanctae romanae et universalis ecclesiae summo pontifici, Arnestus archiepiscopus, Przedwoyius decanus, Sdeslaus scolasticus et capitulum ecclesiae Pragensis, pedum oscula beatorum.

Dudum Sanctitas Vestra Pragensem ecclesiam in archiepiscopalem et monasterium Luthomislense canonicorum regularium ordinis Praemonstratensis in ecclesiam cathedralem erigendo providit, statuit et decrevit, eidem ecclesiae et episcopato pro diocesi Luthomislensi certas partes cleri et ecclesiarum, plus eidem ecclesiae adjacentium, de Pragensi et Olomucensi diocesibus deputandas, de quibus ego et capitulum ecclesiae meae ac rev. pater dom. Johannes episcopus et capitulum Olomucenses cum rev. patre dom. Johanne episcopo et capitulo Luthomislensibus hactenus nequivimus concordare. Nunc autem interveniente ser. principe et domino, dom. Karolo Romanorum et Boemiae rege, concordés effecti, Sanctitati Vestrae unacum praedictis dom. episcopis et capitulis instantè et humiliter supplicamus, quatenus dictae ecclesiae Luthomislensi pro dio-

cesi subscriptum clorum et populum, monasteria et parochiales ecclesias cum universis eorum juribus et pertinentiis in quatuor infra scriptis decanatibus archidiaconatus Gradicensis meae Pragensis diocesis constitutum situatas atque sitas limitare, incorporare in perpetuum dignemini et unire, videlicet:

**In decanatu Chrudimensi dicti archidiaconatus Gradicensis:**

Monasterium in Podlazier ordinis Sti. Benedicti, abbatem et conventum viginti personarum obtinens et ultra, et Monasterium Sanctimoni-  
alium in Sezemicz ordinis Sti. Bernhaldi, et Monasterium in Pordubicz  
fratrum ordinis de poenitentia beatorum martyrum:

Jessutboricz, Czelakow, Hostomyericz, Tunochod, Hostialouicz, Stogyecz,  
Hermanni Oppidum, Puchobrad, Troiowicz, Slatyna Swankonis, Byetovan,  
Swinczan, Sanctus Marcus sive Minus Caplicz, Slepoticz, Chrustouicz, Przelucz,  
Trzebussicz, Hombicz, Tynecz, Iwanouicz, Lepejouicz, Morassicz, Nassawrk,  
Žestok, Syecz, Camnicz, Costel, Chrudim oppidum muratum cum ecclesia  
sanctae Crucis et domo fratrum ordinis Praedicatorum, Dassicz, Rozhouicz,  
Costelec, Swidnicz, Boyanow, Lucziboricz, Pordubicz, Stolan, Caplicz, Mo-  
rawan, Chribocow, Rossicz, Miczow, Zumberk, Smyrzecz.

**In decanatu Policensi:**

Policzka oppidum muratum, Trzemusna cum Lata-Valli, Ujezd, Czirk-  
kovicz, Lutrbach cum Strynicz, Abbatisvilla, Cunczdorf, Bystre cum Tripina,  
Pulcherfons, Korouia, Borovia sive Ulricivilla, Morassicz, Jansdorf, Karls-  
prun cum filia, Laubndorf, Banyna cum filia, Rohozna, Abbatisvilla cum filia,  
Theodricivilla.

**In decanatu Lanscronensi:**

Lanscrona oppidum muratum cum ecclesia, Tribouia, Luthouia, Ta-  
miksdorf, Kunigsweld, Tribouicz, Rytavia, Wilhelmswerd, Knapndorf, Lybntal,  
Kunczdorf, Michaelisvilla, Ruffa aqua, Dytrychspach, Rudolfivilla.

**In decanatu Mutensi:**

Muta oppidum muratum cum parochia et domo fratrum Minorum,  
Knyerzow, Hermanicz, Tyczmannivilla, Plotycz, Bozidom, Prosiecz, Rowna  
sive Waltherivilla, Jenissovicz, Slupnicze, Lhota, Platynycz, Radhoscz,  
Vhersk, Holicz sive Eklinivilla, Lusa sive Camnicz oppidum, Rzepnik,  
Styepanow, Grunaw inferior, Grunaw superior, Skucz, Janovicz, Rana, Wra-  
tislavia, Buczina, Makow, Lynsk, Submersa Ecclesia, Zamyrsk, Vgezd,  
Hermanni villa, Wraczouicz, Mladochow, Bernarticz, Wlaticz, Lazan.

Datum Pragae sub meis et capituli mei praedicti sigillis.  
Anno Domini trecentesimo quadragesimo nono, Indictione  
secunda, die III. mensis decembris.

(Orig. in archivo Raygradensi. — Chytil VII. 974.)

1350. 4. Nov. Petitiō capituli episcopalis Lutomygliensis Sedi apostolicae porrecta, quatenus episcopali ecclesiae Lutomygliensi pro dioecesi clerus et populus, monasteria et parochiales ecclesiae in quatuor decanatibus archidiaconatus Gradecensis situatae incorporentur, vid.

In decanatu Chrudimensi monasterium in Podlaschicz ordinis S. Benedicti et monasterium in Sezemicz ordinis Cisterciensis et monasterium Cruciferorum in Purdawicz de Poenitentia ad S. Martyres et in oppido Chrudim parochialis ecclesia et domus fratrum Praedicatorum et in suburbiis ejusdem oppidi parochialis ecclesia S. Crucis et infrascriptae parochiales ecclesiae in eodem decanatu situatae (vide nomina earum in Enumeratione decanatum) . . .

Et in decanatu Mutensi in oppido Altamuta parochialis ecclesia cum filiali et domus Fratrum minorum et infrascriptae parochiales ecclesiae per eundem decanatum (vide nomina earum in Enumeratione decanatum).

Et in decanatu Policensi in oppido Policzka parochialis ecclesia et subscriptae ecclesiae ejusdem decanatus (vide nomina earum in Enumeratione).

Et in decanatu Landskronensi in oppido Landskron parochialis ecclesia et subscriptae parochiales ecclesiae ejusdem decanatus (vide nomina earum in Enumeratione).

1351. 12. April. Petitiō Joannis episcopi Olomucensis ejusque capituli, ut Sedes apostolica ecclesiae episcopali Lutomygliensi pro dioecesi clerum et populum, coenobium et triginta parochiales ecclesias in duobus decanatibus archidiaconatus Olomucensis situatas et sitas, incorporeret, videlicet:

In decanatu Schonbergensi coenobium fratrum ordinis S. Benedicti, quod vulg. dicitur Claustrellum, item ecclesias parochiales Ludwi(c) villa (Lussdorf), Detznitz, Detintz (Tatenice), Schonwald, Zotkitel, Altus Lapis (Hochstein), Adolphi villa, Schiltperch, Scriptoris-Villa (Schreibendorf), Odendorf, Alta civitas (Hochstadt = Zábřeh), Ferreus Mons (Eisenberg), Jacobi Villa (Jokelsdorf), Nicols (Nikelsdorf), Martini Villa (Merzdorf), Joannisvilla (Hannsdorf), Eberhardi villa (Ebersdorf), Goldenstein

Antiquum Goldek, Richardi villa, Ulrici villa (Ullersdorf), Marchionisvilla (Markersdorf), Sobetinna.

Decanatus Hussowiensis:

Volens, ut Studium Pragense, ad modum et consuetudinem studii Parisiensis, in quo olim ipse rex in puerilibus constitutus annis studuerat, in omnibus et per omnia dirigeretur et rege- retur et ut legentes magistri praedicti haberent certa solaría singulis annis perpetuis temporibus, ipse rex primum, demum dom. Arnestus, sanctae Pragensis archiepiscopus primus, et capitulum eiusdem ecclesiae, omnes quoque alii praelati et collegia aliarum ecclesiarum necnon monasteria regni Boemiae contribuerunt satis magnam summam pecuniae et redditus ac census perpetuos ad factum hujusmodi opus in certis locis emerunt et bona eadem archiepiscopatus Pragensi unierunt et dominum archiepiscopum Pragensem et suos successores cancellarium studii Pragensis fecerunt et esse voluerunt.

Et ut haec omnia inviolabiliter perpetuis temporibus permanerent, dom. K., R. et B. rex, zelator et instaurator huiusmodi Studii, omnia privilegia et libertates studentibus concessas sua bulla aurea confirmavit.

Et factum est studium tale in civitate Pragensi, cui nunquam fuit simile in omnibus partibus Alamaniae, et veniebant illuc de alienis partibus, vid. de Anglia, de Francia, de Lombardia, de Ungaria, de Polonia et de singulis circumiacentibus terris stu-

dentes, filii nobilium et principum ac praelati ecclesiarum de diversis mundi partibus.

(*Beness. de Weitmil.*)

1370. Et dilatatum est ipsum Studium (Pragense) et divulgatum in omnibus partibus et terris adiacentibus, eo quod Imperator diligeret eos et specialibus favoribus eosdem prosequeretur. Ut autem eo ferventius studerent studentes Studii Pragensis, quo se sentirent in proximo ad beneficia promoturos, fecit et suis confirmavit litteris Imperator, ut ad praelaturas et praebendas ecclesiae seu capellae regalis Omnium Sanctorum in castro Pragensi per successores suos, reges Boemiae, perpetuis temporibus non praesentarentur alii quam magistri de Collegio studentium Studii Pragensis. Et illi dumtaxat, et non alii, ad hujusmodi beneficia instituuntur ex concessione regia et confirmantur. Et dom. papa Urbanus V., hanc ordinationem caesaris suis specialibus privilegiis confirmavit et observandum sancivit perpetuis temporibus secuturis.

(*Beness. de Weitmil.*)

#### Primae dotationes.

Epyk de Hradku protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditates suas in Brocznye curiam araturae cum curiis rusticalibus, in Chudolaziech quidquid ibi habuit, in Zalezlih, quidquid habuit, in Borowa Lhota villam, in Wessela Lhota villam cum agris, pratis, silvis, rivis, piscinis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente, vendidit domino Arnesto Pragensis ecclesiae archiepiscopo et suis successoribus, cancellario universitatis Pragensis Studii privilegiati, ementi dicta bona ad usum Studii Pragensis praedicti, vid. pro solario doctorum, magistrorum et aliorum legentium in Studio praedicto, pro 700 sex. gross. den. Prag., quas dominus Karolus imperator Rom. et Boemiae rex ac collegiati conventus Pragensis diocesis pro solariendis doctoribus et magistris Studii praedicti contribuerunt etc.

(*Tab. cur. post 1360. — Cf. Diploma Caroli ddo. Pragae, 1358.*)

Pro parte honorabilium rectoris et scholarium Studii Generalis civitatis Nostrae Pragensis fuit humiliter supplicatum, quatenus cum ipsum Studium nonnullos homines, bona et jura in villis et villarum terminis in Broczan, Chudolazy, w Zalezlie,

Wesself, Bor et in aliis locis obtineat, cum quibus et eorum redditibus ipsum Studium honorifice regi, laudabiliter gubernari et in suo statu conservari debet, eidem Studio et pro ejus felici augmento concedere et indulgere — velimus, quod homines villarum dictarum et alii ad ipsum Studium pertinentes in causis quibuslibet coram Nobis et Nostris successoribus, Boemiae regibus, subcamerariis Regni Nostri . . . et specialibus commissariis —, et non alibi, de se conquerentibus in judicio debeant respondere.

(*Orig. arch. Univ. Prag. — Pelzel Abbild. III. p. IX. — L. Erect. 252.*)

Ego Henzlinus dictus Ben(eschawer), civis Majoris Civitatis Pragensis, — fateor et recognosco, me villam meam Poczrnicz cum munitione et curia, ad quam pertinent octo lanei agriculturae, necnon partem et censum villae Trczúss . . . cum omnibus proventibus . . . . justo venditionis titulo hereditarie vendidisse rev. in Ch. patri (Arnesto arch.), cancellario universitatis Studii Pragensis, ementi bona ad usum Studii Pragensis vid. pro salario . . . doctorum, magistrorum et aliorum legentium in Studio praedicto, pro octingentis sex. gr. den. Prag; quam quidem pecuniam a dicto domino . . . archiepiscopo me fateor percepisse et mihi per eum in numerata pecunia satisfactum esse intergraliter et in toto.

(*Canc. Arnesti. Tadra p. 515.*)

Nos Arnestus etc. . . . quod cum Divina disponente providentia ecclesia nostra Pragensis in metropolim sit erecta, sicque nos de proventibus unius praebendae pro magistro in theologia, qui sacerdotes et alios in sacra pagina doceret et in hiis praesertim, quae ad animarum curam spectare noscuntur, providere teneamur, etc. . . . de bonis nostris patrimonialibus villae dictae Hrzminin (Boleslaviensis provinciae), in qua sunt 14 lanei cum dimidio et una taberna, de quibus annuatim 20 sex. cum dimidia, sex grossi et sex parvi denarii census nomine ab incolis villae dictae persolvuntur, additis ad hoc duobus laneis et quartali in villa Nostra dicta Wazicz (Gradicensis prov.), de quibus tres sex. gr. et 17 gr. similiter census nomine persolvuntur. . . .

(*Orig. arch. Capit. Prag. Pelzel, Abbild. III. p. XXVII.*)

1359. Dom. Arnestus arch. emit domum et ortum prope S. Franciscum apud Mathiam de Turri pro studentibus in artibus liberalibus 90 sex. (Tom.) Ernestus archiepiscopus in ecclesia Pragensi lectorem in theologia suis pecuniis instituit, pro quo emit certos redditus in villa Zlatnik prope Pragam.

(*Beneš de Weitmil.*)

1352. Quia devoti Nostri dilecti, capitulum Pragense ecclesiae, se votis regis conformare volentes decreverunt et discernere curaverunt, ad opus Studii et pro Studio Pragensi necnon pro salario et pastu doctorum et magistrorum ibidem — et praesertim pro magistro in sacra pagina docente et legente in ecclesia Pragensi sexagenas decem grossorum denariorum Pragensium de proventibus et pecuniis suis annis singulis in una parte deputarunt; in alia vero parte sexagenas quinque grossorum praedictorum annis singulis pro Studio praedicto solvere tenebantur etc.

(*Dipl. orig. arch. Capit. Prag. Pelzel Abbild. III. pag. VII.*)

De officio magistri in theologia et salario ipsius. Magister in theologia, quem de caetero apud ecclesiam nostram esse volumus et cujus datio seu provisio ad archiepiscopum cum consilio sui capituli pertinebit, pro personis ecclesiae nostrae et aliis ipsum audire volentibus, cursum lectionum suarum in biblia annis singulis, finita missa mansionariorum, in die b. Dyonisii in loco ecclesiae nostrae consueto incipiet, quem usque ad Kalendas Augusti exclusive continuabit, feriis quas nostra Pragense observat ecclesia, dumtaxat exceptis. Pro quibus suis laboribus XX sex. gr. de villa Zlatnik (Pragensis districtus), Hodkowitz villae Zlatnik de propinquo et vicino adjacente et de duobus laneis cum quartali in Wazicz, bonis nostris patrimonialibus, et X sex. gr. a capitulo ecclesiae Nostrae annis singulis habebit et habere debet.

(*Stat. eccl. Prag. 1350. — Cf. litteras permutationis ab a. 1356. Frind II. 432.*)

Nos Johannes . . . episcopus ac prior ac capitulum ecclesiae Luthomislensis, cupientes ser. principis et domini Nostri Karoli, Rom. Imp. et Boemiae regis, piis votis concurrere et ejus laudabile propositum de Pragense studii generalis instauratione salubri, ad ejusdem dom. nostri regis petitionem instantem necnon regni Boemiae honorem et gloriam et utilitatem publicam

possetenus promovere, ut doctores et magistri ad hujusmodi Studii conservationem deputati vel etiam deputandi, sine quibus ipsum Studium salubre non potest nec optatum venire quomodolibet in effectum, in statu teneantur decenti, quodque huic studio eo efficaciori zelo intendant, quo se vitae necessariorum maiori augmento senserint consolatos, ad praedictum studium instaurandum et alia Universitatis onera supportanda, 60 sex. den. Prag. infra duos annos computandos in terminis contribuendo dare et solvere promittimus data fide . . .

(*Canc. Arn. Tadra p. 543.*)

1370. Bibliotheca. Imperator multum affectus ad Studium Generale et studentes in Praga, comparavit pro C marcis centum et quatuordecim volumina librorum sacrae theologiae et juris canonici ac aliarum artium liberarium; qui libri fuerunt dom. Wilhelmi decani Wissegradensis, hoc anno defuncti, quos idem in Auinione et in aliis diversis mundi partibus comparaverat. Et illos libros donavit d. Imp. pro collegio studentium in Praga.

(*Benes. de Weitmil. Cf. Ott, Beiträge p. 97.*)

Forma licentiatorum in diversis facultatibus.  
1359. 12. Junii.

Arnestus Dei et apostolicae sedis gratia s. Pragensis Eae AEpus ac venerabilis universitatis studentium studii Pragensis cancellarius, Universis praesentium notitiam habituris salutem in Domino et praesentibus fidem dare. Ut in Dei Ea augeantur, qui fructum afferre valeant opportunum, decet et expedit, ut illi, qui pro acquisitione scientiarum multis laboribus utiliter insudarunt, specialibus honoribus praeferantur, ut et alii hujusmodi praemio honoris ad acquirendum virtutes et scientias alliciantur. Hinc est, quod cum hon. vir. Henricus Johannis dicti Stenbonis de Libsicz Olomucensis dioecesis, praesentium ostensor, nobis in Christo sincere dilectus, per certos sacrae theologiae professores et magistros in artium liberalium facultate peritos, per nos specialiter deputatos, sit et fuerit debito et rigoroso examine praevio repertus sufficiens et idoneus decore magisterii septem artium liberalium honestari: idcirco nos ipsius sufficientiam ac virtutum merita quamplurima attendentes, ipsum in aula nostra

archiepiscopali Pragensi solenniter magisterii hujusmodi honore per consueta insignia cum debitis solennitatibus, in talibus observari consuetis, primo loco duximus decorandum, dantes et concedentes eidem auctoritate cancellariatus nostri plenam ac liberam facultatem, in cathedra magistrali liberalium artium in studio Pragensi et alias ubique locorum legendi et quoslibet actus faciendi et exercendi magistrales. Harum, quibus nostrum majus sigillum appensum est, testimonio literarum. Datum Pragae a. D. 1359 die 12. Junii. (Lib. Erect. 25.)

### Primi professores in Universitate legentes.

**Magistri theologiae.** Fuerunt autem quinque magistri theologiae, quorum unus legit in ecclesia Pragensi, alii vero magistri in monasteriis sui ordinis sacram theologiam legerunt. (Chron. Franc.)

**Magister Nicolaus, fratrum Eremitarum S. Augustini in Nova Civitate sub castro Pragensi ad ecclesiam S. Thomae Apost.:** „Primus magister in Beheimia S. theologiae, frater Nicolaus ord. Augustini“ (Ben. Min.) Commemoratur in inventario ejusdem monasterii ca. 1409—1418.: Magister Nicolaus de Luna. („Unus ornatus de rubeo axamito magistri Nicolai de Luna“. Tomek.)

**Albertus monachus, fratrum Minorum ad S. Jacobum Majoris Civ. Prag. A. 1349.** „frater Albertus, tunc lector Pragensis, factus fuit magister sacrae theologiae“ (Ben. Min.). 1349 „Albertus Bludovis Ord. frat. Min., lector in Praga, qui extra regnum Boemiae in diversis Generalibus Studiis multo tempore et demum in studio Paris. duobus annis sacrae paginae laudabiliter insudavit et postremo in diversis conventibus regni Boemiae et specialiter in conventu suo Pragensi eandem paginam legit, in disputationibus et sermonibus continuo laborando“ (Rotul. Denifle I. 590). „Examinetur per arch. Ravenat. et si sufficiens, licentiat per eundem“ (Ib.). A. 1365 una cum matre sua Elza vendidit domum, sitam in Maj. Civitate prope valvam S. Benedicti Mathiae Melzer (Tomek). „1351. Capitulum provinciale in Nova Domo, in festo S. Francisci, tenuit frater Albertus S. theologiae doctor, de mandato fratris Francisci Ministri, sui avunculi“ (Ben. Min.).

**Magistri decretorum (i. e. juris canonici).** „Jus autem canonicum legit doctor decretorum de Bononia vocatus“ (Franc. Chr.). — „Suavis tuae famae virtutumque et scientiarum odor S. N. afflavit, qui canonum armatus peritia, cathedrae digne praesidens, audientium ruditatem erudis et ariditatem eorum doctrinae foecundas irriguo fonte, sanctorum canonum aenigmata reserando. Tu denique nedum in vinea Domini fideliter laborare, sed quodammodo vineam diceris Bononiam dudum tam suavis fructus ubertate reficiens, nunc autem Paduam irradians, remota vasti orbis climata scientiae tuae radiis illustrare.“ (Form. litt. Caroli IV. Gelnhausen

Cancell. Car. Hoffmann II. 16.) Procul dubio „Ludouicus d. s. Laurentius de Padua, „decretorum doctor in studio Pragensi“, qui ad a. 1355 commemoratur.

„Jus canonicum legit in ecclesia Pragensi magister Stephanus dom. archiepiscopi Arnesti cancellarius“ (Franc. Chron.) „1354. Arnestus arch. Joannem Paduanum, decanum Wyssegradensem, decretorum doctorem, et Stephanum, Prag. et Olomuc. ecclesiarum canonicum, in spiritualibus vicarios fecit (Canc. Arn. 332, 334). „1356. canonicus ecclesiae Pragensis, archiep. in spirit. vicarius generalis. — In Hradczano domus quondam per, magistrum Stephanum aedificata“ (1365, 1486). Mag. Stephanus, quondam vicarius archiepiscopi in spiritualibus, postquam factus canonicus regularis in Rudnicz, compilator „Quaestionum.“ (Schulte, Tomek.)

#### Magistri medicinae.

Magister Baltasar de Tusia legit libros artis medicinae (Franc. Chron). „Baltazar medicus dom. Imperatoris“, a. 1357 domum emit in platea S. Valentini Antiquae Civitatis Pragensis erga Jacobum Tursumit, quae eodem anno transiit in possessum „dom. cancellarii, vid. episcopi Leitmolicensis“ (Lutomyslensis), qui eam emit „erga Balthazarum medicum Domini Nostrum Imperatoris“ (Tomek). An Tusia Tusta, civitas Boemiae? 1370 Tustensis civitas, 1385 burgravi in Tusta, civibus in Tusta, 1363 civitas Taustensis, in Tausta, cives Taustenses. — Svatost ante Tust. — Cives civitatis Tuscensis, in praerurbio civ. Tuscensis (L. Erect.) — „Baltasar de Tusta“ primus legit Balbinus (Boh. docta I. 72.)

#### Magistri liberalium artium.

Alii vero magistri in scholis suis artes legerunt liberales (Franc. Chron.) 1348—1352 Karolus rex magistro Walthero familiari, physico suo, confert scholas ecclesiae b. V. M. penes Laetam Curiam cum plena potestate, in praedictis scholis medicinas, physicam et artes qualibet alias docendi (Menken XIII.) — „Magister Waltherus, artium liberalium professor, artis filosofiae baccalaureus“ (verisimillime universitatis Bononiensis).

#### Altera series professorum actu legentium 1355.

Ludouicus d. s. Laurentius de Padua, decretorum doctor (vide supra).

Henricus Johannis de Lobschitz, magister in artibus. 1359. Henricus Johannis dicti Stenbonis de Libsicz, Olom. dioc.

Joannes filius Arnoldi de Monikedam, baccalaureus in artibus (1369 Joannes de Holandria, natus de Moniche-dam, decanus artium).

Joannes Westual, bacc. in artibus, 1374. rector universitatis trium facultatum (Familia Westvali Praegae commemoratur usque ad a. 1411).

Henricus Swetzkow bacc. in art.

Wilbernus de Stadis bacc. in art.

Henricus Woleri bacc. in art. 1366 Henricus Woleri de Stadis in collegio Caroli, 1369 alias de Nova Ponte, dec. art. 1376 Henricus de Stadis, Werdensis canonicus ecclesiae.

Johannes de Leone junior, bacc. in art.

Jacobus Crutzebitter bacc. in art.

Nicolaus de Pranestorp bacc. in art.

Petrus Czadelmanni de Tochebus bacc.

Tertia seria professorum legentium 1362.

(Magistri artium liberalium facultatum in Univ. Prag., filia vestra humillima, nostra plantatio novella, actu regentes).

Hermanus de Winterswich (1355 mag. in art., in S. theol. stud., 1366 Hermanus de Winterswyk nat. Bav. in collegio Caroli.)

Otto de Werdere.

Johannes de Parim dictus Wittepeningh in art. et medicinis licenciatus.

Martinus filius strenui militis Jesconis de Wesselicz, mag. in art. Paris, in sacra theologia studens, cler. Prag. dioc. (Pater Martini — Jesco de Wesselicz — testis a. 1374. Libri Erect. I. 202.)

Wyboldus Stuetete cler. Osnabrug., dioc. Mag., in art. et bacc. in medicina.

Heinricus Bronekowe, mag. in art., cler. Caminensis.

Quarta series professorum 1366:

(Magistri et graduati qui in humili Universitate Studii Pragensis actu legunt et laborant et a multis temporibus laboraverunt):

Henricus de Etwat de Primislavia, Camin. dioc., rector universitatis Prag., scholaris in jure can.

Petrus de Kothebuz mag. in art., Misnen. dioc.

Bertholdus fabri de Frankinfort, cler. Lubic. dioc., baccal. in artibus, scholaris in jure canonico.

(Magistri et simul collegae Collegii Caroli)

Mag. Fridmanus de Sytha (1376 rector scholarum in Hradczano., 1380. M. canonicus Omnium S. capellae rectorque scholarum castrum Pragense. Mag. Fridmannus de Castro et Joannes Gorlicz sororinus ejus. 1382 canonicus Pragense.)

Mag. Jenekov de Praga. 1393 Mag. Joh. de Praga domum emit erga W. Massanec; domus magistri Hannussii de castro (Pragensi).

Mag. Nicolaus de Moravia.

Mag. Dytherus de Widena.

Mag. Henricus Woleri (vide supra).

1. Concessio Studii generalis Pragae instaurandi a Sede Apostolica data. 1347. 24. Januarii.

Clemens episcopus, servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

In suprema dignitatis apostolicae specula, quamquam insufficientibus meritis, divinae dispensationis munere constituti, ad universas fidelium regiones, eorumque profectus et commoda,



tanquam universalis Dominici gregis pastor, commissae nobis speculationis aciem, quantum nobis ex alto permittitur, extendentes, fidelibus ipsis ad quaerenda literarum studia, per quae Divini Numinis Sanctaeque catholicae fidei cultus protenditur, justitia colitur, tam publica quam privata res utiliter geritur, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, gratiosos libenter favores impendimus et opportuna commoditatis auxilia impertimur.

Nuper siquidem ex parte charissimi in Christo filii nostri Karoli, regis Romanorum illustris, nobis exposito, quod in hereditario regno suo Boemiae, multisque aliis eidem regno finitimis regionibus atque terris Generale Studium, quod in illis partibus summe foret expediens, non haberetur, quodque metropolitana Pragensis civitas in ipsius regni medio, locoque quam saluberrimo sita et a diversarum partium gentibus frequentata, in victualibus quoque, aliisque vitae necessariis copiosa, ad hujusmodi Generale Studium erigendum, cum particulare dudum in ea fuerit studium, accommoda multum existat: nos considerantes eximiam devotionis et fidei puritatem, quam tam ipse Karolus et praedecessores sui, Boemiae reges, quam eiusdem regni incolae ad sanctam Romanam ecclesiam gessisse, ac ipsi, Karolus ac incolae, gerere dignoscuntur, ferventi desiderio ducimur, ut regnum ipsum, quod divina bonitas multitudine populi, rerumque copia praeditavit, fiat literarum fertilitate foecundum, ac in eo, quemadmodum auri et argenti (copia) fore dignoscitur, sic scientiarum praevalentium sint minera (sit abundantia), ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbui documentis.

Hiis igitur omnibus et praesertim amoenitatibus civitatis praefatae diligenti examinatione pensatis ad huiusmodi Universale Studium, non solum praemissorum eiusdem regni et regionum circum adjacentium incolarum, sed etiam aliorum, qui de diversis mundi partibus ad eandem confluent civitatem, commodum et profectum, paternis affectibus anhelantes, dicti regis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate statuimus, ut in dicta civitate Pragensi perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeat in qualibet licita

facultate et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus ac immunitatibus, concessis doctoribus legentibus et studentibus commorantibus in Studio Generali, gaudeant et utantur, quodque illi, qui processu temporis scientiae margaritam fuerint in illa facultate, in qua studuerint, assecuti, sibi que docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac magisterii honorem seu titulum petierint impertiri, per magistros seu magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, archiepiscopo Pragensi, qui est pro tempore, praesententur. Idem quoque archiepiscopus doctoribus et magistris in eadem facultate inibi actu regentibus convocatis, illos in hiis, quae in promovendis ad doctoratus seu magisterii honorem requiruntur, per se vel alium juxta modum et consuetudinem, quae super talibus in Generalibus Studiis observantur, examinare studeat diligenter, eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat ac honorem seu titulum conferat magistralem. Illi vero, qui in eodem Studio dictae civitatis examinati et approbati fuerint, (ac docendi licentiam et) honorem seu titulum magisterii obtinerint, ut est dictum: ex tunc absque examine et approbatione alia regendi et docendi tam in civitate praedicta quam alibi ubicunque (quibuscumque), tam dictae civitatis, quam quorumlibet aliorum locorum seu Generalium Studiorum, in quibus voluerint regere vel docere, statutis et consuetudinibus contrariis, apostolica vel alia quacumque firmitate vallatis, nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Avinione VII. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno quinto.

*(Diploma insertum Chronico Francisci canonici Pragensis, Cap. XXII: De instauratione et instructione in regno Boemiae Studii generalis, B. Balbini Bohemia docta (R. Ungar.) 1776 p. 9., Mon. hist. universitatis Pragensis II. dipl. I.)*

2. Generalis Studii Pragensis fundatio regalis.  
1347. 7. Aprilis.

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter desiderabilia cordis Nostri et quae cogitationi regali jugiter occurrunt, animi praecipua reddimur anxietate solliciti, specialiter convertentes aciem mentis Nostrae, qualiter regnum Nostrum Boemiae, quod prae ceteris hereditariis aut eufortunae acquisitionis honoribus et possessionibus praerogativa mentis affectione complectimur, cujus exaltationem omni, qua possumus, diligentia procurantes ipsius honori, intendimus totis conatibus et salutem, sicut rerum victualium ad dispensationem Divini Numinis natura profuente tripudiat, sic ad Nostrae provisionis edictum prudentum virorum copia Nostris artificialiter temporibus decoretur, ut fideles Nostri regnicolae, qui scientiarum fructus indesinenter esuriunt, per aliena mendicare suffragia non coacti, paratam in regno sibi mensam propinationis inveniunt, et quos ingeniorum nativa subtilitas ad consilia reddit conspicuos, litterarum scientia faciat eruditos, nec solum compellantur aut supervacuum reputent ad investigandas gyrum terrae scientias circuire, nationes expetere peregrinas, aut ut ipsorum aviditatibus satisfiat, in alienis regionibus mendicare, sed gloriosum aestiment, extraneos alios ad suavitatem odoris et gratitudinis hujusmodi participium evocare.

Sane ut tam salubris et laudabilis animi conceptio pariat fructus dignos, regni ipsius fastigia tripudialibus novitatis volentes primitiis augmentari, in Nostra Pragensi metropolitana et amoenissima civitate, quam terrenae fertilitatis foecunditas et plenitudine rerum amoenitas localis reddunt utiliter tanto negotio congruentem, instituendum, ordinandum et de novo creandum, consulta utique deliberatione praevia, duximus Studium Generale. In quo siquidem studio doctores, magistri et scholares erunt in qualibet facultate, quibus bona magna promittimus, et iis quos dignos viderimus, regalia donaria conferemus.

Omnes et singulos doctores, magistros et scholares in professione et qualibet facultate ac undecunque venerint, veniendo, morando et redeundo, sub Nostrae Majestatis speciali protectione et salva guardia retinentes, firmam singulis fiduciam oblaturi,

quod privilegia, immunitates et libertates omnes, quibus tam in Parisiensi quam Bononiensi studiis doctores et scolares auctoritate regia uti et gaudere sunt soliti, omnibus et singulis illuc accedere volentibus, liberaliter impertimur et faciemus ab omnibus et singulis inviolabiter observari.

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri jussimus et bulla aurea typario Nostrae Majestatis impressa praecepimus communiri.

Datum Pragae Anno 1348 Ind. I., 7. Idus Aprilis, Nostrorum Regnorum anno secundo.

(*Mon. hist. Univ. Pragensis II. Cod. dipl. II.*)

3. Imperialis confirmatio Generalis Studii Pragae fundati. 1349. 14. Januarii.

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi regiae dignitatis circumspecta benignitas ex commissi sibi cura regiminis universorum salutis ex quodam debito teneatur intendere et suorum fidelium, quos sacrosanctum Romanum ambit imperium, utilitates et commoda procurare, singularius tamen patrimonialis Regni Nostri Boemiae interna dilectio mentem Nostram videtur allicere, ut illud veluti viridarium oculorum et Nostrae Maj. privatas delicias specialibus gratiarum titulis generosius attollamus. Sane cum dudum ex provida deliberatione Sedis Apostolicae pro decore et magnifico statu Regni praedicti in civitate Pragensi, quae ipsius Regni metropolis fore dignoscitur, instauratum sit Studium Generale et omnibus gratiis, honoribus, immunitatibus, libertatibus et consuetudinibus apostolicis, quibus alia quaevis Generalia Studia decorata noscuntur, fuerit generosius communitum, sicut hoc etiam litterae supradictae Sedis desuper editae clarius attestantur: Nos igitur animo deliberato et maturo consilio praecedente pro supradicti Regni Nostri statu et sublimatione felici supradictum Studium, doctores, magistros, studentes et familiares ipsorum et totam universitatem ejusdem Studii universis et singulis gratiis, honoribus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus et consuetudinibus, quibus alia Studia generalia per divos Romanorum imperatores seu reges, praedecessores Nostros, pridem insignita sunt, exnunc

inantea perpetuis futuris temporibus de certa Nostra scientia communimus auctoritate regia Nobis veluti Romanorum regi ex sacro Romano Imperio competenti, inhibentes firmiter et districte universis et singulis, fidelibus Nostris, ne supradictum Studium, doctores, magistros, studentes, familiares ac universitatem ipsorum adversus praesentis Nostrae regiae donationis et largitionis indultum inquietare seu quovis impedimento occupare praesument, imo verius in omnibus et singulis, quae ipsorum commodum et honorem videntur prospicere, favorabiliter prosequantur, sub poena Nostrae indignationis, quam quivis attemptare praesumpserit, se cognoscat graviter incurrisse.

Praesentium sub Nostrae Maj. sigillo literarum.

Datum in Ysnach anno Domini MCCCXLIX, Indictione secunda, XVIII. Kal. Februarii, regnorum Nostrorum anno tertio.

(*Orig. arch. Capit. Prag. — Pelzel, Abbildungen III. pag. III.*)

#### 4. Invitatio ad studia imperialis.

Karolus ꝛc. Venerabiles amici carissimi! Cum Generale Studium nobilis civitatis Nostrae Pragensis instauratum divinitus sit nova plantatio, cujus ramos et gratas propagines libenter et ex animo videremus extendi, ut sub tempore felicitis Nostri regiminis inchoata feliciter, felicibus promotam mediis, felicissimi finis compendio clauderentur: quapropter Dev. V. affectuose requirimus et hortamur, hoc pro singulari munere deposcentes, quatenus habito respectu ad illum devotionis affectum, quo religionem vestram prosequitur Imp. Nostra Serenitas, pro vestrae religionis honore in hoc praesenti vestro generali catalogo certas idoneas personas de gremio religionis praefatae diffinire velitis, ut in civitate Nostra Pragensi pro adipiscendo magistratu sacrae paginae studeant et observatis ordinibus et cursibus suis etiam ibidem pro studii Nostri gloria, auctore Domino, magistrantur, ut Universitas Nostra eisdem successibus gaudeat, quibus Parisiensis et Oxoniensis studia gloriantur, praesertim cum idem Nostrum Pragense studium adeo Apostolicae benignitatis praesidio privilegiatum existat, ut omnia ibidem fieri possent, quae aliis quibuscunque studiis sunt concessa etc.

(*Gelnhausen. Dipl. Car. IV. Hoffmann CCXIV.*)

5. Ordinationes archiepiscopi Pragensis, Studii Pragensis cancellarii. 1360. 10. Aprilis.

Nos Arnestus Dei et apostolicae sedis gratia Sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus ac Studii Pragensis cancellarius.

Auditis rationibus et motivis magistrorum, doctorum et quorundam scolarium et praehabita deliberatione matura et consilio sapientum, pro necessitate, utilitate et tranquillo statu ac incremento dicti Studii fecimus et promulgavimus, facimus et promulgamus Ordinationes infrascriptas, prout expedire videtur pro principio et fundamento ipsius Studii, consideratis circumstantiis universis:

Primo videlicet, quod in dicto Studio sit unus rector et una universitas; et quod rector, qui fuerit pro tempore, sit clericus saecularis, deferens habitum et tonsuram clericales.

Item, quod eidem rectori jurent omnes magistri, doctores et scolares saeculares, qui sunt vel fuerint in civitate Pragensi ratione studii, legentes vel audientes lectiones; religiosi autem se consuetudini universitatis Parisiensis in hoc casu conforment.

Item, quod rector eligatur per universitatem vel ejus majorem partem quicumque, dummodo saecularis; de modo autem eligendi et de electoribus deliberetur.

Item, quoties et quando rectorem artistam esse contigerit, quod extunc habeat vicarium juristam quoad regimen juristarum, et e converso; quod non sit necesse (utile) frequenter congregare totam universitatem, in dispendium et distractionem (distractum) legentium et studentium.

Item, pro faciendis statutis eligantur per universitatem certae personae de universitate, qui una nobiscum vel nostris commissariis ita disponant et ordinem ponant, prout competit cuilibet facultati.

Item, quod eligantur consilarii sive procuratores de nationibus, qui minora facta universitatem tangentia expedire possint cum rectore.

Item, quod convocationes universitatis non fiant nisi debito tempore et necessitate exposcente.

Item, quod quotienscunque et quandocunque in praemissis vel in aliquo praemissorum aliquis dubietatis scrupulus orietur,

extunc pro declaratione hujusmodi dubii ad nos, cancellarium ipsius universitatis seu studii, recursus habeatur.

Harum, quibus sigillum nostrum majus est appensum, testimonio litterarum.

Datum Pragae anno Domini MCCCLX, die decimo mensis Aprilis.

(*Orig. archivi Univ. Prag. — Pelzel, Abbild. III. p. XXIX. — Mon. hist. Univ. II. dipl. IV.*)

6. Collegium Caroli. 1366. 30. Julii.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter, amen.

Carolus quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus, et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regalis mansuetudinis gratum officium ex innatae Nobis benignitatis clementia tunc exercere digna liberalitate censemur, dum ad ea, quae christianae fidei felix augmentum prospiciunt, attendimus accurate. Sane cum sacratissimae catholicae fidei fundamenta in sapientia doctorum existant, eorum praecipue, qui sacrae theologiae beatissimis studiis innituntur: Nos ad honorem omnipotentis Dei et venerationem fidei orthodoxae multiplicationi doctorum atque magistrorum sacrae paginae volentes intendere, ut eo fortius eoque dulcius amor fidei in cordibus radicetur fidelium, quo plures fuerint, qui sacrae doctrinae docuerint veritatem; quapropter animo deliberato, sano principum et procerum Nostrorum accedente consilio, rite disposuimus in nobili civitate Nostra Pragensi, ubi sedis apostolicae gratia et ex consensu regio Boemiae ad principum, baronum, procerum et regnicolarum ipsius instantiam viget Studium Generale, quoddam fundare et instaurare Collegium, quod etiam praesentibus auctoritate regia Boemiae rite fundavimus et duximus instaurandum, eique ex nomine Nostro, auctore Domino, felicibus auspiciis nomen imponimus, ut Collegium Caroli perpetuis temporibus appelletur; dantes et concedentes eidem Collegio auctoritate regia Boemiae pro Nobis, heredibus et successoribus Nostris, Boemiae regibus, et ejusdem regni corona imperpetuum pro inhabitatione accommoda magistrorum ac studentium praedicti collegii eam domum in Majori Civitate Pragensi, quae Lazari dicitur, cum suo curtili

et circumferentiis omnibus, prout ab aliis vicinis sibi domibus est distincta, ut infra scripti magistri et studentes in ea resideant sub eis conditionibus, quae inferius expressantur. Dantes etiam, conferentes, appropriantes et unientes auctoritate regia praefata, pro Nobis, heredibus ac successoribus Nostris, regibus Boemiae, et ejusdem regni corona imperpetuum eidem collegio et personis ad illud spectantibus infra scriptas villas, videlicet: Poczrnicz, Drahelczic, Vneboz, Nenaczowicz, Holonohy cum molendinis, pratis, rubetis, et in villa Treuss prope Poczrnicz quinque sexagen. grossorum census annui, cum omnibus earum juribus, pertinentiis, libertatibus, fructibus, proventibus, emolumentis et obventionibus universis, quibuscunque specialibus vocabulis possint designari, quae de Nostrae regalis clementiae licentia ac mandato pro memorato collegio emptae, comparatae ac tabulis terrae Boemiae insertae et inscriptae noscuntur, sicut etiam easdem villas, eidem Collegio auctoritate regia Boemiae ac de certa scientia Nostra pro Nobis, heredibus et successoribus Nostris, Boemiae regibus, et ejusdem regni corona, ut praemittitur, rite donavimus et contulimus ac imperpetuum conferimus et donamus.

Nostrae etiam intentionis existit et sic auctoritate regia Boemiae hoc perpetuo declaramus edicto, quod in dicto Collegio sint duodecim continuo moribus et scientia decorati, qui signanter magistri sint in artibus, ita, quod duo ex eis sint tales, quod in theologia legere valeant atque legant, unus videlicet in Biblia et alius in libris Sententiarum, et quod reliqui decem in sacra theologia studeant, ad promotionem orthodoxae fidei et omnipotentis Dei gloriam et honorem. Et ut ad hujusmodi sacrae doctrinae studia eo facilius eoque salubrior detur accessus, quo juvenum ingenia in subtilitatibus artium subtiliata fuerint, acumine gratiore decernimus et hoc regio Boemiae edicto statuimus per praesentes, quod praefati decem in artibus liberalibus doceant et legant more scholastico juxta studiorum generalium observantiam temporibus opportunis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostrae dispositionis, ordinationis, decreti, statutorum, donationis paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire, sub poena mille marcarum auri purissimi, quas ab eo, qui contrafecerit, toties



quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter exigi volumus et earum medietatem regalis fisci Boemiae, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

(Signum serenissimi principis et domini, domini Caroli quarti, Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemiae regis.)

Praesentium sub imperialis Nostrae Majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Pragae, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, III. Kalendas Augusti, regnorum Nostrorum anno Romani vicesimo primo, Boemiae vicesimo, Imperii vero duodecimo.

Per dominum Imperatorem  
cancellarius.

A tergo: Rv. Joannes Saxo.

(*Orig. arch. Univ. Prag. — Monumenta hist. Univ. II. 1. dipl. VI., Oujus confirmatio per papam Urbanum V. continetur literis ddo. 10. Nov. 1366 ibidem excusis. Vide etiam literas confirmatorias Wenceslai regis ddo. 28. Aug. 1383, ib. dipl. XVI.*)

(*E domo Lazari Collegium Caroli translatum est in domum Rollewi, de quo facto vide literas Wenceslai regis ddo. 28. Aug. 1383 in Mon. hist. Univ. II. 1. dipl. XV.*)

1366. Dominus Karolus videns, quod Studium hujusmodi notabiliter et laudabiliter augebatur, donavit scolaribus domos Judaeorum et instituit in eisdem Collegium magistrorum, qui singulis diebus actu legerent et disputarent, quibus bibliothecam fecit et libros pro studio necessarios tribuit in habundantia. Et hii magistri ultra pastum, quem recipiebant a studentibus, habent certos annuos redditus, ditati sufficienter. (*Beness. de Weitm.*)

Divina gratia suffragante, A. D. MCCCLXVI., prima die mensis Junii, honorabilis vir, dominus Nicolaus praepositus Rudnicensis, vicecancellarius Universitatis studii Pragensis, de mandato Serenissimi principis et domini, d. Caroli Rom. Imp. s. A. et Boh. regis illustris, simul et ven. in Chr. patris et domini, d. Johannis S. Pragensis ecclesiae archiepiscopi, Apost. sedis legati, cancellarii studii praedicti; accedente consensu, pro perpetua stabilitate memorati studii Collegium magistrorum artium in curia quondam Lazari Majoris Civitatis Pragensis salubriter instauravit. Ad quod etiam

personas instituit infrascriptas, vid. mag. Hermannum de Wintswik, mag. Fridmannum de Sytha, mag. Jenekonem de Praga, mag. Nicolaum de Moravia, mag. Dytherum de Widena et mag. Henricum Woleri.

A. D. MCCCLXXXIII. Serenissimus princeps et dominus d. Wenceslaus Rom. et Boh. rex. illustrissimus, postquam praemissum Collegium, quod in curia olim Lazari Judaei mandato Ser. principis, divi Caroli Rom. Imp. S. A. et ac Bohemiae regis inclyti, genitoris sui, instauratum superius memoratur, certis extantibus causis non satis conveniens, aptum et congruum institutis personis fore Ser. Sua persuasum habuerat, consilio principum, baronum et procerum, fidelium suorum, dictam Collegii domum transferre, innovare ac in aliam commutare instituit, transtulit, innovavit, atque rationabili cambio (consilio) in domum, quae quondam Johannis Rothleui fuerat, vere et regaliter commutavit. Quam quidem domum una cum juribus, ritibus et consuetudinibus suis omnibus magistris donavit et effectualiter possidendam assignavit, prout in Ser. Suae literis super eo eximie confectis hoc ipsum latius signatum et expositum, declaratum et definitum esse constat. Super quo etiam idem ipse Ser. princeps, volens ut haec rata et firma atque perpetuo duratura maneant, consensum pontificis Romani, tunc Urbani VI. postulavit, supplicavit et effectualiter obtinuit, quemadmodum haec omnia ipsa similiter latius, certius et distinctius in literis dicti Pontificis sub plumbea bulla pendenti signantius constat declarata.

(Cod. membr. olim Collegii S. J. ad S. Clementem, nunc. c. r. Bibliothecae Univ. Pragensis.)

1383 in Novo foro domus quam olim Johlnus Rotlewi ex opposito ecclesiae S. Galli aedificavit, quae et hodie „domus Rotlewi“ communiter nuncupatur, donata Collegio Caroli. 1386 translato Collegio de domo Lazari in domum Rotlebi Nicolaus Luthomyssl ibidem electus primum rector. 1397 in stuba majori superiori, „stuba facultatis“ alias nuncupata, in qua Universitas studii Pragensis pro consiliis et ad tractandum consilia convenire consuevit. 1411. Stuba facultatis Collegii Karoli, ubi facta et negotia ardua Universitatis Pragensis tractari solent. 1421 synodus clericorum in domo Collegii artistarum, quod Karoli nuncupatur. (Tom.)

7. Collegium Omnium Sanctorum. 1366. 30. Julii.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter, amen.

Carolus quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut divina veritate testante nemo coronabitur, nisi qui legitimo certamini innisus fuerit opere virtuoso: sic et corona est proponenda certantibus, ut in certaminum laborantes discrimine praeter meritum retributionis aeternae, etiam coronam sperent materialis solatii, quatenus duplilis retributionis officio

certantium corda ad assecutionem propositi praemii fortius animentur.

Sane cum pridem animo deliberato, principum, baronum ac procerum regni et coronae Boemiae, fidelium Nostrorum, accedente consilio, quoddam in nobili civitate Nostra Pragensi collegium fundavimus et instauravimus, quod etiam ex Nostro nomine, auctore Domino, felicibus auspiciis Collegium Caroli decrevit Nostra Serenitas perpetuis temporibus appellari; quod quidem Collegium domo inhabitationis munivimus, numero personarum distinximus, officia lecturae et studiorum distribuimus, redditibus et proventibus congruis dotavimus, sicut in literis foundationis et instaurationis hujusmodi plenius et expressius continetur. Ut igitur magistri et studentes dicti Collegii strenue militiae laboribus officia lecturae et studiorum exerceant, magistris ipsis ac etiam studentibus dicti Collegii infra scriptas gratias faciendas duximus, sub modis et conditionibus, prout inferius est expressum.

Primo quidem auctoritate regia Boemiae pro Nobis, heredibus ac successoribus Nostris, Boemiae regibus, et ejusdem regni corona in perpetuum decernimus et hoc regio Boemiae perpetuo sancimus edicto, quod ad omnes et singulos canonicatus et praebendas ecclesiae Omnium Sanctorum, regalis capellae in castro Nostro Pragensi, dum et quoties eosdem quovis modo vacare continget, nemo amplius praesentari debeat auctoritate regia Boemiae praefata, nisi senior vocatione de numero magistrorum et studentium dicti Collegii Nostri, quodque decanus ejusdem ecclesiae, ad quem investitura canonicorum spectare dignoscitur, ante sui approbationem, confirmationem seu quamvis assumptionem aliam, corporaliter tactis sacro-sanctis evangelicis jurare debeat, nullum penitus ad canonicatus et praebendas hujusmodi admittere, instituere seu investiri quoquo modo, nisi eum, quem de numero dicti Collegii juxta formam expressatam superius rex Boemiae, qui pro tempore fuerit, duxerit praesentandum. Praelaturis, praepositura et decanatu dumtaxat exceptis, quas in consuetis suis ab antiquo juribus et conditionibus volumus permanere. Et pro usu et commoda inhabitatione dictorum magistrorum et studentium, communiter et divisim, dum canonicatus et praebendas hujusmodi assecuti fuerint, ut eo convenientius in dicta ecclesia Omnium Sanctorum divinis obsequiis va-

care possint et valeant, domum illam in Minori Civitate Pragensi, quae fuit aliquando bonae recordationis Bohutae, quondam Pragensis canonici, quae sita est ex opposito curiae plebani ecclesiae sancti Nicolai dictae Minoris Civitatis Pragensis, ipsis et eorum successoribus in perpetuum auctoritate regia Boemiae pro Nobis, heredibus et successoribus Nostris, regibus Boemiae, et ejusdem regni corona, animo deliberato ac de certa Nostra scientia damus, conferimus et donamus. Ea conditione, ut dum unus, duo vel plures de praefato Collegio Caroli hujusmodi canonicatus et praebendas assecuti fuerint, mox alius seu alii sufficientes et idonei in locum illorum assumi debeant, ut numerus magistrorum et studentium dicti Collegii in sua semper integritate continuo perseveret. Volumus etiam, quod nullus ditorum canonicorum ex tunc in antea redditibus, fructibus et obventionibus suae praebendae gaudeat, nisi praesens et actu legens extiterit, dum tamen infirmitate notabili aut senio non fuerit impeditus; in quibus casibus deliberatione regia infirmitati compatientes humanae, ipsos fructibus et proventibus praebendarum suarum absque impedimento gaudere volumus et potiri. Decernentes et hoc regio Boemiae statuentes edicto, quod praefati canonici singulis diebus dominicis et festivis processioni solenni, missarum et vesperarum officiis interesse debeant, privatis vero diebus solum ipsos solemnitati missae majoris interesse volumus, ut eo commodius intendere valeant eorum studiis et lecturis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostrae foundationis, instaurationis, dotationis, donationis, collationis, decreti et inhibitionis paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire, sub poena mille marcarum auri purissimi, quas ab eo, qui contrafecerit, toties quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter exigi volumus et earum medietatem regalis fisci Boemiae, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

(Signum serenissimi principis et domini domini Caroli quarti, Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemiae regis.)

Praesentium sub imperialis Nostrae Majestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Praegae, anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, III. Kalendas Augusti, regnorum

Nostrorum anno Roman. vicesimo primo, Boemiae vicesimo, Imperii vero duodecimo.

Per dominum imperatorem  
cancellarius.

A tergo: Rv. Joannes Saxo.

(*Orig. arch. Univ. Prag. — Mon. hist. II. 1. dipl. V., confirmatum a papa Urbano V. die 1. Januarii 1367. Ib. dipl. VIII. — Legantur etiam literae confirmatoriae Wenceslai regis, ddo. 28. Augusti 1383, dipl. XVI.*)

1383 prope ecclesiam S. Nicolai in Foro pullorum, domus olim d. Joannis episcopi Olomucensis, quam nunc inhabitamus magistri Collegii Omnium Sanctorum, emptam a testamentariis Vincentii Nydek de Gorlicz tunc studentis. 1400—1407 Collegium Omnium Sanctorum, domus Collegii O. S. 1412 Collegium doctorum capellae Omnium Sanctorum in castro Pragensi. 1418 Magistri ac canonici totumque capitulum capellae regalis O. S. in castro Pragensi congregati in domo eorum communi ad capellam praemissam pertinente, in Majori Civitate Pragensi in parochia S. Nicolai. 1433 Collegium Omnium Sanctorum. (Tom.)

8. Exemptio bonorum Collegio Caroli pertinentium a tributis. 1367.

Carolus quartus, divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus, et Boemiae rex.

Notum facimus tenore praesentium universis, quod habito respectu ad magnam sollicitudinem praeteritam et multiplicia studia Nostri laboris, quibus Pragense Studium instauravit Nostra Serenitas, nunc amplius quotidianis semper urgemur affectibus, ut ipso auctore, qui prospera dedit initia, idem studium inchoatum feliciter mediis desideratis proficiat et speratis finibus terminetur. Propter quod animo deliberato, sano principum, baronum ac procerum regni Nostri accedente consilio, non per errorem aut improvide, sed de certa Nostra scientia Nostro collegio magistrorum in Praga, quod a Nostro nomine Caroli Collegium censerī decrevimus, hanc gratiam faciendam duximus, sub tenoribus, conditionibus et clausulis inferius annotatis, ut videlicet bona, praedia et possessiones ejusdem Collegii, super quibus idem Collegium Nostra Celsitudo fundavit, utpote villae Poczernitz, Drahelcitz, Vneboz, Nenaczevicz, Holonohy, cum molendinis, rubetis, et in villa Trusscz prope Poczernicz quinque sexagen.

grossorum census annui, cum omnibus earum juribus, pertinentiis, libertatibus, fructibus, proventibus, emolumentis, obventionibus universis, quibuscunque specialibus vocabulis possint designari, prout hoc in regalibus Boemiae literis Nostris desuper confectis plenius expressatur, auctoritate regia Boemiae ab omnibus collectis, steuris, solutionibus, daciis, talliis et quibuscunque ceteris oneribus realibus et a jurisdictione quorumlibet judicum regni Nostri Boemiae eximimus, absolvimus et libertamus omnimode, berna regali et judicio regio Boemiae duntaxat exceptis, quae cum sint regalia, ab ipso regno et corona Boemiae et regibus non possunt alienari titulis quibuscunque.

Inhibemus igitur iudicibus singulis, et nominatim Pragensium Majoris, Minoris et Novae civitatum et aliis, quibuscunque censeantur nominibus, ne adversus praesentis Nostrae dispositionis, concessionis ac ordinationis seriem quicquam in praejudicium hominum et subditorum dicti Collegii attemptare praesumant; nam si quid attemptaretur modo quolibet, hoc ipso facto, auctoritate regia Boemiae et de certa Nostra scientia viribus vacuumus, ut nullius roboris sint ac momenti. Si quis vero adversus praesentem Nostram paginam quicquam attemptare praesumpserit, ab eodem totiens, quotiens contra factum fuerit, centum marchas argenti purissimi irremissibiliter exigi volumus, et earum medietatem Nostri regalis aerarii Boemiae, residuam vero partem dicti Collegii profectibus et usibus decernimus applicari. Praesentium sub imperialis Nostrae majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Pragae, anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, Indictione quinta, X. Kalend. Augusti, regnorum Nostrorum anno Romani vicesimo secundo, Boemiae vicesimo primo, Imperii vero tertio decimo.

*(Orig. arch. univ. Prag. — Mon. hist. Univ. dipl. IX. II. 1.)*

9. Statuta primaria Generalis Studii seu Universitatis Pragensis ca. 1368.

1. Qualis debeat esse persona, quae possit eligi in rectorem Universitatis. Ad rectoratus officium eligatur persona Universitatis nostrae, quae vita et moribus commendabilis existat et XXV annum aetatis suae adtigerit et de legitimo thoro procreatus existat; de qua aetate et legitimitate, si per Universitatis re-

ctorem antiquum et consiliarios dubitetur, deficientibus in contrarium probationibus, credi debet electi propriae conscientiae. Nec exspiret antiqui rectoris officium, donec novus acceptetur; post ejus acceptationem officium primi rectoris exspirabit in totum. Item, si contra personam electi aliqua de exceptionibus infra scriptis opponitur, quae in continenti probari non possit, ut, quod non sit membrum Universitatis nostrae intitulatum, vel sit illegitime natus, vel etiam conjugatus, non clericus, vel sit alicujus religionis professus, talis exceptio proponatur rectori universitatis et consiliariis cognoscenda. Et extunc, si probata fuerit exceptio contra electum opposita vel confessa, non dissolvatur congregatio Universitatis, donec rector alius eligatur. Si vero opposites statim non probaverint, quae opponuntur, requirendi sunt publice per rectorem antiquum vel notarium Universitatis ex speciali mandato rectoris, vel per pedellum requirantur, si probare velint et possint, quae opponuntur; et tunc statim vel saltem ea die ante Universitatis separationem exceptio proposita notario tradatur in scriptis et coram rectore antiquo Universitatis et suis consiliariis infra XIV dies primos sequentes, prout fuerit de jure, probetur, nec postea aliquis opponens audiat. Et si contrarium quolibetmodo fecerint vel in propositione defecerint, ipso jure sint privati privilegiis Universitatis, quousque Universitati nostrae solvant 6 florenos, quae poena nullo modo debet relaxari, et rector antiquus teneatur eos privatos facere nuntiari et electum defendere teneatur. Si vero infra dictum tempus fuerit legitima exceptio probata, extunc ipse rector antiquus cum praedictis suis consiliariis infra duos sequentes dies pronuntient, praetactam electionem non valere, et immediate convocet in sequenti die Universitatem pro eligendo rectore novo, et procedatur ad electionem talem secundum formam Statutorum. (Et rector publice nullam pellem in capite deferat, quam de vario in hieme vel serico in aestate, si volt; quam, si propriis sumtibus procurare non poterit, de communi peculio Universitatis procuretur.) Rector etiam sic electus nullas faciat expensas extraordinarias ratione sui rectoratus.

2. De modo eligendi rectorem. Natio quaelibet de quatuor, in quas Universitas est divisa, eligat unum de se, qui quatuor

teneantur eandem electionem seu nominationem suscipere, cum fuerint in suis nationibus deputati; et praestito juramento antiquo rectori de fraude non committenda eligant septem alios de tota Universitate; qui sic electi iterum jurent rectori antiquo de fraude non committenda et eligant alios quinque; qui quinque jurent iterum Rectori antiquo, quod velint eligere virum idoneum secundum formam prius scriptam. Et quemcunque illi quinque vel major pars eorum elegerint, pro rectore Universitatis teneatur.

Et nota, quod primi quatuor debent eligere praedictos septem infra unam horam horologii, sub poena quilibet dimidii floreni; et iterum illi septem debent eligere quinque infra unam aliam horam, quilibet sub poena unius floreni; et quinque ultimi debent eligere rectorem infra unam horam similiter, nec potestatem continuare possint, sub eadem poena. Quodsi non fecerint, quilibet solvet unum florenum, et eligant in hora sequenti iterum, quilibet sub poena unius floreni, et non recedant nisi elegerint. Et pro qualibet hora, in qua non elegerint, solvat quilibet unum florenum. Si vero quisquam illorum recesserit electione non facta, perjurus reputetur.

3. De publicatione electionis rectoris et intimatione. Facta electione rectoris unus de electoribus quiaque, in quem omnes concordaverint vel major pars, statim electum nominabit et publicabit eum Universitati. Et si electus in congregatione non fuerit, ab electoribus quaeratur et electio de se facta sibi exprimatur et consensus ipsius desuper requiratur. Electus autem facta sibi tali intimatione, non excusabit se, sub poena quinque sexagenarum grossorum Pragensium. Electus etiam, nisi praesens fuerit rector, suo nomine, non ab alio substitutus, renunciare non possit electioni de se factae, etiam nullius privilegii vel immunitatis praetextu, nisi forte rationalem excusationem habeat; quae si per rectorem antiquum cum majori parte consiliariorum fuerit approbata, tunc coram ipsis electus de causae veritate jurare teneatur. Quodsi non fecerit, sit perpetuo privatus Universitatis commodo et honore, nec restitui possit, nisi dictam poenam persolvat, quam nostrae Universitati volumus applicari. Et idem intelligendum est in illo, qui ipso die electionis et sequenti proximo recusaverit rectoratus officium acceptare. Re-



cusatione autem tali facta rector antiquus die immediate sequente Universitatem faciat congregari pro alio rectore eligendo.

4. De recommendatione rectoris et rebus sibi conventientibus praestandis. Rector electus postquam acceptaverit officium rectoratus, infra VIII dies proxime sequentes aliquo die festivo se faciat Universitati recommendari, et tunc tradatur sibi per rectorem antiquum sigillum rectoratus cum statutis Universitatis, ibique faciet rector publice juramentum Universitati, et receptis pecuniis ceterisque rebus, quae rectoratus concernunt officium, faciet fidelitatem suam in omnibus, secundum formam inferius adnotatam in rubrica: „Ad quid teneatur rector Universitati.“

5. De juramento rectoris. Juramentum novi rectoris, quando recommendatus est, erit istud: Primo jurabit, quod sit membrum Universitatis istius, et quod non sit conjugatus, quod sit clericus nec professus, et quod pro posse procurabit, quae pertinent ad bonum statum Studii et Universitatis, ita tamen, quod ex levi ignorantia, quae non fit ex malitia, perjurium non incurrat. Item jurabit, statuta facta et facienda, quae per Universitatem sunt et erunt approbata, firmiter observare et facere ab omnibus observari et ea manutenere et defensare. Item jurabit, quod usque in finem regiminis sui pecuniam Universitatis, si quae ad ipsius manus pervenerit, fideliter pro Universitatis utilitate dispensabit, et residuum, si quid fuerit, conservabit. Item quod post finem sui regiminis per mensem integrum Pragae permanebit, et quod velit stare juri, si contra eum aliquid objectum fuerit, et super poenis solvendis suo velit obedire successori. Si autem ipsum ex aliqua justa causa recedere oportuerit, tunc dimittet duos fidejussores idoneos coram rectore novo vel consiliariis, si rector absens fuerit, qui promittant, pro eo iudicio sisti et iudicatum solvi sub juratoria cautione.

6. De jurisdictione rectoris. Jurisdictionem ordinariam rector habebit in omnia supposita Universitatis in causis civilibus et injuriarum. Item rector summatim et sine forma seu strepitu iudicii causas cognoscat et decimat, nisi formam iudicii causae gravitas exigere videatur. Et si necessitas requirit, potest rector in causis scholarium procedere quolibet tempore feriarum.

Item, non possunt Universitatis supposita rectoris iudicium quomodolibet declinare. Si autem persona in iudicium tracta

juraverit ex certa causa se rectorem habere suspectum, causam suspicionis exprimat, abhibito juramento; et extunc rector causam principalem deleget personae non suspectae, quae sit membrum hujus Universitatis, seu aliquis vicerector detur, qui de causa suspicionis judicet et ipsam diffiniat infra octo dies cum consiliariis Universitatis. Qua probata vicerector idem de principali causa cognoscat; illa non probata remittat vicerector illam causam ad judicem recusatum i. e. ad rectorem.

Item, non debet alius intitulatus Universitati nostrae ac juratus alium intitulatum trahere in iudicium, nisi ante rectorem Universitatis. Item, si rectori Universitatis tempore sui rectoratus per membrum Universitatis quaecunque injuria illata fuerit, realis aut verbalis, convocabit magistros omnium facultatum et proponet causam; qui sibi unum vel plures deputabunt iudices in hac causa. Et quidquid taliter deputati judicaverint, teneatur tam a rectore, quam a parte offendente.

Item rector bis in septimana debet praesidere in iudicio, seu tertiis et quintis feriis vel aliis, quas duxit eligendas; potest tamen, ut dictum est, si voluerit et necesse fuerit, omni die iudicio praesidere, etiam die feriata.

7. Ad quid teneantur rectori supposita Universitatis. Rectoris convocationibus, citationibus et iudiciorum sententiis et concordatis atque mandatis rationabilibus omnia Universitatis membra tenentur obedire; et si quis gravatum se reputaverit, Universitatis auxilium imploret super illo.

Item citatus a rectore vel vicerecore, si contumax fuerit, citabitur iterato; quod si contumax fuerit, solvet unum grossum; si tertio, solvet duos gross.; si quarto, in tribus gross. punietur. Quodsi nec adhuc comparere voluerit, vel sententiam contra se factam servare spreverit, de communi consilio a lectionibus per suspensionem publicam hujusmodi excludatur. Quodsi nec illam poenam curaverit, sed per quindenam in contumacia sua permanserit iudicatus, ex tunc trium dierum monitione praemissa a rectore, quae per pedellum in scholis singulis publicabitur in congregatione Universitatis ad hoc facta, tunc a corpore Universitatis tanquam membrum putridum rescindatur, et inhibeat Universitatis suppositis, ne cum tali quomodolibet conversentur in actibus scholasticis, tam publicis quam privatis. Debet tamen rector in causa multum ardua procedere

in iudicio consiliariis sibi assistentibus secundum diffinitionem consilii Universitatis, secundum modum infra scriptum in secundo folio proxime sequenti in fine Statutorum, incipientium: „In Universitate sunt quatuor nationes“ etc.

8. Ad quae rector tenetur. Rector tenetur infra primum mensem sui rectoratus omnia Statuta legisse.

Item tenetur facere modis, quibus potest, quod omnes scriptores, illuminatores, correctores, rasores chartarum, librarii, stationarii pargameni, apothecarii librorum, ligatores et eorundem venditores atque omnes, qui vivunt quodammodo per Universitatem, sic rectores scholarum et eorum scholares, subditi sint rectori et jurent ac promittant eidem et intitulerent, et quod unicuique velint facere similiter seu rationabiliter et articulos infra scriptos de ipsis velint observare.

Rector tenetur circa principium sui rectoratus aliquo die festivo Universitatem congregare et facere ibi legi Statuta coram Universitate, illa videlicet, quae concernunt indifferenter omnes. Statuta vero, quae sunt edita in unaquaque facultatum, legantur juxta decretum illius facultatis, quando et quibus rationabiliter sunt legenda.

Item tenetur rector non protegere seu defendere aliquem scholarem, qui non fuerit diligens vel frequentans lectiones, etiam si libro Universitatis sit inscriptus, nisi justa causa abstinerit et illa legitime sit probata.

Item tenetur rector ad petitionem cujuscunque scholaris facere legi statutum, quod facit pro scholare, et quando scholari visum fuerit expedire; et sic de aliis membris Universitatis. Sed non legatur statutum per alium, quam per rectorem, vel juratum Universitatis notarium, vel pedellum, et legatur de verbo ad verbum, sub poena juramenti.

Item tenetur rector poenas excedentium exigere infra X dies.

Item potest rector a quolibet exigere, ut denuntiet poenas, quas alii inciderunt, ubi rectori non esset cognitum de poenis, quas alii inciderunt; et si quis denunciare noluerit, ad tantum solvendum condemnatur.

Item rector non permittat proponi in congregatione quacunque de poena remittenda; tertia autem pars poenarum sit rectoris et reliquae duae Universitatis; nec rectori ultra tertiam partem sit specialis portio in aliis deputata, nec possint ullo

modo poenae remitti excedentium, nisi propter paupertatem vel defectum eminentem; tunc enim rector mitius agere potest.

Item rector prohibere tenetur, ne congregata Universitate pro aliquo principali negotio, non expedito illo, aliud proponatur incidenter.

Item tenetur rector antiquus in recommendatione novi rectoris assignare novo rectori sigillum rectoratus cum Statutis.

Item tenetur novo rectori post suam recommendationem rector antiquus facere legitimam computationem de pecunia Universitatis coram consiliariis et deputatis ad hoc et juratis. Et sic de aliis rebus Universitatis, quae suae custodiae sunt commissae.

Item tenetur rector novus pecunias sibi per antiquum rectorem praesentatas post computationem una cum aliis rebus Universitatis, si quae sibi praesentabuntur, ponere in archam Universitatis coram consiliariis et aliis ad hoc deputatis, quam cito hoc commode fieri potest.

Item tenetur rector manere in loco et non posse abesse infra tempus sui regiminis ultra VI dies sine speciali licentia Universitatis; quoties vero contingit ipsum absentem esse, vel forsitan infirmari, vel legitime impediri, constituet vicerectorem pro se, qui habebit supplere vices ejus.

Item tenetur rector, semel infra tempus sui rectoratus totam Universitatem congregare, in aestate in festo Nativitatis Mariae vel circa, in hieme vero in festo Sancti Gregorii vel circa. In qua congregatione tunc facta faciet rector brevem exhortationem ad correctionem malarum consuetudinum scholarium, sicut viderit tunc necesse, ibique mandet, quod nullus habitet in alio loco, quam cum magistris vel baccalariis Universitatis, nisi habita licentia rectoris ex causa rationabili; et de hac licentia scholaris signetum obtineat a rectore; et qui contrarium facere praesumserit, commodo ac defensione careat Universitatis illa vice.

Item, quod praesidentes et conductores bursarum nullum in collegiis aut bursis inhabitare aut expendere permittant, nisi sit realiter intitulatus et sit membrum Universitatis, qui vult gaudere commodis et privilegiis ejusdem Universitatis.

9. De archa et de rebus Universitatis servandis. Duo sunt eligendi, qui habeant claves ad archam Universitatis, et rector habebit clavem tertiam, in qua sigillum, privilegia et pecunia Universitatis reponantur. Et illi debent colligere pecunias et expendere in necessitatibus Universitatis ad scholas reparandas, et rationem facere rectori et consiliariis, quando et quoties requiruntur. Et illi duo eligantur ab eisdem, a quibus eligitur rector, et sub eadem poena et sub eodem mandato et infra eandem diem, ante solis occasum; sed debent esse de diversis facultatibus. Et semper infra quindenam ponat pecuniam ad archam Universitatis.

10. De emolumentis rectoris, de intitulatione et sigillo. Rector habeat tertiam partem de pecunia intitulandorum; item de sigillo rectoratus habeat tertiam partem; de sigillo Universitatis nihil, sed cedat Universitati, et capiantur sex grossi pro sigillo Universitatis, nisi rector cum consiliariis vellet illum, qui petit sigillum, propter labores et merita sua, quae fecit Universitati, honorare. Item de sigillo rectoratus non capiatur ultra unum grossum.

11. De electione vicerectoris. Rector cum consiliariis suis statim facta recommendatione rectoris eligant idoneum vicerectorem, cujus nomen statim publicetur. Qui jurabit publice omnes articulos contentos in forma juramenti rectoris, eo quod impedito rectore vel absente, ipse habeat omnem ejus auctoritatem ac etiam potestatem, virtute statuti praesentis. In praesentia vero rectoris et ipso rectore non existente legitime impedito, vicerector nullam potestatem habeat omnino plus, quam alius habet. Vicerector eligendus debet habere easdem conditiones, quas rector; alias non valebit ejus electio.

12. De nationibus Universitatem constituentibus. In Universitate sint quatuor nationes, ut de facto sunt, scilicet: Bohemorum, cui nationi conjuncti sunt Moravi, Ungari atque Slavi. Alia sit natio Polonorum, alia Bavarorum, alia Saxonum. Et de quacunque natione quis fuerit, ad illam inscribatur (prius tamen ad Universitatem intituletur), et solvat Universitati 6 grossos, et juret obedire rectori et successoribus ejus; post hoc det 6 halenses bedello generali Universitatis. Si vero intitulus non habuerit annuatim consummere 12 flor., nihil dabit de intitula-

tione; si vero ultra habuerit, sed tamen infra 24 flor., dabit sicut rectori visum fuerit, plus vel minus.

13. De consiliariis eligendis. Consilarii eligantur de quatuor nationibus per hunc modum: Consilarii, qui fuerunt tempore antiqui rectoris, coadjuncta sibi natione sua, quique in sua natione nominabit 6 discretos viros suae nationis, quos meliores credunt ad hoc officium, consentiente tota illa natione, et hos in charta tradant rectori. Et tunc rector electus ex sex duos de unaquaque natione recipiet; et sic fiet in qualibet natione, et erunt octo consilarii, de qualibet natione duo. Praetor hos eligantur alii octo, si opus fuerit, de qualibet facultate sex, ex quibus rector recipiet duos, et hi 16, dum opus fuerit, erunt in iudicio cum rectore. Si tamen esset consulendum de re multum ardua, rector Universitatis congregabit consilium Universitatis ad consulendum super re illa, et quod ibi diffinitum fuerit, illud servetur per rectorem. Et consilarii prius electi assistant rectori ad proseguendum et explendum, quod ei dictatum est in consilio Universitatis.

14. De notario eligendo, qualis, et qualia jurare debeat. Notarius Universitatis, dum opus fuerit, per rectorem et consiliarios eligatur, et notarius, semel reprobatus per Universitatem suis exigentibus demeritis, non possit denuo reassumi. Item notarius semper novo rectori jurare teneatur: quod rectori obediat et ad ipsius vocationem veniat, honorem et statum Universitatis bona fine promoveat, secreta quae sibi per rectorem et consiliarios vel Universitatem commissa fuerint, celabit, et servabit statuta Universitatis, quae ad suum officium spectare dignoscuntur.

15. De officio notarii. Notarius Universitatis leget statuta, quorum legendorum tempora superius sunt expressa, et alia, quae rector jubet intimari.

Item, notarius in loco et statione, ubi rector solet pro tribunali praesidere, se semper repraesentet.

Item, quandocunque rector cum consiliariis convenerint vel Universitas, sit ipse in loco praesens, ita quod ipsius copia, si expedierit, citius habeatur.

Item, in festivitibus, exequiis, processionibus, quas rector

cum Universitate tenuerit, notarius se semper repraesentet, post rectorem reverenter procedendo.

Item, si rector cum Universitate vel certis personis Universitatis ad palatium regis, archiepiscopi, vel scabinorum consilium intrare debuerit, sit notarius semper praesens, ipsosque praecedat.

Item, literas, quascunque Universitas dirigit ad quoscunque principes vel personas, ipse notarius in uno libro speciali registret, antequam sigillentur, ne in posterum errare contingat, quod sit sigillatum per Universitatem.

Item, notarius per semet ipsum exerceat officium suum, nisi legitime fuerit impeditus.

Addicimus quoque, quod notarius Universitatis, quamdiu placuerit Universitati, habeat quolibet anno pro suo solario ab Universitate nostra unam sexagenam grossorum Pragensium; de instrumentis autem scholarum, quaecunque de viginti florenis extiterint, habeat duos grossos, et abinde usque sexaginta florenos habeat pro hujusmodi instrumento tres grossos; abinde supra usque ad centum florenos habeat quatuor grossos; de centum vero florenis habeat quinque grossos; abinde supra usque ad ducentos florenos accipiat sex grossos; abinde supra pro quolibet centenario duos grossos. — Item, pro quolibet instrumento emptionis librorum usque ad viginti florenos unum grossum, a viginti usque ad triginta florenos habeat duos grossos, a triginta usque ad quadraginta habeat tres grossos, a quadraginta usque ad centum quatuor grossos, de centum florenis et quantumcunque ulterius ascendat, habeat pro instrumento emptionis quinque grossos. — Item, de quolibet instrumento liberationis vel absolutionis seu quitationis usque ad quinquaginta florenos accipiat tres gr., de quinquaginta usque ad centum quatuor gr., de centum usque ad quingentos sex gr., abinde quantumcunque sumpserit quantitas, pro instrumento suo habeat octo gr.; et si plures sint liberati vel absoluti, pro quolibet novem grossos. — Pro testamentis autem usque ad centum florenos decem gr., deinde supra quantumcunque ascendat, habeat viginti gr., nisi de voluntate testatoris procederet, quod plus daret. — De codicillis autem, si fierent, duos solidos. — De quolibet autem, qui se constituerit pro alio usque ad centum florenos, habeat duos

grossos, abinde supra tres grossos et non plus. — Pro exemplatione vero alicujus privilegii Universitatis non possit notarius exigere ultra decem grossos albos (ab?) aliquo scholare habente centum florenos auri in redivibus; si infra habeat, non exigit ultra sex. — Pro scriptura vero literae testimonii non exigit ultra duos, et super quantitatem beneficii beneficiati promisso credatur. De dictis causarum autem, quae scribet, rectoris arbitrio salarium moderetur.

Jubemus autem, quod notarius Universitatis instrumenta vel acta, quae scripserit, ei quem res tangit, si privilegiis nostrae Universitatis gaudeat, infra octo dies post requisitionem ejusdem, oblato sibi secundum taxationem prius scriptam salario, tradere in forma publica teneatur, sub poena decem florenorum.

Et licet ultra praescriptas summas nihil exigere debeat, infra tamen juxta rectoris moderationem, qui laborem suum pensabit, debet contentus esse.

16. De officio pedelli generalis. Pedellus generalis, unus vel plures, jurare vel promittere teneantur singulis novis rectoribus de parendo mandatis ipsorum, et quod ad cujuscunque ipsorum vocationes venient; item, quod honorem et statum Universitatis bonum bona fide procurent, et secreta per rectores et consiliarios Universitatis ipsis revelata celabunt, et servabunt statuta, quae ad suum spectant officium. Et talis pedellus per rectorem et consiliarios cum consensu Universitatis eligatur. Item censemus per pedellum generalem tantum pronuciari debere, quaecumque pronucianda fuerint per scholas de lectionibus vel disputationibus vel festivitatibus, vel quaecumque talia fuerint circa morem. Et si pedellus infirmitate gravatus fuerit vel necessitate corporali impeditus, notarius Universitatis poterit illud idem, vel qui stationem regit sub pedello generali, vel substitutus per eundem pedellum, cum licentia Universitatis et rectoris ad illud faciendum; ubi vero necessitas corporalis non excusat, ipse pedellus per se, et non per alium, tenetur officium suum exercere. Nec civitatem Pragensem ultra diem mansurus exeat, nisi de plena licentia a suo rectore petita et obtenta; et si contrarium fecerit, solvet pro die qualibet duos grossos. Item, pedellus vadat per scholas tempore debito et opportuno et consideret defectus et quaecumque fuerint emendanda, rectori nuntiabit. Item, diebus



quibus rector in statione vel loco juridico esse tenebitur, pedellus assistat eidem, et alias, quandocunque rectori fuerit convenire. Item, processionem Universitatis ad festa vel alias fiendas, semper intersit, rectorem more solito praecedendo. Item, si plures pedelli fuerint, non substituant alium loco sui neque alias in factis arduis, nisi pedellum generalem vel notarium Universitatis.

17. De promissis ingredientium Universitatis. Quilibet tam advena quam indigena volens gaudere commodis et privilegiis Universitatis jurabit seu promittet, quando ad Universitatem recipitur, primo: Regi et regno fidelitatem; item quod rectori in licitis et honestis obediet et ad illius vocationem veniet, et statuta Universitatis facta et facienda servabit pro posse. Nec rector in hoc potestatem habeat dispensandi vel statutum immutandi. Item, promittat, quod nullius per aliquem offensus injuriam suam vindicet per semet ipsum, sed rectoris officium super hoc implorabit.

18. De jurisdictione ac judiciis rectoris. Jurisdictionem ordinariam rector habebit in omnia supposita Universitatis in causis criminalibus, civilibus et injuriarum. Rector summatim et sine figura seu strepitu judicii causas cognoscat et decadat, nisi figuram judicii causae gravitas exigere videatur. Et si necessitas requirit, potest rector in causis scholarium procedere quolibet tempore feriarum.

Item, non possunt Universitatis supposita rectoris iudicium quolibet declinare. Si autem persona in iudicium tracta promiserit, ex acta causa se rectorem habere suspectum, causam suspicionis exprimat adhibito promisso. Et extunc rector causam principalem deleget personae non suspectae, quae sit membrum Universitatis, seu aliquis vicerector detur, qui de causa suspicionis iudicet et ipsam definiat infra octo dies cum consiliariis Universitatis. Qua probata, vicerector idem de principali causa cognoscat; illa non probata, remittat vicerector illam causam ad iudicem recusatum et ad rectorem.

Item, non debet aliquis intitulatus Universitati nostrae ac juratus alium intitulatum trahere in iudicium, nisi ante rectorem Universitatis.

Item, si rectori Universitatis tempore sui rectoratus per membrum Universitatis quaecunque injuria illata fuerit realis aut

verbalis, convocabit magistros omnium facultatum et proponet causam. Qui sibi unum vel plures deputabunt iudices in hac causa. Et quidquid taliter deputati iudicaverint, teneatur etiam a rectore quam a parte defendente.

Item, rector bis in septimana debet praesidere in iudicio, scil. tertiis et quintis feriis, vel aliis, quas duxerit eligendas. Potest tamen, ut dictum est, si voluerit et necesse fuerit, omni die iudicio praesidere, etiam die feriata.

19. In quibus rectori obedire Universitatis supposita teneantur. Rectoris convocationibus, citationibus et iudiciorum sententiis et concordatis atque mandatis rationalibus omnia Universitatis membra tenentur obedire. Et si quis gravatum se reputaverit, Universitatis auxilium imploret super illo. Item, citatus a rectore vel vicerectore, si contumax fuerit, solvet unum grossum; si tertio, solvet duos grossos; si quarto, in tribus grossis punietur. Potest etiam rector secundum exigentiam causae in citationibus unum terminum peremptorium pro omnibus illis deputare. Quodsi nec adhuc comparare voluerit vel sententiam contra se factam servare spreverit, de communi consilio a lectionibus per suspensionem publicam huiusmodi excludatur. Quodsi nec illam poenam curaverit, sed per quindenam in contumacia sua permanserit induratus, extunc trium dierum monitione praemissa a rectore, quae per pedellum in scholis singulis publicabitur, in congregatione Universitatis ad hoc facta, talis a corpore Universitatis tanquam membrum putridum rescindatur et inhibeat univrsis suppositis, ne cum tali quomolibet conversentur in actibus scholasticis, tam publicis quam privatis. Debet tamen rector in causa multum ardua procedere in iudicio consiliariis suis assistentibus secundum definitionem consilii Universitatis, de quo consilio habetur in statuto „De consiliariis eligendis.“

20. De exequiis defunctorum. In exequiis alicujus membri Universitatis, tam vigiliis quam missae, quilibet teneatur interesse, nonnisi quantum quem obligat debitum charitatis.

21. De poenis injuriantium suppositorum. Qui alteri dixerit seu ipsum vocaverit injuriose „ribaldum“ vel „nequam“ vel „mendacem“ vel simili modo, ultra emendam,

quam tenebitur parti laesae, quae stabit in dictamine rectoris et consiliariorum, debet Universitati solvere unum grossum. Quodsi dixerit eum „filium meretricis“ vel „spurium“ vel „furem“ vel „traditorem“ vel „lenonem“ vel simili modo, dabit Universitati duplum.

Item, qui lapidem sive baculum vel quodcunque aliud instrumentum contra alium scholarem sive laicum animo injuriandi ad manum arripuerit, vel cultellum vel gladium extraxerit, licet non percutiat vel projiciat, tenebitur tamen Universitati quinque grossos. Si vero projicit vel percutit, licet non tangat, tenebitur duplum, et si eum insequatur, ut tangat, licet non possit, solvet tantum. Si vero tetigerit manu vel instrumento, seu offenderit quantumcunque leviter, solvet unum florenum. Si vero graviter tetigerit ita ut sit opus medicaminibus, citra mutilationem, tenebitur ad duos florenos. Et si mutilaverit, etiam in minimo membro, dabit tres florenos, et sic ulterius secundum gravitatem offensae solvet Universitati. Et post ipsas poenas Universitati solvendas debet parti laesae emendam facere amicabilem vel condignam, secundum dictamen rectoris et consiliariorum, si non poterit amicabilem compositio inter eos alio modo inveniri.

Item, nullus alium in assumptione regiminis scholarum aut alio quovis officio velit subdole et fraudulenter supplantare. Nec minus rector alteri velit scholares de schola abducere aut profugos sub sua conditione fovere.

22. De poenis obtreptantium suppositorum. Nullus legens vel tenens cathedram dicat in cathedra aliqua, quae vergant in dedecus vel pudorem vel vituperium alicujus facultatis vel personarum de aliqua facultate. Si quis talia dixerit et testimonio sufficienti de hoc convictus fuerit, coram rectore revocet in publico, quae dixit et in forma sicut ea dixit, et satisfaciat parti laesae secundum dictamen rectoris et consiliariorum, dando et petendo. Quodsi facere renuerit, ab Universitate excludatur. Idem fiet de eo, qui tale quid fecit in sermone publico, vel in consilio, vel in disputatione „de quolibet.“

23. De poenis ludentium suppositorum. Ludentes ad taxillos pro pecunia uterque, tam perdens quam lucrans, punitur in hunc modum: Si ludus fuerit sive in die sive in

nocte ultra fertonem, quilibet tenebitur Universitati quatuor gr.; si vero ad sexagenam ludus se extenderit, quilibet dabit medium florenum; si ad unam cum media, quilibet dabit duodecim grossos; si ad duas sexagenas, unum florenum, et sic consequenter. Et talis poena debetur Universitati. Ultra hoc lucrans debet totum lucrum praesentare rectori, quod debet per rectorem pauperibus scholaribus de Universitate dispartiri. Si autem ultra praedictas poenas et monita excesserit, per carcerem coerceatur. Quodsi nec sic cessaverit, ab Universitatis gremio excludatur.

Item, quod nullus exerceat artem dimicandi, nec aliquis scholas dimicatorias praesumat visitare.

24. De poenis forisantium et coassistentium libero foro. In quacunque bursa celebrabitur liberum forum; socii de illa bursa saltem consentientes solvent Universitati florenum, et quilibet extraneus, qui visitaverit, solvet Universitati in poenam [unam bursam, id est, quantum septimanatim ponit in bursa vel solvit pro expensis.

25. De poenis exigentium beanium. Quicumque exergerit beanium ab aliquo, solvet Universitati in poenam quatuor grossos, et ultra; quidquid extorserit ab eo, restituet illi, a quo extorsit.

26. De extraneis ad actus scholasticos non admittendis. Nullus exerceat aliquem actum scholasticum in scholis Universitatis, cujuscunque facultatis existat, nisi subsit Universitati et rectori, et ab Universitate approbatus tanquam ad talem actum sufficiens exercendum, vel habita licentia rectoris et regentium in tali facultate, in qua libuerit facere actum specialem. Item, quod nullus legat lectiones privatas, nisi de speciali licentia rectoris et facultatis, in qua vellet legere.

27. De conductura bursarum seu commodorum. Item, quod inantea nullus magistrorum, doctorum vel scholarium aut quorumcunque aliorum, volentium gaudere privilegiis aut libertatibus Universitatis, possit seu debeat conducere domum, bursam aut commodum, sine consensu magistri, doctoris etc., qui de praesenti medio anno inhabitavit aut inhabitaverunt easdem vel eadem, ante festum S. Aegidii pro medio anno hiemis proxime futuro, nec ante festum S. Gregorii pro medio anno aestatis

etiam proxime futuro, et sic deinceps, nisi conventor aut conventores dictas bursas, domos aut commoda ante aliquem dictorum terminorum contigeret libere resignare; sub poena, quod per illum medium annum contrarium faciens, domum, bursam, commodum praedicta nec aliquod commissorum inhabitare valeat, et unius sexagenae, quam teneatur solvere rectori infra quindenam, sub poena dupli. Qua quindenam elapsa rector contra hujusmodi transgressorem aut transgressores sub juramento seu promisso suo coram Universitate praestito procedere ad extortionem poenae praedictae teneatur. Cujus poenae medietatem rectoris, aliam vero conventoris aut conventorum usibus congregatio dicta Universitatis voluit applicari. Adjicientes nihilominus, quod si rector, conventor aut conventores, aut quiscunque seu quicunque, cujus vel quorum interest, ante dictum terminum aut in dicto termino vel post ipsum elapsam de fraude committenda vel commissa dubitaverit aut dubitaverint, conventor vel conventores et alius vel alii, quem vel quos hujusmodi negotium fraudis concernere videretur, teneatur et teneantur de fraude non commissa promissum praestare, et alias super interrogatoriis vel articulis dictum negotium tangentibus promisso mediante respondere.

28. Qualiter statuta debeant obligare. Ex transgressione statutorum non statim incurrit transgressor perjurium seu fidei fractionem, nisi in statuto aliquo hoc manifeste exprimat.

29. Forma juramenti ingredientium Universitatem (antiqua.) „Ego N. de B. juro (aut promitto) vobis, domine rector, et vestris successoribus obedientiam in (mandatis) licitis et honestis. Item regi atque coronae Boemiae regni fidelitatem. Item quod bonum Universitatis velim promovere, ad quemcunque statum devenero, pro posse meo, et statuta Universitatis facta et facienda pro posse servare. Item quod injuriam propriam nec per me ipsum nec per alium praeter ordinem velim vindicare, sed super hoc rectoris officium implorare. Sic me Deus adjuvet!“

10. Specialis Universitatis juristarum institutio. 1372.

Anno N. D. 1372 in festo S. Georgii de beneplacito D. Nostri Imperatoris facta specialis est Universitas juristarum in Studio Pragensi

pro doctoribus, baccalariis, singulisque studentibus juris canonici (nationis Bohemorum, nationis Bavarorum, nationis Polonorum et nationis Saxonum), qui elegerunt in rectorem suum d. Joannem comitem de Pernsteyn.

(*Mon. hist. Univ. II. 1. p. 28.*)

A. D. 1373 circa festum Philippi et Jacobi; . . . Carolus IV. . . . Imperator et Boemiae rex . . . ad instantiam et procuracionem dominorum, Jo. praepositi in Granzoge, tunc rectoris, et Wilhelmi decani Hamburgensis, decretorum doctoris, ordinarie Decretales pro tunc legentis, quandam domum sitam in media civitate Pragensi apud ecclesiam S. Jacobi in angulo . . . pro 150 sex. a Pesselino camerlingho suo comparavit et Universitati juristarum dedit et assignavit, quam praedictus d. Wilhelmus doctor de beneplacito dicti d. Imperatoris intravit et inhabitavit. (*Ib.*)

A. D. 1373. D. Joannes (de Granzoge), tunc rector, statuta quaedam de consilio et consensu XVI consiliariorum, ad hoc per totam Universitatem (juristarum) electorum et deputatorum, concepit et correxit, sed non publicavit, quae successor suus publicare et expedire procurat.

(*Mon. hist. Univ. II. 1. pag. 25.*)

1378. Joannes Slepekow, rector Universitatis juristarum, picturam ordinavit ad utrasque portas . . . 1383 Carolus Haquini archidiaconus Upsalensis, tunc rector Univ. jur., aedificari fecit novas scholas in curia Universitatis pro Decreto et Lectionibus extraordinariis etc.

1393. Mag. Joannes Westual rector theologorum, medicorum et artistarum, et mag. Bertholdus de Waching, rector universitatis juristarum, etc.

(*Liber civ. Prag.*)

1404 Collegium juristarum. 1406 Scola juristarum.

1413. In parochia ecclesiae S. Mariae ante Laetam curiam est quaedam domus seu palatium pro exercitio seu lectura juristarum Universitatis Studii Pragensis deputatum, habens salam superius magnam et solempnem cum cathedra et banchis seu scamnis praemunitam (paratam per Carolum Haquini rectoris supra memorati).

1413—1419 scholae juristarum. 1417—1429 Collegium juristarum.

(*Tomek Základy.*)

## 11. Collegium regis Wenceslai 1380—1381.)

1381. Sexta feria in crastino Valentini, die XV. mensis Februarii, constituti coram Cunsone vicario magistri Hermannus physicus suo et nomine magistrorum Novi collegii Wenceslai Rom. et Boh. regis, confessi sunt, se habuisse et habere CLXXXII. sex. gr. pro emendo censu dicti Collegii XIII. sex. gr. Prag, et exhibuerunt quandam litteram confectam. Quae omnia dom. vicarius auctoritate ordinarii confirmavit.

(*Cod. man. Capit. Prag. Tomek Dĕje univ. 60.*)

1381 Novum collegium Wenceslai. 1399—1409 in parochia S. Galli Collegium regis Wenceslai; 1410—1429 domus collegii regis W.

(*Tomek, Základy.*)

Literis 1399, 30. Januarii Pragae datis, Wenceslaus rex „pensatis benigne gratis, fidelibus et studiosis obsequiis Maj. Nostrae per honorabiles magistros et scolares Domus seu Collegii per Nos erecti, fundati et futuris temporibus Dei auxilio ampliandi, quod a Regiae Maj. Nostrae nomine sumpsit vocabulum ac „Collegium regis Wenceslai“ nuncupatur, impensis et processu temporis eo quidem studiosius impendendis“, domum ipsorum sitam in Majori Civitate Pragensi, in parochia S. Galli, ab omnibus et singulis bernis, lozungis, contributionibus etc. absolvit.

(*Mon. hist. II. 2. dipl. XLVI.*)

## 12. Institutio conservatorum et judicum 1383.

### 31. Augusti.

Bonifacius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, praeposito Moguntino, et Wratislaviensi ac Omnium Sanctorum in castro Pragensi ecclesiarum decanis, salutem et apostolicam benedictionem.

In supremae dignitatis specula licet immeriti disponente Domino constituti, dignum censemus et debitum, ut personis litterarum studiis insistentibus, per quae Divini nominis et fidei catholicae cultus protenditur, justitia colitur tam publica quam privata, res geritur utiliter, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, favores gratiosos et opportuna commoditatis auxilia liberaliter impendamus.

Sane dilectorum filiorum, magistrorum, doctorum et scholarium Universitatis Studii Pragensis conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, alique ecclesiarum praelati et clerici ac ecclesiasticae personae, tam religiosae quam saeculares, nec non duces, marchiones, comites, barones, milites, nobiles et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, et aliae singulares personae civitatum et dioecesium et aliarum partium diversarum, occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, jura et jurisdictiones, nec non fructus, census, redditus et proventus Universitatis studii praedicti, et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad magistros, doctores et scholares hujusmodi studii communiter vel divisim spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus praestant auxilium, consilium et favorem. Nonnulli etiam civitatum, dioecesium et partium praedictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem

magistris, doctoribus et scholaribus super praedictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, juribus, jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorundem, et quibuscunque aliis bonis, mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, ac aliis rebus ad eosdem magistros, doctores et scholares spectantibus, multiplices molestias et injurias inferunt ac jacturas, et alias ipsos magistros, doctores et scholares super privilegiis et libertatibus ipsis, Universitati et studio concessis, diversis et gravibus jacturis et violentiis affligere et molestare praesumunt. Quare pro parte ipsorum magistrorum, doctorum et scholarium nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum eis valde reddatur difficile pro singulis querelis ad sedem apostolicam habere recursum, providere eis super praemissis paterna diligentia curaremus.

Nos igitur adversus occupatores, detentores, molestatores et praesumptores hujusmodi illo volentes eisdem magistris, doctoribus et scholaribus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia praecludatur, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus: Quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis, conservatores et iudices, praefatis magistris, doctoribus et scholaribus efficacis defensionis praesidio assistentes, non permittatis eosdem super his et quibuslibet aliis bonis et juribus ad magistros, doctores et scholares praedictos spectantibus ab eisdem vel quibuscunque aliis indebite molestari, vel eis gravamina seu damna vel injurias irrogari, facturi dictis magistris, doctoribus et scholaribus, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de praedictis et aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, jurisdictionum et jurium et bonorum, mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum, et aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuscunque molestiis, injuriis atque damnis, praesentibus et futuris, in illis videlicet, quae judicalem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiae complementum; occupatores seu detentores, molestatores, praesumptores et injuriatores hujusmodi, nec non contra-



dictores quoslibet et rebelles, cujuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii P. VIII., praedecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diaetam a fine suae dioeceseos ad iudicium evocetur; seu, ne iudices et conservatores a sede deputati praedicta extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere; vel aliquos ultra unam diaetam a fine dioecesis eorumdem trahere praesumant, dummodo ultra tres diaetas aliquis auctoritate praesentium non trahatur; seu quod de aliis, quae iudiciale requirunt indaginem, poenis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adjectis, conservatores se nullatenus intromittant — quam aliis quibuscumque constitutionibus a praedecessoribus nostris, Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis edictis, quae vestrae possent in hac parte jurisdictioni aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu, si aliquibus communiter vel divisim a praedicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi et eorum personis, locis, ordinibus, et nominibus propriis mentionem; et qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam vestrae jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cujusque toto tenore ac de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis.

Certum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico praepeditus, quodque a dato praesentium sit vobis et unicuique vestrum in praemissis omnibus et eorum singulis, coeptis

et non coeptis, praesentibus et futuris, perpetuata potestas et jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in praemissis omnibus, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, et pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia et singula coram vobis coepta fuissent, et jurisdictio vestra et cujuslibet vestrum in praedictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitima exstisset, constitutione praedicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante; praesentibus post viginti quinque annos a dato praesentium computandos minime valituris. Volumus autem, quodsi alias similis vel alia conservatoria, aut concessio, vel commissio per nos seu aliquos praedecessores nostros, Romanos pontifices, usque ad certum tempus nondum elapsum ad praedictorum supplicantium instantiam super praemissis concessa vel facta fuerit, quod ipsa alias facta concessio vel commissio et literae habitae super eadem, ex nunc sint cassae et irritae, nulliusque roboris vel momenti.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, VII. Kalend. Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

(*Orig. arch. Univ. Prag. — Mon. hist. III. dipl. XXXIX.*)

### 13. Statuta facultatis artistarum 1390.

(*Contextus legitur in Mon. hist. Univ. Prag. I. 1. p. 35—124.*)

### 14. Exemptio Universitatis a jurisdictione aliena. 1392. 22. Nov.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Notum facimus tenore praesentium universis, quod habito respectu ad magnam sollicitudinem praeteritam et multiplicia studia divae memoriae serenissimi principis, quondam domini et genitoris Nostri, domini Caroli Romanorum imperatoris et Boemiae regis, quibus Pragense Studium instauravit, nunc amplius quotidianis urgemur affectibus, ut ipso auctore, qui prospera dedit initia, idem Studium inchoatum feliciter mediis desideratis proficiat et speratis finibus terminetur. Propter quod animo deliberato, sano principum, baronum ac procerum Regni Nostri accedente consilio, non per errorem aut improvide, sed de certa Nostra scientia, Nostrae Universitati Pragensi, magistris, docto-

ribus et studentibus, universaliter omnibus et singulariter singulis, decrevimus hanc gratiam faciendam, sub tenoribus, conditionibus et clausulis inferius annotatis, videlicet, ut magistri, doctores, studentes, familiaresque quotidiani eorum cum omnibus praedictae Universitatis juribus, libertatibus, pertinentiis, fructibus, proventibus, emolumentis et obventionibus universis, quibuscunque specialibus vocabulis possint designari, ab omnibus steuris, solutionibus, daciis, talliis et quibuscunque caeteris oneribus realibus, etiam a jurisdictione quorumlibet judicum regni Nostri Boemiae liberi esse debeant penitus et exempti.

Inhibemus igitur iudicibus singulis, et nominatim Majoris, Minoris et Novae Civitatum Pragensium, et aliis, quibuscunque censeantur nominibus, ne adversus Nostrae dispositionis, concessionis ac ordinationis seriem quidquam in praejudicium magistrorum, doctorum et studentium attentare praesumant; nam si quid attentaretur modo quolibet, hoc ipso facto, auctoritate regia Boemiae et de certa Nostra scientia, viribus vacamus, ut nullius roboris sit seu momenti.

Si vero supposita Universitatis praedictae in maleficiis seu forefactis per iudices Nostros, unum aut plures, apprehensa et arrestata fuerint, ipsum aut eadem, dummodo notorie studentes fuerint aut quam cito hoc constaret, iudicio rectoris ejusdem Universitatis sine contradictione et difficultate qualibet volumus praesentari; sic tamen, ut talem vel tales pro hujusmodi forefactis rector Universitatis, qui pro tempore fuerit, corrigere et alias unicuique contra eos actionem habenti expeditam, quoties opus fuerit, debeat justitiam ministrare.

Si quis vero praesentem Nostram paginam quovis modo infirmare, infringere aut contraire attentaverit sive praesumpserit, ab eodem totiens quotiens contra factum fuerit, centum marcas auri purissimi irremissibiliter exigere volumus et cum effectu dari; et earum medietatem Nostri regalis aerarii Boemiae, residuam vero partem dictae Universitatis profectibus et usibus decrevimus applicari.

Praesentium sub regiae Nostrae Majestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Mendici A. D. MCCCXCII, die vicesima secunda

Novembris, regnorum Nostrorum Boemiae tricesimo, Romanorum vero decimo septimo.

Per d. Henricum de Duba  
magistrum curiae  
Wlachnico de Weitenmule.

(*Orig. arch. Univ. Prag. — Pelzel, Wenzel IV. dipl. XCI. — Mon. hist. II. 1. dipl. XXXIII.*)

15. Collegii Lituanici fundatio 1397. 20. Julii et 1397, 10. Novembris.

„Sane pro parte ser. principis, dominae Hedvigis reginae Poloniae, sororis Nostrae carissimae, oblata nuper Maj. Nostrae petitio continebat, quod cum ipsa ad propagandam in terris et dominiis suis ac etiam locis circum vicinis sacrosanctam fidem catholicam, certas personas a partibus Lytwaniae vel alibi oriundas eligere, ipsasque ad studium civitatis Nostrae Pragensis decreverit destinare, sub eo proposito, ut ibidem sacra facultate theologica cognita et quantum ipsis ad Alto concessum fuerit, realiter apprehensa, veritatis doctrinam in gentes illarum partium, quae hactenus nec Dominum norunt nec ejus nomen magnificum invocarunt, debeant fideliter derivare; ad usus quoque dictarum personarum studere debentium domum in eadem civitate Nostra Pragensi, necnon ducentas sexag. census annui providerit comparandum; quatenus emptioni domus et census hujusmodi consensum Nostrum adhibere, ipsam quoque domum et census ad usus dictarum personarum appropriare, annectere et inviscerare gratiosius dignaremur.“

Haec litterae Wenceslai regis cum literis reginae Hedwigis Cracoviae 1397, 10. Novembris datis, servantur in *archivo Univ. Prag. — Mon. hist. II. 1. dipl. XLI et XLII.*

Litterae Hedwigis reginae dantis plenam potestatem Cruci institori Pragensi, domum et census pro collegio emendi. (Cracoviae 1397.)

Vidimus literarum Crucis institoris plenipotentiarum, quibus statuit 12 studiosos Polonos illo censu 200 sex. alendos. Eorum inspector magister esse debet et obligatur ad unam horam impendendam quotidie in docendis alumnis. (1411. 29. Apr.)

16. Jurisdictio rectoris in universitate Pragensi 1397. 21. Decb.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei.

Ad perpetuam memoriam.

Nonnunquam instans devotorum supplicatio nos inducit, ut ipsorum petitiones, per quas eorum quieti consuliter et ipsorum gravaminibus occurritur, ad exauditionis gratiam admittamus. Devotis igitur dilectorum filiorum Universitatis Studii Pragensis,

pro quibus etiam charissimus in Christo filius noster Wenceslaus, Rom. et Boem. rex illustris, nobis humiliter supplicavit, petitionibus inclinatus, volumus et apost. auctoritate tenore praesentium irrefragabiliter statuimus et etiam ordinamus, quod de caetero nullus ex dictis Universitate, praesens in ipso Studio pro tempore existens, coram quocumque ordinario, etiam legato nato, aut alio iudice delegato vel subdelegato, etiam auctoritate quarumcunque litterarum seu rescriptorum a sede praedicta sub quacunque verborum forma impetratorum seu imposterum impetratorum, plenam et expressam ac de verbo ad verbum de huiusmodi nostris statuto et ordinatione mentionem non facientium, super quibuscunque bonis mobilibus aut immobilibus, iuribus, actionibus civilibus, criminalibus, saecularibus vel profanis, aut rebus aliis in civitate et dioecesi Pragensi tantummodo consistentibus, invitus in causam trahi seu ad iudicium evocari valeat, seu respondere aut comparere quomodolibet teneatur; quodque omnes et singuli de ipsis Universitate, praesentes pro tempore in dicto studio existentes, teneantur et debeant pro praemissis coram rectore Universitatis dicti Studii pro tempore existente juri stare et ecclesiae ac ipsius rectoris mandatis et decretis honestis et decentibus obedire.

Nos enim rectori dictorum Universitatis, qui pro tempore fuerit, etiamsi dignitatem vel personatum seu canonicatum et praebendam alicujus ecclesiae cathedralis non obtinuerit et in minoribus duntaxat ordinibus constitutus fuerit, una cum consilio et assensu quatuor consiliariorum dictorum Universitatis, juxta consuetudinem ejusdem Studii pro tempore electorum seu eligendorum, omnes et singulas causas tam civiles et criminales quam mundanas et profanas, quae inter quoscunque de Universitate praedictos et quae per quemcunque seu quoscunque cives, habitatores et incolas aut aliam vel alias personas in dicta civitate Pragensi pro tempore existentes, contra aliquem vel aliquos de dictis Universitate super praemissis seu super injuriis etiam in dictis civitate et dioecesi illatis vel inferendis, conjunctim vel divisim, etiam per viam reconventionis pro tempore movebuntur, convocatis partibus cognoscendi, audiendi et sine debito terminandi et etiam, cum sibi videbitur, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta,

procedendi, de quibuscumque criminibus, delictis et excessibus, per quemcumque seu quoscumque de dictis Universitate, cujuscumque etiam dignitatis, facultatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel praëminentiae fuerit seu fuerint, inquirendi, ipsaque crimina, delicta et excessus juxta canonicas sanctiones corrigendi et puniendi, ac carceres publicas et privatas pro hujusmodi correctione et punitione fiendis in dicta civitate Pragensi, eligendi et tenendi, ac quod decreverit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari faciendi; et quoscumque cives, incolas, habitatores et alias personas dictae civitatis alicui seu aliquibus de dictis Universitate, communiter vel divisim, damna, molestias aut injurias in personis seu rebus eorum inferre seu irrogare praesumentes, simili censura ad satisfactionem et emendam condignam, juris ordine observato, compellendi; quoscumque etiam processus, praemissorum occasione habendos, quotiens expedierit, aggravandi et contradictores quoslibet ac rebelles censura simili, appellatione cessante, compellendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis; necnon quascumque excommunicationis, suspensionis seu interdicti, aut alias sententias seu censuras propterea per eum ferendas in forma ecclesiae consueta relaxandi, ac pro modo culpa poenitentiam salutarem injungendi et omnimodam jurisdictionem ordinariam in ipsos Universitatem, conjunctim vel divisim, exercendi, ac omnia et singula, quae circa praemissa fuerint quomodolibet opportuna, agendi, plenam et liberam auctoritate praedicta per praesentes concedimus potestatem, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, seu si aliquibus, communiter vel divisim, a praefata sede sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi et eorum personis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia, generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, ipsius rectoris jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cujusque toto tenore habenda sit de verbo ad verbum in nostris litteris mentio specialis; nos

enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae voluntatis, statuti, ordinationis, concessionis et constitutionis infringere vel ei censu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, XII. Kal. Januarias, pontificatus nostri anno nono.

Jo. de Bononia  
Gratis de mandato domini P. P.  
Jo. de Ferentino.

(*Arch. Univ. Prag. — Mon. hist. II. 1. dipl. XLV.*)

### 17. Domus Nationis Boemorum, Collegium Nationis. 1399—1403.

(1403. *Mon. hist. II. 1. p. 406. Cf. Ib. 376.*)

1403—1407 in parochia S. Galli. 1408—1413 domus Nationis Boemorum.

Literis a. 1407, 13. Maji datis Wenceslaus de Chotietow, presbyter dioc. Prag. et minister capellae regiae O. S. in castro Pragensi, domum suam, dictam Nationis, in Majori Civitate Pragensi, in parochia S. Galli, inter domum Hanconis et domum Nationis Bohemorum, donavit, deputavit et legavit magistris et toti nationi Bohemicae (Balbin Boh. docta I. 28 etc.).

1429—1433 Natio Bohemorum penes domum Collegii regis Wenceslai.  
(*Tomek, Zákłady.*)

### 18. Scola medicorum. 1405.

In platea S. Valentini 1405 Scola medicorum. 1411 Collegium medicorum ex opposito Jacobi institoris de Plan; 1429 Scola medicorum.

(*Tomek, Zákłady.*)

### 19. Collegium reginae. 1407—1411.

1407—1411 in foro S. Galli domus olim Maly institoris, quam nunc tenent magistri domus Nationis Boemorum. 1413 Domus quondam Maly institoris, nunc vero Collegium Reginae nuncupata, in foro S. Galli, natio Boemorum Universitatis studii Pragensis resignat studentibus, quondam in Jerusalem, exceptis duobus commodis, quorum hostia ad Domum Nationis sunt conversa etc. 1415—1433 Collegium Reginae.  
(*Tomek, Zákłady.*)

### 20. Statuta Collegii Caroli IV.

Magistri Collegii „volentes ad instar aliarum honestarum congrega-

tionum ac collegiatarum sub debito regiminis ordine vitam ducere regulatam,“ in Statuta subscripta consenserunt:

1. De officio praepositi. Imprimis inter collegas unus praepositus erit et nominabitur, cujus executio officii per annum integrum durabit. Qui quidem plenam auctoritatem habebit exequendi et prosequendi Statuta inferius notata. De cujus electione, officio et auctoritate plenius in sequentibus, quod est statutum, dicitur.

2. De electione praepositi. Etsi quisque collegarum onus, quod caeteri ferunt, ordine se attingente absque excusatione ferre teneatur, nemo tamen officio praepositurae, nisi electione libera totius Collegii potiatur. Qua quidem electione, ardua et rationabili superextante causa, etiam ipse poterit transmutari ordo. Et hac ipsa electio isto modo sit peragenda.

3. De modo eligendi praepositum novum. Antiquus praepositus facta convocatione magistrorum collegarum apto die circa festum Georgii, immediate ante prandium, sub debito obedientiae et sub poena non contradicendi, invocata primum gratia Spiritus sancti et facta per praepositum brevi arenga seu commonefactione super digna et utili persona eligenda ad dictum officium praepositurae, requirat praepositus vota singulorum a senioribus incipiendo et juxta pluralitatem vocum concludat pro persona nominata. Si vero fuerint voces numero pares, ad quam illarum partium duarum praepositus vocem suam dederit, pro illo per antiquum praepositum concludatur.

4. De susceptione praepositurae. Sic, ut praemititur, electus, si absens fuerit, mox per praepositum evocetur; si vero praesens fuerit, talis significata sibi de se facta electione mox tenetur suscipere officium futurae praepositurae, facta pollicitatione super fideli et diligenti censuum exquisitione et dispensatione et sui officii executione ad antiqui praepositi stipulationem. Quodsi dictum officium recusaret suscipere, tenebitur pro fisco Collegii solvere duas sexagenas grossorum, et hoc totiens quotiens ipsum reeligi contigerit in officium praedictum, aut rationabilem excusationem ponere, quam major pars collegarum approbaret.

5. De officio dignitateque praepositi et locatione circa mensam. Electus modo praedicto in praeposi-



turam et acceptans officium, de mandato antiqui praepositi debet singulorum collegarum cum suis servitoribus per manus stipulationem accipere promissum subjectionis et obedientiae in hiis, quae pertinent ad bonum statum Collegii, quam promissionem nullus debet recusare. Ipse autem praepositus, postquam in executione sui officii fuerit, in mensa et in convocationibus et in factis Collegii, ante et supra omnem collegam (etiamsi quis collegarum rector Universitatis vel cujusvis alterius dignitatis fuerit), locum et caput tenere debet; alii vero magistri consequenter juxta prioritatem collegiaturae locum tenebunt, nisi quis seniorum posteriorem locum maluerit retinere.

6. De electione aedituorum. Praepositus circa principium executionis sui officii, dum sibi convenientius, absque longa mora, visum fuerit, hortabitur collegas, ut duos de numero sui aedituos eligant, qui in jurisdictione praepositi tanquam consiliarii, quoties opportunum fuerit, assistere debebunt. It. Novus praepositus ad sui officii executionem illa hebdomada, in quam festum S. Galli proxime futuri incidit, a feria sexta inchoando, etiamsi cum plus septimana una, ut fieri solet, in officio durare forte obtigerit, intromittere se debet; et pro tunc officium antiqui praepositi, et non prius, totaliter expirabit. Medio autem tempore a festo Georgii, novus praepositus in lignis et esculentis et poculentis et caeteris futuris pro anno suae praepositurae facere debet provisionem.

7. De salario praepositi. Praepositus quilibet praepositurae suae debite exequens officium, pro suorum laborum consolatione, si voluerit, potest de proventibus Collegii duas sibi accipere grossorum sexagenas; de quarum receptione tempore suae rationis faciat mentionem.

8. De jurisdictione praepositi. Praepositus Collegii super omnes collegas jurisdictionem habet, omnesque causas inter collegas emergentes ipse cum Collegii consilio debet decidere et (de)terminare. Omnes etiam Collegium inhabitantes, sive clericos collegarum sive alios inquilinos, praepositus cum aedituis in causis domum Collegii vel injurias personarum concernentibus habet judicare et secundum exigentiam culpae punire et a domo alienare.

9. De injuria facta inter collegas. Si quis collegarum injuriam verbo aut facto aut manu violenta alteri collegae fecerit, stare debet dictamini Collegii et subici sententiae ac iudicio aliorum praesentium collegarum. Quodsi contumaciter subici noluerit, requisitus primo, secundo et tertio, per secretum Collegii iudicium a Collegio excludatur. Si quis etiam damnum aut violentiam domui Collegii aliquam fecerit, simili sententiae subiacebit.

10. De domus inhonestatione. Si quis collegarum aliquam infamiam aut dehonestationem verbo vel facto in Collegium aut domum Collegii irrogaverit, aut suspectam mulierem vel ancillam in die aut nocte in domum aut cameram subintroduxerit, aut cum ea in domo Collegii dormire convictus fuerit, etiam simili sententiae subiacebit. Et cum collegae tali censurae subiacere debeant, omnino in causis similibus adversus ipsorum servos non convenit parcere severitati.

11. De ratione facienda a praeposito. Quilibet praepositus post terminum suae executionis, et signanter infra unum mensem post festum S. Galli, de perceptis et expositis in singulis praeteritis septimanis debet coram duobus aedituis et novo electo praeposito facere debitam rationem. Si vero occurrente rationabili causa a Collegio moreretur, etiam post festum S. Georgii infra unum mensem eam facere sine recusatione tenebitur. Et si quid de perceptis remanserit, inter collegas distribuatur vel in fiscum Collegii deponatur. Si vero praepositus ultra percepta in expositis cum scitu et assensu collegarum supererogaverit, per singulorum collegarum contributionem praeposito refundatur.

12. De camerarum inspectione in Collegio. Singulis quatuor septimanis praepositus tempore suae praepositurae, cum sibi convenientius videbitur, cum aedituis omnia commoda seu conclavia domus tenebitur conspicerere, ne aliquod detrimentum, et specialiter ab igne, domus Collegii patiatur; in cuius remedium quilibet principalis pro tempore hiemali, sub poena unius nummi, singulis noctibus tenebitur ad minus aquae pintam dimidiam in suo commodo seu conclavi paratam habere. Nec aliquis in locis superarum sub tectis aliquem ignem habere debet vel

lumen candelarum eo deportare, nisi cum magna cautela, occurrente necessitate.

13. De villarum visitatione. Singulis terminis, tam S. Galli quam S. Georgii, quando opportunum fuerit, post duas septimanas, quilibet praepositus villas Collegii cum suis aedituis tenebitur visitare et ibi retentos census colligere, et si fuerit necessarium, jurisdictionem exercere, et ibi non amplius quam per unam diem et noctem permanere; et ex antiquo more in villa Poczernicz super sumptus Collegii, in aliis villis versus Veronam super sumptus omnium villarum. Si vero praeter terminos praedictos aliquam causam judicandi praepositum exire res coegerit, tunc nonnisi super sumptus ejus, cujus causa agitur, exire debeat.

14. De censuum exceptione et dispensatione. Praepositus fideliter ac diligenter census Collegii tenetur exquirere utroque termino censuali et illos super nullo alio quam super expensas victuales et supellectilis Collegii tenebitur dispensare. Si autem domus Collegii in aliquo reformatione indiguerit, illud praepositus non sumptibus censuum, sed sumptibus fisci Collegii reformabit.

15. De electione novi collegae. Numerus collegarum debet esse duodecimus; igitur si quem collegarum mori aut resignare suum locum contigerit aut alio modo aliquem vacare acciderit, statutum est, ut nullus magistrorum obliget se in privato ad dandam vocem pro novo collegiato eligendo; sed ipsis per convocationem praepositi sub poena non contradicendi congregatis, quilibet incipiendo a praeposito sub conscientia fateatur, se nulli cum sua voce fore obligatum. Quodsi de aliquo oppositum comprobatum fuerit, talis voce carebit pro illa vice. Extunc statim infra tempus unius hebdomadae, habito puro respectu ad bonum et profectum Collegii et Universitatis, eligatur secundum pluralitatem vocum novus collega, magister in artibus, qui juxta hujus Collegii erectionem sit valens laborare in artibus vel in theologia. Si vero aequalitas vocum fuerit, in quam partem vox praepositi declinaverit, talis pro electo habeatur; si vero vox praepositi fuerit una pars aequalitatis, illa tenebit.

16. De susceptione novi collegae. Novus collega factus per eum promisso ad manum praepositi, quia velit dili-

genter in theologia vel in artibus juxta posse laborare; item quod velit cuilibet praeposito obedire, statutaque et statuenda tenere; item bonum Collegii procurare et promovere; itemque secreta Collegii velit habere occulta nec consilia magistrorum, sive serio sive joco, extra publicare (praesertim cum praepositus Collegii in proponendo aliquid factum dixerit, illud esse celandum); item quod se velit circa conditionem religionis et fidei observare juxta statutum super eo specialiter factum.

17. De pretio fisci. Quilibet novus collega post introitum suum in Collegium infra medium annum tenetur pro fisco Collegii reponere duas sexagenas grossorum (Misnensium), ut inde defectus collegii reformentur. Si vero tunc propter penuriam solvere non posset, petat a Collegio inducias usque ad fortunam pinguiorem.

18. De conservatione fisci. Pro fisco conservando in testudine librariae fiat una cista cum tribus seris, quam primam servet praepositus, aliasque duas duo aeditui habeant. In qua cista pecunia fisci conservetur, quae non debet dispensari ad expensas, sed pro aliis necessitatibus Collegii aut pro domus Collegii reformatione. Et hoc debet consensu et consilio collegarum omnium administrari.

19. De translatione ad Capellam Omnium Sanctorum. Quando aliquam praebendam Capellae regalis O. S. in castro Pragensi et quotiescunque vacare contigerit, facta super hoc omnium collegarum tunc praesentium convocatione, a seniore collega usque ad omnium minorum requisitio sit facienda, si quis se transferre ad eam praebendam voluerit? Talis per Collegium domino Regi Boemiae, si praesens fuerit, aut si absens a regno fuerit, tunc suo vices agentis, aut gubernatori aut capitaneo regni, offeratur, ut ille amplius per regem ad administratorem regni seu capitaneum, unus aut plures, juxta numerum vacationis, decano dictae capellae praesentetur, et per eundem decanum juxta morem aut jurisdictionem ad talem praebendam vacantem sit investiendus, inducendus et confirmandus. Nec aliter praesentati locus in Collegio Caroli vacare dicetur, nisi prius ad capellae praebendam institutus fuerit et confirmatus, et tunc

rata pro medio anno post ejus exitum per Collegium sibi dari debet, si tamen in suo ingressu in Collegium per medium annum super suis sumptibus expendebat.

20. De reparatione camerarum in speciali. Nullus collegarum audeat aliquid in suo commodo seu camera rumpere aut aliquod aedificium construere aut aliquam notabilem reparationem facere absque Collegii licentia speciali. Quodsi sic cum licentia fecerit et Collegium illud opus utile approbaverit illiusque operis ruptura aut ablatio nociva non fuerit, tunc post discessum dicti collegae a camera sic reparata, opus illud pro camera debet remanere, et futurus collega illam cameram inhabitare sibi eligens, medietatem impensarum priori collegae solvere debet; et tunc tertius inhabitans secundo etiam medietatem pretii dabit etc. convenienter; quartus tertio, et quintus quarto semper medietatem pretii solvet, usque ad extenuationem principalium impensarum.

21. De cameris eligendis. Si quae camerarum duodecim vacaverit, facta convocatione Collegii praepositus hujusmodi vacantiam in medio collegarum indicabit, quam cameram quilibet collegarum eligere sibi poterit, sua camera prius tamen resignata. Haec autem electio fiat secundum ordinem graduum senii collegarum.

(*Cod. memb. Collegii saec. XVI mi, olim Soc. J. Pragae ad S. Clementem nunc c. r. bibliothecae Univ. Prag.*)

20. Ordinatio regia super vocibus nationum. 1409. 27. Sept.

De tribus vocibus Bohemicae Nationis. (Ordinationes magistrorum Boemiae contra magistros Theotunicorum A. D. IX. 1409.)

Prima ordinatio: Quod natio Boemorum tres habeant voces in omnibus consiliis Universitatis, examinibus, judiciis et quibuscunque electionibus rectorum et decanorum omnium facultatum, similiter et collegiatorum cujuslibet collegii, et in singulis agilibus et quibuslibet dispositionibus Universitatis (secundum tenorem literae domini regis super praedictis nuper Universitati transmissae.)

Alius modus: Aut quod nostra natio Boemorum duas habeat voces et aliae tres nationes unam tantum, aut natio Boemorum tres voces et aliae duas in singulis dispositionibus suprascriptis, eo quod in natione Boemorum de gratia Dei plures sunt magistri quam omnium aliarum nationum simul;

sunt enim de natione Boemorum tantummodo Boemi et Moravi; magistri conscripti de aliis vero nationibus non sunt in universo numero.

Alius modus: Quod per tres medietates annorum aut per tres annos se inmediate consequentes natio Boemorum in singulis praedictis habeat regere Universitatem et habeat per ista tempora suos rectores et suos decanos omnium facultatum, aliae autem nationes per quartum annum regant etiam Universitatem et habeant solum anno quarto suum rectorem saluum et decanos.

Alius modus: Quod natio Boemorum duas habeat voces et dividatur in duas nationes, puta Boemorum et nationem Moravorum, et nationes extraneorum etiam duas habeant voces, sic tamen, quod etiam extranei habeant duas tantummodo voces, ut nationem Polonorum et nationem omnium Theotunicorum; et si in aliquo voces Boemorum cum vocibus extraneorum non possent concordare, quod quasi arbiter et mediator — Boemorum aliquis magister per eandem nationem animatim eligatur, aut quod archiepiscopus, cancellarius Universitatis aut suus vicarius, pro arbitro collocatur, qui ponat medium inter voces Boemorum et aliorum extraneorum; quam autem ipse vocem dederit aut quibus vocibus assensum praeberit, ut illae voces sint voces Universitatis.

Alius modus: Quod nationes alio modo dividantur, ita quod nationes tres sint de regno, puta quod prima natio sit Pragensis, de qua sunt omnes a Praga versus Moraviam et Austriam; secunda sit Moravorum, ad quam pertineant omnes Slesiae et alii versus orientem ad regnum Boemiae pertinentes: tertia sit Pylsanensis, ad quam pertineant omnes nationes versus plagam occidentalem et ad regnum Boemiae pertinentes, sicut quaedam ducatus in Bavaria ad regnum Boemiae pertinentes; quarta vero sit natio omnium extraneorum ad regnum Boemiae non pertinentium; istarum autem nationum quaelibet natio suam habeat vocem, et haec divisio per nationes erit conformis diversarum nationum Studii Pragensis.

Alius modus sit: Scrutinium de modo regendi Universitatum studii Parisiensis, Bononiensis. Tunc ex illis modis illarum Universitatum eligantur modi competentes ad regendum similiter nostram Universitatem eo, quod nostra Universitas in suis privilegiis, libertatibus et aliis dispositionibus sit fundata adinstar universitatum praedictarum, secundum quod in litera fundationis Universitatis divinae memoriae (domini imperatoris) plenius continetur.

Alius modus: Quod si nullus praedictorum modorum nationi Boemiae in vocibus admittatur, ne tamen in toto mandatum domini regis frustretur et nationi verecundia aliqua inferatur, scilicet quod ex hac mentione aliqua praerogativa nationi Boemiae praebeatur, ut saltem rectorum Universitatis et facultatum artium, ut decanus facultatis artium de natione Boemorum semper imposterum eligantur, et si non uterque, quod ad minimum decanus artium sit semper de natione Boemorum (sic).

(Cod. man. c. r. Bibliothecae palatinae Vindobonensis 14.446, suppl. 2051.)

Anno Domini MCCCIX, die XXVII mensis Septembris, in rectoratu mag. Zdenconis de Labun, facta plena congregatione Universitatis, sub poena debitae obedientiae et non contradicendi, et prout diligentis bonum Universitatis, conclusum est, quod litera regia infrascripta in librum et Statuta Universitatis de verbo ad verbum inseratur.

Quae conclusio publicata est coram convocazione et congregatione totius Universitatis publice eodem anno, die XIII. Octobris, in lectorio ordinariarum disputationum. Et placuit et accepta est ab omnibus unanimiter, nemine contradicente.

Honorabilibus rectori et toti Universitati magistrorum Studii Pragensis, devotis Nostris dilectis.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex etc.

Honorabiles, devoti, dilecti! Quamquam omnium hominum commodum generaliter intendere teneamur, non tamen identidem debemus favere sollicitate, ut eorum forsitan, qui pro locorum et temporum vel aliquarum aliarum rerum opportunitatibus restricti Nobis quadam sorte junguntur, dispendiis subiaceant et iacturae. Nam etsi omnem hominem omnis teneatur homo diligere, restat tamen, ut haec ipsa dilectio ex ordinata solummodo proveniat charitate. Propter quod extraneum propinquo in amore praefigere ordinatae charitatis est praeposteratio, cum verus amor semper incipiat a se ipso et per consequens in posteros per proximitatis lineam derivetur. Cum itaque natio Teutonica jure incolatus regni Boemiae prorsus expers, in singulis Universitatis Studii Pragensis agilibus, ut relatio veridica ad Nos deduxit, tres voces sibi vendicaverit ad usum, natioque Boemica, ejusdem regni justa heres, tantummodo unica gaudeat et fruatur; Nos vero iniquum et valde indecens arbitantes, ut de profectu incolarum, quibus recta competit successio, exteri et advenae abundanter affluant et illi defectuum incommodis sentiant se oppressos: mandamus vobis praesentium virtute firmiter et districte, omnino habere volentes, quatenus mox visis praesentibus, contradictione et renitentia quibuslibet procul motis, nationem Boemicam in singulis consiliis, judiciis, examinibus, electionibus et quibuscunque aliis actibus et dispositionibus Universitatis praedictae ad instar ordinationis, qua gaudeat natio Gallica in Universitate Studii Parisiensis ac caeterae in Lombardia et Italia potiuntur nationes, ad tres voces admittere modis omnibus debeatis, sinentes

etiam vocum hujusmodi privilegio exnunc inantea in perpetuum pacifice uti et gaudere. Aliter non facturi, prout indignationem Nostram gravissimam volueritis arctius evitare.

Datum in Montibus Chutnjs.

*(Haec epistola regia inscripta est in Librum Statutorum Universitatis, in archivo Universitatis asservatum. Vide Pelzelii K. Wenzel IV., dipl. CCXVII. 1790, et Ant. Feyertagii Conspectum antiquorum statutorum Studii generalis Pragensis. 1796.)*

Insuper conclusum est, quod Universitas in quatuor nationes, ut prius, maneat divisa et quod natio Boemorum pro rectoris electione semper ex se tres praesentet, aliaeque nationes unum tantum. Qui electores si in eligendo non concordaverint, sed in duas partes aequales divisi fuerint, extunc rector antiquus, ad cujus partis electionem declinaverit, illius partis electus accipietur in rectorem. Talis autem novus rector debet in sua recommendatione regi et regno promittere fidelitatem, sicut et quilibet studens circa suam intitutionem. It. conclusum est, quod omnia in Statutis Universitatis vel cujuscunque facultatis praedictae litterae contraria deleantur ac juxta conformitatem litterae praescriptae reformentur et teneantur.

21. Modus novus eligendi rectorem Universitatis. Natio Boemorum juxta jus suum et gratiam sibi concessam antedictam eligat tres personas; aliae quoque nationes tres eligant ex se unum. Qui quatuor teneantur eandem electionem ipsorum suscipere, secundum quod fuerit a nationibus deputati. Et facto promisso antiquo rectori de fraude non committenda, sed quod velint eligere virum idoneum, secundum formam prius scriptam. Et quemcunque illi quatuor vel major pars eorum elegerint, ille pro rectore Universitatis teneatur, Potest autem rector non solum de praesentibus in Praga eligi, sed etiam de absentibus, dummodo is qui eligitur, in Praga habuerit mansionem, qui infra duas septimanas redire tenebitur, et juxta formam superius expressam officium suscipere rectoratus. Et nota, quod isti quatuor electores rectorem debent eligere infra unam horam horologii, sub poena quilibet dimidii floreni. Quodsi non fecerint, quilibet solvet Universitati unum florenum. Si vero quisque illorum recesserit electione non facta, fidefractor reputetur. Item quod praenominata novi rectoris electio peramplius non in festivitibus Sanctorum Georgii aut Galli, sed proxima die feriata sit post festum Galli celebranda.

22. Nova formula juramenti studiosorum. Ego N.



juro vobis rectori et vestris successoribus obedientiam in licitis et honestis, servare statuta et statuenda pro posse meo et ordinationes factas inter nationes Boemorum et alias tres nationes et collegia, et quod bonum universitatis velim procurare, ad quemcumque statum devenero, et quod injuriam propriam non velim per metipsum nec per alium vindicare, sed super hoc rectoris officium implorare, et quod non utar conservatorio sive signeto, dummodo commodose id habere potero sine dolo et fraude. Sic me Deus adiuvet et sancta Dei evangelia.

(Codex man. c. r. Bibliothecae palatinae Vindobonensis 14.446.)

---

## Caput decimum.

### Statuta artificum mechanicorum et aliorum operariorum.

1. Aurifabri Pragenses. Nos Otokarus . . . Cum aurifabri civitatis Pragensis Nobis exposuerunt cum querela, quod ex eo, quia non licebat ipsis argentum examinare, multa eis incommoda emergebant, volentes, ut ipsi per haec de cetero gravamen non sentiant vel jacturam, ipsis concessimus examinandi argentum liberam facultatem, in hunc modum, vid. quod per quatuor ex eisdem electos et jam coustitutos ab ipsis, sc. Petrum, A. et. M. aurifabros de ipsa Praga, argentum examinetur in domo, quae vulg. hutta nuncupatur, injungentes eisdem . . . ut argentum taliter examinent, quod omnino sit purum, et omnem diligentiam . . . adhibeant, quod ab argento falsitas omnis relegetur, et quod alibi sive publicis vel privatis locis examinare argentum non audeant. Istam autem concessionem sic eisdem duximus concedendam, ut per ea nullum incommodum, nullum praejudicium monetae vel monetariis generetur. (*Emler II. 2342.*)

2. Examinatores argenti Pragenses: Wenceslaus rex — quod Nos cupientes ut in regno Nostro purum argentum vi-geat et per hoc paulatim falsariorum nequitia deleatur . . B . . . et . . . civibus Pragensibus examinandi argentum plenam et liberam concedimus facultatem, solum tempore vitae Nostrae, volentes quod in foro civitatis Pragensis domum habeant, in quo quatuor examinatoria collocentur, et in eisdem argentum fideliter examinent et depurent, sub eisdem conditionibus, sub quibus examinatores argenti examinare consueverunt temporibus

dom. (Otakari), olim patris Nostri. Volumus etiam, quod praefati examinatores magistris monetae subesse debeant et parere, prout consuetum fuit olim in omnibus quae decentia fuerunt, quantum ad idem officium pertinet. Ipsi autem magistri monetae eosdem examinatores non molestabunt neque gravabunt indebite, sed eo jure eaque consuetudine, quibus teneri debeat examinatores a magistris monetae, tenebunt eosdem et per vitae Nostra tempora conservabunt. Et quod magistri assignent ipsis denarios sine eorundum examinatorum dampno vel dispendio permutandos. Interdicimus autem — aurifabris Pragensis civitatis et aliis quibuscunque, quod argentum deinceps examinare non debeant nec praesumant.

Si quis autem in tantam proruperit temeritatis audaciam, ut post hoc dictum argentum examinare praesumat, volumus quod argentum, quod examinaverit, amittat et id camerae Nostrae cedat, et insuper in decem marcis argenti Nobis poenae nomine puniatur.

(*E cod. Regiomont. Voigt. — Sternberg Urk. 15.*)

### 3. De combustione auri 1314. 14. Dec.

Nos — jurati cives Pragensis civitatis notum facimus . . . quod nos a jurati antecessoribus nostris, civibus Pragensibus, statuta recepimus infra scripta :

1. Scilicet ut Henricus dictus Rauber debeat per se vel suum subditum quodlibet aurum, sive civium fuerit vel hospitem, conburere, et ipsemet non debet emere nec vendere aurum. 2. Debet etiam ipse Henricus testam rivalis auri ad utilitatem illius, cujus est aurum, convertere, vel ille solus convertat sibimet ad utilitatem coram Henrico praedicto. 3. Praeterea si dictus Henricus combustum aurum conburit, debet guttas auri de testa evellere, quam testam pro se reponat. 4. Praeterea dicto Henrico debent dari de marca rivalis auri, quae per eum conburetur, sex parvi denarii Pragenses. 5. Item de marca combusti auri iii parvi denarii, et de marca rivalis auri, quam purgabit et ponderabit, dabuntur ei iii parvi denarii. 6. Item de ponderatione communi, quam facere debet de marca combusti auri, quae ad ipsum Henricum afferetur, emptor dabit 1 parvum denarium. 7. Item de auro ciminato de marca dabitur unus grossus denarius et caligo tamph maneat Henrico praedicto. 8. Item dictus Henricus debet tenere pondus ponderans aurum et argentum, et debet

sibi dari de quinque marcis argenti unus parvus denarius, et si citra fuerit, etiam unus parvus denarius; et si citra xx marcas ponderabit vel ultra paulo plus, debent sibi dari ii parvi denarii et sic deinceps. 9. Praeterea combustoria auri debent esse apud ipsum Henricum vel illum, quem jurati, qui pro tempore fuerint, ad hoc deputabunt, et non alibi. 10. Item aurum signari debet per ipsum Henricum vel per alium, quem jurati ad hoc constituent, capite leonis, argentum vero medio capite leonis. 11. Et quicumque ex civibus vel hospitibus aut ex praemptoribus auri contra praedictum statutum auri facere praesumerit, tenetur dare poenae nomine xxx solidos breves parv. den. prima vice, secunda vice decem talenta, et si tertia vice excesserit, tenetur exire civitatem, non rediturus per annum. 12. Item combustoria argenti debent esse apud Conradum et suum socium in ipsorum combustorio vel in domo, et non alibi; isti debent conburere purum argentum. Si vero accedat, quod non fuerit purum de uno quentino vel de uno setino, ita quod hoc eis invitis contingat, pro eo non debent ferre poenam. Si vero fuerit deterius, tenetur dare poenae nomine xxx solidos parvorum denariorum prima vice, secunda vice decem talenta, tertia vice perdent combustorium, si excesserint, sicut in ipsorum privilegio continetur.

Hortamur igitur et monemus tenore praesentium juratos, successores nostros, cives Pragenses, qui pro tempore fuerint, eis nihilo minus consulentes, ut haec statuta pro bono civitatis Pragensis et incolarum ejus teneant et observent, ea non pejorando, sed in melius, si potuerint, emendando.

#### 4. De sartoribus Pragensibus. 1318. 18. Febr.

Wir Frize etc., gehaissen der Lange, richter ze Prage, und di schepfen von der stat und die andern schepfen gemainlich tun kunt und bechennen an diesem gegenwurtigen prief allen den, di in an sehen oder horen lesen, das wir ze hilfe den sneydern in unser stat ze Prag gesezzen, wen si ubel und gut mit uns leiden tag und nacht und leiden muzen, ze eim rechte funden haben :

1. Das keiner irer knecht noch nyemant sich nieder sezzen sol maister ze sein an irem hantwerch her, en habe vor dem purgermeister verpurget bei vier schoken grozzer pfenninge, uble und gut mit in ze leiden jar und tage nach der stat recht, und gebe auch ein halbe schok ze anlait, ein vierdunk des selben

halbe schokes den schepfen und den andern vierdung den sneydern. Und ob das gescheh, das der purge der vir schoke bestanden wurde, so sol ein dritteil derselben vier schoke dem richter, und ein dritteil den schepfen, und den sneydern ein dritteil.

#### 5. Carbonistae Kutnenses. 1326. 16. Apr.

Johannes Boemiae et Poloniae rex ac Lucenburg. comes.

Známo oc. že milým našim všem uhlěřóm k Hoře Kuthně příslušejícím umienili jsme učiniti svobodně tuto milost, že je ve všech věcech jim k obdaření a pójčení někdy — — pana Václava, krále Českého, milostivě mieníme zachovati, totiž:

Že kdežbykoli les kúpili, jakžkoli některému městu neb městečku kralovství našeho Českého blíž přfležící, jim z takového města neb městečka i odjinud odkudkoli potřeby potravní bez všelijaké záповědi mají za jich peníze vydávány býti.

Chtějíce, aby ižádný z obyvatelův kralovství našeho, kdož by měl těm uhlěřuom les prodávati, aby jim pod jinými vymienkami a roky neprodával, než aby z uhlé prodaného jemu peníze, za něž se ten les prodává, byl zaplacen a placen měl býti pod časem.

Takový také lesu prodavač uhlěře, kterýž by ten les kúpil, ačby vozu jeho s uhlím přes zboží jeho událo by se jíti, pro svůj dluh staviti neměj moci u větší ceně nežli uhlé na voze ležící zdálo by se za to státi.

A nad to všeliký uhlěř kupce uhlé svého pro dluh, kterýž mu dlužen za takovéto uhlé, slušně bez rychtáře i bez posla jeho v každém městě moci bude fentovati, súseda k sobě svého každý čas fentování přijma a přivina.

Také nižádný předřečeným uhlěřom ani komukoli z nich dluhu jeho, jež jemu za uhlé kúpené dlužen, svú přísahú neměj moci obdržeti, skrze kteréhožto dluhu vydání ti uhlěři i každý z nich chceme, aby takový dluh radše obdrželi.

A jestli že by kto koli v takových uhlěřuov tovařistvo chtěl vjíti, slobiž s nimi jich práva zachovati.

Žádný také nižádného z častorečených uhlěřuov pro živnosti neb potavy a nápoje v městě neb městečku předřečeného krá-

lovstvie Našeho nenaříekaj ani obstavuj, aniž se domnívaj, by mu to příslušalo, dokudž o tom dluhu práva, kteréž jemu o tom příležití, v lese, v němžby takovým uhlěfóm dělali, mzdy nebylo dopomoženo a dokudžby o tom slušné spravednosti neuložil; kteréžto však prikazujem jemu do plna skrze rychtáře místa tohoto býti učiněnu.

Častojmenované také uhléře od obecních sbierek nebo berní královských a všelijakých šosov a obtěžování nebo kteréchkoli daní placenie umienili sme věčně osvoboditi, pójčujíce jim neb dávajíce, aby do kteréhož by koli z měst častojmenovaného království Našeho událo by se jim vjíti, aby braň, mečov neb kordov jich slušalo jim první den v tomto městě nositi.

A uhlé svá k dřeveřeceným Horám Našim Kutnám a do hutí tudiž postavených vezúce cesty své tudy spravovati a krátiti aby mohli, kudyž se bude jim slušné viděti, to vymienujíce, aby se varovali od všelikakého úrazu neb pokažení osenie a obilé se vší pilností.

(*Chytil, Cod. dipl. Mor. VI, 848.*)

6. Thorifices Pragenses. Nos. . . judex et jurati Pragenses recognoscimus et testamur, quod ad instantiam magistrorum thorificum et in relevamen ipsorum a defectibus coram nobis rationabiliter propositis per eosdem, ipsis pro lege statuimus inviolabiliter observanda:

Quod nullus eorundem se de aliquo discipulo, quem ex pacto docere debuerit, modo alio intromittat, nisi quod in principio sibi dentur duae sexagenae gross. ad manus et XV gr. ad fraternitatem communem solvantur, et discipulus, addiscens artificium, in servitio magistri sui ad IV annos continuos perseveret, praestita de hoc ipsi magistro cautione fidejussoria in hunc modum: Si ipse discipulus quocunque tempore ante lapsum dictorum IIII annorum a magistro suo discurrat et infra octo dies proximos non revertatur ad ipsum, extunc fideiussor ipse solvat et solvere teneatur poenae nomine II sexag. gross., quarum judici Pragensi  $\frac{1}{2}$  sexag., juratis integra sexagena et praedictae confraternitati etiam  $\frac{1}{2}$  sexag. solvatur, et nichilominus discipulus, qui ad suum terminum non servivit, non assumatur deinceps in Praga ad servitium per aliquem magistrorum. Quod si quis contrarium eorum fecerit, solvat pro poena I sexagenam gross.,

cuius iudici ferto, juratis  $\frac{1}{2}$  sexagena et praedictae confraternitati etiam ferto cedet, et insuper magister, qui assumpsit, hunc discipulum seu famulum derelinquat.

Damus etiam et statuimus dictis magistris pro lege stabili, ut nullus eorum, qui famulum ex pacto convenit, eidem super futurum suum servitium plus quam fertonem gross. dare vel mutuare, sub poena unius sexagenae modo praehabito, si veritas de transgressu constiterit, dividendae, audeat ullo modo. Sique talis famulus ad praefinitum tempus conductus a magistro suo recesserit tempore incompleto, extunc poterit infra mensem ad eundem redire in iure et supplere tempus, quod in hac parte neglexit; et talem famulum, qui infra IIII septimanas Pragam redierit, nullus magistrorum debet assumere, antequam magistro suo tempus expleat, quod neglexit. Si quis vero magistrorum contrarium fecerit in hac parte, ad solvendum modo praefato unam sexagenam gross. poenae nomine est astrictus.

Quicumque etiam huiusmodi famulorum cum magistro suo ex quocunque casu certans et litigans adversus eum cum quocunque adversario restiterit aut in gladium irruerit vel cultellum, nulla tamen laesione secuta, erit indignus, quod de cetero in Praga per aliquem magistrorum ad servitium assumatur; et qui secus facere praesumpserit, solvet pro poena 1 sexagenam per modum, qui superius plenius est expressus, famulo nichilominus derelicto.

(Summa Gerhardi. N. 177.)

7. Thorificum Pragensium ordinatio 1328. 19. Nov. Wir Niclas richter und . . . schepfen, purger der stat zu Prag, bechennen . . . das wir durch der stat frum willen ze Prag und ouch durch der meister der platner, puchler und helmer willen, unser purger, di mit uns und der stat ubel und gut leident, dez ze rat worden sein und wellen, daz dhein vremder man, er sei meister oder chnecht, sich ze Prag sezen schol der platner, puchler oder helmer hantwerk ze wurchen, er hab denn der stat recht empfangen und wird purger, als recht ist, daz er mit der stat und mit sinen werchgenozzen leid uebel und gut.

(Roessler 30.)

8. Tabernatorum Pragensium ordinatio. 1330 8. Aug.

Wir . . . richter und . . . schepfen und purger gemeinlich

der grosseren stat ze Prag bechennen an disen gegenwortigen brif, daz wir wellen:

Daz das verboten sei, daz niman furbas schenken schol in der herren hofleuten hofen und in der pfaffen und in der munchen und in der nunnen und in der Juden hofen und heusern, di in unser stat ligent, weder pir noch mede noch wein, ez wer denn, daz di hofe und die heuser mit uns und mit unser stat trugen und liden, als wir tun.

So welle wir ouch, daz niman aus einer andern stat furen sol furbas ze uns ze Prag in unser stat wegen merzigch pir noch anderlei pier ze schenkenn, und wer das vorbas bringet, der schol ez verlorn haben; dez schol sich der stat richter underwinden, des selben pires schol dritte teil dem richter und zwei teil sullen der stat.

Ouch welle wir, das das verboten sei, das chein vremder man sich sezen sol in unser stat ze Prag, das er mulze oder schenke, er hab denn der burger recht gewonnen und verburget, als gewonlich ist.

Ez schullen ouch di mulzer, di mit uns ze Prag sizent, gute malze machen.

(*Roeszler 31.*)

9. Pannificum et pannicidarum Pragensium ordinatio. 1337 1. Febr. Nos Frenzlinus de Posenpach iudex etc. jurati cives civitatis Pragensis — recognoscimus, quod quia pannicidae et pannifices, concives nostri, litigabant adinvicem pro incisura et venditione pannorum, qui fiunt Pragae, statuimus et ordinamus:

Quod ipsi pannifices, magistri et famuli, debent omnes pannos suos, qui non raduntur, integros vendere ipsis pannicidis vel alteri cuicumque; sed alios pannos suos, qui raduntur, possunt ipsi pannifices, magistri tantum, non famuli, incidere et vendere ad ulnam vel per ulnam Pragensem.

Quodsi aliquis dictorum pannificum aliter vel alio modo pannos suos praedictos vendiderit aut inciderit, hic mediam sexag. gross. Prag. poenae nomine dare tenebitur, vid. iudici et juratis Prag. XV gross. et pannicidis praedictis alios XV gr., contradictione qualibet procul mota.

Item, ipsi pannicidae non debent se unire nec conspi-



rare in simul, ex qua unione seu conspiratione dampnum vel nocumentum pannificibus praedictis proveniat in venditione vel incisura ipsorum pannorum suorum; sed tam ipsi pannificidae quam pannifices debent sincere et absque dolo et malo ingenio se invicem in foro pannorum praedictorum fideliter promovere.

Quod si aliquis pannidarum per dictos pannifices vel aliquem ex ipsis de dampno et nocumento hujusmodi fuerit inculpatus, hic dabit mediam sexag. gross. poenae nomine judici Prag. vel jurabit coram eo in cruce, quod sit innocens hujus rei. Cujus poenae tertia pars ipsi judici et duae partes juratis, qui fuerint pro tempore, dari debent. *(Roeszler 29.)*

10. Molendinatorum ordinatio. Wir Wenczlaw genant Rokczaner richter etc., gesworn purger der stat ze Prag, bechennen uud tuen chunt offentlich an disem prief, das wir gesehen und geprueft haben, das di selbe unser stat grozzen gebrechen leidet und geliden hat von sulchen sachen, das alle dy muelen, di umb di stat gelegen sein, von der obersten uncz an dy nidersten, nieren ein maz haben oder ein gemezzen recht, dor an in genugen schul und dor uber nymant greiffen geturre, und das dem armen als vol vug als dem reichen, und nach dem ein iglich man gepowen mug auf daz seyn alles, das er recht hat.

Dor umb als unser herre der chunik und unser herre der marchraf oft geboten habent vor bey andern scheppfen und auch bey uns, und als uns des unser aid und gewissen ermonent, so sein wir mit den eldisten von der stat ze rat wurden, das als schir weter tag chomen, die scheppfen, dy ze der selben czeit sein, sullen chyesen vier aus in oder ander gemainer purger vier von der stat, und di selben sullen chiesen ze in vier maister muelner, von wan si wellen, und dy alle schullen sweren ze den heyiligen, das sy an alle argelist einer iglichen muel geben ir maze, di si zu recht haben schol, also das nymant do von erblos werde, und das dy vor genant stat auch in sulchen schaden icht chom, als layder vor oft ist gescheen, sunder das ein igleich man, er sey reich oder arem, noch derselben mazz mug gepowen alles, des er recht hat, und das das selbe ewiclichen steet beleib.

Und ob yemant wer, der uber die selbe maz, dy ym bey gesworn aid zu recht gegeben wirt, greiffen geturft, chunt das

yemant ze schaden, der sol es clagen in dem rat vor den scheppfen; so schullen di selben scheppfen senten dar zu czwen gesworn maister, die di warheit dor an besehen. Und sagent di selben, das di maz uber varen sey, so sol der schuldig czeihen schok grozzer zum ersten mal zu pur geben an dy stat. Chumt ein sulch clag zum andern mal auf den schuldigen, und wirt besehen und besaget, als vorgeschriben ist, so sol er czwainzig schok geben an die stat. Geschiht das zum dritten mal, so sol er dreizzig schok geben an di stadt, und schol sein muel demselben ganzen iar ungemalen steen.

11. Privilegium sartorum 1341. 19. Mart. Wir Wenzlav genant Rokzoner richter etc., die gesworn purger der stat ze Prag, bechennen und tun chunt offenleich an diesem brief, das wir angesehen haben den gebrechen, den dy stat ze Prag hat, und den di sneider haben darinne gesezzen, die manic unbehend red sleizzen muzzen davon, das manic unchunder und ungewisser chnecht auf irem hantwerk sich von aigener gewalt zu maister setzet, und wenn derselbe vremder leut gut als vil auf sich geporgt, das ers nicht vergelten mak oder wil, so entrint er do mit von der stat; des zeicht man denn di sneider in der gemain und nicht den schuldigen alain. Wir haben auch angesehen, das vil verstolens dinges von aschroten, die von sneider auf dem land und in der stat gesezzen, und auch von manigerlei leuten werdent heimlich verchouft in der stat, das man des auch zeicht di sneider in der gemain, si haben ez verstoln, und wartet nymant darzu, von wan ez her chom und wer schuldic daran sey. Und auf di red, daz an sulchen sachen die stat furbas von schaden und der sneider er von unbehender red werd bewart, so geben wir und vinden in ze einem rechten :

Das sy vier gesworn maister under in haben vurbaz zu aller zeit; di schullen alle jar die scheppfen chiesen, die des jares gesazet werden; und di selben vier maister schullen daz bewaren mit dez richters und der scheppfen hilfe.

Und wer sich in Prag mit sneidwerc vil generen, der schol mit zwain und dreizzic grozzen pfening purger recht gewinnen gen richter und gen scheppfen, und sol darnach geben den maistern ein schok grozzer Prager pfening in ir bruderschaft

und recht mit eyinander; und swer sich dar auz zeicht under in, er sei maister ader werd maister, der hat sein recht verlorn.

Und derselbe, der maister werden wil, sol purgen vor den scheppfen sezen vurzehen schok grozzer Prager pfenning, daz er drei jar und drei tag mit der stat leid ubel und gut; und ob derselbe di weil ieman in der stat sins gutes icht empfumdete, do sol der purg vur steen, als ver di zehen schok gelangen, und doch der stat ir recht gesche.

Und wer ains maisters tochter nimt, der dorf dehein ander pfenning geben, den do mit er purger recht gewint.

Und der selbe, der maister wirt, sol des sweren vor den maistern, das er sein hantwerk getrewlich und erleich wurche; das selbe sullen auch tun zu disem mal alain alle di maister, die izunt in der stat sein.

Wirt ieman von unchunst ein gewant versniten, der trag das vur di maister, und swaz puzz di dor uber vinden, die sol der sneider leiden; wirt auch ieman uberwunden mit den gesworn maistern mit einer halben ellen, die bey einander eins tuchs sey, der hat sein recht verloren und sol ein iar die stat meiden.

Und welcher maister verstolns chouft, der hat sein recht verloren, als ob erz selb verstoln het, und sol ein iar sein auz der stat; dieselbe puzze sol auch leiden der maister, zu dem man vindet newe ungefrumten dechlachen oder halb recke, dy nicht mit recht dar chomen sein.

Und zu wem man ein valsch wambeis vindet, daz sol man brennen zum ersten mal, und zum andern mal alsam; begreift man es zu im zum dritten mal, er hat sein recht verlorn und sol ein jar di stat meiden.

Swo ein mentler newes wercket, als oft er do mit begriffen wirt, sol erz verpuzzen gen richter und gen scheppfen mit einem halben schoc grozzer.

Und wo man newes gemachtes gewant begreift, daz vail ist, ez sei hie oder andreswo gemacht, des haben richter und scheppfen gewalt, wie man in daz verpuzzen sulle.

Ob irn ein chnecht in der stat von eim maister auf stet und net eim hofsneider, den sol dehein ander maister sezen in eim ganzem iar; wer daz uberuert, der ist dem richter eins vierdungs grozzer pfennig bestanden.

Das selbe sol man behalten an den chnecht, der vierzehnen tag vor einer hochzeit seim maister auf steet.

Ez sol auch der maister recht auf ir chinder erben.

Dor uber zu einer bestetigung und einer ewigen gedechtnusse haben wir disen brif mit der stat insigel ze Prage versigelt. Der ist gegeben zu Prag noch Cristes gepurgt uber dreuzehen hundert iar, darnach in dem ain und vierzigsten iar, des nechsten mantags nach dem suntag noch mitter vasten.

(Roeszler 33.)

12. Privilegia combustorum argenti in Chutnis 1343. 24. Junii.

5. 1382. 6. Sept. Wenceslaus . . . firmiter statuentes, quod transitus mercatorum, curruum et bigarum cum eorum rebus et mercibus quibuscunque necnon pecoribus seu pecudibus per civitatem Nostram Misensem esse debeat ex nunc et inantea, taliter videlicet, ut singuli mercatores, rectores et aurigae cum

eorum curribus et bigis, bona, res et merces in ipsis ducentibus a civitatibus Nostris Tachoviensi, Pfrimbergensi et Tepelensi versus Pragam directo tramite iter sumere debeant et recipere per dictam civitatem Misensem, et non alibi. Vice versa quoque de civitatibus Pragensi, Plsnensi et Nepomucensi versus praedictas civitates cum singulis mercimoniis, rebus et bonis, pecudibus et pecoribus per eandem civitatem Misensem, et non alibi, transeant, contradictionibus et impedimentis quibuslibet procul motis. Volumus tamen per hujusmodi transitum teloneis et conductibus Nostris et successorum Nostrorum, regum Boemiae, nullum penitus praejudicium generari.

Mandamus etiam burgraviis Nostris in Tusta et Pfrimberg necnon iudicibus, magistris civium, consulibus et juratis praedictarum civitatum, quatenus transitum hujusmodi per Misensem civitatem faciendum, ut praemittitur, in locis solitis proclamari disponant et efficiant publice, praedictisque Nostris civibus Misensibus ad coercendos et puniendos contemptores transitus memorati assistant impignorationibus, arrestationibus et aliis auxiliis, viis et remediis opportunis.

(*Orig. civ. Misensis. Pelzel, Wenzel IV. dipl. XXX.*)

6. 1393. Wenceslaus rex ꝛc.

. . . . . Praecipimus et mandamus, ut videlicet majus teloneum his viis et modis exigi debeat et a quibuslibet irremissibiliter postulari: Primo, quicumque mercator aut vector duxerit unum equum valoris quinque sexagenarum vel ultra cuiuscunque pretii sit, qui ducitur per teloneum de regno Boemiae ultra silvam Boemicalem, unum florenum; de equo vero valoris infra quinque sexagenas dimidium florenum; de centum bobus XXVI. flor., de centum porcis sex fl., de ducentibus lateribus carniū pernalium sex fl., de centum ovibus quatuor fl. et de centenariū plumarum sex grossos Pragenses debet persolvere et pagare. Et quicumque mercator sive vector cum talibus equis seu pecudibus, pecoribus vel aliis mercibus regnum Boemiae furtive exiret et hoc comprobatum foret, hic si denuo cum mercimoniis quibuscunque regnum Boemiae alicubi transiret, ubicunque reperiri posset, arrestari deberet et corpore et rebus puniri irremissibiliter et privari . . . .

## 7. Stratae septemtrionem versus.

1273. . . . Mart. Nos Ottocarus . . . cupientes ut civitas Nostra Brux sub Nostro felici regimine suscipiat incrementa, ejusdem civitatis civibus . . . duximus concedendum, ut strata trans nemus per Wartam sive per Mutam, caeteraequae omnes aliae viae, quae infra duorum spatium miliarium exnunc sistunt aut fieri valeant in futuro, ad ipsam civitatem Nostram Brux tendant, et ut fiant et fieri debeant depositiones annonae, pannorum, salis, caeterarumque verum venalium seu mercimonia quorumlibet in eadem etc.

(*E confirm. Caroli IV. ab ao. 1370. Pelzel, Karl IV. dipl. CCCXLX*)

8. 1341. 25. Aug. Nos Johannes ꝛ. Borsoni de Risenburch et heredibus suis indulgimus et indulgemus ratum et gratum inantea perpetuo habituri, quod ipsi stratam de Misna versus Boemiam ante castrum Ossek, vulgariter dictum Risenburch, tendentem, trans villam dictam Grab ad monasterium Ossek cyster-ciensis ordinis pertinentem causa commodi et meliorationis viarum transtulerunt, ut ibidem singuli voluntarie transire cupientes sine interdicto, inhibitione ac impedimento quolibet transeant, et quod nullus ad eandem stratam contra voluntatem spontaneam compellatur. Ut autem dictum Borsonem et heredes suos custodiae, gubernationi et tranquillitati pacis dictae stratae et aliarum stratarum diligentius invigilare delectet et quoslibet inibi transeuntibus eo melius possint agnoscere, ipsis similiter indulgimus, ut unam custodiam seu wartam in dicta strata, ubi ipsis et regno Nostro magis expediens visum fuerit, locent, in eaque theolonium hactenus receptum percipiant, videlicet a quolibet equo curruum sex hallenses, et merces in curribus iacentes sine theolonio et aestimatione transeant, exceptis allecibus et piscibus, de quibus ipsum recipiant theolonium, sicut a retroactis temporibus est receptum.

(*Orig. c. r. arch. aul. Vind.*)

## 9. Commercium per Albeam.

Wenceslaus — notum facimus, quod cum dudum magister civium, consules et jurati civitatis Luthomericensis . . . a tempore, cujus contrarium in memoria hominum non existit, depositionem vulg. dictam niederlag frumentorum et aliarum mercium, in quibuscunque rebus consistant, sive per alveum Albeae sursum

seu deorsum ad ipsorum civitatem deduci contingat, legitime habuerint et habeant usque modo, prout etiam litterae confirmationis d. Caroli . . . datae desuper . . . attestantur: Nos . . . dictis magistro civium . . . infra scriptam gratiam duximus faciendam, vid. quod quaelibet navis onerata bladis, sale, piscibus, vino ac aliis mercibus quibuscumque, descendens seu ascendens per Albeam, apud Luthomer. civitatem merces hujusmodi deponere debeat, sicut hoc ipsum tentum est hactenus ab antiquo. Si quis vero mercator seu persona alia qualiscunque . . . hujusmodi depositionem forsitan facere non curaret, extunc hujusmodi persona de praefata navi onerata, quotiens navem ipsam praeterire contigerit, triginta florenos auri legalis ponderis, toties quoties merces renuerit deponere vel negligeret, nomine veri thelonei dictis civibus persolvere teneatur, in usus Nostros et Nostrae camerae nullo medio convertendos . . . (*Orig. civ. Litomer.*)

#### 9. Specimen thelonei Pirnensis. 1325.

Mensura, sturnicz dicta, mellis in Boemiam ducenda, 3 solvet denarios.

Centum quinquaginta cutes bovini vel equini corii ductae de Bohemia vel trans Albeam vel de quacunque aliena terra — pro conductu dabunt mediam marcam.

Unus pannus nobilis in Bohemiam ducendus 4 den. dabit; unus pannus brevis, Renensis vel Yprensis, 3 den.; pannus in provincia factus, 2 den.; et si incola civitatis dictas pannos in Bohemiam duxerit, dabit medium theloneum.

Boemiale theloneum de sale: Sal, quod mensuratur in Pirn ex nave et ducitur in Bohemiam, de 100 mensuris, quae in vulgo soch dicitur, 2 gr. dabit; item si sal de curribus ad navem portatur et sursum ducitur, de 100 mensuris 4 gr. solvet.

Massa allecium de Maidburg adducta in navi, pro theloneo  $\frac{1}{2}$  fertonem dabit, navis ducens allecia in Tetschin vel in Bohemiam, de massa qualibet  $\frac{1}{2}$  fert. solvet.

Lapis lanae infra ducendus 1 den. dabit; si autem ultra Albeam vel in Bohemiam ducetur, 2 solvet denarios.

Lapis arvinæ, lapis sepi ad inferiores partes ducendus 1 tantum, si autem ducetur trans Albeam vel in Bohemiam, den. 2 dabit.

Lapis filamenti, garn vulg. dicti, si ducitur vel portatur in Boemiam, 2 den. dabit.

Sexagena cultrorum parvorum de Boemia allatorum 5 den. dabit.

Boemicale vinum adductum et pro sale datum est a theloneo absolutum; si vero pro denariis venditur, tunc dabit pro theloneo 2 grossos. (Emler III. 1077.)

10. 1325. 22. Ap. Joannes rex . . . Volentes Nostros cives Uscenses ac eorum successores juribus, libertatibus, necnon constitutionibus, quibus hucusque freti sunt, et inantea perfrui et gaudere, ipsis concedimus et favemus, ut in . . . omnibus et singulis, quibus Nostra Luthomericensis circa quascunque possessiones suas et expresse circa Albeae ac etiam Wultavae in ascendendo et descendendo per eas cum rebus suis transitus liberos ad praesens gaudet civitas vel etiam secuturis temporibus gavisura fuerit libertatibus, immunitatibus ac gratiis, similiter uti debeant et gaudere, ita quod . . . civium Nostrorum Luthomericensium instar . . . Nostri Uscenses cives ac eorum successores in Albeae et Wultavae aquarum ascendendo et descendendo per eas liberis transitibus, consueto per eos dumtaxat dato theloneo in locis, in quibus de jure dari consuevit, quocunque voluerint navigare et ubicunque eis navigia sua expediverint, onerare ac annonam et res suas quascunque ad ipsa adducere valeant et etiam sine impedimento quolibet adaptare.

(Arch. civ. Ustensis. Feistner Gesch. der St. Aussig. — Emler III. 1082.)

#### 11. Portus et thelonea in Vltavia.

1366. 3. Aug. Wir Karln etc. . . . .

Czu dem ersten, das man alle were, die uff der Multaw gemachet sint, wes sy auch sein, also bestellen sol, das man uf iclichen were ein tor machen sal, das czweinczik Prager elen weit sei in sulcher masze, das durch alle tor die Multaw einen schlechten eben flusz gehaben muege, das die kaufmanschaft nicht zu besorgen sei, das si uf demselben vorderbe, ab sy von der hohe gen tal vallen solde, und meinen und wellen, das man dorczu zuhant unvorczogenlich greifen sol an ufschup und an alles hindernusse. Auch wellen, seczen und gebiten wir by suchen penen, als hernoch geschriben steen, daz alle czoelle, die uf der Multaw gemachet und aufgesezt sein



noch czeiten des egenanten kuniges Wenczeslaes, unsers elter vater, genczlich abe sullen sein, und das nymant pflichtig sei in denselben czoellen ichtes zu geben, wann wir si vortilgen und alczumal vornichten mit kuniglicher macht zu Behem und mit rechter wissen, ausgenommen die nochgeschriben czoelle ze Froburk, zu Ugezdecz, zu Klingenberg, zu Orlik, zu Kamik, zu Branik und zu Wissehrad.

Und die czoelle messigen und leutern wir in sulcher schikht : Zu dem ersten zu Froburk meinen und wellen wir, das man ie von czehen holczern, si sein lang ader kurcz, grosz ader klein, nictes mer nur czwen haller nemen sal, und was ander kaufmanschaft uf dem selben holcze liget, ab is auch klein holcz were, die sal alczumal ledig und frey sein und nicht czolles geben. Dornoch zu Ugezdecz meinen und wellen wir, das man von czehen langen holczern czwen haller nemen solle und von czehen cleinen ader kurczen, wy man das nennet, nur ein haller zu czolle nemen sullen, und ander alle kaufmanschaft, die man doruffe furet, die sal aller sache ledig und frey sein, gleicherweis als umb Froburg dorvor begriffen ist. Dornoch zu Klingenberg meinen und wellen wir, das man von czehen langen ader kurczen holczern nur ein haller nemen sal zu czolle und kleines ader kurczes holcz, die man uf demselben langen ader kurczen furet, das sal frei und ledig sein, und dorczu ander alle kaufmanschaft, alz dovor begriffen. Dornoch zu Orlik ist unser meinunge und wellen auch, das der czol daselbest nicht anders solde genomen werden den alz zu Klingenberg, als is dovor mit worten ausgenommen ist. Dornoch zu Kamik meinen und wellen wir, das man ein flosz fuer sechczik stuke halden sulle, und icliches derselben stucke sal czehen holczer haben, und von ietlichem einem sulchen ganczen flosze sal man nur fuff wyener zu czolle nemen, und alle andere kaufmanschaft, die man uf dem selben holcze furet, die sal aller sache frei und ledig sein. — —

Auch wollen und gebiten wir, daz man alle czolle und weer uf dem wasser der Misza, der Luznicz und der Ottawa halden und nemen solle in aller der masze, als dovor umb were und umb czolle uf der Multaw geschribn stet.

Ouch meinen, wellen und gebieten wir, das man uf allen den egenanten czollen nymant umb keynerlei sache, welcherleie

die seye, bekumern, beteidigen ader ansprechen sullen in dheimerweisz, sunder ein itlicher sal sein recht und anspruche suchen, volfuren und enden vor dem vorgeanten burgmeistr und rate der egenanten unserr hoepstat zu Prage an den steten, als is von alter mit recht und loblicher gewonheit des kunigreichs zu Behem herbracht und komen ist; ausgenomen die czolle, die do gehoren zu der brucke der egenanten unser hoepstat zu Prage; bynnen dreyen meilen uf dem wasser obenig und nyderwenig derselben brucke uf allen und bey allen furten, als man die pflikt zu nemen, sulche alle czolle, welcherley die denne weren, mit kuniglicher macht von Beheim und mit rechter wissen wir sy in allen iren kreften und bey ir macht lassen bleiben volkumlichen und ganz und gar uud unvorseret behalden.

(Čelakovský I. 86.)

## 12. Stratae orientem versus.

1350. 18. Julii. Karolus . . . rex. Fidelibus suis dilectis civitatum Pragensis, Wratislaviensis, Chutnensis, Olomucensis, Brunensis, Glaczensis, Novae Civitatis in Moravia, aliorumque locorum et oppidorum per Boemiam et Moraviam iudicibus . . . caeterisque omnibus et singulis in Romano Imperio seu in aliis quibuscunque principatibus residentibus Nobis et Imperio subiectis . . .

Gravem fidelium mercatorum Nostrorum de Boemia et Moravia querelam recepimus, continentem, quod cives et mercatores de Cracovia contra approbatam et antiquitus semper observatam consuetudinem a tempore, cuius in contrarium memoria non existit, per novas et abusivas ipsarum constitutiones iuri contrarias eosdem mercatores hucusque contra Deum et iustitiam impediverint et violenter impediunt, ne ipsi cum eorum rebus et mercationibus versus Russiam et Prussiam procedere praesumant, eisque stratas et vias huiusmodi praecludunt, in eorundem mercatorum Nostrorum irrecuperabile dispendium ac iurium Nostrorum et Imperii derogationem manifestam, ex eo, quod omnes stratae et viae in quibuscunque regnis et dominiis in terra et aquis, ad Nos et Romanum Imperium de iure pertinere dignoscuntur. De quo admiramur vehementer, praesertim cum homines et mercatores de Cracovia et aliis terris regis Poloniae in omnibus civitatibus et terris Nostro dominio suppositis cum

eorum mercibus absque omni impedimento et gravamine libere et secure hucusque transivissent et eorum negotiationes exeruerint, prout eis visum est utilius expedire.

Nolentes igitur huiusmodi iniurias et violentias Nostris mercatoribus illatas et quae continue inferuntur, sub patientiae silentio praeterire, sed potius ipsorum commoditatibus et profectibus, ut tenemur, salubriter providere, vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet per se, qui requisiti fueritis, districte praecipimus et mandamus, gratiae Nostrae sub obtentu, quatenus universos et singulos cives et mercatores de Cracovia et aliis civitatibus et terris regis Poloniae, quandocumque vel quotiescumque ad vos et loca vestra cum ipsorum mercibus applicuerint, ipsos statim, nullo alio exspectato mandato, cum omnibus eorum mercibus a vobis recedere et redire, unde venerant, cogatis et modis omnibus faciatis, non permittentes eosdem mercatores res ipsorum apud vos dissolvere, religare aut vendere aut quaslibet alias negotiationes exercere tamdiu, quousque id expresse per literas Nostras revocaverimus et donec aliud a Nostra Maiestate receperitis in mandatis. *(Pelzel, Karl IV. 76.)*

Serenissime . . . Dilectionem Vestram studiosa mente rogamus, quatenus transitum versus Russiam hominibus regni Nostri Boemici et ducatus Wratislaviensis liberum more pristino donare velitis, ut absque impedimento velut Vestri regnicolae loca Rusiae visitare valeant pro mercibus comparandis; nam innata Vobis virtute ac discretione potestis advertere, qualiter exnunc inantea regna Poloniae et Boemiae pari passu et aequiforma fortuna decurrunt, ut vid. Vestra commoda Nobis semper grato affectu dulcescunt et in Vestris velimus, sicut et tenemur, profectibus laborare . . . Non oportet igitur inter communium hominum disputare profectus, quod ita Nostris faveatur in Vestro dominio, sicut omnibus Vestris in regno Boemiae benigna promotione favetur, quantum Nostrae sortes utrobique pari fortuna subsistent.

*(Gelnhausen, Form. Car. Hoffm. CCLII.)*

13. Nos Johannes marchio Moraviae . . . Cum in civitate Nostra Olomucensi depositio mercium et verum vendibilium, quae vulgariter niederlagunge dicitur, sit a nonnullis retroactis tem-

poribus celebrata, nos statuimus . . . , quatenus hujusmodi depositio eisdem more et consuetudine, sicut habita est hactenus in dicta civitate, perpetuis inantea temporibus observetur, et specialiter, ut mercatores Cracovienses merces suas et res vendibiles, quas ad ipsam civitatem adduxerint, ibidem vendere teneantur, et quod extra et ad terram Nostram Moraviae viae seu stratae publicae antiquitus usitatae, per dictam civitatem Olomucensem ab omnibus et singulis sub ammissione rerum, quas duxerint, de caetero debeant frequentari. (*Orig. civ. Olom. — Brandl VIII. 65.*)

#### 14. Strata publica versus Budam Ungaricam. 1336.

(Karolus, rex Hungariae, mercatoribus de Boemia in Hungariam euntibus vias seu stratas publicas designat, teloneaque in eis solvenda statuit.) — Significamus, „quod cum via seu strata publica mercatorum hinc a Nostro regno in Bohemiam et alia convicina regna transeuntium et e converso a Bohemia et aliis vicinis regnis in praedictum regnum Nostrum cum suis rebus et bonis mercimonialibus venientium a temporibus guerrosis et impacatis propter malefactorum hominum insidias et indebitas exactiones tributorum fere hactenus et usquemodo disueta fuissent, Nosque, prout incumbebat officio nobis divinitus credito, pro commodiori et tranquilliori transitu eorundem inter caetera Nostrae considerationis animum ad reformandum et restaurandum eadem, specialiter dum pridem una cum — — principe d. Johanne, — — illustri Bohemorum rege, fratre Nostro carissimo, parlamentum habuimus, tractatum specialem circa praemissa habendo studiosius divertissemus, tandem etiam utilitatibus utrorumque regnorum consideratis, una cum praelatis et regni Nostri baronibus matura deliberatione habita et de consilio eorundem pro eisdem mercatoribus tam Nostri quam Bohemiae et aliorum vicinorum regnorum vias et stratas infrascriptas publicas fore girandas et perambulandas ac tributa in locis et modis inferius exprimendis exigenda duximus atque ordinanda, videlicet: In primo introitu ad metas regni Hungariae in Alba Ecclesia vel in vulgari Wibar<sup>1)</sup> nominata debeat solvi octogesima de rebus mercimonialibus. Item abinde sive in Saaswar sive in Stinche<sup>2)</sup> de quolibet curru mercimoniali, qui vulgariter dicitur rudas, debeat

<sup>1)</sup> Ujvar- Holfé. <sup>2)</sup> Sasvar a Stenice.

solvi unus loth sive tria pondera. Item de quolibet curru, mizas dicto, medium tributum seu medius loth. Et abhinc in Jablunzza circa castrum Kurlatko<sup>1)</sup> debet solvi solummodo tributum pontis, itaque de quolibet equo vel boue trahente currum unus denarius Vienensis. Item de pecoribus venditioni exponendis, scilicet maioribus duobus, similiter unus denarius Vienensis. Item de quatuor parvis animalibus, avibus, capris et porcis similiter unus denarius Viennensis, et non plus. Item abinde in loco Wiksaad sive in villa Beizn<sup>2)</sup> debet solvi tributum, sicut in Saaswar et Stinche, de curribus mercionalibus tantum. Praeterea a civitate Tirnaviensi<sup>3)</sup> usque ad Budam in locis infrascriptis debet exigi tributum similiter de curribus mercimonialibus modo supradicto: Primo in Forkofunda, postea in Senice, item in villis archiepiscopi Strigoniensis Narhiid et Udward vocatis<sup>4)</sup>, item ultra Danubium ex ista parte in Strigonium;<sup>5)</sup> postea in villa Chabiia; item in villa Sancti Jacobi pro castro Veteris Buda. Et in porta civitatis Budensis debent tributa exigi similiter de curribus, prout superius est expressum. Hoc tamen declarato, quod in locis tributorum supradictis nullas debet fieri religatio, praeterquam in civitatibus, in quibus tricesimam constituerimus exigendam. Quae omnia loca tributorum tam civibus Brunensibus de regno Bohemiae, quam Nostris civibus Tirnaviensibus referentibus scimus esse a tempore Belae regis instituta, legitima et omnino fore justae.

(*Lib. vetust. stat. et priv. Prag. — Chytil Cod. VII. 76. Emler III. 256. Čelakovský I. 27.*)

### 15. Venetiarum dux de mercatoribus.

1358. 26. Apr. Serenissimo . . ., Karolo R. I. et B. R. Johannes Delphino Venetiarum etc. dux . . . Pro eo quod mercatores concives nostros in Vestram et Imperii Sacri protectionem assumere dignatur Imp. Ser. ac ipsis securitatem et liberum transitum tam per Alamaniam, Boemiam et alias subditas Vobis partes de singulari benignitatis munere procurastis, Sev. Caes. ad gratiarum actiones consurgimus et volentes hujusmodi tam benigno favori pro nostra possibilitate vices respondere, universos

<sup>1)</sup> Korlat- Kő. <sup>2)</sup> Byksád, Beyn. <sup>3)</sup> Trnava. <sup>4)</sup> Forkoshyda, Semptey, Varhéd, Udvar. <sup>5)</sup> Střehom, Gran.

mercatores Vestros tam de Imperii, regni Boemiae, quam de aliis regionibus Vestrae ditioni subjectis in nostram et . . . nostri consilii et universitatis protectionem assumentes, ipsos ubique locorum et per omnes terras ditioni nostrae subditas protegere et defendere volumus fideli studio pro viribus et pro posse.

Datum in nostro ducali palatio die XVI. Aprilis.

(*Pelzel, Karl IV. — Brandl IX. 94.*)

16. Nundinarum concessio. Wenceslaus — notum facimus, quod cupientes conditionem civitatis Nostrae in Misa facere meliorem, scabinis, civibus, incolis et universitati civium ejusdem indulsumus . . . , ut ipsi exnunc inantea annis singulis, incipiendo die dominico proximo post festum S. Galli et deinde continuando infra octo dies se immediate sequentes, nundinas seu annuale forum in civitate Misa praedicta celebrare et observare valeant atque possint, cum omnibus mercibus, mercimoniis, rebus, libertatibus, immunitatibus, juribus, modis et formis, quemadmodum nundinae sive annuale forum in aliis regni Nostri Boemiae civitatibus consueverunt antiquitus observari . . .

(*Orig. civ. Misensis. Pelzel, K. Wenzel IV., dipl. LXXL*)

17. Hospites mercatores, Pragae commorantes.

„Nos Wencezlaus (II) — — Notum esse volumus — — — quod universitas civium Nostrae Antiquae civitatis Pragensis nec non cives Novae civitatis Pragensis sub castro, videntes, quod ipsae civitates multa detrimenta et dampna recipiant et receperint a temporibus retroactis propter hospites de quibuscunque terris sua mercimonia ligata et non ligata in dictas civitates adducentes, de Nostra speciali gratia et favore statuerunt :

1. Ut quandocunque dicti hospites cum suis mercimoniis ad dictas civitates venerint, in ipsis civitatibus stare debent et sua mercimonia ibidem deponere vel ipsa deducere, si eis placet.

2. Et si quinque diebus in dictis civitatibus manserint, tunc debent sua mercimonia disligare coram duobus probis viris et notario, qui per cives ad hoc electi fuerint, et tunc dicta mercimonia nullatenus de civitatibus deducere teneantur. Quod si non facerent, extunc ad solutionem trium marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneantur, et nihilominus disligare dicta mercimonia tenebuntur sub conditionibus superius praenotatis.

3. Item statuerunt, ut dicti hospites sua mercimonia non debeant in ipsa civitate Pragensi aliis hospitibus vendere, sed tantum Pragensibus et aliarum civitatum Nostrarum de Boemia et Moravia civibus, qui collectas suas et alia jura civitatum facere et exsolvere consueverunt. Quod si non facerent, extunc tam hospes vendens quam emens poenae subjaceat praenotatae, ita quod quilibet eorum ad solutionem trium marcarum argenti sine difficultate qualibet teneatur, et tam venditio quam emtio mercimoniorum, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem. Et si unus eorum recesserit et alter remanserit, idem, qui remanserit, poenam solvere tenebitur duplicatam.

4. Item statuerunt, ut quilibet hospes, recipiens hospites extraneos ad hospitium suum, apud eosdem hospites nusquam debet emere aliqua mercimonia. Et si hospes tam emens quam vendens secus fecerint, extunc quilibet eorum ad solutionem sex marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneatur, et nihilominus emptio et venditio, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem.

5. Item statuerunt, quod quotienscunque aliquis ex civibus utriusque civitatis per duos viros idoneos, quibus fides adhiberi poterit, inculpatus fuerit, quod societatem in venditione et emptione mercimoniorum habuerit cum hospitibus, idem inculpatus debet assumere duos viros idoneos, quorum quilibet ad centum marcas argenti habere dinoscitur, et illi duo cum inculpato jurabunt, quod societatem non habuerit cum hospitibus praenotatis. Et si idem inculpatus se expurgare non poterit cum duobus viris idoneis, quod dictam societatem cum hospitibus non habuerit, extunc ad solutionem decem marcarum argenti poenae nomine teneatur, et nihilominus jurabit, quod nullam societatem cum hospitibus de caetero exercere debeat vel habere.

6. Item statuerunt, quod nullus civium utriusque civitatis mercimonia aliqua ab aliquo cive de Flandria vel de Venetiis aut de aliis regionibus quibuscunque in praedictas civitates ducere debet ibidem alicui civium assignanda, nisi literam testimonialiam habeat eandem, quam civis aliquis ex ipsis civitatibus pro mercimoniis hospiti suo ad partes praedictas dinoscitur destinasse. Et si aliquis civis praedictarum civitatum aliqua mercimonia sine dicta litera in ipsas civitates de quibuscunque regio-

nibus duxerit, ille idem civis tres marcas argenti et quintum denarium de mercimoniis adductis nomine poenae dare et exsolvere teneatur.

7. Statuerunt etiam, ut cum praescriptis poenis muri, turres, pontes fracti, viae, semitae et alii defectus civitatum, quicumque fuerint, debeant emendari.

8. Praeterea volumus, ut praedicta statuta ad Reinherum de Florentia et ad ejus societatem se aliquatenus non extendant.

Nos autem praedictorum civium supplicationibus in hac parte favorabiliter inclinati praedicta statuta, prout superius sunt expressa, volumus et mandamus inviolabiliter observari.

(*Roeszler Altprager Stadtrecht LXXXVII.*)

Ne hospes contra hospitem emat merces.

Der richter und die schepfen und der rat von Prage, di wellen und gebieten daz, daz ein itslich gast wider einen andern gast nicht koufen sulle, der da ist uzerhalb der stat gesessen, und ouch nicht verchoufen. Iz mag ouch wol ein iclich gast hie ligen funf tag und sich betrachten, ob er oufgepinden muge oder nicht. An dem sechsten tage soll ar uf binden oder er mag ez enwek furen, ob ez im fuget. Iz aber, daz er uf gebindet, so sol ers ouch hie verkoufen. Iz sol chain gastgebe seinem gaste koufen wider einen andern gast. Iz sol auch kein gastgebe sines gastes gut nicht verkoufen einem andern gaste. Iz schol ouch kein gastgebe nicht gesellschaft haben mit sinem gaste. Iz sol auch iclich gastgebe sinen gast warnen der buze; und mag aber der gast sinen wirt uber winden, daz er in nicht gewarnet hat, so sol der gastgebe selbe die buze geben. Uber daz sint gesezet zwene man, die darumb gesworen haben der stat, daz si des warten schullen; und wen sie darumb besagen uf iren eit, daz hat kraft, und die buze daruber daz, sint drew schoch grosser pfennige; und wo sie die buzze besagen, da sol man nur pfant nemen an burgen, und das phant das behelt man vierzehen tage; und lost man iz nicht in den vierzehen tagen, so gibt man im darnach nicht recht antwort. Und ouch welche furkovflein neuwes kramgewant, welcherleye iz si veil treit, das sal man ir nemen. (*Ibid. 9.*)

De hospitibus. Anno domini 1328 factae sunt constitu-



tiones infrascriptae: Dise gesez haben di purger gemeinlich gemachet durch der stat eren willen.

1. Quod unus hospes non vendat alteri metalla aliqua ad libram spectantia. Item daz erste gesez ist das, daz ein gast einem andern gaste weder zin, noch pley, noch kuppfer, noch deheinerlei koufmanschaft, di zu der wage gehorent, verkoufen sol, bi der buze, daz sint drew schok grozzer prager pfennige, di er geben sol.

2. Ne hospes ad hospite e mat vel vendat eidem. Item das ander gesez ist, daz dehein wirt seinen gaste deheinerlei koufmanschaft koufen noch verkoufen sol, bi der selben buze.

3. De propinatione vini. Item ez schol ouch dehein purger schenken eines gastes wein; tete er aber das, so sol er ye von dem vasse, als manich, was er ausschenket, drew schok geben zu buze der genanten pfennige.

4. De mercibus comestibilibus. Item ez mag ouch ein icleich gast seine koufmanschaft von essenden dingen drei tag hie selb verkoufen, und nach den drein tagen sol er si hin geben oder verfuren, bei der genanten buze.

5. Ne quis aurum vel argentum det super terminum. Item ez sol ouch dehein purger noch dehein gast weder golt noch silber verkoufen noch hin borgen ouf ein tag; er sol ez hin geben nur umb bereite pfennige, daz man ez wege, und ouch im hin trage, bi der buze, di her nach gesezet ist.

6. De pannis et pepere. Item, ez sol ouch niemand weder gewant noch pfeffer noch deheinerlei koufmanschaft verkoufen noch hin borgen, er enhabe ez den bereit in seiner gewalt; und wen er ez verkoufet, so sol er ez lassen tragen aus seiner gewalt, und wen ez ausgetragen ist, so ensol er, noch sein brot-esse, ez nicht losen noch wider koufen.

7. Ne quis concedat pecuniam super terminum. Item, ez sol ouch nimant bereite pfennige hin leihen auf ein tag um gewin, und nimand sol den tag seiner gulde verlengen umb gewin.

8. Ne quis concedat alicui Judaeo pecunias. Item, ez sol ouch dehein Cristen man deheinem Juden leihen pfennige um gewin; geschehe aber daz, daz ymant beschuldiget wurde an den dingen oder an deheinen der dinge, der mag sich

entschuldigen selbdrit mit seinem eide mit zwen biderben mannen der iezslicher gesezzen sei ze hundert schocken. Und ist daz, daz er sich also nicht entschuldigen mag, so sol er geben zehen schok der vorgeantanten pfenninge ze buze. Wirt aber einer beschuldiget sulcher dinge ze dem andern mal, und mag er sich nicht entschuldigen selb dritte, als vor geschriben ist, so sol er zweinzik schok pfenninge geben ze buze. Were aber das, daz er ze dem dritten mal an deheinen der dinge von den scheppfen oder von der grozzern meinge der scheppfen becigen wurden, so sol sich alles sin gut vervallen ze buze, also, dem kunige dez gutes ein dritte teil, der stat andere dritte teil, seiner hausvrowen und seinen kindern daz dritte teil; darzu schol er di stat raumen ewiclichen.

9. De dampnis. Item, ez ist ouch der gesez eines, wen ein man einen globten schaden auf eines andern mannes schaden nemen sol oder wil, daz mag er wol tuen, in sulcher weise, daz er mit dem manne, zu dem er den schaden genumen hat, vor daz gerichte in di vier benke treten sol, und sol das belutmern, auf wen er den schaden genumen habe, und waz das sei, daz er gekoufet habe, und wem er das gekoufet habe, so hat ez kraft; tete er des nicht, so hat ez nicht kraft.

10. De ludo. Item, ouch ist daz der gesez eines, daz nyemant umb deheine bereitschaft, noch umb dehein gelt spilen sol. Geschehe aber daz, daz einer einen andern icht an gewunne mit spil, iener, der da verspilet, mag nymmer verlisen nur das, daz er uber seiner gurtel hat, und daz sullen si beide verbuzen y der man mit fuff schillingen haller; gewinnet aber einer dem andern ein schok an oder mer mit spil, daz sullen si ouch beide verbuzen y der man mit einem schok grozzer pheninge pregi-scher gegen den scheppfen der stat. *(Ibid. 9, 10, 11, 12.)*

1349. 2. Jan. Karolus rex . . . Antiquam consuetudinem infrascriptam in Majori civitate Nostra Pragensis retroactis temporibus observatam et per praedecessores Nostros, reges Boemiae approbatam . . . duximus renovandam, statuentes . . . ut omnes et singuli cives et mercatores aliarum civitatum, qui ad dictam Civitatem Nostram Pragensem veniunt et inibi manentes cum civibus non contribuunt nec alia subeunt universalia onera eidem

incumbentia Civitati, ex nunc inantea non ut cives, sed ut hospites et advenae reputentur et jure advenarum, non autem incolarum et civium perfruantur . . .

(*Pelzel, Karl IV. dipl. LXXIV. Lib. vetust. priv. Čelakovský I. 52.*)

1354. 17. Januarii. Karolus ꝛc. Universis praesentes literas inspecturis harum serie patefiat, quod pro parte dilectorum fidelium Nostrorum civium Maioris Civitatis Pragensis liquide sumus informati, quod per continuos contractus emptionis et venditionis de omnibus rebus et mercibus, quas hospites et extranei mercatores in civitate Pragensi inter se mutuo faciunt et exercent, cives et incolae dictae civitatis Pragensis non modica dispendia patiantur, et quod huiusmodi contractus in notabile ipsius civitatis vergant detrimentum, ex eo quod extranei mercatores, qui nulla Nobis et camerae Regiae subsidia conferunt, omnia lucra percipiunt et reportant; Nobisque humiliter supplicatum existit, ut super hoc de opportuno remedio regia sublimitas dignetur salubriter providere.

Nos itaque cupientes praedictae Civitatis Pragensis conditionem semper fieri meliorem, utque sub regiminis Nostri umbraculo continuis proficere valeant incrementis, civibus eiusdem civitatis concedimus, favemus ac indulgemus, ut ipsi in dicta civitate ipsorum pro utilitate et profectu eiusdem statuere ac ordinare licite valeant, ut ex nunc in antea nullus mercatorum extraneorum, qui non gaudent iure civili civitatis Pragensis, aliis mercatoribus seu hominibus extraneis quibuscunque res seu merces suas vendere, vel ipsi mercatores nullos contractus emptionis vel venditionis in dicta Civitate Pragensi inter se mutuo facere vel exercere debeant aequaliter vel praesumant. Et qui contra fecerit poenam incurrat, quam ipsi cives Nostri Pragenses edicto publico duxerint infligendam.

Faventes etiam eisdem civibus Pragensibus, ut in aliis quibuslibet negotiis commoditatem, profectum ac commune bonum ipsius civitatis concernentibus constitutiones, statuta et ordinationes facere valeant, prout eis videbitur melius expedire; volumus tamen quod praedictae Nostrae gratiae et concessionis ac omnia statuta per ipsos cives Pragenses facienda, ut praemittitur, durare et roboris firmitatem habere debeant, duntaxat usque ad

Nostrae beneplacitum voluntatis et donec eadem expresse duxerimus revocanda.

### Von den gästen und vremder Kaufmanschaft.

Es schol ein icleich gast, der da kompt gen Prag iu di alten grossen stat odir in dy neue mit seiner kaufmanschaft, welcherley di sei, furen in den fronhoff und nicht aus furen, sy wer den describen von dem, der dazu gesatz ist von des rates wegen. Wer des nicht tet, der vorbest an den eines schoks grossen zu pus.

Welcher wirt sich keins gasz gut underwunt, gepunden oder ungepunden, ee den es yn dem fronhoff describen wirt, der ist ein schock grossen zu pus bestanden.

Es schol ein igleych gast sein gepunden kaufmanschaft nicht aufpinden an ein gesworn unterkaufel oder an den, der darzu gesatz ist, bei der vorgeschriben pus.

Es schol auch kein gast sein kaufmanschaft vorkauffen an ein gesworn unterkaufel, noch keinem anderem gast nicht vorkauffen, bei dreyn schoken gr. zu pus.

Es schol auch kein gast sein gut nyndert aufpinden in den zwein landen Behem und Merheren, nur in der stat zu Prag vorkaufen, bey dreyn schoken zu pus.

Es schol auch kein gast sein kaufmanschaft nicht vorkauffen, nur umb bereit gelt oder zu dem lengistem beyten drey menod; wer da wider tet, dem hulff man furbas keins rechten, ob ym sein not gesech.

Welich gast sein kaufmanschaft bringt gen Prag, der mag sich wol besehen vierzehen tag, ob er aufpinden wil oder nicht. Pint er dornoch auf, so sol er sein gut ganz und gar vorkauffen zu Prag. Ist aber, daz er ganz durch wil furen, das schol er betidigen, das es seyn sey und nymanz anders, und wil is gericht furen aus den zwein landen Behem und Merheren; und wo er an dem veld und des ubirwunden wurd, der schol geben sechz schok zu pus.

Es mag ein icleich man gast von Behem, Polan und Merheren die und die zu der kron gehören gen Behem, sein gut durchfuren zu Prag hin heym in sein stat und dy vorkauffen,

wem er wil an alle argelist, sunder das er es betidigen mus, das kein arg doran sey wider di gesez, di da vorgeschriben sein.

Welch gast der vorgeschriben gesez eyns ubirtret oder mer und zu der selben zeit hin qwem mit seinem gut unvorpust: wen er denn herwider kom oder sein gut, so sol man derselben pus bekummen an ym oder an seinem gut, an alle widerrede.

Es schol auch kein gastgeb kein kaufmanschaft wider sein gast kauffen, bey dreyn schocken gr. zu pus, und der gast also vill.

Es schol auch kein gastgeb mit seinem gast gemeinschaft nicht haben, bey x schok gros. zu pus.

Ab sich keiner unser purger eins gast gut unterwunt yn fremden landen, oder halt hye in der stat, und nicht damit tet gastes recht: der ist bestanden zehen schok zu pus.

Es sol auch keiner unser purger mit keinem gast yn allerley kaufmanschaft, noch gemeinschaft, noch gesellschaft haben, bey funfzig schocken gros. zu pus.

Es schol auch ein icleich gastgeb sein gast varen der pus an allen stucken, odir er mus sie selber gebin.

Ob auch ymant unser purger oder gast kein gewant vorkauft, und nennet es aus eynner ander stat, wen do es gemacht ist, odir ein ander zeichen dorauf macht, den dorauf gehört zu recht, und wirt der ubirwunden mit einem underkeufel und mit frumen lewten, den zu gelauben ist, der verleust dasselbe gut an widirrede. Und auch sol er eynem icleichen tuch sein vollige lenge gebin, als ym dort worden ist, bei der vorgeschriben pus.

Es schol auch kein gast gegen dem andern gaste kein wechsel nicht treiben, bein drein schok gros. zu pus, dem hingeber als dem kauffer.

Es schol auch kein gast sein kaufmanschaft nicht vorkauffen bei der ellen noch pei der wag, nur was der stat wegar und messer hinwegt und mist; und schol auch nicht haben weder ellen noch wag noch gewicht in seiner gewalt, bei drein schocken zu pus.

Es mag ein icleicher purger oder purgerin kaufen wider einen gast ir nothdurft, das sie nicht wider hingeben wellen an einen underkauffel.

Und welcher wirt wurd vorpust zu einem mal zwir drey-  
 stund, zu dem virdemal gibt er x schok zu pus, und zu dem  
 funftemal stet er in der scheppen gnaden; und welcher unser  
 purger den zulegen wolt, die der pus wirdigen weren, vor dem  
 fursten, lantherren, geistlichen leuten oder vor dem rat mit worte  
 odir mit werken odir mit beschuzung, und wurd des ubirwunden  
 mit zwen schepfen, der verleust zwenzig schok gr. zu pus an  
 widerred, oder er sol sein iar und tag aus der stat sein.

Es schol auch ein icleich man keinerley koufmanschaft  
 allerley war, die er hie gekauft hat, nicht vorkauffen, er breng  
 sie des ersten hin heym in sein gewer, pey einem schok zu pus.

Es schol auch ein ygleich man, er sei burger oder gast,  
 kein kaufmanschaft aus der stat furen, er hab denn ein zeich  
 von der stat pholger.

Es schol auch ein icleich kauffman, er sey purger oder  
 gast, was kaufmanschaft er kaufft, nicht aus dem haus tragen,  
 dorumb er sey kauft, es sey den ein geschworn underkauffel dabei,  
 der darzu gesazt ist von des rates wegen.

Welcher underkauffel kauffmanschaft oder wechsel ym selber  
 treibt, oder keinerley sach tet wider dy gesez des brieffs, und  
 des uberwunden wurd, der leidet di pusse, das er sizen sol einen  
 langen tag auf dem pranger und sol sein iar und tag aus der  
 stat, und ym kein ampt nymmermer kumen. Und ob der under-  
 kauffel vorswyg keinerley freykauff und die nicht meldet, die  
 vorpotten sein, der schol leyden die selbe pus. Wer, das der un-  
 derkauffel dy sach meldet und ym es chein purger auff haus,  
 das es ym geschaden mocht, der purger sol bestanden sein zehen  
 schok gros.

Es schol auch ein iclicher kauffmann, er sey purger oder  
 gast, der wein in lagen her furt, nicht vorkauffen bei der lagil,  
 sunder bey dem zuber, pey einem schok zu pusse.

Es schol auch keiner gast von purgeren von Ostrreich  
 nicht durchfaren weder hin durch noch her durch mit seiner  
 kauffmanschaft; wer das uber fure, der verleust alles, das er furt.

Ob das wer, das die von Krokaw oder die von dem Berk  
 sich annemen ander leut gut und yns durchfurten oder prech-  
 ten, dy das rechten nicht haben, wes die bestunden sein, das  
 sind selber . . . .

(*Roessler I. 117.*)

18. Wir Wenczlaw vonn gottes gnaden Romischer kunig, zu allen zeytten merer des reychs und kunig zu Behem, bekennen und thun kundt offenentlich mit dysem brief allen den, die in sehenn oder horen lesenn, das wir durch besserunge und nucze willen unserr Groessern stat zu Prage, unser hauptstate, burgermeister, rate, schepphen, burgern gmeinlichen und innwornern doselbist zu Prage, unsern lieben getrewen, diese besunderere gnade getan haben und tun in die von kuniclicher macht zu Behem in krafft dicz briefes:

Czum ersten, das ein gaste wider den andern keynerley kauffmanschaft nicht kauffen noch vorkauffen sol, sunder was kauffmanschaft die geste gen Prage bringen, die sollen sie doselbist alleyn den burgern vorkauffen. Ouch was ein gast von eynem burger kauffet, das sal er anfuere und da nicht wider vorkauffen.

Ouch sol kein gaste keyn gewichte, noch keynerley wage, noch elen in seinem gemache oder in seiner gewalt haben heymlichen oder offembar, und ouch domitte nicht uswegen, noch ausmessen in keynerley weise; und ab yemand dowider tete, der sal an uns mit leibe und gute gefallen sein. Und die besuchunge der egenanten gewichte, wage und elen bevelhen wir dem rate der Groessern stat zu Prage, der nu ist oder in czeiten wirdet.

Ouch wollen wir, das kein gast in keyner stat zu Behem keynerley kauffmanschaft uffbinden, vorkauffen, noch nyderlegen sol, dann allein in der Groessern stat zu Prage, als es von alders gewest ist.

Ouch wollen wir, das nyemand keynerley kauffmanschaft fueren sol durch unsere lande zu Behem, denn die rechte strazse gen Prage, es sey von Beyern, von Oesterreich, von Ungern, von Polan, von Luzicz, von Meissen oder andern landen; und wer darueber andere wege fuere, den moegen sie mit sampt seinem gute und habe ufhalten und in die stat gen Prage fueren, und desselben gut sol halbe in unsere camer gevallen und das ander halbe teyle der stat zu Prage, an alle widerrede.

Ouch gebitten wir und wollen ernstlichen, das ein freier markt mit allerley brot und mele in der Groessern stat zu Prage

sein sol alle tage, also das yederman, wer darkumpt, sein brot und mele frey vorkauffen muege.

Ouch woellen wir, das in der Newen stat zu Prage die geste oder burger ire herynge und allerley gesalczen fische, die sie darbringen, selber vorkauffen suellen und muegen, und das ouch kein burger noch burgerynne der dreien steten zu Prage dieselben heringe, noch gesalczen fische fuerkauffen sollen, das sie woelten wider in denselben dreien steten bei ganczen thunnen vorkauffen; und wer es ueberfere, desselben heringe und gesalczen fische soellen verloren sein, also das ein halbeteyl sol an uns gevallen und das ander teyl an die Groesser stat zu Prage; und des heringes und allerley gesalczen fisches freymarkt sol sein und weren alle tage, an alles hindernuesse und widerrede.

Doruemb gebieten wir ernstlichen und vesticlichen bey unsern hulden den burggraffen zu Prage und zu Wissiehrad, dem undercamerer des kunigreichs zu Behem, der nu ist oder in czeiten wirdet, und allen andern unsern und des kunigreichs zu Behem amptluten und undertanen, in welcherley wurden oder wesen die sein, das sie die vorgenante unser burgere und stat zu Prage an den obgeschriben gnaden nicht hindern oder irren in keynerweis, noch sie von yemandes hindern gestaten, sunder sie doby und darczu hanthaben, schuczen und schirmen, und als oft sie des von in ermanet werden, beyde die bussen zu vordern und sulcher unser gnaden zu gebrauchen, getrewlichen beraten und beholffen sein, als libe in sey unsere swere ungnad zu vermeiden.

Mit urkundt dicz brieffs versigelt mit unserem kuniglichen maiestat insigel.

Gebenn zu Bettler nach Crists geburt dreyzehnhundert jar und dar nach in dem drewunndnewnzigistenn jarenn an sant Paulstag der bekerunge, unser reych des Behemischen in dem dreyssigisten und des Romischen in den sibenzehenden jarenn.

Ad mandatum domini regis. Wlachnico de Weytenmule.

(*Lib. vet. civ. Prag. Čelakovský I. III.*)

19. 1393. Universis et singulis iudicibus, consulibus civitatum, oppidorum et villarum regni Bohemiae . . . Ego Sigismundus Huler, subcamerarius regni B. et ejusdem camerae notarius, auctoritate



regia mihi in hac parte commissa praesentibus mando et praecipio seriose, quatenus mox his visis, subscriptos articulos Civitati Majori Pragensi per dominum nostrum regem gratiose datos et concessos, in locis et districtibus vestris diebus forensibus proclamari faciatis et ab omnibus inviolabiliter observari:

Primo videlicet, quod nullus hospitem mercēs et mercimonia, cuiuscunque conditionis existant, in nulla civitate regno Boemiae insita efasciare, disligare, religare, vendere et deponere debeat ac praesumat praeterquam, in Maiori Civitate Pragensi antedicta; civitatibus dumtaxat in Ponte, Colonia et Budweis exceptis, ut ibi alecia et pisces salsi solummodo, sicut ab antiquo deposita sunt, adhuc valeant deponi atque possint.

It. quod omnia et singula mercimonia, quae de Polonia, Bavaria, Austria, Ungaria, Lusatia, Misna et aliis terris per regnum Boemiae inantea duci contigerit, non alibi praeterquam stratam directam per et ad civitatem Pragensem duci debeant supradictam.

(*Formelbuch II. 164*).

## 20. Ista pertinent ad pondus civitatis Pragensis:

Primo, mandel und reis, lorber und flachs. It. quecsilber und messing und pecken. It. zwifal samen, lauch samen und svaden. It. gros wachs, was under eim centen ist. It. tafel wachs, wi vil dez ist, daz gehort an der stat wage under den kramen.

It. pfeffer, ingver, muscat, negel, saffran und alle spezerrei, wi di genant ist, mit allen varben, wi vil der ist, daz gehort zu der stat wage under den kramen.

It. weinper, feigen, saifen, swefel und kysel mit ganzen lagen oder tunen, alaun und kysel mit ganzen secken gehort in den Vron-hof zu wegen. Wil daz selbe gut dar nach ymant teilen, daz schol nymand tuen denne mit weger under den kramen.

## Ista pertinent ad pondus (civitatis) in Laeta Curia.

Primo, weinper, feigen, saifen und swefel mit ganzen lagen oder tunen, laquariz, alavn und kysel mit ganzen secken; und wil daz selbe gut darnach ymant teilen, daz schol nuer tuen der stat under den kramen gesworn weger oder sein diener.

It. zuckermel, oel, daz gehort in den Vron-hof. It. wachz,

daz gehort auch an den Vronhof, allez daz ist uber ein centen, sunder tafel wachz uzgenomen; wi vil dez ist, daz gehort an di clain wagen under den kramen. It. laquariz mit ganzen secken.

It. pley, cyn, smer, unslicht, chupher, hanf, werk, weinstein, lamp-wol, leder-pallen, daz gehort als in den Vronhof. It. calizenstain, cuppherwasser, auch in den Vron-hof. (*Roesler 101*).

## 21. De ungelto civitatis Pragensis.

I. Ungeltum civitatis Pragensis sic debet recipi et dari, sicut inferius in praesenti libro continetur expressum, et primum de vino.

Quicumque vinum Revolam aut Bozanicum adduxerit et hoc propinare voluerit, tenetur et debet de quolibet vase hujusmodi dare unam sexagenam gross. denariorum Pragensium. It. de quolibet vase australici vini mediam sexag. gross. It. de quolibet vase vini terrae i fertonem gross. Et quicumque vinum adduxerit quodcumque ad vendendum et infra xiii dies continuos a die, qua adduxerit, non vendiderit, tenetur et debet ungeltum dare de quolibet vase, sicut superius est expressum; si vero ante xiiii dierum exitum eduxerit, nullum dare tenetur ungeltum. Item quicumque vinum emerit quodcumque non ad propinandum sed ad deducendum, tenetur et debet de qualibet marca dare iiii parvos denarios Pragenses et venditor similiter. Et quicumque vinum adduxerit quodcumque et vendiderit, tenetur et debet de marca qualibet iiii parvos denarios dare; emens vero tale vinum ad propinandum tenetur et debet dare de quolibet vase vini ungeltum, sicut superius est expressum. Item quicumque unum vas vel dimidium aut tynam vini cujuscunque pro se emerit ad bibendum, nullum tenetur dare ungeltum; si vero plures homines quicumque unum vas pro se emerint ad bibendum et dividerint inter se, tenentur et debent de tali vase dare ungeltum, sicut superius continetur.

II. Praeterea ungeltum de pannis sic debet recipi atque dari, scilicet:

Quicumque pannos cujuscunque maneriei adduxerit, cum tales pannos disligaverit, tenetur et debet de qualibet marca dare iiii parvos denarios Pragenses; et quicumque tales pannos emerit, hic emptor tenetur et debet etiam de qualibet marca

dare iiii parvos denarios. Item quicumque pannos adduxerit et vendere noluerit vel non poterit, potest infra xiiii dies continuos a die, qua adduxit, eosdem pannos abducere sine solutione ungelti; si vero hi dies xiiii fuerint elapsi, tenetur et debet solvere ungeltum, sicut superius est expressum. Est autem sciendum, quod quodlibet stamen panni scarleti pro xvi marcis computatur, de quibus quilibet tantummodo tenetur et debet solvere ungeltum; et quodlibet stamen panni Yprensensis pro v marcis, et quodlibet stamen panni gravis de Dorn pro v marcis, et duo stamina panni levis de Dorn pro v marcis, et duo stamina panni de Popring pro v marcis tantummodo computantur. Insuper quilibet de aliis pannis quibuscunque secundum valorem panni tenetur et debet de qualibet marca dare iiii parvos denar. Prag.

III. Praeterea ungeltum de mercibus institorum sic est recipiendum et dandum:

Quilibet emens merces institorum tenetur et debet dare de marca qualibet iiii parvos denarios, et vendens similiter. Item quicumque civis merces institorum adduxerit, mox cum eas disligaverit, dabit ungeltum; et quotienscunque merces institorum emerit, totiens solvere tenetur ungeltum. Si vero aliquis merces institorum emerit infra marcem absolute aut vendiderit, nullum tenetur dare ungeltum. Item quicumque merces institorum adduxerit et vendiderit ungeltumque semel de talibus mercibus dederit, sicut dare tenebatur, si cum denariis pro mercibus huiusmodi receptis infra xiiii dies continuos merces quascunque emerit, nullum tenetur dare ungeltum; si vero xiiii diebus a die venditionis elapsis emere voluerit, tenetur et debet solvere ungeltum. Haec sunt pertinentia ad merces institorum: Lineus pannus, pelliculae quaelibet spectantes ad artem pellipariam, coreum et corrigiae, lignum fladrinum et buxinum, semina porri, ceparum, papaveris et consimilia, ac oleum.

IV. Praeterea ungeltum de pecoribus sic recipiatur atque detur:

37. *De actione homicidii, cui potius competat agere pro homicidio, uxori vel pueris, quando discordant.* Querimonia puerorum est super occisione patris praeferenda querimoniae uxoris de occisione mariti; unde actio puerorum est potior actione uxoris. Potest enim uxor alium maritum, si vult, superducere, pueri vero alium patrem non habebunt. Nam relativa posita se ponunt, et perempta se perimunt, ex regula logica.

38. *De actore et reo, fideiussoribus, poenis, emendis et aliis casibus diversis circa homicidium contingentibus.* Circa ista triplex diffinitionis distinctio est ponenda: Fidejussores, postquam reus in causa ceciderit et furtive a iudicio recesserit, ad emendam L talentorum (quae XXX marcas faciunt), quarum pars una iudici, secunda actori, tertia civitati cedunt, obligantur, sicut in Juribus Originalibus comprehenditur; et non privantur capitibus, sicut effugientem, si deprehensus fuerit, capite privari debet, ipso iure. Unde si aliquis ex fidei pietate seu compassione pro alio, qui de excessu inculpatur mortali, fidejusserit: talem fidejussorem ex fuga alterius vitâ privari magis est crudele, quam justum.

Item reus, qui ex negligentia iudicis et actoris, quia in bona ipsum non habuerunt custodia, iudicium declinavit, absolutus est a iudice et actore; quantum enim in eo fuit, fidem non fregit. Nam captivo, ut vitam salvet, licitum est carcerem et vincula evadere, si potest. Cum etiam vigilantibus et non dormientibus iura subveniant, quidquid detrimenti iudex et actor ex fuga rei habent, suae debent improvidentiae imputare. Et insuper, cum fidejussores pro reo fugitivo iudici et actori satisfecerint, non esset conveniens, quod ipse reus ad satisfactionem secundariam teneretur. Sicut enim Dominus Deus, qui est iudex justissimus, non punit bis in id ipsum, sic iudex temporalis debet facere suo modo. Propter istam tamen



absolutionem, per quam reus in alio loco vitam salvat, non conceditur sibi ad locum, a quo fugit, redire, nisi secundum proborum virorum ordinationem pro anima occisi peregrinationibus et piis operibus satisfaciatur juxta posse. Fidejussores etiam, ne abutantur fide sua, possunt reum pro emenda, quam pro ipso solverint, proscribere, vel alio modo ad ejus solutionem compellere, judicio et juratorum consilio et auxilio mediante.

39. *De actore homicidii, quomodo cadit ab actione.* Cum uxor et heredes occisi tacent, nec proclamationem et publicationem de homicidio faciunt, nec aliqualem protestationem coram judicio, quia de occisione mariti et patris eorum scrutari et tandem secundum formam juris querulari vellent, interponunt, et modo astantes seu praesentes judicio sub silentio transeunt, et si aliter actor fortassis in ipsum medio tempore homicidam pro eodem homicidio agit, nec etiam eundem actorem ab actione tali repellunt, ipseque homicida dictae actioni responderet: jus suum quantum ad actionem hujusmodi homicidii perdidit, nec oportet talem reum de cetero eorum querimoniam respondere. Dictum enim homicidium tamquam una causa sufficienter unius actionis querimonia terminatur; heredes etiam et uxor praescripti occisi a jure suo propria negligentia ceciderunt. Sicut enim loquendo, quae sunt tacenda, sic tacendo, quae sunt loquenda, coram judicio homo renuntiat juri suo.

40. *De actore et reo ratione homicidii et volleyst, quantum ad arbitrium et confessionem.* Reus de satisfactione homicidii, de quo manifeste est accusatus et pro quo respondens, ex eo praecipue, quod fortassis in arbitros consensus, vicem rei sibi assumpsit: ex confessione subsecuta alterius, qui se reum dicit esse, secundum rigoris juris exigentiam, nisi consensus partis et judicis ad hoc accesserit, non poterit liberari. Si enim efficaciam talis confessio sortiretur, absens et qui carcerem evasit, pro praesente et vinculato, mendicus pro divite, vel aliquis in dignitate constitutus, sicut superior et potens, pro inferiori et simplici persona, homicidii vel consimili gravis excessus se reum posset confiteri; propter quod actor impedita seu sublata satisfactione justitiam suam minime consequeretur.

Item, cum reus non impeditus, ut praetactum est, ex confessione sua extra iudicium, et postquam causa ratione arbitrii in rem iudicatam jam, ut dictum est, transivit: factâ sententiâ puniri non meruit capitali; sicut enim talis confessio personam rei non statuit, sic nec ad poenam reatus obligat et astringit.

Et ex hoc patent alia bene intuenti, quod primus in causam tractus tamquam reus, cum praesertim una poena pro una delicto sufficiat, pro homicidio sibi imposito, et alter pro operâ sibi principaliter impositâ componere tenebuntur.

41. *Ad idem quantum ad diversos reos, quorum unus de homicidio accusatur et alter homicidium se perpetrasse confitetur.* Si amici occisi accusant Petrum tantum de homicidio, et iuramenta calumpniae, sicut de jure consuevit fieri, de Petro tamquam de vero reo fecerint: ipse Petrus de homicidio respondebit, non obstante excusatione Pauli, quae licet coram Deo fortassis sit justa, tamen coram hominibus suspicionis scrupulo carere quodammodo non videtur.

42. *Reus proscriptus quia nullo accusante confessus est se homicidium perpetrasse, ideo spiritualiter emendabit.* Cum querimonia unius homicidii de uno reo mota per ejusdem rei responsionem et absolutionem sufficienter terminetur, ex quo Petrus de dicto homicidio justicialiter est absolutus: non oportet, quod Paulus iudici pro eo, cum actores non egerunt in eum, in aliquibus teneatur emendis. Sed si reum homicidii se noverit, sicut confessus fuit, corde contrito ad illum recurrerat, qui in foro spirituali poenitentiam sibi imponere habuerit salutarem. Tamen si de mortificatione, furto et consimili reatu criminoso per aliquem confessio facta fuerit, super eo jurati, qualiter sententia ferenda sit, cum diligentia cogitabunt.

43. *De actore et reo, quando mulieres per incantationes et experimenta dicuntur homicidium procurasse.* Si mulier in causam tracta pro eo, quia fortassis aliquem cantationibus maleficiavit, tamen quod ex tali maleficio corporis sui detrimentum patiatur, fuerit, non obstantibus actoris hujusmodi protestationibus

et querela, si allegationes mulieris verae inventae fuerint, si quas legitime allegat, non est rationabile, quod respondeat, sicut pro homicidio consuevit justicialiter responderi. Posito, quod mors exinde tandem sequatur, tamen quia communis regula juris civilis dicit, „quod ad omnem querimoniam actoris reus affirmando vel negando respondeat“, sufficit, quod mulier simpliciter respondeat et juramento simplici se expurget.

Unde cum circa crimina probatio requiratur clarissima et multo major quam circa causas civiles, cum agitur de incantationibus et truffis consimilibus, quae non manifeste, sed secretissime fieri consueverunt: recurrendum est ad ea, quae generant praesumptionem, videlicet si aliqua mulier concubina fuit alicujus viri, et si fortassis coram fidedignis, qui audiverunt, de eodem viro dixerit: „nisi talia fecerit, et a talibus cessaverit, machinabor in mortem suam“; et praecipue, si cum incantationibus circuire consuevit et in actu tali quandoque rapta fuerit. Talis enim mulier in causam, ut superius tangitur, tracta indiget, quod tamquam homicida cum testibus se expurget. In omnibus enim causis non exigitur probatio aequae fortis, imo secundum causarum diversitatem probatio et expurgatio rationabiliter variantur.

44. *Quod actor personaliter agere debet pro uxore deducta.* In causa deductionis uxoris pensatum est, non licere actorem agere per procuratorem, sed propria in persona.

45. *De actione juris patronatus.* Si quaestio est inter partes de jure patronatus, illa ex eo, quod tale jus est annexum spirituali, est iudicio canonico decidenda.

46. *Utrum excommunicatus possit agere.* Excommunicatus in iudicio seculari agere potest, licet forte secus sit in iudicio spirituali.

47. *Utrum ad actoris querimoniam de hereditatibus motam reus semper debeat respondere.* Cum contra partem inauditam, quae directe tantum auditur respondendo, sententia diffinitiva non sit deferenda; cum etiam ex communi regula juris civilis „reus praesens ad querimoniam actoris affirmando vel negando

respondere debeat“: ergo heredes praesentes, aut uxor, sive legitimus successor quicumque debent ad querimoniam ipsis motam secundum justitiam respondere.

48. *Quod actor potest excipere contra reum.* Si iudex et jurati de his, quae actor in exceptione proposuit, testabuntur: reus non potest prolocutorem habere, et debet, si causa criminalis, mortis supplicio puniri.

Et est advertendum, quod in omnibus gravibus excessibus, sicut, si aliquis committit homicidium juratis videntibus, vel coram iudicio violat pacem factis vel opponit se iudicio, vel aliquod tale nefas perpetrat, dictus modus servatur; scilicet, quod reo, si actor petit, prolocutor non datur, sed statim ut convictus condempnatur.

49. *Quod reus excipere potest contra actorem.* Si reus potest actorem convincere testimonio sufficienti, sicut forma juris requirit, quod prius pro furto emendas notorie solverit: ipse utetur, et non tenetur ad ejus querimoniam, quae reputatur temeraria et frivola et ex dolo procedere, respondere. Fraus enim et dolus nulli debent patrocinari; qui etiam semel fuit malus, semper postea praesumitur esse malus.

50. *Quod actor potest excipere contra iudicem.* Iudex in causa sua vel heredum vel familiariorum suorum nomine iudicio praesidere nec alteri committere potest. Unde in casu hujusmodi exceptio actoris est tamquam rationabilis contra iudicem admittenda, unde propter suspicionem tollendam nec iudex, ut dictum est, debet praesidere nec vices suas alteri committere, sed jurati iudicem eligant, personam scilicet communem partibus competentem.

51. *Quod reus potest excipere contra iudicem et juratos.* Si iudex et jurati simul in aliquam honestam personam agunt, aut vice eorum per interpositam personam: tunc exceptio talis rei, si interposita fuerit, efficax est et justa. Unde in tali casu, in quo iudex et jurati simul agunt, sive per interpositam, ut dictum est, personam, non possunt simul agere et officiorum suorum actus debitos exercere. Aliquem enim simul esse actorem, iudicem et sententiam diffinitivam dictantem, non consonat aequitati.

## Capitulum II: De accusationibus

52. *De accusationibus criminum in genere.* Nemo invitus agere vel accusare cogi debet, nisi incoeperit accusare vel agere. Qui etiam accusatur de crimine ab uno accusatore, ab alio de eodem crimine accusari non potest. Tamen si ex eodem facto plura crimina nascuntur, tunc per unum de uno crimine et per alium de alio crimine non prohibetur aliquis accusari.

53. *Ad idem, quantum ad tempus accusandi.* Mortificationes et reatus consimiles, si in medio habitationis hominum tempore diurno fiant, sunt per actorem infra triduum ad iudicis audientiam per querimoniam deferendi. Si autem in campis et tempore nocturno contingant, terminus dicti tridui potest actori, si petit, per juratos rationabiliter prolongari.

54. *De accusatione adulterii (et fornicationis).* Homo extraneus mulierem sibi sanguine non conjunctam accusare de adulterio, quamvis hoc testibus probare et demonstrare possit, non potest; sed quia id fecit, quod ejus non interfuit, correctionem et emendam a juratis juxta eorum conscientiam sibi impositam merito sustinebit. Et quia etiam illegitima et temeraria talis accusatio est, iudicem non movebit, nec accusatus etiam per eum fatigetur. Maritus autem uxoris accusare de tali vitio uxorem potest per se, non per procuratorem. Vicini etiam illam accusare possunt, ne videantur tali vitio consentire.

55. *De accusatione sententiati ad mortem.* Sententiati ad mortem accusatio non ligat, nec fidem facit, sed tantum vehementem, ex qua non dampnatur accusatus, generat praesumptionem.

Et similiter intelligendum est de malefico in vinculis detento, si aliquem ante sententiam latam denigrat vel accusat.

56. *Cum accusatio de volleyst sit facienda.* Infra triduum vulneratus debet accusare reum pro volleyst, quia post triduum neminem accusare poterit, nisi legitime impeditus sit; sicut si mutus esset, seu protestatio rationabilis interposita esset, tunc terminus tridui merite prolongatur.

Heredibus autem, qui absentes sunt, quorum propinquus ex vulnere mortuus est, non currit tempus dicti tridui a die vulnerationis, sed a die notitiae, quo vulneratum mortuum cognoverunt, et adhuc illud secundum distantiam et commodum, qualiter judicem commode accedere potuerunt, est mensurandum.

57. *Utrum tribus vicibus de furto accusatus quarta vice poterit se expurgare.* Si reus tribus vicibus uno die in eodem iudicio a pluribus actoribus simul de furto aut spolio accusatur, et totiens se purgans, non potest quarta vice per testimonium vinci super eisdem; ex eo, quod actores simul astantes iudicio, reum a jure suo rigore justitiae non repulerunt, quaerentes, utrum per testes eum vincere possent, sicut ultimo facere nitebantur. Gaudereque enim jure sibi concesso talis merito debeat, maxime cum sit inculpatae famae, consonat aequitati. Si autem aliquam notam criminis prius contraxisset et hoc primo contra eum probatum fuisset: forsitan juri suo praejudicium irrogaret. Est tamen considerandum circa casum hunc, quod talis accusatio vicibus tribus per plures simul facta ex dolo videtur evenire. Si se purgaverit, quarta vice per tales testimonium contra se nunquam patietur, quia fraus et dolus nulli debent patrocinari; ideo tales actores malo ipsorum proposito merito sunt fraudandi.

58.a) *Utrum accusatio VII testium credibilium virorum potior sit testimonio seu accusatione communitatis unius loci.* Accusatus de incendio vel de consimili crimine vinci potest per VII testes idoneos, quia numerus septenarius est de substantia juris. Unde non oportet, quod propter superfluum testimonium communitatis aliquis suffocetur; difficulter enim unus actus, uno loco et uno tempore factus, a communitatis multitudine nosci potest. Et sic etiam credibilis esset testimonium unius loci pro aliquo saltim singulari actu, quam testimonium juratorum plurium civitatum pro eodem actu. Unus enim actus a juratis ejusdem loci bene percipi potest, sed quod a juratis diversorum locorum aequè bene percipiatur vel ita plene cognoscatur, hoc videtur absurdum.

58. b) *De accusationibus incendii.* Pro minis incendii, sicut in legibus et multis juribus habetur, vincitur aliquis mettertius, quamvis pro facto incendii sit metseptimus convincendus.

### Capitulum III.: De advocatis.

59. (Br.) *De advocatis et prolocutoribus quantum ad officia.* De officio advocatorum instructi sunt in consilio: a) Quod actor et reus possunt per se ipsos coram iudicio proponere, quicquid habent placitare. b) Revocationem verborum, quae vulg. holunge dicitur, nisi prolocutores verba eorum proponunt, non habent; inde necessarium est et utile, quod unusquisque per advocatum proponat et respondeat, quidquid habuerit querulari. Iudex ergo homini juste petenti advocatum denegare non debet. c) Etsi duo unum insimul petierint advocatum, primus eum obtineat; tamen si idem advocatus per unam partem ante horam iudicii pretio fuerit conductus, pro illa, non obstante petitione alterius, advocabit. d) Iudex etiam videat, ne per potentes copia advocatorum pauperibus subtrahatur, imo iudex ex officio debet non habentibus advocatos assignare. e) Potest etiam homo verba advocati sui vel per iudicem interrogatus vel per se affirmare vel negare. f) Uno etiam advocato rejecto alium statim potest assumere, licentia iudicis accedente.

60. (Br.) *De advocatis et prolocutoribus, quantum ad prohibitionem, excusationem et poenam.* Si actor invitat advocatum ad domum suam et coram amicis suis secreta causae suae ratione consilii sibi revelat: talis advocatus postea in iudicio, excipiente actore, ad advocandum contra ipsum pro reo admitti non debet. Si causa partis, quam fovet advocatus, induciata seu suspensa fuerit, durante tali suspensione advocatus pro parte contraria in eadem causa de iure advocare non debet. Si advocatus pro officio advocacionis rogatus, publice dicat sic „Domine iudex, scio veraciter causam talis hominis esse injustam, quare peto contra conscientiam meam ad fovendam ipsam me per vos non compelli“: iudex, si advocatus iuramento suo hoc confirmaverit, advocatum pro causa tali ducenda contra Deum et justitiam non compellat. Ista tamen confessio

advocati vel ejus juramenti parti, pro qua non advocabit, nullum praejudicium generabit.

59. et 60. (Pr.) *De advocatis et rejectionibus eorundem.* Quilibet potest verba advocati sui, vel per judicem interrogatus vel per se, affirmare vel negare. Uno etiam avvocato rejecto alium potest statim assumere, licentia judicis accedente.

Advocatus suspectus, si pars petit, non est admittendus advocare.

Si advocatus petit de advocacy supportari, judex eum ad hoc non compellet, et ista renunciatio advocati nullum praejudicium parti, contra quam sit, generabit.

*De obtentione advocati.* Sententiandum est in causis quibuscumque, quod si duorum advocatum petierint, prior eum obtinebit.

Quod si advocatus ante horam contestati iudicii ab una partium pretio conductus fuerit, non obstante petitione alterius, advocabit.

In omni casu judex debet videre, ne per potentes copia advocatorum pauperibus subtrahatur, imo debet ex officio suo non habentibus advocatos assignare.

61. *De absentia advocati.* Si duo advocati debent comparere et advocare, et unus eorum est absens causa ex quacumque: tunc ad petitionem alterius partis est terminus prolongandus.

62. *De negatione advocatorum.* Reo propter hoc, quod impetitur tamquam mortificator, non est advocatus denegandus.

63. *De salario advocatorum.* Salarium et pretium advocatorum, scriptorum et aliorum officialium sunt secundum juratorum conscientiam moderanda.

64. *De coadjutore advocati.* Si pars petit, non obstante avvocato, etiam cooperator, qui vulg. dicitur *stewer*, sibi dari debet.

65. *Utrum pars plures advocatos habere potest.* Plures advocatos una pars potest convenire, dummodo hoc captiose non fiat, ita sc., quod altera pars avvocato privetur.

66. *Advocatus cui sit denegandus.* Diffinitione sollempni dicitur in legibus, quod manifesto malefico advocatus, licet instantius eum petat, est denegandus.



67. *De advocante pro se ipso viva voce.* Et notandum, quod si advocatus vel actor in accusando reum sic dicet: „Domine iudex, tam grave vulnus mihi dedit (vel ita graviter me vulneravit,), de quo a vita usque ad mortem perveni“: reus erit absolutus et non tenetur respondere. Item si post hoc idem actor de vulneribus aliis diversos reos impetit, modo debito, non ut prius mortuum se affirmans, et illi sicut prius reum quaesierint, utrum querimoniis mortui respondere debeant: tunc sentiendum est pro actore; cum enim primum errorem revocans in aliis querimoniis non tamen mortuum, sed viventem se sit confessus, rei debent sive reus debet ad suas querimonias respondere. Circa hunc casum est notandum, quod licet supra scribatur, quod actor et reus coram iudicio per se causas suas proponentes, revocationem verborum, quae vulgariter *holung* dicitur, non habent: tamen si in principio de hoc caveant, petentes, per iudicem huiusmodi revocationem, deliberationem et alia, quae advocati consueverunt pro iure partium praemittere, sibi concedi: tunc si fuerint eis indulta, habent singula, quae competunt advocatis

#### Capitulum IV.: De appellationibus.

68.a) *De appellationibus in genere, quare admittantur.* Appellationis remedium non est ad defensionem iniquitatis, sed ad innocentiae praesidium institutum. Unde a gravaminibus illegitimis et illicitis civilibus conceditur appellare, et maxime si talia gravamina vergunt in praedudicium appellantis. Et etiam non oportet, quod appellans fixus coram iudicio stet, nec pedem de loco moveat, sicut quidam volunt; imo, si vult, deliberatio est sibi concedenda, utrum velit sive nolit.

68.b) *De forma appellationis.* Sic interponatur appellatio: „Domine iudex, sententiam a iuratis contra me latam arguo, offerens me meliorem ab illo loco, a quo de iure teneor, illaturum.“ Et hoc intelligi debet de sententia non scripta. Si autem fertur de iure scripto, sic dicat: „Domine iudex, sententiam, quam iurati ex iure scripto contra me tulerunt, credo, salva eorum reverentia, ex malo scripturae iuris intellectu

processisse. Unde ab ipsa appello. petens eam instanter ad principis, a quo scriptum est editum, audientiam, cum ejus sit interpretari, cujus est condere, deducendam.“

Est etiam notandum, quod pendente appellatione nihil est in eadem causa innovandum.

68.c) *Qualiter appellatio ad audientiam illius, ad quem appellatum est, sit deducenda.* Appellatio debet et causa appellationis ad praesentiam illius, ad quem appellatum est, expedite ac breviter deduci, et omnis dilationis materia est amputanda.

68.d) *Ex quibus causis appellatio cessat.* Appellans, nisi legitime praepeditus fuerit, si infra sex septimanas suam prosecutus non fuerit appellationem, pro non appellante habeatur. Notandum tamen, quod iudex, non obstante appellatione in causa debet procedere, sicut de jure fuerit procedendum (et hoc in timorem faciliter appellantis).

68.e) *De processu appellationis.* Processus appellationis futurus est appellanti per iudicem et juratos, antequam iter prosecutionis appellationis arripiat, solempniter intimandus.

69.a) *De excessu infra appellationem commisso.* Si appellans pendente appellatione excessus committat, per iudicem proprium, non obstante appellatione, potest corrigi et puniri.

69.b) *De reiteratione appellationis facienda.* Post appellationis vocem emissam, si appellans forsitan vellet propter excessus prius commissos a juratis gravari, iterum tamquam a suspectis rationabiliter appellabit, nullamque poenam bursalem proinde patiatur.

70.a) *De causa appellationis quantum ad extinctionem.* Appellationis causâ sublatâ cessat appellatio.

70.b) *De appellationum interpretatione.* Appellatio sine scriptis lata et revocata cassa est et vana. Si autem scriptis lata est et scriptura diversos sensus comprehendat, admittitur appellatio; secus autem est, si tantum unum sensum comprehendit. Circa hoc etiam notandum, quod si appellat is, cujus non interest, non est audiendus.

70.c) *De emenda appellationis.* Si appellans poenitentia ductus eam revocat, remissa est emenda, nec per judicem est puniendus.

71., 72. *De appellationibus maleficorum quales sint.* Maleficorum appellationes utique sunt inanes, nisi excessus dubius sit, tunc factum non est praecipitandum. — Et similiter intelligendum est, quod appellatio propter juramentum interpositum non est prohibenda. ●

73. *Casus, in quibus appellatio non admittitur.* Si res dilationem non recipit, non est appellatio admittenda, vel si ex perpetuo edicto aliquid praecipitur faciendum, non appellabitur contra edictum.

74. *De profectu appellationis inter partes.* In communi causa quotiens alter appellat et alter non, alterius victoria etiam illi proficiet, qui non provocavit, et hoc in causa defensionis. Et etiam circa hoc sentiendum est, quod si aliqui divisim fuerint condemnati, quamvis ex eadem causa hoc fiat, tamen pluribus appellationibus opus est.

75. *De appellatione contumacis.* Sollempni diffinitionis decreto inventum est, quod appellatio contumacis non valet, nec cum a principe iudici causa committitur, appellans est audiendus.

#### Capitulum V: De aquis.

76. (Br.) *De aquis et earum meatibus, vulgariter dictis ach.* Aquae meatus, vulgariter dictus ach, duplex est: Quidam naturalis, in quo aqua a sui origine fluxit et ipsum loca petens decliviora per se fecit. Et hunc meatum aqua in utroque litore quandoque ampliat et quandoque coartat; nec propter hoc habentes hereditates in eisdem litoribus ad emendam vel reformationem aliquam obligantur. Alius autem est meatus violentus, in quo aqua artificialiter mediantibus obstaculis et quodammodo violenter per fossata ad hoc facta fluere compellitur, ratione molendinorum, hortorum, agrorum vel aliarum hereditatum, quibus proficit et praebet plurimum incrementum.

Et tales meatus apud magistros molendinatores determinatam secundum latitudinem et profunditatem habent mensuram, quam habentes hereditates in litoribus, hujusmodi meatus aquae continguas, nec ampliabunt nec compriment, imo si per aquarum inundationem rupta fuerit, fossatis purgatis eandem omnimodo reformabunt, sicut emendas per voluntatem juratorum eis impositas voluerint declinare.

77. (Br.) *De aqua pluviali, quantum ad vicinos ordinarios.*  
Tres vicini, cum in quadam declivitate ordinarie residerent, et quilibet eorum aquam pluvialem intra septa superiorum suorum aedificiorum, ne vicino noceret, capere deberet, medius cum inferiori pro censu nominato pactus est, quod aqua sua in curiam ejus flueret. Quod cum superior percepisset et aqua de medio ad inferiorem plus quam anno transivisset, ordinavit cum medio super fluxu aquae suae, sicut et ipse medius prius ordinaverat cum extremo. Postremus ergo, qui est inferior, agens in medium, petivit pro se sententiari, cum ipse tantum de aqua sua secum ordinaverit, utrum ipse fluxum aquae superioris vicini etiam capere debeat, cum in pacto inter ipsum et medium facto non fuerit de hoc cautum.

Super quo diffinitum est, quod pacta ex conventionione legem accipiant, quod solum medius debet aquam suam propriam, et non vicini sui superioris, in fundum inferioris derivare. Et si promisit medius superiori aquam suam capere, eam capiat sine damno inferioris, vel ipsam infra metas suas retineat vel alias educat, ne inferiori sit nociva.

78. (Br.) *De aqua pluviali et stillicidiis in aedificiis villanis.*  
Si in villis, ubi pro stillicidiis tectorum interstitia, vulgariter wer dicta (mezirka, raychen) dimituntur, vicinus exaltat tectum super tectum vicini, cavere debet, ne stillae descendentes tectum inferioris tangant; alioquin stillas easdem ad stratam publicam per canale deducere compelletur. Unde nota, quod aqua pluvialis dicitur, quae de aëre cadit, et si illa naturaliter noceat, de ipsa tunc actio non dabitur vicino contra vicinum, nec alteri cuique. Si autem talis aqua opere manu facto noceat, secundum quod vicinus aliquid aedificet,

vel fundum suum exaltet, vel tale quid faciat, propter quod aqua vicino nocere incipiat: ex hoc dabitur actio aquae pluviae arcendae. Sic enim quisque suam domum meliorem facere debet, ne vicini faciat deteriolem. Unde quilibet stillicidia suorum tectorum capere debet, nisi jus habeat, quod super vicinum cadant.

78. (Pr.) *De aqua pluviali.* Actio aquae pluviae arcendae locum habet, si aqua pluvialis non naturaliter noceat, sed opere facto, nisi agri colendi causa illud opus factum sit. Et sic unusquisque domum suam meliorem facere debet, ne vicini sui faciat detrimentum, aut deteriolem, nisi jus habeat, quod aliquid talium fiat. Et sic per consequens dicendum erit, quod prodesse unusquisque sibi, dum alteri non noceat, non prohibetur.

79. (Br.) *De aqua pluviali quantum ad agros.* Jurati de Alba Ecclesia proposuerunt in consilio, quod rustici villarum frequenter coram eis conquerantur, unus de alio, quod in agro suo faciat fossatum, in quo aquam pluvialem capiat in tanta copia, quod ager vicinus aridus maneat nec rigetur. Petiverunt ergo informari.

Super quo sunt instructi: Si rusticus serere et arare possit sine talibus fossatis, qui dicuntur sulci aquarii, tunc sulcos tales non faciat, et si facit, tenetur hac actione, licet agri colendi causa videatur fecisse. Sed si aliter seminare non posset, nisi sulcos aquarios faciat, non tenetur. Item si opere facto aut in partem superiorem aqua pluvialis pellitur, aut in partem inferiorem derivatur, actio aquae pluviae arcendae competit. Unde dicitur, et bene, aquam pluvialem in suo retinere vel superabundantia ex fundo vicini in suum derivare, dummodo opus in alieno non fiat, omnibus jus esse; prodesse enim unusquisque sibi, dum alteri non noceat, non prohibetur. Et sciendum est, hanc actionem superiori adversus inferiorem competere, ne aquam, quae naturâ fluit, opere facto inibeat per suum agrum decurrere, et etiam inferiori adversus superiorem, ne aliter aquam mutet superior, quam fluere naturâ solet. Et nunquam competit haec actio, cum

ipsius loci naturâ aqua nocere possit; tunc enim verius est dicere, non aquam, sed loci naturam nocere. Unde in summa actio aquae pluviae arcendae locum habet, si aqua pluvialis, vel quae crescit ex pluvia, noceat non naturaliter, sed opere facto, nisi agri colendi causa illud opus factum sit.

Nota, quia tria sunt, propter quae inferior locus superiori servit: *lex, natura loci et vetustas*, id est servitus, cujus non exstat memoria, quae semper pro lege habetur, minuendarum et breviendarum scilicet litium causâ. Et saepe natura loci et vetustas cedunt legi supervenienti; quandoque etiam lex et natura loci cedunt vetustati, quia ut plurimum, cum occurrit quaestio de talibus, recurritur ad senes, quorum determinationi, qualiter ab antiquo res se habuerit, statur. Illi etiam, qui tempore medio, credentes jus sibi competere, praedicta, sive sint fossata facta, sive antiqua fossata obstructa et complanata vel alia quaecunque consimilia, possiderunt: postea, cum ad pristinum statum redacta fuerint, ad emendas non tenentur, cum primus excedens dudum forsitan sit defunctus.

79. (*Pr.*) Notandum etiam, quod locus seu domus inferior propter tria servit superiori, cum aqua pluvia transit desuper ibidem, et sunt: *Lex, natura, vetustas loci*. Notandum circa hiis, quod quilibet in suo fundo sicut et in altum aedificare potest, sic in bassum fodere sibi licet, nisi animo nocendi, sed sui causa profectus hoc faciat.

80. (*Br.*) *De aqua pluviali in aedificiis urbanis*. Cum domus Petri iudicis in Chrisans esset vendita, et exaltasset emptor parietem, tectumque domus in tantum extendisset et prolongasset, quod stillae, quae prius tectum vicini non tangebant, jam super tectum cadere solebant, quaesitum est, quid sit juris in hoc casu? Super quo responsum fuit, quod parietem licet exaltare, dummodo tectum taliter ordinetur, quod stillicidium cadat in illum locum terrae, quem prius tangere consuevit. Unde retroduci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere; sed produci et prolongari non potest, ne alio loco cadat, stillicidium, quam in quo posita est servitus; levius enim facere poterimus, sed artius non. Et omnino sciendum,

meliozem vicini conditionem per nos fieri posse, sed deteriorem non posse, nisi aliquid nominatim in servitute imponenda exceptum sit.

Et est hoc generale in omnibus servitutibus, in quibus vicinus vicino et domus domui servit; cujusmodi sunt: fenestrarum et luminum in curiam vicini receptio, aedificiorum altior exaltatio, specialium parietum ratione pacis factio, stillicidiorum aversio vel in canale vel in tectum vel in terram captio, immitendorum tignorum in parietem vicini missio, foraminum antiquorum ampliatio vel arctatio, vel quantum ad numerum multiplicatio vel minoratio, vel in alio loco, quam prius fieri consuevit, nova positio, et sic de multis aliis consimilibus.

81. (*Br.*) *De aqua fontali et fontium fossione.* De Scardicz interrogatum est, in qua distantia vicino a fonte vicini, quem habuit ab antiquo, novum fontem fodere liceat? Super quo responsum est, quod in suo fundo cuilibet licet fontem fodere, ita profundum sicut placet, sicut et in altum aedificare nulli prohibetur. Et quamvis in suo fodiens, vicini avertat fontem vel exsiccet, tamen propter hoc cum ipso agi non potest, nec etiam actioni de dolo, si non animo nocendi, sed sui causa profectus id fecit. Item qui habet haustum fontis alicujus de jure, iter quoque habere videtur ad hauriendum. (Sicut etiam tugurium in tuo mihi habere licet, si habeo pascuorum servitutem.) Equitare vero vel cum curru fontem accedere illi non licet, qui tantum iter ad hauriendum habet. Item si fons, qui serviebat, exaruit et per longum tempus iterum fluere coepit, servitus recuperatur, quia non per negligentiam vel culpam talis servitus amissa fuit.

81. (*Pr.*) *De fontibus.* Qui haustum fontis habet, iter ad fontem habere videtur. Qui etiam iter tantum ad fontem habet, cum curru illi accedere non licet. Fons, qui exaruerit et iterum fluere coeperit, servitus non amittitur, quia non per negligentiam vel culpam talis servitus est amissa.

## Capitulum VI: De arbitris.

82. (*Br.*) *De arbitris et consiliariis in genere.* Jurati de Praczw de arbitris et consiliariis et conditionibus circa

arbitrationes et amicales ordinationes servandis quaerentes taliter sunt instructi:

Postquam arbitris causa est commissa, tunc quantum ad ipsam auctoritas iudicis expiravit, quia de caetero non est per strepitum iudicii, sed per arbitrium decidenda; potest tamen iudex arbitros, si negligentes fuerint, ad causae decisionem infra dies quatuordecim faciendam et arbitrium pronuntiandum, partesque arbitrium contradicentes ad poenam, quâ vallatum fuit, solvendam compellere iustitia mediante.

Item arbitri concordare non volentes, de consilio arbitri, quem eligere possunt, vel de consilio juratorum communiter, quod rogati in maniloquio eis exhibebunt, causam ipsis commissam sine debito terminabunt.

Item omne arbitrium vallandum est poenâ, cujus metu partes ad ejus ratihabitionem cogantur.

Item si facta pronuntiatione arbitrii statim, vel una pars vel ambae partes ipsum reclamaverint, sine remissione poenam solvant et arbitrio cessato in causa procedant, sicut de iustitia fuerit procedendum. Si autem partes audita pronuntiatione in arbitrium consenserint, tunc non obstantibus contradictionibus et reclamationibus quibuscunque, quas postea fecerint, super-arbitrium, poena gratiose soluta, in suo robore permanebit.

Unde, cum ad breviandum lites, labores et expensas et fatigas partium sit ad arbitros recurrendum, debent discreti arbitri cum emenda bursali arbitrium in factis magnis et arduis etiam poenâ casus et privationis omnis juris, causae totalis vallare. (Timore namque talis poenae arbitrium finem debitum consequitur et omnis processus juris et iudicii tollitur et simpliciter submovetur.)

83. (Br.) *Qualiter emenda et poena arbitrii sit moderanda.* Sententiatum est: Si partes per se vel cautione fidejussoris magna poena, puta centum marcarum, ad servandam pacem inter ipsas posita, vel per arbitrium ordinatum stringuntur: non oportet, quod aliqua earum leviter excedens totam poenam vel emendam solvat, imo juxta qualitatem excessus est emenda secundum juratorum conscientiam moderanda. Primi enim arbitratore pacem inter partes ponentes more sapientum ad majus



et gravius, sicut est homicidium vel consimile, quando posset accidere, respiciendo emendam vel poenam aggravant vel augmentant.

84. (Br.) *De arbitrīs quantum ad processum.* Cum arbitrium semper debeat procedere et nunquam retrocedere: si tres sint electi arbitri, duo poterunt in causa procedere et ipsam diffinire, si tertius citatus malitiose vel voluntarie nolit adesse; dum tamen justo impedimento non impediatur, ac si tertius praesens esset.

85. (Br.) *De arbitrīs quantum ad privilegia et instrumenta.* Sententiatum est: Licet testes instrumentis inscripti de jure debeant esse rogati, tamen arbitri causae decisionem de alto et basso in manibus habentes, quicquid arbitrati fuerint, in litteris possunt scribere et sigillis propriis et aliorum, sicut eis placuerit, sigillare. Cum enim ad arbitrandum primo rogantur, non oportet, quod ad litteras scribendum et eas sigillandum, quod est tamquam accessorium, secundo rogentur.

86. (Br.) *De arbitrationibus super excessu verborum et factorum.* Jurati de Alba Ecclesia scripserunt sic: Lite inter partes per arbitros sub ista poena decisa, quicumque verbis ipsam inchoaret, iudici et juratis in tredecim talentis denariorum teneretur; quicumque vero factis ipsam innovaret, manum pro manu, pedem pro pede et vitam pro vita solveret pro emenda: accidit quod in taberna unus de numero dictarum partium alium partis adversae vita privavit, et postquam excessus hujusmodi ad iudicem et juratos per querimoniam devenisset, quaesiverunt a partibus, unde delictum tale verbis an factis originaliter processisset. Actor vero, puta frater occisi, respondit, quia protestaretur in hospitem tabernarium, quod non per fratrem suum lis, propter quam occisus esset, fuerit inchoata. Tabernarius autem idem super dicenda veritate requisitus dixit, quod nollet testari per se ipsum, sed alios duos, quos vocavit, sibi vellet assumere pro suo testimonio confirmando. Deposuit ergo tabernarius, quum videret, quod ille, cui homicidium imponebatur, fratrem actoris pugno et cultello evaginato laedere voluit, nisi ipse interceptisset. Alii vero duo testabantur solum, quod viderint, quod tabernarius occisum

et illum, cui imponitur occisio, ab invicem separasset. Quaerit ergo actor, cum tabernarius, quem ipse pro teste nominaverit et in cujus testimonio contentari velit, pro se sit testificatus, utrum ejus testimonium sibi non debeat justitiam suffragari? Ex parte vero rei quaeritur, utrum testimonium duorum, quos tabernarius assumpsit, non sit testimonio solius tabernarii merito praeferendum?

Interrogatur ergo primo, quae partium XIII talenta, per quae arbitrium quantum ad violentiam verborum est vallatum, potius secundum dictum testimonium solvere teneatur? Et secundo, quam vim testimonium hospitis tabernarii habere debeat, utrum aequipolleat testimonio jurati, vel sit minus? Et tertio, utrum prius sit agendum in casu praescripto de excessu verborum, de quo partes contendunt, vel de homicidio perpetrato, et utrum per homicidium subsecutum non sit poena arbitrii, quantumque ad excessum et inchoationem verborum posita, extincta penitus et sublata.

Super quorum primum diffinitum fuit: Cum nec hospes tabernarius, nec alii duo, quos assumpsit, testificati sunt expresse, quae pars litem verbis inchoaverit, nec de eorum testimonio superscripto apparet, neutra partium de inchoatione litis, quantum ad verba, per testes hujusmodi est convicta. Ad secundum autem dictum fuit, quamvis circa villanos testimonium hospitis aequipolleat testimonio jurati, tamen in jure civitatis non consuevit hoc observari; et maxime in causis magnis et capitalibus, et praecipue cum hospites sint tabernarii; talibus enim non consuevit tanta fides sicut ceteris hospitibus non tabernariis adhiberi. Ad tertium autem dictum fuit, cum excessus factorum major sit excessu verborum, rationabiliter prius agendum de excessu facti, sicut homicidii, est, quam verborum; poena etiam verborum in praescripto arbitrio contenta merito judicatur mortua ex homicidio, cui debetur poena capitis, subsecuto. Volunt etiam multa jura, sicut est rationale, quod poenam capitis seu vitae privationem sustinens ad poenam aliam nullatenus obligetur.

87. (Br.) *Utrum arbitratorum testimonium praeferatur testimonio juratorum.* Postquam duo arbitri, in quos partes compro-

miserant, coram sex juratis pro testibus per eos ad hoc rogatis arbitrium pronuntiassent et poenam arbitrii parti arbitrium non servanti solvendem deputassent, accidit per medium annum, quod actor conquestus est de reo, quia termino per arbitros statuto pecuniam decem marcarum sibi solvere neglexerit. Petivit ergo pro se sententiari, si ambo arbitri de praeteritione termini testarentur, utrum reus in dictis decem marcis et in poena arbitrii non esset justitialiter obligatus. Reus vero respondit, quod testaretur in sex juratos, quos arbitri in pronuntiatione supra se pro testibus statuerunt, quod terminus solutionis dictarum decem marcarum nondum advenit, et in poena arbitrii non esset justitialiter obligatus. Quaesivit ergo, si jurati de hoc testarentur, utrum eorum testimonium non sit arbitrorum testimonio praefendum? Contra quam responsionem actor replicando quaesivit, cum ipse et reus in arbitros solummodo tamquam in diffinito res causae inter eos ventilatae consenserint, nec juratos pro testimonio petiverint, et arbitrium, qualiter factum et ordinatum sit, plus sit notum arbitris, qui ipsum et statuerunt et antequam statuerent, saepius cribraverunt quam jurati, qui ipsum tantum semel tempore pronuntiationis audiverunt, cum etiam arbitri in his, quae arbitrio deserviunt, juratis aequipolleant in testando, utrum in hoc casu eorum testimonio non sit standum? Super quo diffinitum fuit, quod licet allegationes actoris tamquam validae, quando validiores non obstant, sunt rationabiliter admittendae: tamen, quia in casu praesenti arbitri in arbitrando et in pronuntiando coram testibus et maxime juratis officio suo plenarie functi sunt, testimonium juratorum, quos arbitri, quantum ad hoc, sibi quodammodo substituerunt, imo praefecerunt, est deinceps audiendum. Sic secus esset, fortassis si pro testimonio pronuntiationis arbitrii vocarentur testes, et non jurati, vel tales, quibus non esset tanta fides sicut arbitris adhibenda.

88. (*Br.*) *Modus pronuntiandi arbitrium.* Rustici villarum instructi sunt, quod ad pronuntiandum arbitrium per arbitros rogandi sunt testes jurati, vel alii, quibus possit tanta fides

sicut arbitris exhiberi. In quorum praesentia primo arbitri quaerant a partibus, utrum recognoscant et confiteantur, quod de omnibus causis et quaestionibus inter eos ventilatis in arbitros consenserint et promiserint? Quibus respondentibus, quod sic, arbitri super eo facta protestatione concordent partes ad invicem etiam tactu manuum, si causa sit ardua, injungentes eisdem, quod boni amici sint, mutuo favore, diligentia et promotione quibuslibet se semper prosequentes, quodque omnes et singulos, qui amore ipsorum faciunt vel dimittunt, ad eandem servandam amicitiam inducant sine dolo. Postea vero promissa poena vallationis arbitrii ipsum, sicut statuerunt, pronuncient. Quam promulgationem, si causa est temporalis, vel memoriae testium commendent, vel quod tutius est, scribant; si autem est perpetua, ipsam redigant in scripta sigillis authenticis roborata.

88.a) (Pr.) *In quas partes compromitti possit.* Nec in pupillum nec in minorem XXV annorum, neque in furiosum, aut surdum, aut mutum compromitti debet. Si quis etiam iudex fit, arbitrium recipere eiusdem rei, de qua iudex est, in se sive alio compromitti jubere prohibetur; et si sententiam dixerit, non est danda poenae persecutio. Sunt et alii, qui non coguntur sententiam dicere, utpote si sordes aut turpitudine arbitri manifesta sit. Et nota, si arbiter quicumque electus fuerit et postea eo spreto partes ad alios arbitros iverint, primus est absolutus.

88.b) (Pr.) *De cautelis ad repellendum arbitrium jam receptum.* Primo, si fuerit infamis seu infamatus a litigatoribus, aut inimicitiae capitales inter eum et litigatores aut alterum ex litigatoribus intercesserint, sive quia mortem sibi minantur, sive de crimine capitali se accusant, sive cum uno ex litigatoribus hoc fiat, sive cum utroque.

Item si aetas aut aegritudo in arbitrum cadat, quae non cito finiatur; si autem cito finitur, tunc prolongetur dies pronuntiationis. Aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio urgens, aut imminens aliquid rei publicae causa et si qua alia incommoditas ei post arbitrium incidat; propter istas enim causas arbiter etiam se ipsum excusare potest

tamquam ex impotentia, quia proprie solummodo illud possumus, quod sine dampno nostro possumus.

Et praescriptae cautelae valent contra iudicem et juratos.

Item stari debet sententiae arbitrii, quam dare dixerit, sive aequa sive iniqua, et sibi imputet, qui compromisit.

Item si plures arbitri fuerint et diversas sententias dixerint, licebit eorum sententiae non stari; sed si major pars consentiat ei, stabitur, alioquin poena committitur.

Item si quis litigatorum defecerit vel defuerit, quia per eum factum est quominus arbitretur, poena committetur. Proinde sententia quidem coram uno dicta litigatoribus non valet, nisi in compromissis hoc specialiter expressum sit, quod vel uno vel utroque absente sententia proferatur; coram autem quo sententiam dicere videtur, qui eam sapientibus dicit, caeterum coram furioso vel demente si videtur dicere.

Item non cogetur arbiter sententiam dicere, nisi postea compromissa sit. Compromisso soluto, die, morte, acceptilatione, iudicio, pacto vel sacerdotio obviente, arbiter est solutus. Ceterum si postea sacerdos existens arbitrium susceperit, iste quoque omni modo sententiam ferre debet.

Item si heredis in compromisso mentio fiat, arbiter potest jubere heredem adesse.

Item si pupillus sine tutoris auctoritate compromisit, non est arbiter cogendus pronuntiare, quia si contra eum pronuntietur, poenā non tenetur, praeterquam si fidejussorem dederit, a quo poena peti possit.

Item de his omnibus rebus et rationibus atque controversiis iudicare arbiter potest, quae ab initio fuissent inter eos, qui compromiserunt, non quae postea supervenerunt.

Si de re sua quis factus est arbiter, dicere sententiam non potest, quia facere jubet, neque autem imperare sibi, neque se prohibere quisquam potest. Si quis jussus ab arbitro ex compromisso solvere pecuniam, moram fecerit, poenam ex compromisso debet, sed postea solvendo a poena liberatur. ●

Item si ex tribus arbitris duo condemnant aliquem in X marcis et tertius in V condemnat eundem, valet sententia duorum; sed si unus in XV, alter in X et tertius

in V, concordasse videntur, ex eo, quod plus in se continet, quod est minus.

Item si tres electi sint arbitri, duo poterunt in causa procedere et ipsam diffinire, si tertius citatus malitiose vel voluntarie nolit adesse, dum tamen justo impedimento non impediatur, ac si praesens esset; quia omne arbitrium debet procedere et non retrocedere, nisi tertius, ut dictum est, legitime impediretur.

89. *De arbitro, quantum ad iudicis jurisdictionem.* Postquam causa arbitris est commissa, tunc quantum ad ipsam auctoritas iudicis exspiravit; potest tamen partes ad servanda necessaria compellere ipso jure. Item arbitrorum assumptio iudici in suis juribus non praejudicat. Ex protervia vero temeritatis, si partes non rogato iudice in arbitros compromiserint, compromissio vigorem habebit et quaelibet partium solvet LXXII parvos pro emenda.

90. *De consensu in arbitros facto.* Si vir in arbitros consenserit, eo mortuo uxor eos rejicere non potest. Et sic est dicendum de heredibus, nisi promissa personalia, sicut homagia et consimilia, quae personam respiciunt singularem, ibi intelligantur, quia illorum arbitria non ligant heredes, nisi in compromisso de heredibus fiat mentio specialis.

91. *Qualiter arbitrium sit assumendum.* Arbitrium omne, ut discussum est, sub bono testimonio assumatur, et maxime in causis arduis atque magnis, quia nemo sibi ipsi testis idoneus (ut supra tactum est) esse potest. Omne etiam arbitrium poenâ est vallandum.

92. *Si unus arbitrorum moritur.* Uno arbitrorum mortuo, propter hoc etiam causa non est litigaliter inchoanda, sed alius in locum mortui assumatur.

93. *De superarbitris.* Qui prior superarbiter est electus, potior est subsequenti, et magis notus potior, quam minus notus.

94. *De electione arbitrorum alterius loci.* Arbitri alterius loci vel iudicii electio valet, quamvis error, fatigatio et expensae

inprovidentiae partium rationabiliter imputantur. Et nota, quod omne arbitrium et pronuntiatio et vallatio ejusdem solum coram juratis sunt facienda.

### Capitulum VII: De armis.

95. *De armis.* Ad arma defensoria iudex et jurati jus non habent, sed ad offensoria,\*) quia defensio non, sed offensio prohibetur. Talia enim sunt arma defensoria, quibus est licitum homini uti, sicut licet sibi a violentia se et sua defendere.

Et notandum, quod circa arma emendae iudici possunt arbitrarie per juratos taxari seu concedi, sc. de evaginatione gladii simplici cedunt X grossi, de extractione LX, et de intrusione similiter LX denarii.

Si ista fiant in die forensi, inclusis arcubus et ballistis, de evaginatione tali iudici duo et civitati tria talenta persolvat. It. de tensione (arcus et ballistae) tria et civitati duo persolvat, vel ipsius manus perforetur cultello.

Quicumque vero cum gladio praefixo tali acuto inventus fuerit vel per juratum seu duos testes idoneos de hoc accusatus fuerit: iudici tres fertones grossorum et civitati fertonem solvet pro emenda.

Lancea, cuspis, securis et caetera talia offendicula sub emenda consimili prohibentur.

Apud quemcumque infra ambitum civitatis cultellus longus, qui dicitur misericors (stechmesser), cingulo suspensus deprehensus fuerit, dabit iudici unum talentum et assignabit cultellum, vel ipsius manus transfodiatur cultello. Qui vero cultellum talem in caliga latenter portaverit et furtive, iudici det quinque talenta vel manum amittat.

Arma vero reliqua, puta pancerium seu loricam, galeam, mitram ferream, thoracia, chirothecas concatenatas et alia hujusmodi ad vulnerandum directe non ordinata iudex a portantibus ad nocendum et offendendum recipere poterit pleno jure; sed nulla poena bursalis est sibi et armis talibus persolvenda.

\*) Talia sunt arma offensoria, quorum usus est prohibitus, sicut et offensio est prohibita jure etiam naturali.

Si quis rusticus arma portaverit, vel lanceam, vel gladium: iudex, in cuius potestate raptus fuerit, vel arma tollat, vel XX solidos a rustico pro ipsis accipiat.

Mercator autem negotiandi causa per provinciam transiens gladium suae sellae alliget vel sub vehiculum suum ponat, ut non innocentem laedat, sed ut a praedone se defendat. Nemo etiam retia seu quaelibet alia instrumenta ad capiendum quospiam tendat, nisi ad maleficos et consimiles jussu iudicis talia procurentur.

### Capitulum VIII: De arrestatione.

95. (recte 96) *De arrestationibus pecorum, vestium, rerum propriarum, alienarum, concessarum, obligatarum, venditarum, depositarum, vectoribus commissarum et aliis in genere.* Antiquum jus habet, quod arrestatio facta de equis, vaccis et rebus aliis tempore generalis guerrae sub vexillo seu banirio principis receptis, cassa est et nulla. Item discussum est, quod res domini in potestate servi seu procuratoris pro debitis servi, in quibus obligatur, pro se ipso arrestari non possunt; pro debitis autem domini possunt. Et si talis arrestatio fiat in alieno iudicio, et praecipue, quod non subiacet jurisdictioni domini arrestati, quamvis fiat per arrestatorem, qui est residens cum domino rerum in uno iudicio vel est ejus concivis seu vicinus, tamen adhuc idem dominus cum arrestatore ad aliud iudicium, ubi res arrestatae sunt, pro eis disbrigandis declinabit. Item si dominus res non per servum et procuratorem, sed per aliquem sibi concivem vel vicinum, qui etiam proprias res habet, ad locum alterius iudicii transmittit: tunc si hoc notorium est, vel coram probis viris de transmissione rerum et commissione protestationem prius fecit, quamvis apud eundem, qui res ducit, arrestentur pro debitis, in quibus idem pro se ipso tenetur vel pro aliquo delicto, quod committit, dato etiam, quod confiteatur res easdem suas esse: adhuc talis arrestatio domino rerum nullum praejudicium generabit. Inmerito enim dominus pro debitis, vel culpis, vel ex falsa confessione ductoris rerum, rebus propriis fraudaretur.



Item si debitor et creditor ambo sint in eodem iudicio residentes, et creditor contempto iudice proprio debitorem, qui ad parendum juri certus fuit, coram iudice cum rebus, quas ducit, occupet alieno: pro contemptu tali, nisi causam rationabilem, quae ad hoc ipsum moveat, assignet: solvet emendam bursalem, quam jurati duxerint sibi inponendam. Et nota: Taxatur ad tantum vel ad tantum nominatim talis emenda, quia secundum juratorum conscientiam, consideratis personis et causis occupationis, potest aliter et aliter moderari.

96. *De arrestatione rerum mobilium.* Equi, vestes et quaecunque res mobiles aliter concessae vel obligatae et per illum ulterius delusae, venditae, vel alio modo quocunque alienatae non apud illum, in cujus potestate inveniuntur, sunt arrestandae, sed ab illo sunt justitialiter repetendae, cui primo fuerunt concessae vel obligatae. Et hoc intellige de personis honestis et fidedignis, quia secus est de personis levibus et suspectis, quae una cum rebus possunt occupari, donec fidem faciant, per quem modum res in eorum venerint potestatem.

97. *De arrestationibus equorum quantum ad exclamationem, mortem, furtum, spolium et alia.* Qui equum errantem in campo vel alibi ceperit, propter hoc tractu temporis eum obtinere non potest, quod in foro publice de ipso exclamationem voce preconia fieri procuret. Item si equus arrestatus et pecuniâ taxatus, antequam dies iudicii, in quo obtineri debet, venerit, moriatur, obtentor super cute equi cum testibus jurabit, sicut in equo, si viveret, jurasset. Si autem equum per furtum vel spolium amiserit, in cruce jurabit cum testibus; et si ipse vel aliquis testium in juramento ceciderit, taxam solvet.

Item si ille, cui equus arrestatur, petit, debet sibi statim super cautionem fidejussoriam, quod cum suo vulgariter dicto geschub ad mansionem ducat propriam, assignari. Et non oportet, quod iudex octo diebus eum apud se retineat, sicut in villis aliquibus fieri consuevit.

98. *De arrestationibus equorum ad quot possunt devolvi et quoto iudicio debeant obtineri.* Antiqua iurum statuta dicunt sic: „Si de equo arrestato ille, qui occupatus est, suum sta-

tuerit venditorem, liber erit“ et sic de caeteris. Propter hoc tamen quamvis ad tertium, quartum, quintum et sic deinceps equus devolvi possit, semper in tertio iudicio equus debet obtineri vel amitti, ad parcendum partium laboribus et expensis. Item si arrestatus devolverit equum ad aliquem in terra residentem, illum per dies XIV statuere debet. Si autem devolvit ipsum ad hospitem extra terram habitantem, illum statuet per tres XIV dies. In uno etiam iudicio unus ad alium, ille ad tertium, et idem ad quartum, et quartus ad quintum, et sic per ordinem, quotquot sunt, equum devolvere possunt. Et similiter fieri potest quovis tempore medio, inter dicta tria iudicia currente.

Item si arrestatus termino praefixo illum, ad quem equum devolverit, quem nominatim expressit et ad quem statuendum se voluntarie obligavit, in persona propria non statuerit: nisi legitimum obstet impedimentum, arrestans sine iuramentis et testibus equum obtinet ipso jure.

99. *Arrestatores equorum ignoti et eorum testes sunt divisim examinandi et de locis, temporibus, caeterisque circumstantiis diligenter interrogandi.* Cuidam homini fidedigno equus arrestatus fuit; qui cum XX probis viris, vicinis suis, veniens et equum per modum repulsionis obtinere volens, ex eo, quod unus testium in iuramento cecidit, equum perdidit eundem. Pro quo dominus villae juratis scripsit, quod multum miraretur de hoc jure, quod ignotus veniens et equum arrestans ipsum potius mettertius deberet obtinere, quam arrestatus cum fidelibus hominibus, vicinis suis, equum, quem in sua habet potestate, valeat conservare, cum tamen Jus commune habeat, quod „quilibet homo bonae famae melius honorem, res et corpus suum potest defendere, quam sibi possint per alium decertari“.

Eodem modo postea anno fere transacto quidam veniens de Gostel equum cuidam noto et honesto viro, civi de Iglavia, arrestans, cum equum eundem mettertius obtinere vellet, arrestatus de Iglavia communitatem cujusdam villae dictae Goztel adduxit, qui circa XXX existentes omnes exhibuerunt se ad jurandum, quod dictus equus de cabella adhuc in Goztel existente genitus esset et quod per totam vitam suam a dicto

cive Iglaviensi habitus fuisset, et de hoc etiam jurati de Iglavia suis litteris testabantur, scribentes similiter, quod mirarentur de jure, quo mettertius gaudere debet arrestans, quoscumque testes adduxerit, contra superhabundans et fide-dignum testimonium arrestati. Ordinatione itaque inter arrestantem et arrestatum amicabili facta, jurati et sapientes consilii, cribrantes, quod frequenter fraus et dolus circa arrestationes hujusmodi fieri consueverunt, visum est eis rationale esse, quod arrestans, si non est bene notus secundum mansionem, famam et vitam, diligenter est examinandus et interrogandus de tempore, loco et aliis circumstantiis, quas judex et jurati pro experienda veritate viderint expedire. Et similiter testes sui divisim et secrete sunt peraudiendi et requirendi, sicut, utrum vicini arrestantis sint et qualiter eis constet, quod equus arrestatus per ipsum habitus fuerit; utrum sibi sit genitus, aut ipsum emerit, vel ipsum latrocinio obtinuerit, sive furto? Ista enim sunt pro tanto facienda, quia si arrestans per testes arrestati repulsus fuerit, non solum equum perdet, imo cum duobus testibus suis tamquam perjuri linguis sunt privandi, si eas cum XV talentis non habuerint liberare, a qua poena arrestatus, quamvis repellendo cadat in testimonio, est exemptus.

100. *Ad idem, de arrestationibus, quantum ad obtentorem, tempus et modum obtinendi.* Arrestans equum, quem arrestat, potest mettertius obtinere, et si arrestatus vult eum repellere, debet de hoc, antequam super equo juret, protestationem facere. Qua obmissa, si arrestans mettertius super equo juraverit, testimonium suum ulterius repelli non potest. Et similiter, cum arrestans repulsionem arrestati vult repellere, debet de hoc protestari, antequam jurare incipiat super cruce; et si volens repellere petit inducias XIV dierum, sibi sunt dandae pro suis testibus statuendis. Item si arrestans ad arrestati seu judicis interrogationem de rata tanti vel tanti temporis coram judicio confessus fuerit (puta si dixerit, quod infra tres annos equum perdidit et arrestatus obliget se ad probandum, quod ante IV annos equum emerit et interim in sua potestate tenuerit), talis probatio est probationi arrestantis rationabiliter

praeferenda. Et similiter si arrestans dixerit, se equum ante X annos perdidisse, et arrestatus per facti evidentiam, videlicet per dentes poledrales, qui vulg. fullczen dicuntur, probaverit, equum non tanto tempore vixisse, arrestans equum perdet. Item equum obtinens frenum et equi babbata non obtinebit, ipso jure.

*101. De arrestatione equorum, quantum ad testes et testium repulsionem et modum jurandi.* Equum arrestatum obtinere debens jurabit mettertius in equo; et si pars adversa ipsum voluerit repellere, jurabit in cruce cum XX testibus sibi assumptis, quod primus et sui testes false juraverunt; et si tertio iterum adversa pars eosdem XX et unum voluerit repellere, pro quolibet statuet VII, hoc est V solidos longorum sine tribus; qui similiter jurabunt in cruce, quod priores XXti et unus falsum praestiterint juramentum; et ulterius testium repulsio non procedit. Protestatio tamen semper debet repulsioni praemitti, sicut in praecedenti sententia continetur.

*102. De arrestationibus equorum concessorum.* Si Petrus Paulo equum concessit et Andreas equum eundem a Paulo emit: talem equum Petrus de jure non poterit apud Andream arrestare; imo Paulum, cui prima vice non concessit, debet pro eo impetere formâ juris; secus autem esset, fortassis si Paulus equum Petro subtraxisset.

*103. De arrestatione equi subtracti.* Equo arrestato actor coram iudice est conquestus, quod equum eundem noctis tempore sibi subtractum velit justitiam obtinere; reus vero respondit, quod equum eundem tempore diurno emerit, de quo suum vellet statuere venditorem. Quod cum termino statuto non faceret, sed tantum personaliter compareret, quaesitum est a iudice, cum de crimine furti se non expurgaverit nec venditorem equi statuerit, in qua sibi obnoxius sit emenda?

Super quo sententiatum fuit: Ex quo actor non est conquestus, quod reus equum sibi subtraxisset et quod ipsum de furto vincere vellet, sed tantum dixit, quod equum sibi subtractum obtinere vellet: sufficit, quod reus, equo perduto, si tamen est homo bonae famae et prius honeste se conservavit, honorem suum simplici defendat juramento. Quo facto

ab instantia iudicis absolvetur, vel saltem pro juramento LXXII parvos denarios ratione emendae iudici praesentabit.

104. *De arrestationibus et confessionibus mutatis.* Propositus casus talis est: Equo nobiscum arrestato et usque ad quartum, qui pro eo respondere deberet, devoluto, idem in habitatione sua coram probis viris et scabinis negavit, equum esse suum; postea vero astans tribunali dixit, per abrasuram seu tonsuram equum in tantum immutatum esse, quod eum prima vice non cognoverit, sed modo ex certis signis plenius instructus confiteatur, eum suum esse. Quaeritur ergo ab adversario, utrum talis mutatio confessionis sibi non praedjudicat in suo jure?

Super quo diffinitum est: Quod negatio extra iudicium facta eidem non offuit postea in iudicio confitenti; ad hoc enim, quod confessio noceat confitenti, requiritur, quod sciens, non per errorem facti, confiteatur; alias enim confessio sibi non praedjudicat, dummodo ante sententiam probaverit se errasse.

105. *De arrestationibus equorum, quantum ad iudicia diversa.* Quidam proposuerunt talem casum: Unus de nostris cuidam advenae equum vendidit, qui paulopost in oppido dicto Potenstat est occupatus. Veniens ergo advena ad nos nostrum concivem monuit, quod in Potenstat transiret et equum arrestatum disbrigaret. Quod facere recusans, dixit, „quia jus suorum civium haberet, quod equus in domum suam sibi praesentandus esset“. Cui advena respondit, „quia nequaquam hoc facere posset, ex eo, quod oppidum Potenstat uteretur jure Maydburgensi, in quo servaretur, quod equus in loco, ubi arrestatur, tamdiu servandus est, donec causa arrestationis finaliter fuerit decisa“. Modo quia emptor, qui venditorem statuere non potest, equum perdidit, quaeritur, in cuius dampnum eadem debeat perditio redundare?

Super quo diffinitum est, quod in venditoris; cum enim ille in Potenstat, ubi viget jus Maydburgense et non jus alterius loci (Cremsirense), venire noluerit, emptori ad solutionem valoris equi et ad interesse rationabiliter obligatur. Et colligitur, quod actor et reus consuetudines et jura locorum, in quibus

litigant, observare debent, licet fortassis in aliis locis, ubi alia vigent jura, residentiam habeant corporalem. Unde cum dicitur, quod actor forum rei sequi debet, ibi „rei“ potest etiam exponi pro causâ, ita quod sit genitus „hujus nominis res“, et non tantum „hujus nominis reus“ (?), sicut patet in casu praesenti.

106. *De arrestationibus rerum sacerdotum.* Si sacerdos et persona ordinata cum equis et famulis domum hospitis intraverit et expensas ibidem fecerit: pro expensis talibus, ab illo tempore factis, hospes equos et res alias talis personae claudere et licite poterit arrestare.

107. *De arrestatione equi sacerdotis aut cabella.* Talis casus propositus est per quosdam: Accidit apud nos in oppido nostro, quod ante curiam dotis plebano a quodam homine arrestabatur de justitia una cabella, et sic actor a nobis super eo iudicium, sicut in hujusmodi causis fieri solet, petiit; plebanus recusans dixit: „quia non esset de foro seculari, sed potius de spirituali“. Petierunt igitur informari, si pro tali causa in civili vel ecclesiastico jure talis debeat respondere?

Quibus diffinitum fuit sic: Ex quo talis arrestatio est de cabella, quae non est res ecclesiastica, utputa calix, ornatus vel aliquid talium, plebanus tenetur super causa tali in jure civili respondere; plebanus enim ipse bene quidem est de foro spirituali, cabella autem, de qua est quaestio, ad forum pertinetulare.

108. *De promisso absolutionis arrestationis et occupationis.* Accidit casus talis: Civis invitavit rusticum de villa in domum suam sub hoc promisso, si occuparetur in civitate, vellet ipsum absolvere sine dampno. Rusticus autem civitatem intrans et coram iudice stulte loquens, incidit in emendam. Quaeritur ergo, utrum civis rusticum absolvere debeat tali ab emenda?

Super quo sic sententiatur: Quod occupatio, a qua civis promisit rusticum absolvere, intelligenda est quantum ad facta praeterita et non ad futura. Quod autem postea coram iudice rusticus ex culpa propria in emendam incidit,

litigant, observare debent, licet fortassis in aliis locis, ubi alia vigent jura, residentiam habeant corporalem. Unde cum dicitur, quod actor forum rei sequi debet, ibi „rei“ potest etiam exponi pro causâ, ita quod sit genitus „hujus nominis res“, et non tantum „hujus nominis reus“ (?), sicut patet in casu praesenti.

106. *De arrestationibus rerum sacerdotum.* Si sacerdos et persona ordinata cum equis et famulis domum hospitis intraverit et expensas ibidem fecerit: pro expensis talibus, ab illo tempore factis, hospes equos et res alias talis personae claudere et licite poterit arrestare.

107. *De arrestatione equi sacerdotis aut cabellae.* Talis casus propositus est per quosdam: Accidit apud nos in oppido nostro, quod ante curiam dotis plebano a quodam homine arrestabatur de justitia una cabella, et sic actor a nobis super eo iudicium, sicut in hujusmodi causis fieri solet, petiit; plebanus recusans dixit: „quia non esset de foro seculari, sed potius de spirituali“. Petierunt igitur informari, si pro tali causa in civili vel ecclesiastico jure talis debeat respondere?

Quibus diffinitum fuit sic: Ex quo talis arrestatio est de cabella, quae non est res ecclesiastica, utputa calix, ornatus vel aliquid talium, plebanus tenetur super causa tali in jure civili respondere; plebanus enim ipse bene quidem est de foro spirituali, cabella autem, de qua est quaestio, ad forum pertinetulare.

108. *De promisso absolutionis arrestationis et occupationis.* Accidit casus talis: Civis invitavit rusticum de villa in domum suam sub hoc promisso, si occuparetur in civitate, vellet ipsum absolvere sine dampno. Rusticus autem civitatem intrans et coram iudice stulte loquens, incidit in emendam. Quaeritur ergo, utrum civis rusticum absolvere debeat tali ab emenda?

Super quo sic sententiatur: Quod occupatio, a qua civis promisit rusticum absolvere, intelligenda est quantum ad facta praeterita et non ad futura. Quod autem postea coram iudice rusticus ex culpa propria in emendam incidit,

110. *Quod bona rei possunt arrestari sicut reus.* Cum cuidam Brunensi civi annonae suae essent in Wischaw ratione debitorum occupatae, sententiatum fuit: Quod sicut actor potest reum in omni iudicio, in quo ipsum personaliter reperuerit, pro debitis arrestare, sic etiam potest res ejus occupare, et ad illud iudicium debet reus venire et res disbrigando actoris querimoniis respondere.

111. *In quo casu possit arrestari non-reus pro reo.* Licet actor forum rei sequatur, tamen pro justitia per actorem coram iudice rei quaesita et sibi denegata, homines ejusdem iudicii in alio iudicio de jure poterunt arrestari. (Residuum istius materiae quaere infra „De interdictis“.)

112. *In quo casu equus arrestari non possit.* Equus per teloneatorem receptus, apud quemcumque postea repertus fuerit, arrestari non potest; ille autem, qui negligentiam commisit, per actorem pro equo in causam trahi potest. Et est intelligendum de equo jam per teloneatorem vendito.

113. (Br.) *De arrestationibus quantum ad formam in eis servandam.* Cum in Bzenecz civis quidam equum, qui per mercatorem in domum suam ductus fuerat, arrestasset, et jurati testarentur, quod idem equus per modum spoli noctis tempore infra spatium duorum mensium eo de Bruna in Bzenecz transeunte sibi receptus fuerit, jurati vero de Broda Ungaricali cum patentibus eorum literis pro mercatore, ipsorum concive, testimonium dicerent, quod dictum equum per tres annos sine qualibet impetitione habuisset: quaesitum est, utrum testimonium juratorum de Bisencz debeat literis patentibus juratorum de Br. Ung. anteferri, vel e converso? — Super quo sententiatum est diffinitive: Quod, quia praedicta quaestio contra debitam et consuetam formam arrestationis peccat, ideo ipsa cessante arrestatus suum venditorem vel datorem, qui vulg. geschob dicitur, statuere debet; ita quod in ejusdem equi arrestatione, prout consuevit fieri, forma et modus debitus ordinis iudiciarii observentur.

Et nota, quod in omnibus rebus, sicut in equis, forma consimilis arrestandi est servanda.



## Capitulum IX: De causis absentiae

114. *De causis absentiae.* Causae legitimae absentiae quatuor sunt: videlicet infirmitas non ficta, captivitas, inundatio aquarum et rei publicae causa, quae apud vulgus dicitur *hern-not*, et ideo contra talem absentiam sententia de jure ferri non debet.

115. *Quod causae absentiae sunt infra triduum demonstrandae, nisi aliae causae intervenerint.* Si pars termino praefixo ex impedimento legitimo iudicio astare non possit, per triduum est inducienda; infra quod, si ad terminum veniendo iterum ex causa impediatur legitima (sicut est captivitas vel similis), sententia contra ipsam lata vigore carebit, quia impedimento cessante, si comparuerit, eo jure, quod primo termino sibi competisset, gaudere debet.

Item si pars ad allegandam absentiae legitimae causam nuntium miserit, qui in via capiatur, moriatur vel alias impediatur: propter hoc jus suum non perdit, sed postquam impedimentum nuntii cessaverit, vel pars ipsum perceperit, cum eo, si vixerit, ad iudicium properabit. Et probata tam propria quam nuntii absentia legitima, pars talis agendo vel respondendo illum faciet actum, quem primo termino, si impedita non fuisset, facere debuerat, ipso jure.

116. *Quod captivitas et aquarum inundatio non possunt infra triduum demonstrari.* Termino juratis Wenceslao et Petro sabbato post epiphaniam Domini pro debitis praefixo, Wenceslaus comparens debitum ipsum obtinuit super Petrum absentem; postea vero circa mediam quadragesimam Petrus venit cum litera patenti, in qua scribebatur, quod praepeditus causa legitima, videlicet servitio domini sui, scilicet iudicis, in praedicto sabbato non potuit comparere. Quaeritur ergo, utrum propter hoc obtentio debiti per Wenceslaum facta sit cessanda? Et respondetur diffinitive, quod non; cum enim IV sint causae absentiae, praetendens infirmitatem vel impedimentum rei publicae seu domini, ipso die termini praefixi vel infra triduum continue secuturum per nuntium idoneum seu per literas suam absentiam allegabit; captivitas autem,

quae parti venienti ad terminum in via acciderit, et aquarum inundatio non possunt semper infra triduum per nuntios allegari; unde in causis hujusmodi pars absens gaudebit termino longiori.

### Capitulum X: De censibus.

117. *De censibus et jure emphiteotico, quod vulgariter purkrecht dicitur.* Si homo censualis et emphiteota alicujus domini censum debito termino dare neglexerit, dominus ipsum per se vel per auxilium judicis, quod judex rogatus sibi exhibebit, in bonis, de quibus censuat. inpignorabit, et sine figura judicii de venditione vel obligatione pignoris, cum proborum virorum testimonio, sibi de censu providebit. Si vero tribus annis continuis pignus in bonis non invenerit, protestatione singulis annis coram judicio de hoc facta, finito triennio de bonis ad ipsum ratione termini censuum neglectorum hereditarie devolutis se intromittet. Potest etiam dominus census solus jurando melius censum obtinere, quam emphiteota, quod censum dederit, metertius demonstrare. Solutio etiam census aliorum debitorum solutionem antecedit.

118. *De censibus perpetuis temporalibus, quomodo praecedant temporalia debita.* Census emphiteoticus, quem rustici a prima villarum locatione dominis fundi solvunt, emendarum et omnium debitorum solutionem praecedit; est enim talis census inseparabiliter hereditatibus villarum annexus, ita, quod villani invitis eorum dominis, quorum sunt subsides, ab ipso se redimere non possunt. Census autem, qui in civitatibus super domibus vel aliis hereditatibus de novo per aliquem emitur, non praecedit illa debita, quae vendens hujusmodi censum antequam censum venderet, tenebatur. Item primum censum, quem subsides censuant, dominus non obstante negatione subsidis et rustici, ex communi villarum, quae sub census solutione locantur ab initio, jure et consuetudine obtinet et demonstrat; sed censum secundum, ex eo, quod domus seu aliae hereditates civium non consueverunt a principio more villarum sub censu locari, si censualis censum negat, dominus census tenetur ipsum monstrare vel possessione, quia videlicet ipsum percepit tot vel tot annis, vel testibus, vel literis, vel probatione alia fidedigna.

119. *Quod in civitatibus nec census esse perpetuus nec in registrum civitatis alicujus scribi debet.* Quaedam monialis ordinis Jacobitarum proposuit de quodam cive, quod super domo sua comparaverit marcam perpetui census, super quo literas sub suo et unius jurati sigillis sibi dederit. Petivit ergo, quod in registrum civitatis dicta marca sibi et praescriptis suis conventualibus pro perpetuo censu poneretur.

Cui diffinitive responsum fuit: Quod si dictus civis censum sponte voluerit solvere perpetuum, potest; in registrum autem civitatis in praejudicium rei publicae scribi non debet; imo, si ipse civis vel quicumque ejus successor cum sex marcis voluerit se redimere, possunt quando-cumque; monialis seu conventuales ejus, non obstantibus literis, quas praetendunt, ad talem recipiendam redemptionem compelli debent justitia mediante.

120. *De censibus, quantum ad pignorationem.* Cum abbas de Zahers Nicolaum, civem Brunensem, pro marca census, quam de quodam molendino annuatim suo monasterio solvere debebat, in domo et in aliis bonis suis inpignorare voluisset, sententiatum fuit: Quod tantum in molendino et in bonis ad molendinum spectantibus ipsum inpignorare secundum justitiam teneretur; non est enim justum, si homo, plures habens hereditates distinctas, de una earum tantum censuat, quod pro censu hujusmodi non soluto in aliis, quas censuales non fecit, inpignorationes aliququaliter patiatur.

121. *Quod pignora census debent recipi de propriis bonis hominis censualis, et quod non sunt obliganda sub usura.* Quidam canonicus pro censu non soluto in domo sibi censuali, pignus alterius hominis, quam sui censualis, recepit et sub usura obligare voluit. Quaeritur ergo, utrum hoc facere sibi liceat ipso jure? Et respondetur: Quod utrumque, tamquam injustum, canonicus facere non tenetur; unde dominus census debet censuali pignus recipere, quod sit suum proprium. Quamvis enim extranei bona sua in hereditatibus, de quibus censuatur, reponant et conservent, tamen propter hoc pro censu neglecto, ad cujus solutionem ipsi non tenentur, non sunt impignorandi; sed

si ratione conservationis bonorum hospiti hereditatis in aliquo obligantur, illud potest dominus census ab eis recipere et suo censuali defalcare. Pignus etiam pro censu receptum, quamvis sit veri censualis, tamen sub usura obligari non debet; cum enim census, quia in sorte non defalcatur, dampnum includat, inconueniens esset, si dampnum gravius, sicut usuram, super se reciperet, ipso jure

Et eodem modo intelligatur de pignore census dicti hoffzins; potest tamen pignus pro censu receptum pro censu obligari, quamvis non sub usura.

Et hoc est intelligendum de censu praecipue, qui non est perpetuus, sed qui potest redimi jure civitatis.

122. *De censibus, utrum possint obligari.* Census jure civitatis emptus, si pro rata temporis solvatur, semper redimi potest. Item censum eundem habens, si invito censuali eum alteri obligaverit, obligatio non est efficax; potest enim per illum, qui censum debet, quando voluerit, reemi, nullo habito respectu ad illum, cui census fuerat obligatus. Nam etiam, si censualis quocunque tempore a census reemptione prohiberetur, pecuniam solutionis cum censu pro illa vice solvendo juratis ad consilium praesentabit; quam si dominus census assumere noluerit, in usum possunt convertere civitatis.

123. *De bonis censualibus nihil est alienandum.* Sicut ea, quae in fraudem creditorum de bonis pignori datis alienata fuerint, omni modo restituenda sunt: sic de bonis censualibus illa, quae ad ipsa spectant, sive solo et fundo affixa, sive mobilia vel se moventia sint, nec debent nec possunt sine domini census licentiâ ad aliquem alium transferri. Unde de balneis et braxatoriis patellae in fraudem census, ne capiantur pro pignore, exportari non possunt.

124. *De censu civitatis, quantum ad reemptionem.* Dominus census non potest cogere censualem, qui censuat sibi jure alicujus civitatis, ad redimendum censum, quamvis etiam sciat, eum promptam habere pecuniam, nisi velit. Unde talis census solutio et ejus redemptio non in arbitrio domini census,

sed ipsius censualis plenarie residebit. (Residuum vero istius materiae quaere inferius „de emptione et venditione, et locatione, emphyteosi“ et consimilibus.)

### Capitulum XI: De citationibus.

125. *De citatione et vocatione in jus.* Citatio et vocatio in jus, quae voce preconia fieri solet, in causa pecuniali est peremptoria, ut parcatur laboribus partium et expensis.

Item de citatione facta pro debitis infra fertonem juratus preco testari potest pro fertone uno et non supra. Si ille, qui citatus esse dicitur, in cruce jurare praesumpserit, quod absens fuerit, vel quod citatio ad eum non pervenerit, citatio retrocedit, et sive bene juret, sive jurando deviet, statim ad objecta respondebit.

Item inquilinus nec hereditates, nec propriam in civitate habens residentiam, quolibet die pro debitis ad petitionem actoris sine citatione praecedente ad iudicem, quod ad objecta respondeat, duci potest.

Item non oportet, quod reus tantum citetur ad iudicium die immediate iudicium praecedente; imo si actor timet, quod iudicium effugiat, potest eum quolibet die per preconem citare, quod sibi respondeat iudicio post citationem proxime affuturo.

Item si homo hereditatem suam alteri locavit, ad respondendum de tali hereditate non ille, qui eam convenit, sed qui hereditatis possessor est proprius, ad iudicium est citandus; et si est absens et forte in alio loco residentiam habet, tunc per literas iudicis et juratorum, quod tali die compareat et actori tali vel tali de hereditate sua ad objecta respondeat, ad iudicium est vocandus.

Item si aliquis parvulos relinquens heredes, in extremis suis tam heredes quam eorum bona alicui viro fidedigno tamquam executori testamenti et tutori committit, qui agere vult in eosdem heredes et bona, non ipsos, sed potius executorem et tutorem ad iudicium citare debet.

Item, civis propriam habens residentiam, quamvis coram iudicio per actorem inveniatur, tamen si illuc citatus non fuit, ad nullas querimonias respondebit.

126. *Secundum diversitatem causae et iudicii citatio praecedit proscriptionem.* In iure civili triplex citatio debet praecedere proscriptionem, diversimode tamen: In iudiciis enim simplicibus in tribus XIV diebus tribus citatur vicibus proscribendus; nisi causa fuerit mortificationis; tunc enim eodem tempore citatio per verba ter praemittitur et statim eodem finito iudicio, proscriptio subinfertur. In iudiciis vero peremptoriis tribus diebus continuis per ordinem proscribendus citatur et die IV. proscriptione dampnatur. Et si proscribendus post trinam citationem iudicio comparuerit, sine ulterioribus terminis et iudiciis ad objecta per modum expurgationis, defensionis vel alium, qui sibi expedire videbitur, respondebit.

127. *Non citatur tribus edictis, qui pacem violat factis.* Quicumque pacem a iudice sibi indictam, videntibus juratis, factis infregerit et pro eo effugerit, statim primo iudicio proscribetur.

## Capitulum XII: De contractibus.

128. *De contractibus et conditionibus interpositis, puta fidejussoribus, obstagiis, dampnorum et expensarum solutionibus et promissis diversis.* Henricus obligavit Petro duas marcas census pro XI marcis sub ista conditione: Si in termino ad solutionem statuto eas non redimeret, Petrus ipsas venderet sicut posset, et si in venditione XI marcis aliquid deficeret, hoc sibi refundere vellet. Adveniente itaque termino, cum Henricus dictas duas marcas census non redimeret, Petrus ipsas tantum pro IX marcis vendidit, promittens emptori, quod ipsum secundum jus civitatis de eis pagare vellet, videlicet, quod quamlibet marcam pro VI marcis ad redimendum dare deberet. Modo quaerit Henricus, primo: Utrum emptor dictum censum, quem pro IX marcis emit, non teneatur sibi iterum revendere pro IX marcis. et secundo, utrum promissum, quod Petrus emptori fecit, cum sibi sit praejudiciale, non debeat in irritum revocari? Petrus vero econtra quaerit, cum Henricus in obligatione dederit sibi potestatem vendendi censum, prout posset, utrum et venditio, quam fecit, et promissum suum non

debeat vigorem habere, et insuper Henricus, utrum residuas II marcas, quas de XI principalis debiti ex venditione census nondum percepit, sibi non teneatur superaddere pleno jure?

Super quibus sententiatum fuit: Quod ex prima conditione, quam Henricus in obligatione interposuit, omnia praescripta quaesita sunt soluta. Ex ea namque tam venditio, quam promissum per Petrum facta rata stabunt et Henricus adhuc in duabus marcis, quae de venditione census non cessent, sibi satisfacere tenetur, nec emptor remissius, quam pro XII marcis, nisi benivole voluerit, ad redimendum censum Henrico dabit. Cum enim causa lucri, sicut et alia res emitur, dictum censum emerit jure civitatis, est in suo velle, levius quam secundum taxam ejusdem juris ipsum vendere, cui placet. Unde in obligationibus, fidejussionibus et promissis seu contractibus quibuscunque, si conditiones intervenerint, secundum easdem, quia juri communi, quod restringit, quodammodo derogant, diffinitivae sententiae sunt ferendae.

129. *Item ad idem, qualiter in judicio sit agendum.* Si debitores duo promittunt uni creditori debitum aliquod in solidum seu conjuncta manu, quod vulgariter dicitur „mit gesampter hant“: talis creditor adveniente termino debet pro facienda solutione ambos monere; et si ipsum non pagaverint, potest uno absoluto ab alio totum debitum, cum ad ejus solutionem ratione conditionis importatae per adverbium „in solidum“ uterque teneatur, integraliter extorquere. Idem tamen habet suum condebitorem, quem creditor liberum dimisit, pro parte eum tangente vel illis modis specialiter, quibus creditor ipsum occupat, angariare, vel modis, qui communiter justitiae conformes fuerint, coartare.

130. *Ad idem, quantum ad obstagium.* Cribratum est per sapientes: Cum jus antiquum habeat, quod nullus captivus duci debeat extra civitatem, quamvis civis, qui promisit creditori, quod obstagium in aliquo loco servare velit, et monitus per ipsum hoc non facit: tamen eidem, quod de civitate ducatur, non est praesentandus, sed solum si justitiam petit talis creditor, illa in civitate est sibi facienda. Et in aliis condi-

tionibus promissorum specialium justitia et consuetudo civitatis similiter observentur.

131. *Ad idem, quantum ad expensas obstagii.* Cum Wenceslaus et Johannes Pragam ad praestandum obstagium, sicut in solidum promiserant, vocarentur, Wenceslaus coram juratis in consilio petivit Johannem, quod una secum Pragam ascenderet. Qui respondit, quod ad parcendum expensis obstagii, partem debiti, eum contingentem, vellet breviter ordinare. Wenceslaus igitur, hac interposita protestatione, quia promissum suum, monitiones inportunas audire nolens, servare vellet, obstagium intravit. Et cum per multos dies in ipso continuasset, quaesivit, utrum Johannes ratione promissi, per eos in solidum facti, expensas, quas in obstagio fecisset, in parte media solvere non deberet? Johannes vero quaesivit econtra, cum ipse in prima vocatione obstagium contradixerit et interim monitiones verecundas sustinuerit, utrum de solutione dictarum expensarum non debeat supportari?

Su per quo diffinitum est: Quod allegatione Johannis, cui promissum obviat, non obstante, petitio Wenceslai est tamquam rationabilis admittenda. Unde tanta est vis promissi importati per dictionem „in solidum“, quod Johannes expensas per Wenceslaum factas solvere tenetur medias, ipso jure.

132. *Ad idem, quantum ad fidejussores.* Quidam proposuerunt hunc casum: Tres nostri concives cuidam nobili in quibusdam debitis obligati, cum eos ulterius sine cautione fidejussoria induciare nollet, petiverunt quartum, etiam nostrum concivem, quod pro eis in solidum fidejuberet. Quod cum fecisset, instante termino solutionis, nobilis praedictus, quia per debitores pagatus non fuit principales, totum a fidejussore debitum repetivit. Qui iudicio seu formâ juris compulsus, debitum, quod cum magno dampno nobili persolvit, ab uno debitorum principalium, qui ad hoc sufficere sibi videbatur, ceteris duobus, quia rebus carent, liberis dimissis, postulat justitialiter et requirit, allegans: Cum ipse rogatus sincera fide pro tribus debitoribus in solidum se constituerit fidejussorem, utrum non justitialiter dicti tres similiter ad redimendum eum indempnem



ab hujusmodi fidejussione in solidum teneantur? Ille vero, quem aliis solutis impetit, pro se sententiari quaerit: Cum ipse mettertius eum absolvere et non in solidum redimere promiserit, utrum per tertiam partem debiti non debeat a fidejussoris impetitione rationabiliter liberari?

Quibus sententiatum fuit sic: Cum fidejussor fide, quam pro alio interponit, abuti non debeat, tres debitores principales debent quartum eorum fidejussorem, dato etiam, quod in promisso fidejussionis nominatim hoc expressum non fuerit „in solidum“, redimere; sicut ipse fidejussorem se constituit in solidum pro eisdem; unde ille, quem impetit, a toto ipsum absolvere tenetur debito, justitia mediante. In hoc enim, quod fidejussor in solidum pro debitoribus promisit creditori, sufficienter intelligitur et implicatur, quod debitores ad redimendum ipsum sibi obligantur similiter in solidum vice versa; quare allegatio facta contra eum, quia fraudem et dolum, quae nulli patrocinari debent, praetendit, nullius valoris et firmitatis penitus est censenda. Insuper cum dicti tres debitores in solvendo obligati fuerint in solidum creditori, multum esset inconveniens, si non tenerentur in redimendo similiter in solidum fidejussori.

(Circa materiam istam diversi casus occurrunt, quorum diffinitiones quaeras inferius sub titulis „Qui ad contractus multiplices requiruntur.“)

### Capitulum XIII: De commodatis.

133. *De commodato, et primo de concessionibus equorum, vestium, et rerum mobilium in genere.* Commodatum est, alicujus rei ad aliquem specialem usum gratuito facta concessio et non translatio. Et dicitur signanter „concessio“ et non „translatio“, quia is, qui commodat, dominium retinet et possessionem rei commodatae; et dicitur „commodatum“, quasi commodo utentis datum; et ideo etiam dicitur „gratuito“, quia, si interveniat merces, transit in locationem vel in contractum innominatum. Ideo etiam dicitur „ad aliquem usum“, ut notetur differentia inter depositum et commodatum; depositum enim ad servandum datur sine usu, ex bona fide; unde et statim repeti potest;

commodatum autem conceditur ad certum usum, qui si exceditur, ille qui rem commodatam recepit, defectum ejus emendabit; sicut verbi gratia: „Concedo tibi equum, ut ad villam eum equites“, tu vero equum ad bellum duces; si vero ibi moriatur vel occiditur, ad ejus solutionem obligaris. Et consistit commodatum in rebus mobilibus et se moventibus et quandoque etiam in immobilibus, et debet homo rei sibi concessae diligentiore custodiam adhibere, quam rei propriae, et debet rem talem commodanti remittere per nuntium certum et idoneum, si culpam noluerit sibi imputari. Debet etiam res concessa restitui debito tempore, quia ex mora facta in restituendo homo cadit in culpam. Item si res commodata perit eo modo, quo apud commodantem fuisset peritura, ex hoc ille, qui rem concessam recipit, non tenetur ad culpam.

Ex istis sumi possunt diversae sententiae, quae frequenter quaeruntur de rebus concessis.

*134. De concessionibus equorum specialiter.* Si homo alteri gratis equum concedit, et si talis in via equum eundem perdit, ipsum sibi solvet; debuit enim equum eundem diligentius, quam si suus fuisset proprius, custodisse. Si autem morte naturali moritur, dummodo per equitantem ultra modum voluntarie fatigatus non fuerit, non solvetur. Ex necessitate vero legitima, si equitans mortem equi procuravit, sicut si captivitatem vel vitae periculum evadere volens, equum ad cursum excessivum incitavit et coëgit, ipsum solvet. Debet tamen in dicta equorum concessione diligenter videri, si equus sanus vel infirmus et debilis roganti concedatur vel ad ejus preces equitetur; secundum hoc enim, si equus in via moritur, jurati super ferenda sententia diffinitiva, utrum sit solvendus vel non, mature cogitabunt.

Item equus pro pretio conventus, si in via perditur, non solvetur; si autem ultra vires sine necessitate legitima per aliquem voluntarie fatigatus fuerit, ita quod moriatur, tunc est solvendus.

Item si unus alteri sub hoc pacto equum concedit, dicens: „Equum meum concedo tibi per duos dies ad aratrum tuum,

sub hac conditione, quod per alios duos dies equum tuum ad aratrum meum mihi reconcedas“: quicquid equo sic concesso, dummodo nimium fatigatus non fuerit, acciderit, alter non solvet. Unde secundum condiciones, quae talibus concessionibus interponuntur, est partibus de justitia providendum.

135. *Res concessae per litae quandoque non solvuntur.* Cum cuidam noctis tempore per fures fabrica sua fracta, et res tam suae quam aliorum, pro quibus, ut eas solveret, impulsabatur, subtractae fuissent, sententiatum fuit: Si homo cum rebus propriis etiam rebus alienis per infortunium, sicut perfurtum, incendium, naufragium vel aliud tale factum privatur, ad solutionem rerum hujusmodi justicialiter non tenetur. Si autem per familiam propriam res tales sibi deportarentur, tunc secundum allegationes actoris et rei, jurati consideratis considerandis super diffinitiva ferenda sententia diligentissime cogitabunt.

136. *Concessum et depositum semper est reddendum.* Praetextu debiti restitutio commodati vel depositi non probabiliter recusatur; unde nec qui commodatum vel depositum habet, ex mandato judicis pro debitis, in quibus commodans vel deponens prius sibi tenebatur, apud se ipsum potest interdicere forma juris; gladium tamen commodans vel deponens, si vesanus fiat et interim gladium repetat, ejus restitutio, usque vesania transeat, differatur.

137. *De concesso et commodato quantum ad nuntios.* Famulum suum civis quidam ad judicem cujusdam villae pro equo sibi concesso cum misisset, idemque famulus equo recepto recessisset, quaesitum est, cui perditus habeatur? Super quo responsum est sic distinguendo: Commodatam rem missus qui repeteret, cum recepisset, fugit, si dominus ei dari jusserat, domino perit; si commonendi causâ miserat, ut referetur res commodata, illi, cui commodata est, perit. Et quid, si mentitus est, dicens, sibi rem reddendam, cum tantum causâ commonendi missus est? Respondetur, quod non nocet commodanti, quia ei imputandum est, qui credulus fuit; unde commodatarius vel depositarius cautus esse debet, cui

rem commodatam vel depositam assignet ad reportandam commodanti vel deponenti.

138. *Res pluribus commodata perdita per plures solvetur.* Quidam institor cum pluribus institoribus, sociis suis, picarium argenteum, ut ex eo biberent, concessisset et idem picarium eis solaziantibus amissum fuisset: concessor ipsos ad consilium juratorum vocans solutionem picarii ab eis petivit. Super quo jurati, cum concessorem et socios suos, qui septem erant numero, super dicenda veritate, quid de picarii perditione constaret unicuique, virtute iuramenti corporaliter praestiti requisissent, et quilibet tam se, quam alios excusaret, talem sententiam protulerunt: Si inter bonae famae plures homines sedentes simul per unum vas expositum fuerit, ut omnes ex eo bibant, et tandem illud subtractum et amissum fuerit, singulique, tam ille, vas qui concessit, quam alii, divisim adjurati et interrogati respondeant, quod tam se, quam alios consocios innocentes credant: unusquisque suam pensionem praestabit, quod vas solvatur secundum suam taxam.

139. *De conducto et locato.* Inquilinus domum vel commodum in domo hospitis conveniens, si ante terminum conventionis propriam domum emerit, propter hoc sine hospitis licentia, nisi censu plenarie persoluto, a commodo convento non exhibit. Et similiter e converso, si hospes domum ante finem conventionis commodi inquilini vendiderit, propter hoc inquilinum a commodo, quod convenit, excludere non valebit. Tamen si hospes inquilinum laedere voluerit et ille vim vi repellendo vulneret hospitem, licitum est sibi, cum non sit cautum inimicos simul habitare, censu pro illo tempore debito soluto ad hospitem alium se transferre.

Item conductor domus cavere debet, ne colligat hospites inhonestos et suspectos; alioquin de consensu malorum et fautoria cum maleficis punietur.

Item exusta civitate Cremsirensi cum hospes quidam ad hospitem domus alterius se transtulisset, et inquilinus peteret, quod eum secum in eandem domum reciperet, sententiatum est, quod exusta domo conductio et locatio finita sunt. Sed an

ex locato teneatur conductor, ut pro rata temporis, quo fretus est, censionem praestet, quaeritur, et respondetur: Justum esse eum teneri.

Si quis servum docendum conduxit et non alio modo, eumque secum peraeagre duxerit, ubi capiatur ab hostibus, vel pereat: actio est ex locato.

Si sutor puero, parum excedenti, cum forma calcei tam vehementer percusserit cervicem, ut ejus oculus offenderetur: ex locato esse actionem patri ejus placet. Quamvis enim magistris levis castigatio concessa sit, tamen iste sutor hunc modum non tenuit.

Si fullo vestimenta pollienda acceperit, eaque mures roserint: ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cavere. Et si pallium fullo permutaverit et alii alterius dederit: ex locati actione tenebitur, etiam si ignarus fecerit; quia cum erraverit in suo facto, non est probabilis ignorantia.

#### Capitulum XIV: De confessionibus.

140. *De confessionibus et primo quae praejudicent et quae non.* Quidam jurati scripserunt sic: Quidam hospes veniens ad nos uni de concivibus nostris equum arrestavit, et cum coram judicio pro eodem equo placitare vellet, ad colloquium suum causâ consilii nos petens, coram nobis est confessus, quod a tempore, quo equum perdidisset, transiverunt duo anni; postea vero coram tribunali in querimonia sua tres annos nominavit. Quaerimus ergo, utrum talis mutatio confessionis non debeat sibi praejudicium generare? Super quo responsum est definitive: Quod non obstante confessione, quam coram juratis in colloquio tamquam coram consiliaris, qui quicquid ibidem audiunt, fideliter apud se tenere et in palam deducere non debent, quid actor praedictus fecit, secunda confessio, quam coram tribunali fecit, vigorem habet et secundum eam esse sibi de justitia providendum. In causis tamen criminalibus, cujusmodi sunt furta, homicidia et consimilia, si pars animo deliberato coram juratis in colloquio aliqua, quae ad rem pertinent, dicit et postea coram tribunali hujusmodi negat:

super hoc jurati, quod parti adversae debita fiat justitia, cum diligentia cogitabunt.

Idem praescriptus, quia confessus fuit coram tribunali et talis confessio vigorem habuit, ergo per contrarium confessio extra judicium facta non est tantae virtutis, quod confessus sine juris cognitione aliqua condempnetur.

Item, confessio facta pro se nulli valet, eo, quod nullus in propria causa poterit esse testis; contra se autem bene creditur confitenti.

Item, in confessione requiritur, quod aliquis confiteatur sponte et voluntarie, et non coactus, quia quae vi aut metu causâ fiunt, rata utique non habentur. Unde confessio tempore tormentorum facta non condempnat aliquem, nisi post tormenta in confessione perseveret.

Item, requiritur, quod aliquis confiteatur de re certa vel quantitate certa; alias non valet confessio; nam super re vel quantitate incerta non est ferenda sententia diffinitiva.

Item, ad interrogationem judicis et juratorum partes respondere tenentur, confitendo vel negando; super hoc tamen si petunt et si modus interrogationis vel causae cognitio hoc patiat, est ipsis deliberatio concedenda.

*141. Utrum confessio patris negantis filium privet eum hereditaria portione.* Quidam proposuerunt talem casum: Unus de nostris, cum adhuc viveret, uxorem suam in adulterio rapiens, ipsam tribus vulneribus vulneravit; post eandem vero vulnerationem puerum adhuc superstitem peperit, quem vir confessus est non ex suo semine processisse. Super quam confessionem amici viri praenotati jam praemortui ex una, iudex civitatis ex altera et dominium districtus ex parte tertia se fundantes et puerum a bonis paternis, mobilibus et immobilibus, non paucis, excludere volentes, quilibet dictorum trium ad bona talia jus competere sibi dicit. Petimus ergo doceri, quo jure quisque in bonis gaudere debeat supradictis?

Quibus responsum fuit sic: Quia pater vivens communibus quoddammodo verbis, forte ex solatione vel ex ira prolatis, puerum non suum verum fatebatur, nec protestationem

cum solemnitate juris de tali simplici fassione, ad quam vos pro testimonio memoriali vocaret et rogaret, fecit, nec ipsum puerum a portione hereditaria animo deliberato, cum compos rationis esset, exclusit, sententiamus diffinitive: Quod talis puer in bonis per patrem relictis partem eum de jure contingentem debet habere et hereditarie possidere. Cum enim propriam allegans turpitudinem, sicut in dictis verbis pater fecit, non sit audiendus; cum etiam ille sit heres, quem nuptiae demonstrant, et praenotatus pater cum muliere praescripta sicut legitima cohabitaverit et eam manifeste tamquam uxorem possederit, nec eam velut in adulterio deprehensam et sufficienter secundum juris canonici processus de hoc convictam a thoro suo repudiaverit, et tandem dictum puerum eam ab alio concepisse et generasse probaverit: idem puer heres et de matrimonio natus legitimo, praesertim cum tantum de manifestis homines judicare habeant, est censendus.

#### Capitulum XV: De curatoribus et tutoribus.

142. *De curatoribus et tutoribus pupillorum seu furiosorum et eorum bonis.* Mortuo iudice in Redisch, cum pueris suis juvenibus bona reliquisset hereditaria et mobilia, nec aliquem praefecisset eis provisorem, quaesitum est a juratis, quis bona talia debeat gubernare? Quibus responsum fuit sic: Qui ultimas dispositiones relinquunt, quibus nullum dispensatorem proponunt, illorum loco iudex et jurati curatorem seu tutorem fidedignum cum legitima fidejussione, si alias certi non sunt, rebus talibus et juvenibus dare debent, qui res gubernent, donec personae, quibus legatae sunt, perfectam veniant ad aetatem. Et similiter est faciendum, si aliquis bona relinquens et heredes minores annis decesserit intestatus.

143. *Curatores et tutores non semper sunt propinquissimi consanguinei.* Si affines lineâ consanguineitatis plus distantes petunt sibi orphanos assignari, ista facta fidejussoria cautione, quod annuatim velint eis de bonis ipsorum certum lucrum residuare et insimul componere, potius sunt eis committendi quam consanguineis propinquieribus, qui talem cautionem facere contradicunt.

144. *Cura seu tutela pupillorum non est creditoribus committenda.* Cum in Chrisans mortuo quodam rustico divite alter, qui dicebat eundem sibi obligatum in debitis remansisse, curam bonorum et puerorum sibi committi cum instantia rogaret, sententiatum fuit: Quod talis rogatio tamquam suspecta non deberet admitti; non est enim cautum, quod aliquis eorum, qui habet obligatas sibi res defuncti, ad gubernationem et curationem bonorum et liberorum defuncti admittatur. Et etiam si quis tacuerit in principio de obligatione et factus fuerit curator bonorum et juvenum, merito cadet ab actione, quam postea adversus pupillos et minores annorum movebit. Item non est necessitas curatoribus minorum pecunias foenerare, sed caute reponere et servare; nam melius est eis in antiquis tutos manere, quam usuras appetendo, etiam ab antiqua pecunia cadere; potest tamen curator alias negotiari, si tamen pater pupilli consueverit negotiari.

145. *Curatores et tutores etiam mulieres accusare possunt.* In Gostel curatores pupillorum et bonorum petiverunt juratos, quod mulieres quasdam, quae frequenter de negligentia et inutili dispensatione bonorum eorum fidei commissorum ipsos arguerent, silere facerent et corrigerent. Quaesierunt ergo jurati, utrum talis petitio sit justa, vel utrum ad verba mulierum inquirere debeant de negligentibus curatorum? Super quo diffinitum fuit: Quod sicut jurati diligunt, quod post eorum mortem de bonis et eorum pueris bene fiat, sic cum diligentia debent praemortuorum bonis et pueris providere; unde ad curam vel tutelam suspectam accusandam debent etiam admitti mulieres, quae pietatis necessitudine ductae, ad hoc procedunt, sicut mater, avia, soror vel propinqua, et etiam, si quae alia mulier sit, cujus iudex et jurati magnam pietatem intellexerint, admittent eam ad accusandum.

146. *Curatores potius debent esse saeculares quam clerici.* Sententiatum est in Chremsir: Quod de pueris et bonis uxoris et mariti, cum intestati decedunt, frater uxoris laicus existens, dummodo non sit infamis seu bonorum dissipator, potius nomine provisoris se intromittit, quam frater



mariti religiosus sacerdos vel in sacris existens ordinibus constitutus. Multa sunt enim, quae in iudicio saeculari talibus pueris nunc de iure, nunc de facto, et quandoque casualiter obijciuntur et eveniunt; ad quae disbriganda potius laicus quam sacerdos, qui cura negotiorum saecularium postposita, spirituali subjectus est iudicio, se intromittit. Debet tantum dictus laicus sacerdotem de hoc certificare, quod bona talia inutiliter non consumat, sed ipsa in usus convertat puerorum suae fidei commissorum.

*147. Curatores potius sint consanguinei patris, quam matris.*  
Cum pater, a quo semen fluit, principium generationis activum sit, ejus consanguinei propinquiore judicantur esse heredibus, quam consanguinei matris. Unde et ipsi, intestato patre mortuo, si mater dilapidatrix bonorum fuerit vel statum viduitatis mutaverit, de heredibus et eorum portione, hac tamen matri et ejus consanguineis facta cautione, quod usque ad annos discretionis pervenerint, ipsis eam regant, conservent et sicut eorum essent propria, quantum valent, meliorem faciant, tamquam tutores se possunt intromittere pleno jure.

*148. Curatores debent rationem reddere de bonis heredum.*  
Provisores heredum, sive frater senior sit provisor fratrum et sororum juniorum, sive alter consanguineus vel extraneus curam provisionis gerat, debent heredibus, postquam ad annos discretionis pervenerint, rationem de commissis perceptis et distributis reddere; et quicquid non probaverint furto, spolio vel alio infortunio, sine eorum negligentia de bonis talibus deperisse, hoc de bonis propriis solvere tenebuntur; expensas autem necessarias, si quas in factis dictorum bonorum expediendis fecerint, de bonis eisdem recipient pleno jure.

#### Capitulum XVI: De dampnis.

*149. De dampnis in genere, pro quibus de jure agi potest.*  
Quidam proposuerunt sic: Petrus conqueritur de Paulo, quod dolium quoddam sibi concesserit, quod quia tempore decoctionis olerum sibi non restituit, ex hoc dampnum in oleribus, quod

ad medium fertonem aestimat, percepit. Et quaeritur, utrum de jure cum dolio dictum sibi dampnum Paulus non habeat resarcire? Paulus vero confessus de dolio petivit sibi justitiam dictari, utrum pro dampno teneatur respondere? De quo tamquam juris ignari petimus informari. Et dato, quod non teneatur respondere, tunc secundo petimus edoceri, utram simpliciter pro nullo, vel saltem, si aliquod sit dampnum, pro quo ad motam querimoniam actoris reus debeat secundum justitiam respondere?

Quibus ad primum responsum fuit: Quod, quia Petrus simpliciter conquestus est de dampno, non interserendo, quod Paulus dampnum sibi promiserit refundere, restituto dolio non tenetur pro dampno respondere; unde sicut non generaliter pro omni dampno exhibetur actori justitia, sic non reum oportet ad omnem querimoniam pro dampno respondere; lucrum enim et dampnum laborantibus in temporalibus, casus fortuiti consueverunt provenire, pro quibus velut de futuris contingentibus haberi non poterit certitudo.

Ad secundum vero, per quod cum generi derogetur per speciem quodam modo restringitur primum, responsum fuit: Quod in duobus casibus praecipue debet actori pro dampno justitia non negari, et reus ad ejus querimonias respondere, quorum primus est pro dampno hereditario et secundus pro dampno promisso, hoc est vulgariter dicendo „vm erbschaden vnd vm gelobten schaden“. Vnde si actor conqueritur, quod per depopulationem factam in agris suis, quantum ad tot sulcos vel tot jugera aliquis annuatim dampnificaverit eum, in tot vel tot modiis annonae, quas percepisset, si dictos sulcos vel jugera suis seminibus seminasset; vel si conqueritur, quod vicinus imponendo fundamentum pro structura domus suae limites arae propriae excedat et cespites sui territorii rumpat, vel parietem specialem pro sua domo, sicut ipse sua pecunia construxerit, facere contradicat, vel stillicidia tecti sui per canale proprium ad contratam et plateam publicam educere non curet, de quo dampnum percipiat: in tali casu et simili debet conquerenti justitia exhiberi et reus suae querimoniae respondere.

Similiter pro dampno promisso, sicut exempli gratia: Henricus accomodat Wenceslao pecuniam sub hac conditione, quod si in tali sibi eam non solvat termino, conquirat ipsam sub dampno, quod dampnum Wenceslaus promittit sibi solvere, sicut et pecuniam principalem; in hoc casu et simili Wenceslaus conventus iudicio per Henricum debet ejus querimoniis pro dampno respondere. In utroque tamen praedicto per actorem, antequam reum trahat in causam, talis protestatio, publicatio vel cautela est facienda; in primo enim dampno hereditario debet iudicem et juratos ad videndum dampnum, de quo vult conqueri, ad hereditatem ducere et ipsis, qualiter dampnificetur, ad oculum demonstrare; in secundo vero, cum pecuniam sub dampno super illum, qui ipsum sibi refundere promisit dampnum, vult recipere, debet privilegiis, testibus vel aliis documentis legitimis coram iudice et juratis ostendere, quod termini solutionis transiverint, et protestationem facere, quod tali die, quam jurati in memoria habebunt vel scriptor juratus notabit, apud talem vel talem (quem nominabit) sub tanta vel tanta quantitate dampni (quam etiam nominabit) debitum suum receperit. Istis factis cautelis super dampno coram iudicio in querimonia proposito iudex tenetur conquerentibus justitiae complementum exhibere. Et hoc est, quod vulgares dicunt: „Man richt nicht vm schadn, denn sunder vm erbschaden vnd vm gelobten schadn, der do bewart ist“.

150. *De dampnis hereditariis taxandis.* Propositus est talis casus: Quidam coram nobis aliquamdiu pro interstitiis domorum, vulgariter dictis reychen, iudicio contenderunt; quorum unus eadem interstitia domui suae jure attinentia, evincens, dampna, quae occasione hujusmodi perceperat, ab altero repetivit. Et cum terminum eis finalem de dictis placitandi dampnis assignaremus, actor pro se fratrem suum, reus vero sororium suum eorum procuratores constituerunt, protestantes ambo, si dicto personaliter non possent adesse termino, quidquid per procuratores eosdem nomine eorum fieret, contra hoc venire nollent; ipsi vero procuratores praescripti ibidem praesentes dictum procurationis officium se velle suscipere, nec recusarunt nec verbotenus expresserunt. Instante tandem

termino, actor comparuit, reus vero nuntium pro se misit, qui proposuit eum infirmitatis causâ venire non posse. Quo audito actor dixit: „Ex quo reus sororium suum responsalem et procuratorem pro se constituit, qui personaliter hic adest, peto, ut ille meis compellatur querimoniis respondere“. Qui sororius haec verba protulit: „Nihil volo sororio meo in iudicio perdere vel lucrari, nec procuratoris officium gerere sui loco“. Actor ergo replicans, cum reus non per se, nec per procuratorem, cui vices suas commiserat, in termino peremptorio jus suum defenderet, petivit ipsum sibi ad dampna et ad interesse sententialiter condemnari, quare petimus (ut infra). Super quo sententiatum est: Ex quo sororium reus suum causae procuratorem constituit et idem tacendo procuratoris officium assumpsit, verba quae postea alio iudicio se nolle perdere vel lucrari replicavit, nullum effectum, cum absente reo ea protulerit, sunt sortita; unde actor intentum suum, quod de refusione dampni proposuit, est iusticialiter consecutus.

Et hic collige: Quod tacens consentire videtur, et praecipue coram iudicio contestato, et hoc patet in actore conquerente et reo non respondente, qui ex taciturnitate sua iure suo privatur. Secus autem est, si pars ad interrogationem iudicis quandoque non respondeat, sed taceat; multum enim interest inter partem et iudicem. Tamen si juratis pro experienda veritate visum fuerit expedire, pars ad interrogationem iudicis affirmando vel negando publice respondebit.

Nota etiam, quod dampna talia, quae dicuntur hereditaria, ex hoc, quod fiunt in hereditatibus, jurati de bono et aequo, sicut eis visum fuerit, habent taxare, iuramento nihilominus, si necessarium fuerit, ab ipso obtentore praestito corporali, quod tamen iuramentum taxationi per juratos faciendae non obstat. Is dampnum dat, qui jubet dare, ut, si pater vel dominus filiis vel servis praecipit, tenetur, et obediens excusatur; vel si praecipiens nullum jus imperandi habet, uterque tenetur; ejus vero nulla est culpa, cui parere necesse sit. Nemo dampnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet; et pone exemplum in iudice, qui dedit dampnum alicui contumaci, non tamen ideo tenetur.

151. *De dampni hereditarii actione.* Haec actio, cum rei persecutionem habet, et heredi et in heredem perpetuo dabitur, et non solum hospiti domus, sed inquilinis et inquilinorum uxoribus, si domus vicina ruinosa fuerit vel parietem habeat inclinatam et ventrosam. Cavendum est etiam illis, qui cum eis morantur. Item si quis muniat viam sive quid aliud in via publica faciat, cautio locum habet, ne per hoc dampnum privatum contingat; de ceteris autem locis publicis nihil specialiter cavetur. Item quicquid inter emptorem et venditorem de dampnis hereditatum exceptum et tractum fuerit, stabit, et secundum hoc quaestione suborta est diffinitiva sententia proferenda.

(Cetera de talibus dampnis, quaere infra sub titulis „De aedificiis“ et supra „De conducto et locato“).

152. *De dampnis promissis in specie.* Quidam civis Brunensis promisit cuidam civi Pragensi, si in termino praefixo debitum sibi non solveret, omne dampnum, quod ex hoc perciperet, sibi refundere vellet. Transacto itaque termino solutione neglecta, Pragensis famulum suum Brunnam misit, qui cum in eadem via de curru cadens pedem fregisset, quaesitum est a Pragensi, utrum tale dampnum, quod famulo suo in pedis fractione acciderit, non teneatur sibi Brunnensi secundum justitiam resartire?

Super quo diffinitum fuit: Quod dampnum, quod debitor promittit creditori ratione solutionis debiti, intelligendum est principaliter de dampno pecuniali, et non de dampno seu periculo vel infortunio corporis et personae; unde ad satisfactionem dampni, quod famulo civis Pragensis in fractione pedis casu contingit, Brunnensis non obligatur. Sicut enim in concessione generali non veniunt, quae aliquis in specie non esset verisimiliter concessurus: sic intelligendum est de promissis suo modo.

Ex hoc patet, cum dicitur „omne dampnum“, illud „omne“ tantum ad dampnum pecuniae retorquetur, nisi fortassis debitor ultra hoc ad aliqua specialia se nominatim obligaret.

153. *De dampnis non promissis et tamen solvendis.* Si debitor principalis termino statuto fidejussorem, qui ex fide pro eo spondit, a fidejussione non redimens effugerit, et

fidejussor alias solvere non habens, necessitate compulsus inevitabili, super domo vel hereditate, quam habet, debitum ipsum sub dampno conquirat, nec ita subito, sicut creditor debitum exigit, vendere potest: ad solutionem talis dampni debitor principalis, quamvis hoc non promiserit, obligabitur ipso jure. Ex hoc enim, quod fidejussor fide, quam pro alio interponit, abuti non debet, promissum principalis debiti promissum dampni accessorii in se implicat et includit.

154. *De dampnis contingentibus ex negligentia hominis.* Hospiti de Lignicz, qui quatuor vasa vini apud civem quemdam emerat, dictatum est sic: Quicquid dampni in vase, quamdiu in cellario domini vini super lignis dictis kantner jacuerit, acciderit, illud dominus vasis sustinebit; postquam vero vasi tractor (schroter, ližnik), de vase per scalas suas se intromiserit, dampnum in vase per negligentiam laboris sui contingens ipse solvet. Et similiter vector, cum vas curru suo fuerit impositum, dampnum per negligentiam vecturae suae in vase factum ipsum secundum justiciam patietur.

155. *Ad idem secundum jus.* Dum civis de Prespurga duo vasa vini, quae Brunnam duxerat, vendere non posset, vectorem cum duobus curribus pro eisdem Pragam ducendis vasis convenit; qui vasis ipsis in curribus inpositis de loco primo curru ducens et statim unum pervertens vinum effudit. Dominus ergo vini amborum curruum equos occupans, quaesivit pro se justicialiter sententari, utrum de equorum talium valore et rerum aliarum vectoris, quem pro vinis suis Pragam ducendis convenerat, non debeat sibi vas vini perversum et effusum persolvi? Quidam autem villanus de Gureyn, quem dictus civis de Prespurga non convenerat pro vectore, de equis curru modo perversi se intromittens, ipsosque cum curru suos esse asserens, petivit pro se sententiam juris dari, utrum equos eosdem cum curru, quos tantum illi, qui pro vectore conventus fuerat, concessisset, non posset suo juramento et fidedigno vicinorum suorum testimonio obtinere?

Super quo diffinitum fuit: Quod civis de Prespurga equos amborum curruum, quibus vector, quem convenerat, vina

sua superposuit, secundum justitiam occupavit; eundem tamen vectorem villanus de Gureyn pro equis et curru sibi concessis debet impetere viâ juris.

Advertendum vero est, si rusticus de Gureyn dixisset per vectorem conventum currum et equos sibi fuisse subtractos; tunc secundum hoc jurati deliberasse mature pro diffinitiva sententia debuissent.

*156. De dampnis contingentibus per ignem vel casum fortuitum.* Rusticus in villa Budespicz, cum tres filias reliquisset, unam viduam et duas virgines, quarum unicuique de domo et aliis bonis hereditariis per ipsum dimissis quinque marcas grossorum dari statim eo mortuo deputavit, accidit, quod vidua sororibus virginibus suas portiones dare recusavit, sed litem cum eis incipiens ipsas judicialiter per diversas dilationes tamdiu vexavit, quod in domo cremata et aliis bonis in valore tantum minoratis, XV marcas de ipsis haberi nullatenus potuerunt. Quaerit ergo vidua, utrum talis defectus et dampnum, quae casu fortuito evenerunt, non debeant sicut sibi, sic et sororibus suis virginibus in earum portionibus aequaliter deperire? Econtra vero quaerunt virgines, cum vidua contra ordinationem patris et ipsas indebite tanto tempore iudicio occupaverit, quod interim dicta bona taliter, ut praemittitur, defecerunt, utrum talis defectus non debeat solum viduae in sua decrescere portione; cum etiam, si bona praefata medio tempore multum fuissent meliorata, non plus eis tribueret, quam ex deputatione paterna percipere tenerentur?

Super quo diffinitum fuit: Quod allegatione viduae cessante illud, quod quaerunt et petunt virgines, debet fieri tamquam justitiae consonum et admitti.

*157. De casibus fortuitis.* Ad interrogationem mercatorum et vectorum saepius sententiatum est: Postquam vasi-tractor in scalis et funibus, seu vector in curru vas habuerit, si debile fuerit et frangatur vel alio modo sine tamen negligentia et improvidentia vasi-tractoris aut vectoris stillaverit et effundatur, dampnum tale vasis dominus sustinebit. Item si sub curru transeunte pons frangatur, dampnum equorum et currus vector,

dampnum autem bonorum eorum dominus patietur. Item si currus ad aquam venerit, quae plus solito inundaverit et excreverit, nisi vector vadum prius diligenter examinet et quaerat, si aquam intraverit improvide, pro dampno, quod in bonis, quae ducit, acciderit, eorum domino respondebit.

158. *De dampnis indebite captivati.* Qui alium indebite per judicem capi procurat, juxta juratorum dictamen et dampnum, quod ex captivitate percipit, sibi componet et pro confusione bonorum virorum intercessione ipsum placatum habebit, et insuper, si reus petit, jurabit tacta cruce, quod eum non malo dolo procuraverit captivari.

159. *De dampnis contingentibus per pecora et alia bruta.* Si pecus domesticum apud homines domari consuetum, aliud pecus domatum laeserit, pro tali laesione dominus pecoris laedentis, nisi de negligentia rationabiliter accusari possit, judici non obligabitur in emenda; sed post primam monitionem vel querimoniam dicto domino pecoris laedentis factam vel motam, sequentibus vicibus, si dampnum per pecus suum aliis factum fuerit, quia judicis mandatum videtur transgressus, merito tenebitur LXXII hall. vel secundum quod jurati adinverint ad emendam.

(Ad idem require supra „De actore et reo“.)

## Capitulum XVII: De debitis.

160. *De debitis quantum ad virum et uxorem in genere.* Mature dictatum est et cribratum viâ legis, quod vir indebitatus et prae inopia solvere non habens, si mulierem divitem absolute de hoc non caventem in uxorem ducit, de bonis duntaxat ad eam pertinentibus ad solvendum debita prius contracta, non obstante, quod reclamet, compellitur justitia mediante. Mulier enim ducens virum ipsum non solum sibi, sed etiam bonis suis omnibus in rectorem praeficit et magistrum; de bonis vero puerorum talis mulieris idem vir, eorum vitricus, nisi consentiant, nullam solutionem potest facere debitorum. Si autem econtra mulier pauper ducit maritum res habentem, de rebus



talibus, quarum non est domina, quod solvat debita, in quibus prius tenebatur, compelli non poterit viâ juris.

161. *De debitis obtentis.* Triturator quidam super unum de juratis mediam marcâ grossorum in iudicio obtinuit, et cum iudex sibi de pignore providere vellet, petivit in cista jurati denarios quaeri et illos sibi, cum denarios obtinuerit, assignari. Quaeritur ergo, utrum hoc sit secundum justitiam faciendum? Et respondetur diffinitive, quod sic. Unde secundum petitionem trituratoris, quae justa est, iudex debet procedere, et si denarios in conservatoriis et cistis jurati non invenerit, pignus sibi dabit, in quo debet contentari.

162 *De debitis partim negatis et partim confessis.* Si accusatus pro debitis partem debitorum negat et partem affirmat, quando pro parte negata jurare debet, partem affirmatam ad crucem ponat.

163. *De debitis solutis.* Hoc est jus antiquum: Qui pro debitis coram iudicio simpliciter accusatus responderit, quod ea persolverit, tenetur hoc in cruce mettertius demonstrare.

164. *Ad idem.* Si creditor dicat se aliquam pecuniae quantitatem a debitore in debitis, in quibus sibi pro se tenebatur, recepisse, debitor autem dicat eandem pecuniam non in debitis, quae creditor exprimit, sed in aliis debitis se sibi dedisse: in hoc casu potius est credendum debitori, quam creditori.

165. *De debitis solutis ante terminum.* Non est arcendus creditor, quod ante terminum pecuniae partem recipiat, totum autem debitum, simul sibi oblatum, recipere de jure tenetur; imo si ratione termini censum vel aliud emolumentum creditor de debito sit percepturus, adhuc illo non deducto, si debitor petit, patietur secundum justitiam se pagari.

166. *De debitis quantum ad rationem et computum.* Quia frequenter pro ratione seu compoto debitorum partes contendunt, cribratum est, quod, si una partium ab alia rationem petierit, statim extra bancos judicarios eadem ratio habeatur; et si rationando seu computando non concordaverint, actori a reo

justitia fiat; et hoc. si ambae partes in eodem judicio faerint residentes. Si autem una pars advena et de alio judicio fuerit, ad ponendum rationem terminum XIV dierum habebunt. Et insuper si fortassis una partium de alia terra fuerit et debita, pro quibus agitur, magna sunt et ex mercimoniis vel causis aliis in partibus remotis contracta: terminus pro ratione facienda ad sex ebdomadas protrahatur.

167. *De debitis, quantum ad temporis prioritatem.* Cum quidam civis Brunensis tam in Praga quam in civitate, ubi residens erat, diversa contraxisset debita, supervenerunt creditores et dictum civem coram judicio convenientes pro se sententiarum petiverunt. Cum literae, super quibus idem civis de suis eos debitis certificasset, priores essent tempore quam probationes, quas concives sui super debitis suis allegarent: utrum ipsis non deberet primo de bonis suis de justitia provideri? Concives autem incontrarium petebant sibi sententialiter inveniri, cum ipsi et civis idem in eodem judicio essent residentes, bonaque ipsius juri eorundem essent subjecta, et super debitis, in quibus civis eis obligaretur, testimonium literarum juratorum et aliorum fidedignorum virorum ita efficax, sicut in jure eorum sufficit, demonstrare ac statuere vellent, utrum talis eorum demonstratio et probatio non esset merito antiquitati temporis, quam Pragenses pro se allegabant, secundum justitiam praeferenda? Itaque pensatis diligenter utriusque partis allegationibus sapientes invenerunt pro jure: Quod Pragensibus, non obstantibus concivium suorum allegationibus, propter temporis antiquitatem prius esset de bonis ipsius debitoris de justitia providendum. Unde cum debitor ille pluribus annis de numero consulum ejusdem loci concivium praedictorum fuerit et in multis causis sigillum suum sicut jurati consueverunt facere aliis hominibus per eos rogatus ad litteras, in quibus facta sua conscripserunt, pro testimonio, quod efficaciam habuit, appenderit: multum esset inconveniens, si in factis propriis convinci per sigillum proprium non deberet. Debet tamen circa tales litteras, quae antiquitatem praetendunt temporis, diligenter videri, utrum obligatio vel promissio in eis conscripta sit personalis vel realis; secundum hoc enim jus et sententia diffinitiva variantur.

168. *Quod debitoris testimonium est suspectum.* Cum quinque creditores in unum agerent debitorem, unus eorum pro se sententiari petivit, si ipse per debitorem ostenderet, quod debitum suum senius esset tempore, quam debita aliorum quatuor: utrum ante eos non esset primo pagandus? Alii vero quatuor in contrarium allegabant: Cum ipsi antiquitatem suorum debitorum per probos viros demonstrare possent, utrum tale testimonium non debeat merito praeferri testimonio debitoris? Sententiatum fuit: Quod in hoc casu debitoris testimonium est suspectum; posset enim unus creditorum occultam ordinationem cum debitore facere, quod pro ipso in dampnum testaretur aliorum; unde testimonium proborum virorum, quod illi quatuor pro se allegabant, est potius audiendum.

169. *Quod ex antiquitate debitum jus sortitur.* Cribrando per sapientes sententiatum est: Quod ex antiquitate debitum jus sortitur. Unde quamvis creditor res, quas debitori vendidit, in ejus occupet potestate, tamen si creditor antiquior superveniat, res easdem impetens, illi prius erit de justitia providendum.

170. *Quod sit faciendum, si de prioritare debitorum dubitatur.* Non obstante, quod in solvendis debitis prioritatis temporis jus facit, si hereditas pluribus creditoribus obligata, pro minori pecunia, quam sint debita, vendita fuerit, et de prioritare debitorum dubitetur, nec sufficienter probari possit: bene est rationabile, quod sapientes computatis debitis uni creditori tantum defalcant in marca, quantum alteri. Quicquid enim hujusmodi facta defalcatione unicuique creditorum defecerit, in eo debitor sibi obligabitur ipso jure.

171. *Quandoque declarandum est, qualiter debita sint contracta.* Reo petente iudex debet actorem agentem pro debitis pecuniarum et praecipue magnarum compellere, quod declaret, ex qua re, qualiter et quo loco et tempore hujusmodi debita sint contracta.

172. *De debitis ratione losungae.* Si creditor de debitis suis losungam et collectam civitati solvit, talem solutionem non potest a debitore justitiam extorquere.

173. *De debitis dictis „trinkgelt“.* Viro mortuo non potest pincerna obtinere juramento debitum dictum trinkgelt, super uxorem negantem, nisi fortassis uxor cum viro vivente idem debitum personaliter debiberit in taberna; et tale debitum, quod debitum est in taberna intra muros civitatis, per pincernam juramento potest obtineri et solum in judicio civitatis, et non in alio, praeterquam in illo, in quo debitum est. Debet etiam pincerna tale debitum obtinere, volens esse fide dignus, et non suspectus, ita quod jurati judicent eum idoneum ad tale debitum obtinendum. Unde necessarium est, quod sit hospes domus vel dominus potus, et non ganeo vel caupo manualis. Debitum autem, quod dicitur spilgelt, nec ad judicium est ducendum, nec pro ipso est conquerentibus justitia facienda, sicut habet consuetudo civitatum antiquitus approbata.

174. *De debitis dictis „lidlon“.* Servitor et operarius conventus, qui conventionem demonstrare potest et est de familia cottidiana alicujus domini et vescitur ejus pane, potest pretium debitum dictum lidlon obtinere termino serviendi jam transacto. Item cum Dominus dicat in evangelio: „Opus mercenarii non maneat apud te usque mane“, si moritur pater familias domus, de bonis, quae relinquit, servis et ancillis ante alia debita pretium, quod vulgariter dicitur „lidlon“, quod meruerunt usque ad tempus mortis domini, dari debet. Sed si possessores bonorum mortui eosdem servos et ancillas seu familiam domus usque ad tempus in conventionem servitii eis praefixum tenere voluerint, servient, in fine temporis pretium suum integraliter recepturi; si vero ipsos licentiauerint et plus de pretio, quam usque ad diem mortis domini percipere debuerint, eis cessit, hoc restituere non tenentur. Item si familia conventa fuit per septimanas vel per menses, et quamdiu servierit, dubitatur, quantum temporis familia suo juramento confirmabit, tantum de pretio tollet. Si autem super gratiam servivit, contentabitur in eo, quod de gratia fuerit sibi datum. Item si familia infra tempus servitii moritur, quantum usque ad diem mortis deservivit, tantum illi qui loco ejus pretium repetit, dabitur ipso jure. Item pretium dictum „lidlon“ judicialiter obtentum est eodem die sole

splendente solvendum, vel pignus pro ipso per judicem datum statim sequenti die cum scitu testium vendi potest.

175. *Utrum pro debitis solutis hospites et homines de alio iudicio possint testari.* Quaesitum est, utrum pro debitis solutis recipiendum sit testimonium hominum residentium extra iudicium, in quo debita sunt contracta? Super quo diffinitum fuit: Quod si tales homines sunt bonae famae, eorum testimonium est audiendum. Unde licet quaedam jura dicant, quod hospes advenam pro debitis adminus debeat vincere cum uno cive civitatis: tamen in demonstrandis debitis solutis homines extranei, dummodo sint idonei, testimonium ferre possunt; sicut etiam debita in uno iudicio contracta in alio solvi possunt.

176. *Debita regis et reipublicae debitis aliis praeferuntur omnibus.* Licet in debitis personarum particularium prioritas temporis pinguius jus faciat, tamen, hoc non obstante, debita regis et reipublicae et universitatis civitatis, utpote losunga seu taxatio, tributum, ungelatum, merces vigiliarum et hiis consimilia debitis omnibus praeferuntur.

177. *De debitis et dotalitiis quod praecedit alterum.* Si debitum est prius contractum quam dotalitium promissum, tunc actor debiti potius admittitur ad probandum intentum suum. Si autem sit e converso, tunc si dotalitium promissum per heredes subsequentes legitimos non fuerit extinctum, omne debitum postea contractum rationabiliter antecedit.

Sunt autem circa dotalitia conditiones speciales, quae frequenter interponuntur, diligenter considerandae et illas respice sub titulis „De dotalitiis“.

178. *De modo servandi captivum pro debito.* Debitor solvere non habens, si per judicem praesentatus fuerit manu illi, cui tenetur, servabit eum in loco tuto, firmo et clauso, sine ferramentis, et pascet eum cum modico pane et aqua, ita quod fame non moriatur, vel assignabit eum subjudici, qui ex hoc, quod auctoritate fungitur judiciaria, in cippo vinctum compedibus eum tenebit; transactis autem XIV diebus solvens subjudici pretium, pro quo conventus fuerat, quod

eum servaret, tali conditione dimittetur, quod jurabit in cruce, quicquid laboribus suis acquireret et obtinebit, de hoc duobus denariis pro se servatis, tertium debitori dabit, usque totum debitum sibi solvat. Quo facto, quascunque res postea creditor apud ipsum invenerit, de his tertiam partem recipiet; unde etiam de tribus denariatis pannis vel de tribus tunicis etiam potest ab eo auferre et insuper si una vice valorem totius debiti apud eum invenerit, simul totum sibi recipere licitum esset, ipso jure. Et si secundus creditor superveniens dictum captivum apud subjudicem interdixerit: illi similiter jurabit, quod pagato primo ipsum postea expediet modo praescripto.

179. *De debitis casus intruncatus.* Quidam talem proposuerunt casum: Andrea de Meneis coram nobis in iudicio Philippo et Thoma, quos in media quarta marca gross. Prag. fidejussorie sibi teneri dicebat, conquerente, Philippus respondit: Quia in media parte dictae pecuniae (puta in septem fertonibus) sibi obligaretur titulo fidejussionis, adjungens, quod sibi patienter, donec suis laboribus ad hoc sufficeret, eum induciare dignaretur, non solum dictos septem fertones, imo totum solvere sibi vellet debitum supradictum. Andreas vero ad dicta verba Philippi se non convertens, nec ea in nos, scilicet iudicem et juratos, protestans, in Thomam pro quatuor marcis integris, in quibus sibi ex fidejussionis, promisso teneretur, egit. Qui cum negaret, Philippus petiit pro se diffinitive pronuntiari: Cum Andreas Thomam pro tota praescripta pecunia et insuper pro media marca impetisset et convenisset, utrum ipse ab ejus actione non esset iusticialiter absolutus? Quo audito Thomas econtra petivit pro se sententialiter dictari: Cum Philippus de praefato debito fassus fuisset, utrum ipse ad Andreae teneretur querimoniam respondere? Petimus itaque, utrum ambo fidejussores ab Andrea sint absoluti, vel quid juris in hoc casu fuerit, nobis vestris literis declarari.

Quibus rescriptum fuit: Quod neuter est absolutus. Primus enim, qui fassus est de septem fertonibus, adjiciens, quod etiam totam pecuniam quartae mediae marcae, quam cito eam suis laboribus obtinere posset, sibi expedire vellet,

eandem totam pecuniam actori solvere tenetur, quamvis ipse de eadem protestationem non fecerit. Fessione enim coram iudicio actuato sufficit confessio, quamvis ipsius non fiat protestatio; et insuper, quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. Si videtur Andreae, quod Philippus ad solutionem totius debiti non sufficiat, nec sit certus Thomas: non obstante confessione Philippi, tenetur pro quatuor marcis, pro quibus eum impetivit, suae querimoniae, negando vel affirmando, juxta suam conscientiam respondere.

180. *De debitis decimarum.* Sententiatum definitive extat, quod quamvis locator novae villae hominibus denuo ad villam eandem se locantibus censum imponere vel ipsos a solutione census possit eximere: tamen a decima, ad quam obligantur jure divino, eos non potest absolvere quocumque modo. Et similiter, si inter partes de solutione decimae lis orta fuerit, illa est per spirituale iudicium decidenda.

Residuum de debitis quaere inferius „De dotalitiis“, „De interdictis“ et „De pignoribus“.

### Capitulum XVIII: De depositione rerum.

181. *De deposito et rebus ad servandum datis, et primo in genere.* Depositarius dicitur, cui res pro custodia committuntur ex fide. Unde talibus rebus debet adhibere diligentiam, sicut et rebus suis propriis; alias earum perditio suae negligentiae imputatur; quia si res suas ponit in archa secunda et res depositas dimittit in domo super banco, si tales res perdantur, depositarius eas solvet. Unde si rebus depositarii salvae res apud eum depositae non apparent, culpabilis videtur, quia maxime depositarius ex praesumptione iudicatur; bona enim fides abesse praesumitur, si rebus ejus salvae res depositas se dicit amisisse; et quando fides praesumitur abesse, tunc dolus iudicatur adesse, quia fides et dolus contraria sunt. Considerandum est tamen, quod in deposito casus fortuitus non imputatur depositario, sicut nec in commodato, nisi pactum interveniat, sc. quod deponens nominatim mercedem deposi-

tario solvat; tunc enim casus fortuiti, qui in pacto sunt excepti, in dampnum depositarii vergunt. Contractus enim ex conventionem legem accipiant.

Item, si propter culpam et moram depositarii casus fortuitus acciderit, ille sibi imputatur, sicut et in commodato. Unde non obstante, quod apud deponentem res periisset, si ex culpa et mora depositarii perit, suae negligentiae imputatur; sufficit enim, quod res non potuit perire.

Item, res non deteriorata deposita debet reddi; alias reddita non videtur.

Consistit autem depositum in rebus mobilibus tantum, nisi forte ubi apud sequestrum deponitur.

Cum res aliqua inter plures in controversiam deducitur, et talis depositio non potest fieri, nisi a pluribus. Tamen rei depositae sicut commodatae proprietatem tenemus et etiam possessionem. Et potest depositum, quandocumque placet deponenti, revocari.

Et si depositarius non restituit, condempnabitur et infamis efficitur; judicatur enim circa depositum dolose versatus esse. Secus autem est in commodato, quod non restituitur, nisi post usum completum.

Item, si plures deposuerunt ad unum depositarium, et unum depositum perditur, illud per alterius depositum non compensatur, quia cuilibet deponenti suum depositum est reddendum.

Item, in hoc privilegiata est actio depositi, quod etiam praedoni restitui debet depositum. Tamen si dominus rei depositae cum fure petat depositum, tunc domino debet restitui de aequitate, unde depositio semper bonae est fidei contractus.

Nota quinque casus, in quibus depositarius non tenetur de casu fortuito: Primus, si pactum interveniat; secundus, si mora praecedat casum; tertius, si culpa; quartus, si dolus; quintus, si gratiâ tantum accipientis sit depositum.

182. *De deposito rerum in cista vel alibi clausarum.*  
Accidit, quod Paulus fraudem uxoris suae pertimescens, in cameram concivis sui Nicolai cistam clausam, cui vidente



Nicolao cum clenodiis etiam X marcas gr. Prag. in pixide speciali clave serrata imposuit, locans, cistam eandem ipsi Nicolao sub fide depositi commendavit. Cum autem Paulus frequenter, nunc Nicolao, nunc vero uxore sua videntibus, dictam cameram intraret et cum clavibus, quas per se servabat, cistam et pixidem reserans exciperet et imponeret, quae volebat: contigit vice quadem, quod more consueto cum uxore Nicolai et quodam juvene cameram per eandem sibi uxorem apertam intrans et eis praesentibus cistam suam reserrans, in pixide, quam similiter manu propria cum clave, cujus per se custos fuit, aperiens X marcas praescriptas non invenit. Vocavit ergo judicem et juratos, qui cameram intrantes cistam, pixidem et earum seras diligenter intuentes, nullam in eis rupturam vel factam violentiam invenerunt, licet etiam diligenter per angulos dictae camerae in eorum praesentia quaesitum fuisset, nulla tamen pecunia est inventa. Paulus itaque coram judicio egit in Nicolaum eo modo, sicut superius continetur. Nicolaus vero negationem praetendens petivit pro se sententialiter dictari: Cum nomen suum bonum nullius infamiae macula confutasset, utrum ipse, tamquam alter probus homo, res, corpus et honorem suum non posset melius defendere, quam per Paulum vinci? Ob hoc praecipue, quod Paulus claves tam cistae quam pixidis suae per se semper habuerit, manu propria reseraverit et seraverit, nec umquam claves easdem sibi vel uxori suae in signum et testimonium depositi commiserit ad servandum. Super quo sententiatum fuit pro Nicolao, propter hoc maxime, quod non obstante clausae cistae deposito, Paulus per se tam cistam quam pixidem in propria quodammodo potestate tenuit et clausura. Econverso etiam, quamvis cista signata deposita sit, et ignoret ille, qui depositum suscepit, res ibi esse: tamen adhuc et cista et singulae res peti possunt actione depositi. Voluntarie enim talis depositarius res, quas ignoravit, apud se deponi permisit; sed tamen necessarie est, quod actor probet, quod in cista fuerint res, quas repetit.

Et similiter intelligatur de sacco ligato et de marsupio sigillato deposito.

183. *De deposito perduto.* Dum miles quidam de Scheraticz ageret in Johannem Anselmi pro deposito XC marc. et ipse responderet, quod dictae marcae cum sua propria pecunia de cista clausa effracta essent sibi per servum et ancillam suam receptae et deportatae, sicut juratis statim, ut ipsum factum cognoscant et cistam fractam et locum, ubi tam militis quam sua jacuisset pecunia, ad oculum ostendisset: *sententiatum* fuit pro Johanne, quod sine ejus malo dolo hoc accidisset, suo deberet comprehendere juramento. Unde si quis malo dolo rem apud se depositam amiserit, depositi non tenetur; tamen si ad eum iterum res amissa pervenerit, tunc tenebitur depositi.

Et non debet depositarius cavere fidejubendo pro re deposita, quia cum ex deposito lucrum non habeat, onus sentire non debet.

184. *De deposito casus.* Sacculum vel argentum signatum si deposuero et ille, penes quem depositum fuerit, me invito, tractaverit, mercatus fuerit et perdidit: et depositi et furti actio mihi in eum competit.

Item, si pecunia vel res, de qua inter partes est contentio, apud sequestrum deposita sit, vel ut in hoc loco vel in illo eam reddat, in ejus est arbitrio, quo loco exhibeat. Sed si nihil actum est de loco, tunc ipsam exhibebit coram iudice et juratis.

Item, quae depositis rebus accedunt, non sunt deposita, sicut si homo vestitus deponatur, vestis non est deposita; nec si equus cum capistro, nam solus equus depositus est. Secus autem est, cum dicitur: „Depono equum cum capistro vel capistratum“.

Si conveniat, ut in deposito culpa praestetur, rata est conventio; illud autem non est probandum, dolum non esse praestandum, si convenerit; nam haec conventio contra bonam fidem, contraque bonos mores est.

Si vestimenta servanda balneatori data perdantur, siquidem nullam mercedem servandorum vestimentorum accepit, tenetur ex deposito et etiam dolum praestabit, si intromisit se ad servandum; si autem accepit mercedem, tunc tenetur ex

conducto. Secus autem est, si in stuba balneali vestes amittantur; ibi enim vestium custodiam balneator habere non consuevit.

Si in Praga depositum fuerit, ut in Vienna reddatur, id actum est, ut non ejus impensa hoc fiat, apud quem depositum sit, sed ejus, qui deposuit.

Depositum eo loco restitui debet, in quo sine dolo ejus est, apud quem depositum est; ubi vero depositum est, nihil interest.

Eadem dicenda sunt communiter et in omnibus bonae fidei judiciis.

Si depositor decesserit et duo existant, qui inter se contendant, unus quisque solum se heredem dicens: res ei tradatur, qui paratus est adversus alterum reum defendere depositarium, ita quod sibi fiat cautio defendendo. Et hoc non est supervacuum, nam si sine cautione praestaret, cum jam sit ab altero mota controversia, dolo videretur facere; vel res deponi debet in aede aliqua, donec de hereditate judicetur.

### Capitulum XIX: De dotalitio.

185. (Pr.) *De dotalitio in genere.* Diffinitum est viâ legis: Si vir pueris carens vel pueros habens, mulieri, quam ducit, nominatum dotalitium promittit, et mulier e converso viro pro dote aliquid certi, sive sit pecunia, sive sit hereditas, in suam tribuit potestatem: talis mulier post mortem viri, si pueros ex ejus semine genuerit, ipseque sine testamento decesserit, ambas dotes, et illam, quam ipsa marito dedit, percipiet, contradictione puerorum mariti qualibet non obstante.

185. (Br.) *De dotalitio quando cessat.* Quidam quaesierunt: Utrum mulieri pueros habenti cum marito suo, debeat dotalitium in contractu matrimonii sibi promissum super bonis et hereditatibus aliquibus secundum justiciam specialiter deputari, ita, quod maritus, nisi ipsa consentiente, de bonis eisdem non possit disponere, quicquid suae placuerit voluntati? Qui diffinitive sunt instructi: Quod postquam mulier in matrimonio legitimo ex semine viri genuerit pueros, qui heredes vocantur: tunc mortuum est dotalitium, et maritus tamquam

dominus de bonis universis, mobilibus et immobilibus, licet uxor et heredes reclament, facere poterit juxta suae libitum voluntatis.

*186. Dotalitium non cessat, si mulier parit puerum mortuum.* Quidam uxorem ducens nomine dotis ei promisit X marc. fidejussoria cautione interposita. Anno vero transacto, cum vir moreretur et uxor puerum mortuum peperisset, quaestionem fidejussoribus movit de dote promissa, quaerens, utrum ipsam non deberet justitiam obtinere? Fidejussores autem allegabant in contrarium, cum ipsa protestatione de dote solvenda non facta per annum tacuerit et heredem de semine viri conceperit et genuerit, utrum dos non sit extincta? Super quo diffinitum fuit pro muliere, cum „homo“ dicatur de vivo et mortuo, aequivoce, quod puer mortuus non est homo: unde, si mulier parit puerum vivum, dato etiam, quod quantocumque brevi tempore vivat post partum, tunc cessat dotalitium.

Et hic collige, quod non est necessarium de dote solvenda protestationem, quae vulgariter „vrchund“ dicitur, interponere, cum semper dos vivat, quamdiu heredes vivi non sunt nati. De solutione autem dotis facta, ut tollantur lites futurae, protestationem est facere consultum.

*187. Mulier quandoque dotalitio privari potest, quandoque non.* Licet vir de bonis, quorum est dominus, ordinare valeat, sicut placet: tamen si uxori dotalitium promisit, cum testamentum facit, si pueros ex ea non generavit, ipsam tali dotalitio privare non potest. Uxor autem, si fidem matrimonii adulterando violavit, vel si in mortem mariti cum effectu machinata est, vel aliud scelus adeo grave commisit, ipsa se ipsam dotalitio secundum justitiam spoliavit.

*188. Per divortium mulier quandoque dotalitio non privatur.* Si maritus et uxor legitime conjuncti postea per aliquot annos canonice ab invicem separantur, ita tamen, quod quamdiu simul vixerint, ignoraverunt illegitime se simul habitare: ex tali separatione uxor dotalitio, quod maritus in contractu matrimonii sibi promisit, non est privanda, imo sibi dari debet iudicio suffragante, contradictione mariti vel heredum qualibet non obstante.

189. *Quando dotalitium sit solvendum.* Sententialiter diffinitum est: Cum dotalitium aequipolleat pretio corpore deservito: eodem die, quo matrimonium carnali copula fuerit consummatum, est juxta formam promissi plenarie persolvendum.

190. *Dotalitium in rebus mobilibus fieri potest.* Non oportet, sicut aliqua jura volunt municipalia, quod dotalitium tantum ostendatur in terra, h. e. in hereditatibus affixis terrae; imo si promissum est simpliciter, in prompta pecunia vel bonis aliis mobilibus ostendi potest.

191. *De dotalitio uxor est prius certificanda quam maritus.* Diffinitive per legislatores discussum est: Si mulier viro promiserit X et vir econtra mulieri XX marcas, mulier ad requisitionem viri non est cogenda, quod suum promissum impleat, nisi prius, si petit, de promisso viri fuerit securata.

192. *In dotalitio bona mariti prius sunt venundanda, quam uxoris.* Similiter discussum est: Si vir et mulier in contractu matrimonii res immobiles vel absolute vel sub conditione dotis ad invicem comportent: vir urgente necessitate prius bona propria quam uxoris bona in denarios debet convertere, pleno jure. Sexui enim muliebri circa hujusmodi tamquam fragiliori potius est providendum; bonorum etiam acquisitio viro est facilius quam mulieri; et insuper, victum ostiatim mendicando quaerere mulieri verecundius est et gravius, quam sit viro.

193. *Propter dotalitium uxor non est domina rerum.* Ad interrogationem quorundam sententiatum est: Quod soluto conjugum utriusque dotalitio, mulieris amici virum de jure non possunt artare, quod caveat, ne dotalitium deficiat et minuat. Est enim vir tam mulieris quam dotalitii dominus et rector, potens cum ipso vendendo, emendo ac modis aliis, quibus casus fortuiti sunt admixti, sibi et uxori vitae necessaria conquirere, sicut placet. Tamen si manifeste bonorum dilapidator et inutilis est consumptor, tunc ad petitionem mulieris vel amicorum ejus, jurati, quorum interest inutilia corrigere, possunt talem defectum intercipere et virum super eo corripere, sicut viderint expedire.

194. *Dotalitio quandoque de jure aliquid deficit.* Diffinitum est: Quod quantumvis uxor de sua dote marito dederit, tantominus post mortem mariti de dote sibi sibi promissa percipiet, ipso jure.

195. *Si pro dotalitio hereditas fuerit obligata.* Sententiatum est: Si unus conjugum pro dotalitio in bonis mobilibus promisso alteri hereditatem obligare voluerit, non oportet, quod illam sicut in debitis communibus fieri consuevit, per annum et diem servet; imo primo die obligationis instante necessitate potest ea venditioni exponere vel in denarios convertere modis aliis quibuscumque.

196. *Dotalitium hereditarium uxori traditum potest ex necessitate per maritum ad tempus exponi.* Discussum est: Si maritus uxori legitimae agrum vel aliam hereditatem coram iudice et juratis nomine dotalitii libere dat et assignat, et tandem ex infortunio, non ludo taxillorum, non crapula, non negligentia (vid. quod laboribus non intendat, sed otiosam vitam ducat), non bonorum dissipatione, nec alio quovis inhonesto modo ad tantam deveniat inopiam, quod se et uxorem de mendicitate non valeat supportare: licitum est sibi, dotalitium ipsum, uxoris reclamatione non obstante, ad tempus pro pecunia exponere, cum qua laborando victus sibi et uxori necessitatem obtineat et amictus.

197. *Dotalium hereditarium uxori traditum postea, nisi consentiat, creditoribus obligari non potest.* Civis quidam, cum distortam et inordinatam aliquanto tempore ludis taxillorum, commessionibus et ebrietatibus die noctuque insistens vitam duxisset, ad conscientiam reversus, non coactus, coram iudicio resignavit libere uxori suae domum suam, per ipsam ratione dotalitii hereditarie possidendam. Et quia ante resignationem talem pueros cum eadem uxore habuit et post resignationem apud diversos creditores debita multiplicia contraxit: creditores ipsi pro se sententiarum petiverunt, cum talis civis cum uxore de bonorum eorum, quae ipsis mutuaverint, de victu et amictu sibi providerint, ipseque civis praedictus domui tamquam hospes et dominus in solvendis collectis et sufferendis oneribus

civitatis praefuerit, utrum de venditione domus, non obstante resignatione, non debeat de suis debitis expediti? Uxor vero civis supradicti petivit simpliciter se circa jus dotalitii conservari.

Super quo sententiatum fuit: Quod uxor civis suprascripti domum sibi pro dotalicio resignatam, quamvis pueros cum eodem marito suo saepius dicto habuerit, quamvis etiam debita, quibus vir praefatus impulsabatur, cum ipso expenderit, hereditarie debeat possidere, nec ipsius civis seu mariti praefati, nec heredum suorum, ante vel post resignationem habitorem, contradictio ipsam in dictae domus possessione, nisi ei voluntarie renuntiaverit, aequaliter poterit secundum justitiam impedire. Civis enim saepius dictus juri, quod super domo quantum ad dominium habuit, per resignationem cessit.

198. *Ad idem, quod dotalitium quandoque super hereditate absolute datur, et quandoque in futurum promittitur, et secundum hoc quandoque praecedat debita.* Sententiatum est quibusdam: Si uxori per maritum vice dotis hereditas nominata coram iudicio publice tradita fuerit et assignata, illa per creditores sibi postea non poterit decertari. Si autem vir in genere uxori sub hiis verbis dotem promittat, „post mortem meam de bonis, quae reliquero, tantam summam habebis“, et insuper tempore vitae irrationabiliter negotiationibus et actibus insistendo debita contrahat: multum esset absurdum, si dos huiusmodi solutionem talium deberet excludere debitorum. Est enim generale in iure, quod creditor est heres principalis. Consonat etiam aequitati, quod uxor et heredes succedentes mortuis debita solvant eorundem.

199. *Dotalitium quandoque transit ad successores.* In villa quadam vir sexagenarius, postquam de tribus uxoribus pueros generasset et ipsos data unicuique juxta suam facultatem dote, matrimonio tradidisset, ad quartas transiens nuptias, puellam, cui nominatum promisit dotalitium, in uxorem duxit; quam tandem sine prole relinquens, testamento non facto, subito expiravit; uxor vero postea transactis aliquot ebdomadis

bona per maritum dimissa regens, similiter intestata decessit. Quaeritur ergo primo: Utrum bona talia ad fratres uterinos ejusdem uxoris, quos reliquit, vel ad pueros, quos maritus ex primis tribus uxoribus generavit, hereditarie debeant pertinere? Et secundo: Quo jure uxor ipsa tempore suae viduitatis bona possederit supradicta?

Super quibus diffinitum fuit ad primum: Quod bona hujusmodi ad pueros mariti sunt hereditarie devoluta; fratribus tamen uxoris debent ipsi pueri de bonis talibus dotalitium, per patrem eorum sibi promissum, integraliter expedire. Ad secundum autem dictum fuit: Quod uxor illis septimanis, quibus in viduitate vixit, non tamquam vera donima, sed potius tamquam tutrix bona tenuit per maritum dimissa.

Utrum autem per dotalitium impediatur hereditaria successio testamentaliter procedens, quaere inferius sub titulis „De hereditatibus“.

200. *Dotalitium quandoque per uxorem dari vel legari potest aliis.* Vidua quaedam (in Chremsir) puellae, quam filio suo dedit uxorem, domum, quam inhabitaverat, tradidit vice dotis; mortuis itaque vidua cum filio, uxor cum diem concludere deberet extremum, domum sibi dotatam patri suo libere dedit. Quam quidem domum cum impetant tres nepotes viduae praescriptae, quaeritur, quid sit juris in hoc casu? Super quo responsum est: Quod domus, postquam puellae data fuit in dotalitium, ejus fuit, et de ipsa, marito mortuo, disponere potuit, ut volebat.

201. *Quando dotalitium et quando portionem hereditariam mulier percipiat.* Vir quidam (in Budespicz) res habens et heredes, viduam heredibus carentem, agrum ad XX marcas taxatum nomine dotis sibi promittens, duxit in uxorem; eo itaque mortuo intestato, mulier petit tertiam partem bonorum per ipsum relictorum. Privigni autem sui quaerunt, cum pater eorum ex noverca ipsorum pueros non generaverit, utrum in sola dote sibi promissa non debeat contentari?

Item jurati de Budespicz petiverunt informari, utrum dos mariti major esse debeat quam uxoris, vel econverso?



Super quorum primo responsum fuit: Quod allegatio privignorum rationabilis et justa est; unde mulier in dotalitio sibi promisso, quod per generationem filiorum non est extinctum, debet esse contenta. Ad secundum vero dictum fuit: Quod promissio dotalitii est arbitraria, secundum voluntatem promittentis possibilis minui vel augeri; consuevit tamen frequenter maritus in parte tertia uxori plus pro dote promittere, quam econtra solet; et secundum istam consuetudinem quasi communiter approbatam, quando dos unius conjugatorum nominatim est expressa, debet dos alterius, si est dubia, moderari.

202. *De dotalitio quod potest obtineri per mulierem.* Quidam proposuerunt hunc casum: Quaedam puella maritum duxit legitimum, qui duas marcas grossorum dotalitii nomine sibi promisit, pro quibus marcis sibi dandis alii duo de nostris concivibus fidejusserunt. Quos dicta puella coram judicio pro eis impetivit, obligans se ad probandum tam fidejussionem quam promissionem per testes idoneos, qui „nuptiales homines“ dicuntur, h. e. vulg. dicendo dingleut oder heyratleut. Pars vero adversa de fidejussione negans, obligat se ad suam negativam verificandum et similiter per testes nuptiales ostendendum, quod ipsi puellae nihil promiserit nec pro aliquo dotalitio fidejusserit ad eandem, petens tamen hoc pro se sententiari, utrum res suas per testes non debeant melius defendere, quam sibi possint per aliquem decertari? Petierunt ergo informari, cujus partis testes sint potius audiendi?

Quibus responsum fuit sic: Quod testes puellae de sua parte ad tractatum matrimonii electi et vocati potius sunt audiendi, quam testes fidejussorum, per quos puellae querimoniam evadere vellent. Cum enim puella agat de dotalitio, quod respondet pretio suo corpore deservito, pinguius jus sibi competit ad fidejussores, quos impetit, per testes convincendum, quam eis competat ad defendendum.

203. *De dotalitio, quod potest obtineri per virum.* Casum talem quidam proposuerunt: Quidam noster concivis dives existens quandam mulierem pauperem de villa duxit in uxorem,

ex qua duos pueros generavit; tandem marito mortuo mulier eadem de villa quadam alium virum duxit, qui dictos pueros, datis eis pro parte sua quibusdam agris, a se alienavit, domum autem, quae patris puerorum praemortui mariti uxoris suae fuerat, vendens, una cum uxore a civitate nostra in villam, unde venerat, ad faciendum ibidem residentiam se recepit. Modo pueri ipsi, quia mater eorum migravit a saeculo, impetentes domum per vitricum eorum venditam, coram nobis in iudicio suam proposuerunt querimoniam sub hiis verbis: „Domine iudex, conquerimus de vitrico nostro, quod ipse domum ex labore patris nostri comparatam et ad nos jure hereditario pertinentem, nec sibi per nos coram iudicio resignatam, sine nostro scitu et voluntate ad manus vendidit alienas, et petimus nobis iustitiam dictari: Cum in aetate juvenili fuerimus et ad reclamandum dictae domus venditionem annos discretionis non habuerimus, sicut nec adhuc habemus, cum unus nostrum sit in anno IX et alter in VI et mater nostra jam mortua in domum eandem de villa, cum pauper esset, per patrem nostrum in uxorem recepta fuerit et ducta; quae si adhuc vixisset, tacuissemus, nec domus venditionem reclamassemus, sperantes, quod fide maternali nos respexisset: utrum dicta venditio non debeat retrocedere et ipsa domus ad nos, sicut ad veros heredes, redire?“ Ad quam querimoniam vitricus sic respondit: „Domine iudex, fateor me dictam domum vendidisse, quia ipsa mihi per uxorem meam, jam mortuam, cui XV marcas dotavi, nomine dotalitii fuit assignata et dotata, quod probare volo per tot scabinos et juratos, quod ad jus meum habere debeo, et peto pro me sententiam: Utrum ad talem probationem non debeam admitti, cum sine impedimento facta venditione de civitate ad villam exiverim, nec per dictos privignos meos aliqua fuerit quaestio mihi mota.“

Super quo casu sic sententiatum fuit: Si vitricus puerorum demonstrabit per juratos, sicut se probaturum obligavit, quod domus per uxorem est sibi pro dotalitio data, ipse utetur.

204. *Dotis solutio est tantum uxori facienda.* In Chremsir Petrus filio suo Stephano puellam Margaretham nomine, filiam

alterius civis ibidem, petivit in conjugium copulari. nomine dotis eidem maccellum promittens. Modo defunctis Petro et Stephano Margaretha nurus agit in socrum suam viduam pro maccello sibi ratione dotalitii promisso, obligans se ad verificandum promissum dotale per testes idoneos, quosdam juratos et quosdam communes homines, qui interfuerunt contractui nuptiali. Socrus autem promissum non negans dicit, „quia Petrus, vir ejus, ante annos aliquot patri Margarethae pro maccello dotali pecuniam, in qua contentabatur, numeravit et solvit, quod similiter per testes tam juratos, quam non juratos nititur declarare“. Quaeritur ergo, cujus partis testes sint aliis praeferendi?

Super quo diffinitum est: Quod testes, quos vult socrus statuere de dote soluta, sint audiendi et districte sub virtute juramenti praestandi corporaliter interrogandi, si Margaretha praesens fuerit, cum pater ejus numeratam pecuniam pro maccello sibi dotem promisso suscepit, et si voluntarium ejus ad hoc consensum nec prece, minis, nec metu inducta praebuit; et si sic testabuntur, hoc faciet pro socru, quod nurus querimoniam declinabit.

Et hic collige, quod solutio dotis est tantum uxori facienda et quod ipsa sola a dotalitio et ejus promisso maritum liberum reddere potest et solutum.

205. *Ad dotem solvendam etiam heredes obligantur.* Sententiatum est diversis: Ex quo per matrimonium filia emancipatur et transit a patria potestate: si pater nomine filiae dotem promiserit et ipsam ante nuptias emancipaverit, non tollitur promissio, si pater moriatur, quia nichilominus heredes ejus ex promissione obligati permanebunt.

206. *Dotis promissio bonam fidem habere debet.* Dotis promissio, si metu vel vi extorta fuerit, inutilis est, cum dos ex libera proficisci debeat voluntate. Sic sententiatum est in Heynreichs, cum Scherczo cognatam suam cuidam rustico diviti tradidisset et eum postea ad promittendum dotalitium compulisset.

207. *Dos non potest in fraudem creditorum promitti.* Diffinitive sententiatum est: Si pater debitis involutus

ad fraudandum creditores filiae dotem promittit, promissio vigorem non habet. Licet etiam ante matrimonium et post, nuptiis jam completis, dos promitti possit: tamen si de tali posteriori promissione dotis creditores patri promittenti instantiam fecerint, testes idoneos statuet, qui corporali juramento comprehendent, quod dos hujusmodi non sit in ipsorum fraudem aliquantulum procurata.

Et similiter intelligendum est de debitis; nam quaecumque in fraudem creditorum per debitores alienata fuerint, actione revocatoria repetentur; unde si praedium dotale minori pretio, quam valeat, vendatur, creditor ipsum pro eodem pretio consequetur.

#### Capitulum XX: De aedificiis.

208. *De aedificiis et novis locationibus seu plantationibus in genere.* De quadam villa jurati petentes informari de novis villarum locationibus et arborum plantationibus, instructi sunt de subscriptis: Primo, quod signatis areis quilibet fundamentum ponat vicino suo praesente et vidente, et similiter metas agrorum faciat de scitu vicini sui. It., curiam domus muniat et pacificet; alioquin dampnum, quod ex tali negligentia per ipsius pecora vicino suo in segetibus, oleribus et consimilibus factum fuerit, ipse solvet; dampnum vero, quod ex aliis pecoribus in curia sua, quam sepe non firmavit, sibi acciderit, sustinebit. It., sepem faciens ramos virgarum ad curiam vicini non vertet. It. fornaces et ignis conservatoria, cloacae et stabula ad impinguandum porcos facta, spatio trium pedum cum dimidio a sepiibus locentur. It. locus ignis argillâ taliter liniatur, ne scintillae volent in curiam vicini sui in dampnum. It. cloaca seu merdatorium fodi debet in curia propria et sub terra ad curiam vicini sui in dampnum non duci. It. arbores ortorum in tanto spatio plantentur a sepe, ne rami ultra ipsam dependentes ortum vicini splendore solis privent et obumbrant; quia, si hoc contingat, fructus eorumdem ramorum cum vicino, cujus ortum obumbrant, dividantur vel per dominum arborum, si vicinus carere noluerit, praescidantur. It. fabri, pistores et consimiles mechanici, qui in exercendis laboribus suis

igne frequenter utuntur, fumum ejusdem ignis in fumario seu aedificio ad hoc specialiter facto extra tectum in aërem deducere debent, ne sub tecto in latum diffusus vicinis incommodum faciens, eos inquietet. It. locans novam villam potest hominibus aliunde venientibus hereditates in tali villa assignare, quamvis bona talia ad eosdem non sint homines hereditarie devoluta; sed tamen nec idem locans, nec dominus villae, nec locati in villam possunt pro eorum voluntate in praejudicium communis juris terrae jus novum sibi creare seu statuere, imo debent se subicere alicui juri communi et approbato, quo ipsis vicinae villae caeterae sunt subjectae.

209. *Aedificia nova contra prohibitionem judicis et juratorum non sunt facienda.* Dum inter duos vicinos de quodam oppido, quorum unus emerat domum quamdam judicis ibidem, multiplex quaestio longo tempore verteretur, jurati ejusdem oppidi instructi sunt: Quod quicquid post inhibitionem novi aedificii construitur, destrui debet. Tanta est enim vis prohibitionis judicis et juratorum, quod ante licentiam nulli licet contra eam venire. It. prohibitio aedificii fieri debet in ipso opere, et non tantum ipsi domino, sed etiam illis, qui in opere construunt; et quicquid aliquis pendente prohibitione construxerit, hoc debet propriis expensis destruere. Et licet aliquis possit prohiberi, quod novum opus non faciat, rarum tamen est, quod prohibeatur, ut non reficiat antiquum. It. si aedificetur in via communi et in publico, quilibet potest denuntiare judici, quod prohibeat. It. omnis aedificans potest terram, arenam, argillam vel quicquid talium est, in plateam et viam publicam, donec educat, scutere vel ponere, contradictione vicinorum qualibet quiescente.

210. *De aedificandis merdatoriis, coquinis et consimilibus.* Nicolaus quidam, cum Johannem vicinum suum prohiberet aedificare cloacam intra spatium quartimedii pedis a muro suo, sententiatum est sic: Licet a sepe non linita, vel pariete ligneo, cloaca in spatio trium pedum cum dimidio sit locanda, tamen a sepe ex utraque parte argillata admitti potest, ubi arctae sunt areae, quod cloaca trium pedum spatio

fodiatur, a muro vero trium pedum spisso, si privata muratur in spissitudine longitudinis lateris cum dimidio; hoc non est in arctis areis prohibendum.

211. *Ad idem, de merdatoriis et consimilibus.* Quamvis homo in territorio suo a limitibus vicini in spatio trium pedum cum dimidio cloacam possit fodere, tamen, si amplam habet curiam, eam ponere potest, ubi et sibi competens et vicino minus sit nociva. Debent enim vicini et de dampnis ad invicem sibi, prout possunt, cavere et mutuis promotionibus se prosequi. Unde, cum in quodam oppido vicinus circa parietem vicini sui, ubi aptiorem pro mensa sua locum habebat, cloacam ponere voluisset, sententiatum fuit, quod jure ad hoc esset prohibendus et quod in alio loco infra septa sua, quem bene habere poterat, cloacam construere deberet eandem.

212. *De aedificiis quantum ad altum et bassum et parietum reformationem.* Cum Ulricus de cellario suo sub terram foramen sub viam publicam lapidibus stratam pro potu aestivo tempore infrigidando fodere voluisset, et per juratos hoc facere prohibitus fuisset, in medio dicti cellarii commodum lateribus testudinatum in profunditate notabili ad cavendum incendiorum pericula construere coepit. Quod vicinus ejus percipiens, ipsum in causam traxit, allegans, quod ex tali structura domus ejus, sub cujus fundamento foderet, ruinam minaretur; quare petivit, Ulricum rigore juris compelli desistere ab incoeptis. Contra quod Ulricus petivit se in eo jure conservari, quo quilibet homo in bonis suis sine nocimento vicini in altum et in profundum aedificat, quidquid sibi placet. Jurati ergo perspecto aedificio vicini invenerunt, quod structura, quam faceret, parietibus vicini non obsesset, quia in debita distantia Ulricus fundamentum suum a parietibus vicini fodit. Unde sententiatum est pro eo.

Et ex hoc colligitur, quod homo in bonis suis supra in aërem et subter in terram habet licentiam construendi; etiam fontem, cloacam et alia, quae suis viderit necessitatibus expedire. Tamen in structuris, quae ad certos deputantur usus et fiunt in medio fori vel alibi in territorio communi, sicut sunt

maccella, scampna panis, institae et alia consimilia, est tantum illa profunditas et altitudo servanda, quae ab antiquo servari consuevit.

Parietem in medio aedificiorum vel curiarum uterque vicinus reparabit; si autem uno petente alter reparationem contradixerit, tunc reparans parietem eo solus utetur et alter, nisi novum pro suis construat parietem usibus, non habet jus utendi pariete vicini, nisi licentiam obtineat ab eodem. Unde quamvis paries fuit communis utrique vicino, tamen ille, qui monitus ipsum reformare tempestive, cum indiguit, neglexit, jus utendi, quod prius habuit, de caetero non habebit. Et hoc jus tantum durat pro tempore parietis; eo enim ruente, si ille, qui prius reparationem facere non curavit, paratus sit cum vicino alium parietem instaurare, acquirit iterum quoad usum parietis jus antiquum. It. si facto incendio vel alia vastitate de parietibus inter vicinas domos fruendis dubitatum fuerit, mandabitur cuilibet hospiti, quod intrando domum ad dextris parietem pro se et vicino faciat communem, nisi aliqui vicini malint duos parietes in medio eorum facere.

*213. De aedificiis quantum ad arearum mensurationem.*

Cum mensurantur spatia novarum arearum vel limitum, illi, cui cedit hereditas in acie extremitatis, plus datur de spatio quam alteri in medio residenti; quia tales in extremis residentes pacem et confirmationem communem pecuniâ suâ facere ipso jure sunt astricti.

*214. De aedificiis casuris.* De aedificiis ruinam minantibus, si dampnum de ipsis timetur, debet protestatio de dampno futuro interponi; unde de dampno facto resarciendo actione, nisi protestatio praecesserit, non tenetur.

*215. Ad idem.* Per vicinum in curiam alterius vicini fenestrae fieri prohibentur; unde si factae fuerint, possunt per vicinum, in cuius curiam tendunt, obstrui aedificando.

(Residuum hujus materiae require primo „De jure novalium“ et „De luminibus“ et secundo „De dampnis“ et infra „De servitutibus“).

### Capitulum XXI: De electione officialium.

216. (*Br.*) *Officiales, qui communitati civitatis et iudicio serviunt, cujusmodi sunt scriptores, subjudices, bidelli, precones et consimiles, solum jurati debent eligere, statuere vel destituere, sicut bono communi viderint expedire. Officiales autem, quibus per se iudex indiget et quos pane suo pascit, per se eligit, mutat et statuit, quando suae placuerit voluntati.*

### Capitulum XXII: De emendis.

217. *De emendis in genere.* Emendas a certo reo iudex statim finito iudicio recipere non debet, si petit; sed induciari debet per XIV dies. Et scriptor iudicii diligenter tales conscribat et partem ad civitatem debentem suo tempore faciat magistro civium assignare.

218. et 219. *De emendis taxandis.* Licet in compositione homicidii L talenta secundum viam juris ad XXX marcas taxentur, tamen in aliis emendis talentum est tantum pro XX gr. computandum. Et secundum hoc taxantur plures emendae, quae nomine talentorum in Legibus (Juribus) Originalibus sunt conscriptae. Et nota, quod in omni emenda est gratia maxime propter senium vel femineum sexum faciendâ.

220. (*Br.*) *De emendis quantum ad querimoniam.* Qui minis, terroribus, aut quacumque potentia seu suggestione conquereutes vel conqueri de injuriis et violentiis sibi factis volentes silere compellunt vel inducunt, et sic iudicem suo jure defraudant: illas emendas, quas jurati magnitudine vel parvitate causarum, de quibus habebant conqueri, considerata ipsis imposuerint, solvere tenebuntur.

(*Pr.*) Qui alios quocumque modo conqueri non permittunt, solvent emendam eis per juratos secundum magnitudinem causae impositam.

221. et 222. *De emendarum differentiis.* In Legibus emendae sic distinguuntur, quod quaedam sunt emendae arbitrariae, quas vulgus „gemacht wandel“ appellat, et hae variantur secundum arbitrium juratorum, quia non sequuntur statuta civitatum.



Aliae sunt emendae dictae judiciales i. e. vulnerum et aliorum excessuum, et hae non variantur. Propter primas judici ceditur pars, propter secundas judex percipiet tantum quantum ad eum pertinet ipso jure.

Et est circa hoc notandum, quod emenda LX talentorum, quam Lex commemorat, est tantum pro gravissimis excessibus imponenda, sicut exempli gratia: Si quis alium haereticum, traditorem, falsatorem vel alio simili malo verbo coram juratis denigraverit, et forte prius propter idem appellans, correptus est et non desistit, solvet emendam praenotatam. Et est praedicta emenda secundum numerum juratorum augenda vel minuenda, sicut, si coram sex juratis fit excessus, minor est emenda, quam coram XII, nisi nimis gravis esset excessus; et judex tertiam partem ab ea recipere debet.

223. *De quibus bonis emendae sunt solvendae:* Emendae debent solvi de bonis propriis, et non de bonis, quae noviter quis emit et non persolvit; quia talia bona sunt tali vendenti potius restituenda.

224. *Ad idem. (Br.)* Si vector in aliquo delinquens res alterius in curru suo ducit, judex emendas pro tali delicto non de hujusmodi rebus, sed tantum de rebus recipiet vectoris; et idem fiet in casu consimili.

225. *In quo casu judici non cedit emenda.* Lex vult, quod judici non cedat pro insolentiis verborum sedatorum subito emenda, nisi coram juratis tales insolentiae sint commissae, quibus merito est parcendum.

226. et 227. *Ad idem, ratione testium, qui supportantur de emendis.* Et similiter emendam non solvent testes, qui non tacta cruce per judicem in eorum animam interrogati deponunt, nec partium aliqua obligabitur ad eandem.

Et nota, quod is non est obligatus emendae, qui steuram vel ungeltum neglexerit dare, quia talis neglectio officialibus dominorum seu collectorum debet imputari.

228. *Ad idem.* Diffinitum est, quod verba jocosae coram juratis prolata non debent emendari, quia pro joco merito debent reputari.

229., 230., 231. et 232. *Ad idem.* Sine emenda verberantur bursicidae et fures; sanguis tamen eorum non est effundendus, nisi habita super eo judiciaria potestate. Et hic secundum leges colligitur et est diffinitum jure civitatum, quod sine emenda bursali vir legitimus cognoscit mulierem solutam; secus autem esset, si cum legitima raperetur; tunc ad viri sui querimoniam judicium sustinebit. Et similiter hic colligitur: Si hospes domus levem personam propter suam insolentiam incippari facit sine licentia judicis per preconem, non oportet, quod propter hoc emendam solvat; nam sine jussu talis hospitis preco per se levam personam pro insolentiis incippare potest. Atque sine emenda concordent partes pro debitis.

233. *In quibus casibus judex non habet emendam.* Judex nullas emendas habebit, si reus actoris querimonias, etiam in causis criminalibus, rigore justitiae jurejurando, testibus vel alias declinabit.

234., 235., 236. et 237. *Ad idem.* Ad emendam non obligantur jurati, qui in sententia pronunciandi non concordant. Et eodem modo emendam aliam non solvet, qui extra consilium rejicitur juratorum; secus autem esset, si publice coram judicio vel populi multitudine de excessu convinceretur, in aliorum scandalum juratorum. Et similiter sine emenda jurati quandoque altercantur verbis ad invicem in consilio; secus autem esset, si coram judicio vel in praesentia multitudinis verba fierent inhonesta. Jurati etiam sine emenda quandoque possunt verberare leves personas.

234. (*Pr.*) *Emenda loquentis contumeliose jurato coram judicio.* Accidit, quod cum homo communis cum jurato placitans inter cetera coram judicio publice ac frivole in vulgari sibi dixisset: „Du gaukelst mir, sam du wilt“, judicialiter inventum fuit, quod et juratum pro excessu tali precibus proborum virorum placare et judici pro emenda V libras hall. solvere teneretur.

238. *De emenda verberantis discipulum.* Si quis magister discipulum ad effusionem sanguinis verberaverit vel percutiendo interfecerit: amicis et judici satisfaciet in emenda; qui vero

nonnisi XII plagas virgales vel hujusmodi similes discipulo tenetur inferre.

239., 240. et 241. *De emenda arguentium judicem vel juratos.* Emendam LXXII parvorum solvet, cujus advocatus judicem vel juratos arguere praesumpserit et ad hoc tacuerit. Unde nota, quod aliquis gravius excedit per se loquendo, quam tacens in verba alterius consentiendo. Judex quoque sicut et partes tacendo potest negligere jura sua.

242. et 243. *De emenda volentis laedere.* Qui alium laedere voluit et non laesit, eum placare debet viris honestis; judici autem quinque gr. assignabit; et pro deviatione juramenti, si jurare talis praesumpserit, judici iterum V gr. dabit. Et hoc, judicium si fuerit peremptorium; si autem non fuit peremptorium, tunc unum grossum tantum tenetur dare judici pro emenda.

Et circa istam particulam subtiliter colligitur, quod tantum emendantur excessus voluntarii; tamen si ebrius operam dedit rei illicitae et aliquem laeserit, laeso et judici ad emendas debitas, ut patebit infra, obligatur.

244., 245. et 246. *De emendarum prioritatis.* Emendas judicis debet praecedere satisfactio laesi. Item si pro emendis pactatum fuerit, pactum stabit.

247. (Br.) *De emendis verborum.*

248. (Br.) *De verbis coram judicio prolatis.*

249. et 250. *De emenda vituperii.* Si acciderit, quod juratus arguit invicem se vituperantes et tacere nolentes, quilibet vituperantium solvet V talenta, et si juratus tacet, quilibet solvet unum, et sufficit. Item, qui alium coram juratis appellat haereticum, ipso non audiente, V talenta parvorum solvet, quia consilio non pepercit; de quibus tertia pars judici et duae civitati cedant ipso jure. Et si appellatus haereticus reappellat illum haereticum, propter hoc appellans poenam talionis vel emendam debitam non evadet. Item, qui coram judicio haereticum nominat in exemplum alicujus, solvet unum talentum denariorum parvorum.

251. *De emenda perditionis „holung“.* Emenda perditionis „holung“ sunt XII parvi, qui faciunt grossum Pragensem. Ista est emenda minima judicialis, exceptis judiciis peremptoriis, ubi juramentum emendatur cum LX parvis.

252. *De emenda mendacii et depilationis.* Qui juratum mentiri dixerit, quam prius officium jurati habuit, et preconem seu nuntium a juratis missum pro pignore ad ipsum depilaverit seu verberaverit: is placatos ambos habebit et propter excessus tales solvet emendam X talenta denariorum parvorum.

253.—256.a) *De emendis juramentorum.* Si jurans pro una summa pecuniae tria juramenta facit et in uno cecidit, in omnibus tribus judicatur cecidisse; et si iudicium non fuit peremptorium, solvet judici grossum pro emenda. Item si pro tribus summis pecuniarum tria juramenta facit et unum corrumpit, nisi pro uno solum emendam dabit praenotatam.

Item, si mettertius jurare debens et unus in juramento deviat, tantum pro uno emendam solvet, licet totam causam perdat et amittat.

Item, si advocatus nec ipse, qui jurare debet, formam juramenti coram iudicio non recitaverit, propter hoc nec causam perdunt, nec ad emendam obligantur.

Item, qui non missus digitos cruci superponit vel deponit, propter hoc non causam perdit, sed judici unum grossum solvet pro emenda.

Item, si a placitis et juramentis per amicabilem compositionem receditur, iudex adhuc emendas debitas consequetur.

Item, si jurare debens ad instantiam actoris et preces interpositas supportari non vult, nisi juret, permittendus est.

256.b) *De emendarum fraude inter partes.* Si iudici videtur, quod inter actorem et reum per collusionem super causae compositione factam, reus de juramentis supportetur, ambos potest ad juramentum compellere, ne in suis emendis defraudetur. Et si ambo vel unus eorum deviat, jurati super eo consideratis personis et circumstantiis diligenter considerabunt. Item, juramentum dimitti non potest, nisi obtenta

super eo licentia judicis speciali. Item in agone jurans, si formam corrumpat, in causa non cadit, si tamen homo bonae famae fuisse judicatur.

257. (*Br.*) *De emendis injustae mensurae et ponderis.*

258. *De emendis injustae ulna et ponderis.* Si quis prima vice cum injusta ulna et injusto pondere est inventus, quinque talenta solvet (hoc sunt centum gr.) pro emenda; si secunda vice, solvat II marcas; si tertia, manu truncetur, vel redimat eam cum X marcis; de quibus emendis duae partes cedunt judici et tertia civitati.

259. *De pondere lapidis et ejus emenda.* Pondus lapideum unum tantum lapidem continere debet, et si est nimis levis, per additionem alterius lapidis non potest se aliquis excusare de injusto pondere, cum tamen lapides non sint cari neque rari; et qui taliter injuste (ut supra dicitur) inventus fuerit, poenam solvat supradictam.

260. *De emenda segetum, granorum, pecorum, graminorum lignorum, capeciorum raptorum seu subtractorum.* Qui segetes in agro alterius recipit violenter vel furtive, solvet domino segetum I fertonem, judici vero  $\frac{1}{2}$  fertonem. Si quis etiam in agro suo pecora rapuerit, de quolibet pede solvet unum denarium pro emenda. Si quis in prato capitur cum graminibus, per judicem a civitate repellatur, infra annum non reversurus; si autem in equo deduxerit, domino prati  $\frac{1}{2}$  fertonem et judici lotonem solvet pro emenda. Si quis de silva fustes et virgas in curru suo eduxerit, solvet domino silvae medium fertonem; si vero majora ligna, quam sunt virgae vel fustes, post quemlibet stipitem vel truncum ligni LXXII parvos solvet domino silvae et judici, si ad eum pervenerit, satisfaciet secundum consilium juratorum. Item, si aliquis violenter de die in campo alicui recipit duo capecia siliginis, sententiatur ut spoliator condempnari; si tamen capecia valent LX parvos.

261. *Emendae quandoque non variantur.* Emendae non variantur secundum variationem judicum, imo si sit simplicissimus pro judice positus, idem excessus eadem emendâ punietur.

262. *De emenda contumacis.* Prima vice per judicem vocatus in praesentia unius jurati adminus ad querimoniam actoris, si non venerit, solvet grossum, secunda vice duos, tertia vice tres grossos h. e. in toto LXXII parvos solvet pro emenda. Si autem tertia vice non vult venire, recepta ab eo emenda supradicta ad praesentiam judicis tamquam captivus est ducendus, si causa est civilis; si autem querimonia est criminalis seu de vulneribus et insolentiis, tunc non receptis fidejussoribus in cippo pernoctabit, in crastino actoris querimoniam auditurus. Quicumque vero emendam praescriptam semel solverit et postea alio tempore ad primam judicis vocationem non venerit: emendam LXXII parvorum solvens vel ad praesentiam judicis vel ad cippum ducatur, sicut superius est expressum. Insuper qui ad primam vocationem judicis indignanter et contemptive venire contradixerit, incidit statim in emendam LXXII parvorum et ad praesentiam judicis ducatur ut captivus.

263. *De emenda violantis judicis interdictum.* Violans judicis interdictum a juratis statutum, solvet eandem emendam, quam jurati solvere statuerunt; si autem interdicat non sub emenda determinata, solvetur emenda LXXII parvorum. Et hoc in levibus factis et honestis.

264. *De emenda invasionis domus.* Si quis invasionem domus probare non poterit, judici duo talenta et unum civitati persolvat, sicut jura dicunt Imperialia. Item, invasio domus, quae minor dicitur, id est illa, quae sit per verba tantum, si probata non fuerit, solvet LXXII parvorum pro emenda.

265.—268. *De emenda depilationis vel vapulationis.* Duo famuli ad invicem si se depilant, et dominus unius servo suo in adjutorium accurrit et illum usque ad effusionem sanguinis manu percutit: solvet pro depilatione judici V gross. et depilato totidem; pro percussione vero X grossos judici et percusso XX sunt solvendi. Pro percussione vero dicta plabslag, solvitur judici talentum et percusso duo talenta, Et quot sunt plagae numero, totiens solvitur emenda praedicta. Item,

emendam excussionis dentium, quaere in Jure Originali superius; item emenda gladii evaginati ibidem.

269.a) *De emenda membrorum nobilium.* Emenda pro nobili membro sunt V talenta; ista V talenta et compositio dampni ab antiquo ad X marcas sunt taxata, de quibus septem laeso, judici duae et civitati una cedere debet.

269.b) *De emenda homicidii.* Emenda homicidii ex diversorum locorum consuetudine sunt XXX marcae; ergo pro nobili membro tamquam pro tertia parte corporis decem marcae in emendam debite persolvantur.

270. *De emenda se ipsum mutilantis in membris.* Qui se ipsum mutilat, sub poena capitis a civitate est repellendus, et sic est judici satisfactum.

271. *De emenda placiti uxoris in causa mariti.* Uxor, ut etiam legum processus approbat, non plus quam tres obulos marito deplacitare potest; quos si iudex recipere vult, recipiet ab eadem.

272.a) *De emenda proscriptorum.* Qui pro homicidio proscriptus fuerit, finito anno et die nequaquam civitatem intrabit, donec marcam gross. civitati assignet. Et in bonis proscripti, quae reliquerit, iudex tertiam, actores tertiam, et uxor et liberi tertiam habent partem; uxore vero et liberis non existentibus, eadem tertia pars per consilium civitatis recipiatur in ecclesiarum et viarum reformationem convertenda.

272.b) *De emenda proscriptorum in causa vulnerum.* Proscriptus pro vulneribus et raptus in civitate de introitu domus X talenta et de exitu X persolvit pro emenda; hoc est VI sex. et II<sup>1</sup>/<sub>2</sub>us ferto; in quibus actor tertiam, iudex tertiam et civitas tertiam habent partem.

272.c) *De emenda extensionum ballistae vel arcuum.* It. qui ad pugnam tenso arcu vel ballista accurrerit, judici LX grossos et civitati II<sup>1</sup>/<sub>2</sub> fertonem solvet pro emenda.

272.d) *De emenda evaginationis gladii.* Quicumque die forensi convictus fuerit gladium ad malum alicujus evaginasse,

judici II<sup>1/2</sup> fertonem et LX gross. solvet civitati; quia in hoc excessu major sit verecundia civitati.

272.e) *De emenda sententiam arguentis a juratis latam.* Qui sententiam juste latam arguere praesumpserit, solvet pro emenda X marcas, de quibus tertia pars judici et secunda civitati debetur, quum plus exceditur contra consilium in hoc casu. Nota, quod a sententia injusta, imo etiam justa, cum moderamine verborum, disciplina servata et licentia rogata, fortassis sine emenda est licitum provocare; alioquin metu emendae litigantes non praesumerent ad majorem audientiam appellare. Et debet dicta emenda solvi ab illis, qui appellant in judicio famoso, sicut in aliqua civitate, ubi habetur copia sapientum; pauperes autem et simplices in judiciis villarum litigantes si appellaverint contumaciter a sententia justa, secundum numerum juratorum illius judicii pro quolibet jurato solvent LXXII parvos, et si arguens pecuniam non haberet, linguam perdet.

272.f) *De emenda falsi testimonii vel blasphemia.* Si pro falso testimonio vel blasphemia centum grossi solvantur, in illis habet civitas tertiam partem; hoc est, si blasphemia facta est in loco privato et perjurio levis causae; sed si solempniter haec fiunt, solvitur major emenda.

272.g) *Qualiter bona advenarum tamquam emendae dividuntur.* Advena in civitate moriens intestatus, ejus bona cives anno et die servabunt, et si interim nullus de propinquis suis ea petierit, tertia pars dabitur pro anima defuncti, tertia judici et tertia juratis, alias civitati.

272.h) *De emenda ponderis et mensurae.* Si prima vice raptus fuerit, solvet centum grossos, secunda duas marcas, tertia decem marcas. Prima emenda est solius judicis, sed secunda vel tertia vice cedens est pro tertia parte civitatis, sed aliae duae partes ad judicem pertinebunt.

272.i) *De emenda operae homicidii.* Pro opera homicidii, quod vulgariter „vollayst“ dicitur, dabitur actori marca, judici ferto et civitati ferto grossorum.



272.j) *De emenda specierum per institores vendendarum.* A lege institoribus de novo praeceptum est, quod sub poena centum gr. dent ementibus piper, crocum vel consimilia pondus librae, sub quo pondere etiam ipsi tales res emunt, et non pondus marcae. Et in eisdem centum grossis iudex habet tantum tertiam partem. Aurum vero et gemmas atque margaritas et res consimiles, quae sub pondere marcae vendi consueverunt, institores de caetero per lotonem vendere poterunt sub eodem pondere sine poena.

273.a) *De emenda pro gravi invasione domus.* Pro gravi invasione domus, in qua vulnera sunt commissa, cujus demonstratio cum fieri per testes non potest, dabuntur iudici XL grossi et civitati XX. Pro minori vero invasione domus non probata, iudex tantum habebit LXXII parvos.

273.b) *De emendis antiquis seu communibus.* Aliae emendae, quae ab antiquo super statutis factis positae sunt vel super fiendis in futuro statuentur, quae „gemacht wandel“ vulgo dicuntur, in illis, sicut in emendis, quae in Privilegiis civitatis specificè non sunt expressae, iudex habet tantum tertiam partem et civitas duas partes; si tamen iudex eisdem statutis curam adhibet diligentem. Et notandum, quod quicquid cedit de novitiis de novo jus civitatis obtinentibus, hoc solius est civitatis, quia non est emenda. Est tamen rationabile, quod novitius in testimonium adventus sui pro eo, quod vulgariter „vrkund“ dicitur, duos iudici det parvos.

(Residuum quaere capitulo „De poenis“.)

273.c) *De emenda bestiarum.* Lex vult, quod, si bestia aliam laedens bestiam vel occidens majoris pretii fuerit quam occisa et dominus laedentis dampnificato secundum taxationem proborum virorum paratus sit satisfacere: in hoc contentabitur ipso jure. Sin autem, tunc secundum arbitrium juratorum inter partes emenda satisfactionis dampnificato deputetur. Et si animal brutum aliquem laeserit, de tali emenda quaere supra rubrica „De animalibus“.

273.d) *De emenda pistorum in debita quantitate panis excellentium.* Licet magistri pistorum ad consilium juratorum dedu-

xerint, quod secundum antiquam consuetudinem pistori, debitam quantitatem in pistando non servanti, solum die dominico de mensa in foro XXXVI parvorum denariorum panis pro emenda recipiendus et in hospitale pauperibus sit mittendus: tamen ista consuetudine sicut corruptela in posterum abolita, sententialiter inventum est legis viâ: Quod etiam pro bono communi pauperum omni die iudex et jurati, cum necessitas exigit, possunt et debent panem debitam quantitatem non habentem, de mensis pistorum, vel alias ubi venditur, tollere et inter mendicos distribuere, et insuper pistorum sic excedentes per emendam LXXII parvorum denariorum vel graviolem vel minorum, secundum quod decreverint, ad servandum forum debitum coartare.

### Capitulum XXIII: De emptionibus.

274. *De emptionibus et venditionibus in genere.* Licet res fuerint Henrici, tamen quia potestatem res eas in foro vendendi tradidit Conrado: quicquid per Conradum medio tempore, quo dicta potestas apud eum residebat, in foro factum est, hoc Henricus de jure non poterit revocare.

275. *De emptione a non-vero domino.* Qui bona fide a non-vero domino, quem dominum esse credebatur, fundum emerit, vel aliquid aliud ex justa causa vel donatione bona fide acceperit: placuit naturali ratione fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura et cura. Et ideo, si postea dominus supervenerit et fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei vero, qui sciens fundum alienum possederit, non idem concessum est; itaque etiam fructus cum fundo, licet consumpti sint, cogitur restituere.

276. *De emptione et venditione.* Vendens rem venditam ab impetitoribus, quamvis in emendo hoc non exceperit vel specialem mentionem de hoc non fecerit, disbrigabit.

277. *De emptione vel venditione ignorante rei domino.* Uxor vel famulus res domini, eo ignorante, si vendiderit, venditio nulla erit, nisi postea dominus velit ratam habere, nec emptor vendentem ad aliquid compellere poterit ipso jure.

278. *De emptione equi quantum ad restitutionem.* Legidico jure inventum est, quod equus infra triduum vendenti est restituendus ratione duorum defectuum, vid. „hertzlechtig“ et „rueczig“ qui dicuntur, et ementi pretium suum restituere vice versa.

279. *De emptione et venditione agrorum.* Notandum est secundum leges: Quod si ager venditur cum tritico, et de tritico non fuerit facta mentio, triticum erit vendentis, quia ipsum seminavit. Secus autem esset, si cabella venderetur impraegnata; talem enim emptor, quia poledrus in utero cabellae existens sine labore venditoris ibidem conceptus esset, merito assequeretur; oculis etiam talis poledrus videri non potuit, quando cabella vendebatur.

280. *De emptione et venditione quantum ad protestationem.* Si domus venditur et denarius protestationis tantum super ea datur, et si emptor, antequam domum exsolvat, aliqua in domo rumpat: si postea venditor emptionem revocat, de ruptione facta emens in nullo, cum revocatio per venditorem et non per emptorem constet, tenebitur ipso jure.

Et est notandum, quod emptio sine pretio certo esse non potest.

281. (*Pr.*) *De emptione et venditione quantum ad taciturnitatem.* In emptionibus et venditionibus taciturnitas obest, sicut dicitur de coheredibus, qui praesentes passi sunt unum coheredem totam hereditatem vendere et pretium accipere; nam et ipsi videntur suas partes vendidisse. Unde patientia sine contradictione, (etsi) sine scientia, pro consensu accipitur. Et est signanter notandum, quod aliud est vendere et aliud vendenti consentire; sicut si vendam tibi rem aliquam et evincatur, teneor de evictis, etiamsi non promisi; si autem vendenti consentiam, non teneor de evictis, nisi pretium accipiam. Similiter notandum est circa istum contractum secundum leges: Quod si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accessit, ad emptoris commodum pertinet; nam et commodum ejus esse debet, cujus est periculum. (R. 282.)

282. *De emptione et venditione quantum ad conditiones.* Haec sequuntur venditionem: Quicquid clavis affixum est,

pertinet ad emptorem; nisi aliqua non affixa nominatim eximantur, remanent venditori. Etiam si servus domini jussu in demonstrandis finibus agri venditi vel errore vel dolo plus demonstraverit, id tantum oportet accipi demonstratum, quod dominus senserit. Qui fundum vendit, cui etiam aquam accessoriam dicit debet, etiam iter ad aquam hauriendam emptori tradere. (R. 285.a)

283. *De emptione et venditione invalida.* Cum servum dominus suum vendere certae personae jusserit: si alteri vendiderit, quam cui jussus erat, venditio non valet, cum perfici venditio non potuit in ejus persona, cui dominus rem vendi voluit. (R. 285.b)

• 284. *De emptione et venditione pignorum.* Si pignora vendantur per creditores auctoritate judicis, cessat actio revicto empta; sed si dolo rem vilioris pretio projecerint, tunc de dolo actio datur adversus eos domino rei. Etiam si per imprudenciam judicis aut errorem emptor rei victus est, negamus venditoris dampnum esse debere; injuria enim, quae fit emptori, venditorem non debet contingere, nisi ipsemet venditor evinceret. Et similiter, si ab alio quam a iudice emptori fiat injuria, ut, si vi expellitur a possessione, hoc venditorem non respicit. Etiam, si quid a te emi et alteri vendidi, et voluntate mea eidem tradideris, de evictione te mihi teneri, sicut si acceptam rem tradidissem ei, justum est. Si rem meam, quae apud te est, tibi vendidero, quia pro tradita habetur, evictionis nomine obligabor. (R. 285.c)

Item, perfecta emptione periculum pertinet ad emptorem; sed si sub conditione res venditur, tunc si defecerit conditio, nulla est emptio. Hereditate vendita, mobilia non transeunt cum hereditatis venditione, quamvis nec emptor nec venditor expressam de talibus faciant mentionem. Emptorum et venditorum specificatio et exceptio potius sunt per emptorem quam venditorem facienda. (R. 286 et 287.)

Item, emphyteota non potest vendere seu alienare aliquid de hereditate, quam possidet, nisi ex licentia domini speciali. (R. 281.)

### Capitulum XXIV: De emphiteosi.

285. *De contractu emphiteotico.* Emphiteosis propriam habet contractus naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam. In emphiteosi si aliquid pactum fuerit, hoc ita valet, ac si naturalis esset contractus. In emphiteosi si nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si totius rei interitus accesserit, ad dominum redundabit periculum; sed si particularis, scilicet medietatis vel minus, ad emphiteotam hujusmodi dampnum pertinebit. Emphiteosis graecelatine dicitur „melioratio“, quia olim tantum vilia dabantur in emphiteotesim, ut meliorarentur. (283.a)

286. *De natura emphiteotici contractus.* Duo non-naturalia sive tacita pacta sunt in hoc contractu, scil. in dejiciendo emphiteotam, si non solverit per triennium pensionem, et secundum, si velit emphiteota vendere, quod primo domino denunciare debet. Emphiteota utile dominium, quod solum habet, transferre potest in alium, quia rei venditae utilis actio sibi datur. (283.b)

287.a) *De differentia emphiteosis.* Emphiteosis differt a locatione: Primo, quia hic et in pecunia et etiam in specie praestatur pensio, sed in locatione tantum in pecunia. Secundo, quia iste possidet naturaliter sicut fructuarius, sed conductor non. Tertio, quia emphiteota habet dominium utile, sed conductor non. Quarto, quia contractus emphiteoticus fit in immobilibus tantum, sed ille etiam in mobilibus. Quinto, quia conductio est contractus juris civilis, sed emphiteosis juris naturalis, id est juris gentium, quod naturali ratione est inductum. Sexto, quia conductio fit in scriptura, sed alter contractus non. Item, emphiteosis differt a venditione, quia hic praestatur pensio, sed in venditione res libere transit. It., ab hac receditur, sed ab emphiteosi non. It., hic utile transit dominium, ibi directum per traditionem. (284,a)

287.b) *Qualiter emphiteosis habeat fieri seu disponi.* Emphiteosis fit, quando praedia perpetuo quibusdam fruenda

traduntur, quamdiu pensio sive redditus pro hiis domino praestatur; neque ipsi conductori neque heredi ejus, cui vel conductor vel heres ejus ea praedia vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, vel alio modo alienaverit, auferre liceat. (284.b)

### Capitulum XXV: De feriis.

288. *De feriis et feriatis diebus.* Feriati dies in locis et in judiciis diversis observari diversimode consueverunt; semper tamen, quocumque anni tempore occurrerint, juramenta, exceptis illis, quae pro servanda pace fiunt, vel quae pro supportatione carceris homo jurat, non sunt in eis facienda. Unde juramenta in ipsis induciata, ipsis finitis, sunt praestanda. Malefici aut in actu maleficii rapti per dies hujusmodi non salvantur, sed sunt statim poenâ debita puniendi.

### Capitulum XXVI: De fidejussionibus.

289. *De fidejussoribus.* Si fidejussor loquendo vel tacendo illum statuatur, quem statuere promisit, vel idem absente fidejussore cum effectu se ipsum statuatur, vel debita, pro quibus fidejussorem posuit, expediat: statim fidejussor, nisi aliquid ulterius facere promiserit, est secundum justitiam absolutus.

290. *De fidejussione homicidii.* In fidejussione homicidii non debet actor cogi, quod sufficiat sibi, quod reus ad quinquaginta marcas habeat; imo si actor petit majorem cautionem, reus est in manibus ferreis et compedibus servandus et detinendus.

291. *De fidejussoribus quantum ad mortem rei.* Mortuo reo fidejussor liber erit; debet tamen eum mortuum coram judicio demonstrare vel probare metertius credibilium virorum, tunc iterum absolutus erit.

292. *Fidejussores absoluntur debitore absoluto.* Fidejussores absoluntur debitore principali absoluto; accessorium enim principale sequitur ipso jure.

293. *De fidejussione quantum ad ignotos.* Homo exul, fidejussoribus carens, non debet usque ad extremum terminum

in cippo puniri, sed pace per judicem sibi indicta liber debet dimitti, in quo tenetur ille, qui eum impetivit, contentari.

294.a) *De fidejussoribus quantum ad mortem rei.* Fidejussores si reum mortuum sive vivum statuunt, liberi sunt. Et hoc intellige de morte naturali, pro cujus evasione nullus fidejubere potest. Si autem in spolio vel alio modo illicitae rei dans operam vitam finivit, tunc super ferenda sententiâ diffinitiva jurati bene deliberabunt.

294.b) *De fidejussorum diversitate et eorum absolute.* Fidejussores primi per secundos fidejussores si fuerint statuti, liberi erunt, ita tamen, si secunda fuerit melior cautio, quam prima. Ideo prima merito suffocatur, quamvis primi se absolutos non fuerint protestati.

294.c) *De fidejussoribus alteri iudicio subjectis.* Homo juri provinciali subditus et si quamvis sit de foro czudae, tamen, exercet actum judicarium juris civitatis, ille secundum emendas, secundum fidejussionem et secundum alia facta quaecumque dirigitur justitiâ civitatis.

294.d) *De fidejussionis majoritate.* Fidejussio secunda auctoritate alicujus, qui de foro provinciali est, facta non est major, quam prima per judicem civitatis facta; in jure enim civili quidquid judex facit, vice et nomine domini sui, cujus officio fungitur, facit.

295. *De fidejussionibus qualiter ad posteros devolvantur.* Heredes bona parentum possidentes non solum illa debita, quae parentes, dum viverent, pro se ipsis solvere tenebantur, sed etiam illa, quae pro aliis fidejussorie solvere promiserunt, expedire debent. In talibus enim fidejussio per antecessores facta, ad posteros devolvitur ipso jure.

296. *De fidejussione emphiteotae.* Emphiteota censum de hereditate solvens, de jure cogi non debet, quod ultra valorem hereditatis censum certificet fidejussoria cautione.

297.a) *De fidejussoribus quantum ad absentiam eorundem.* Fidejussor si adsit principalis, reus vero absit, grave est

creditori absentem quaerere, cum possit mox fidejussorem exigere; unde statim agat in eum. Et circa istum casum notandum, quod quamvis aliquis certus sit mihi vel tibi et habeatur pro certo et non petitur ab eo fidejussor vel aliquid simile, istis non contrahitur obligatio et per consequens nec fidejussio, quia certa et specificata valent, quae alias non valent. Item, nullus potest alium pro se constituere soluturum vel fidejussorem, nisi consentiat.

297.b) *De fidejussoribus quantum ad solutionem.* Quidquid fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causâ in ipsum agere potest. Item, fidejussor quandoque, antequam solvat pro reo, in ipsum agere potest: Primo, si hoc dictum est, ut ad tempus teneatur, vel si reus fuerit condemnatus, vel si coeperit bona sua dissipare reus; vel si diu stetit fidejussor in obligatione. Item, fidejussor quandoque nullo modo agere potest, ut, si pro inimico, aut donandi animo, aut in rem suam fidejussit. Item, fidejussor si petierit, exequatur litem et debitum exigat contra eum, pro quo fidejussit, actionibus a creditore sibi censis. Item, si creditor ignorante vel expresse non consentiente fidejussore, terminum debitori ad faciendam solutionem statutum prorogaverit et fidejussor per juratum seu scabinum creditorem de hoc convicerit: liberabitur ab eodem. (Et debet ergo hoc testimonium per scabinum fieri, quia fraus et dolus consuevit in talibus interponi.)

297. *De fidejussoribus quantum ad terminum.* Item, creditore terminum debitori se prolongasse negante et fidejussore de promisso confitente, creditoremque de termino dato per testes, communes homines, vincere non potente, pecuniam fidejussionis sibi solvet; quâ soluta, si postea de aliquo habet eum impetere, hoc faciet viâ juris.

### Capitulum XXVII: De fuga.

298. et 299. *De fuga et fugitivo.* Qui juratis et fidedignis viris videntibus iudicium insequens fugit, fugitivus dicitur; qui autem per iudicium quaesitus non est inventus, vel coram iudicio citatus et proclamatus non statim comparet, non est



propter hoc judicandus fugitivus; potest enim ultima citatione comparere et illum actum facere, qui sibi competit viâ juris. Item, qui homicidio vel alio reatu consimili perpetrato, insultus amicorum, hostiliter armis eum insequentium, timens per eos vitâ privari, effugerit: jurati, utrum fugitivus sit censendus, verbis et factis pensatis, juxta eorum conscientiam, super eo mature deliberabunt.

### Capitulum XXVIII: De furtis.

300. *De furto.* Res per spolium vel furtum ablatae et inventae non statim ad judicem pertinent, imo proclamatio de ipsis fieri debet, et insuper, postquam anno et die servatae fuerint, distribuuntur per tres partes, sicut supra „De emendis“ seu bonis ad judicem pertinentibus scribitur in rubrica: „Qualiter emendae tamquam bona advenarum dividuntur.“

301. *De differentia furti.* Duplex est furtum: Manifestum et occultam. Manifestum, ut cum aliquis rapitur in actu vel conservator rerum subtractarum scienter extitit; occultum est, cum non in actu rapitur, sed tamen de furto inculpatur. Pro primo aliquis per actum vel per rei subtractae praesentiam condempnatur; pro secundo vero, si prius infamis non fuit et expurgare se non poterit, oportet quod metseptimus convincatur. Si autem prius de furto vel alio maleficio notorio accusatus fuit, ita quod malum nomen habuit, nisi de fidedigno testimonio innocentiam suam ostendat, mettertius convincetur.

302. *Qui de furto possunt accusari.* Qui scienter fures in domo sua colligit et hospitatur, furti celator dicitur. Item, qui furi scalam concedit. Item, qui aliquid sibi aperit, murum vel fenestram, ut altius scandat ad furandum. Item, qui in platea custodit furem noctis tempore, ne arripiatur. Item, faber qui scienter claves, pedes caprinos vel alia instrumenta, quibus fures utuntur, facit. Omnes tales et alia hiis similia facientes cooperatores furum dicuntur, et tam isti quam celatores furti digni sunt patibulo sicut fures.

303. *De furto rei a me emptae et circa me perditae.* Si aliquid emitur, sive sit equus vel alia res, et pretium pro ea solutum

integraliter fuerit, et venditum in potestate vendentis per noctem, nulla interposita conditione, permittatur et venditum illa nocte subtrahatur vel amittatur: quaeritur, cui sit perditum? Et respondetur: Ementi; ex quo enim res ementis fuerit, cum eam emerit et exsolverit, sibi perdita iudicatur; si tamen vendens ita stabulum suum firmavit, sicut aliis temporibus facere consuevit.

304. *De furti allegatione per advocatum.* Si reus petit, actor furti, spoliū seu criminis consimilis sub una querimonia debet comprehendere totum dampnum. (Esset enim inconueniens et in magnum gravamen rei vergeret, si de pluribus querimoniis, quarum quaelibet poenam capitis exigeret, adversus unum dumtaxat actorem in eodem iudicio reus expurgare se deberet.)

305. *Fur quantum temporis servandus.* Si iudex quempiam pro furti, spoliū vel consimilis vitii suspicione captiverit, ipsum adminus per tres dies in cippo forensi, ubi a populo videatur, detinebit, vel saltem ipsum in foro proclamabit, antequam de carcere clauso, si in eo positus fuerit, dimittatur.

306. *De furto in actu et suspicione.* Multum differt, furtum apud aliquem invenire et ipsum in actu furti rapere; sicut etiam distat furtum aperte et furtum occulte et de die vel de nocte portare res. Unde si actor, qui apud aliquem manifeste furtum portatum inveniatur et rationabiles proponens allegationes petit, quod reus ducatur ad iudicium furto superligato sibi: talis petitio est reo in cippum intimanda. Et si nihil habito suorum consilio in contrarium allegat per advocatum suum, qui ad talem dumtaxat allegationem faciendam dari sibi potest, actoris petitio fiat. Si autem pro parte sua petitum et allegatum aliquid fuerit, tunc iurati secundum hoc utrique parti de iustitia debita providebunt.

307. *De furto et accusatione furti.* De furti accusatione mulieres testes non esse possunt; tale tamen testimonium potissime in furtis suspicionem generat. Iurati debent tam

ipsum quam illum, qui rem perdidit, secrete peraudire et personam accusatam notare, si fortassis infamis prius extitit, vel si in posterum de ipsa casus similis eveniret.

308. *De furto pullorum seu anetum vel consimilium.* Si quis furtum pullorum seu anetum vel consimilium in domo alicujus quaerit et ab hospite domus coram magistro civium citatus ipsum coram eodem magistro civium verbis indecentibus male tractans arguit pro tali introitu indecenter: quaeritur, qualiter talia verba inhonesta debeant emendari? Et respondetur: Ex quo coram magistro civium, qui ratione officii magistratus pro illo tempore vim et locum duorum gerit juratorum, verba indecentia sunt prolata, is qui ea protulit, solvet pro emenda X talenta, de quibus judici cedunt duae partes et tertia civitati; arguto autem pecunia non solvatur, sed tantum per probos viros ei reverentiae exhibitio ostendatur. Et nota, quod pro pecorum et volatilium perditione, quae ratione carentes, cum non custodiuntur, de loco ad locum currunt et volant, homini domum vicini sui quaerendo (quod tamen pro aliis rebus perditis sine licentia et scitu judicis facere non debet) licitum est intrare.

309. *De furtis dampnatorum.* Furta et spolia dampnatorum non pertinent ad iudices, sed sunt suis veris dominis assignanda; sicut enim ad iudices pertinet maleficos interficere, sic etiam justis tenetur bona ipsorum restituere, pleno jure.

310. *De furti expurgatione.* Accusatus boni nominis et honestae famae, apud quem nec spolium nec furtum inventum fuerit, melius potest ostendere se innocentem, quam vinci possit per accusantem.

311. *De furto per servum perpetrato.* Si dominus servum diu a pane suo alienatum hodie de furto in domo sua, priusquam reacceptus est, perpetrato accusat: solo juramento potest se expurgare; dummodo protestatio de furto debito tempore non fuerit interposita, vel si in eodem loco, ubi dominus, erat et non longe absens fuerit. Et est bene deliberandum, utrum talis post annum de furto se expurgare debens in jurando „holung“ habere possit.

312.a) *De furto, de quo dubitatur.* Si accusatus de furto nec in actu furti, nec cum furto, nec in fuga deprehensus, auribus privatus, ignito ferro signatus, vel alias mutilatus inventus fuerit: tunc ante omnia causa signationis debet inquiri. Et si probaverit per morsum equi, vel in bello, vel in aliquo casu honesto se aures amisisse vel aliter detruncatum esse, cum duobus se digitis expurgabit. Si autem accusatus probationem talem non fecerit, tunc signatio ostendit, eum furtum in praeterito perpetrasse; tunc tribus testibus convinci per actorem potest. Quod si non fecerit actor, iterum accusatus expurgabit se sola manu.

312.b) *Ad idem.* Quamvis fur pro antiquo furto notatus fuerit, tamen adhuc in praesenti de sibi objectis innocens esse potest. Furem autem prius signatum sequens actus furti vel furtum, quamvis est modicum, vel fuga actui continuata, convincit, et actor, qui agit in furem prius membro mutilatum vel signatum, quamvis ab agendo deficiat, tamen propter hoc emendam non solvet.

312.c) *De fure cum furto rapt.* Fur in actu vel cum furto raptus, sicut est raptus, sic ad iudicium est ducendus. Et licet iudici post raptum praesentetur vel incippetur sine furto, tamen hoc non obstante, si rapitur cum furto, ad iudicium ducetur cum furto super se ligato.

312.d) *Ad idem.* Si prima vice accusatus de furto et non raptus in actu, nec signatus, cum iuramento se expurgare debuerit et furtum tam exiguum fuerit, secundum quod non respiciat poena crucis: tunc taxâ soluta pro emenda iudicis et reatu cum virgis ad statuam ligatus modicum verberetur. (Est enim plus venia dignus dictus accusatus, cum in iuramento cespitat, quam si furtum quantumcumque modicum apud eum fuerit deprehensum.) Item, quando communiter dicitur, quod fur vel alter maleficus privatus est jure suo, hoc non est sic intelligendum, quod nunquam concedatur sibi purgatio, quia sic est jure suo privatus, quod testimonium pro jure alterius, cum sit infamis, ferre non potest.

313. *De furto, quantum ad res perditas.* Si cum rebus alienis alicui res propriae subtractae fuerint, et ille de hoc tacuerit, nec coram vicinis vel officialibus iudicii debito tempore furtum publicaverit: res alienas solvet. It. tarda confessio, quam post moram de rebus propriis amissis aliquis facit, sibi non proficit; quia perpenditur, quod captiose ex christianorum, si judaeus est, protestatione, non ex veritatis scientia ad ipsam est motus. Prodest tamen morosa confessio, si homo induciari se peteret, donec perspiceret res proprias, si ex eis aliquas perdidisset.

314. *De furto rotarum currus.* Rotas currus si aliquis emit et si alter sibi ipsas arrestaverit: si fidelis et probus est homo, qui rotas emit, illi, qui rotas impetit, si juramento confirmaverit, eas restituet et nullam emendam iudici solvet.

315. *De furti actione in quem competi'*. Si servus vel filius familias furtum commiserit, actio erit in dominum vel in patrem, pro eo, quod ad ipsos de furto pervenit. Et similiter actio furti, quia rei habet persecutionem, heredem furis obligat. Et idem erit in caeteris successoribus post mortem furis observandum.

316. *De furto lanae.* Si ex lana furtiva vestimentum feceris, vestis erit furtiva et vestem dominus lanae repetere debet et potest.

317. *De furti actione quantum ad plures.* Si plures de furto accusati sunt, et unus eorum dixerit se interfuisse furto vel spolio, sed causâ defendendi eis spolium vel furtum ibi affuerit: quaeritur, utrum talia verba sufficiant ad ejus excusationem? Et r e s p o n d e t u r, quod hujusmodi excusatio frivola est, imo ex ore proprio, quia dixit se interfuisse spolio, et etiam ex hoc, quia si forte illos alios socios suos nominaverit, contra se sententiam fieri meruit capitalem.

318. *De furto juniorum in annis.* Si junior quindecim annis furtum fecerit, cum infra hujusmodi aetatem nec homo plenae usum rationis habere nec inter bonum et malum sufficienter discernere possit, tunc virgâ disciplinae a parentela

vel a suis tutoribus debet corrigi, et per hoc est tam actori quam iudici satisfactum. It. si fur annum XV, in quo anni discretionis intrant, attigerit et fassus se fuisse fecerit: propter confessionem huiusmodi non est sententialiter condemnandus. Necessarium est enim, quod confessus in iure legitimae sit aetatis, ita ut in iudicio stare possit; nam in confessionibus infra aetatem legitimam constitutis, soluto dampno, subvenitur; nam ipsorum aetas ignorat, quid expediat in hac parte.

Item notandum est, quod in furtis et aliis criminibus, quandoque secundum praesumptiones necessarias iudicatur. (Residuum quaere infra „De vulneribus“.)

### Capitulum XXIX: De gladiis.

319. *De perditione gladiatorum.* Gladius perditus non solvitur pretiosius quam cum fertone grossorum. Allegans etiam se gladium perdidisse, ad petitionem illius, cuius fuit, obtinebit perditionem iuramento corporali. Et similiter solvens gladium cum fertone, compellit alium ad jurandum pro valore gladii.

### Capitulum XXX: De gratia.

320., 321. *De gratia facienda pro poena capitis.* In Juribus scribitur: „Si vero talem expurgationem habere nequiverit, capite puniatur, vel secundum gratiam iudicis et juratorum emendet.“ Ex hoc habetur, quod talis gratia non est referenda ad XXX marcas, ita quod in illis gratia fiat homicidae, imo plus quam XXX marcas, si habet, solvet, et tamen adhuc gratiam consequitur, quia caput et vitam salvat. Si autem fidejussorem homicida posuit et timens, quod expurgare se non posset, evasit: ille nec capite puniatur, nec secundum gratiam caput redimet, sed cum XXX marcis componet. Capitis enim poena et ejus redemptio tantum refertur ad reum et homicidam, quia, sicut Jura dicunt, poenale restringendum est et poena tantum suos tenere debet auctores. In omnibus enim causis jura semper proniora debent esse ad absolvendum, quam ad condemnandum.

Item, cum in Juribus scribatur de homicida vel invasore domus: „Si expurgationem habere nequiverit“ (ut supra), multo potius illi, qui ad expurgationem vel innocentiam ostendendum se obligat, est gratia non neganda. Potest tamen actor, si reum in gratiam recipere recusat, petere, quod se purget, vel alio modo, sicut justum fuerit, mundum faciat, et hanc petitionem iudex admittet. Si autem eâ tacitâ reum in gratiam suscipit, cogendus est, quod gratiam sibi exhibeat ipso jure.

### Capitulum XXXI: De hereditatibus.

322. (Pr.) *De hereditatibus in genere.* Si possessor hereditatis ipsam anno et die tenuerit et libere ab impetitione possederit: impetitio postea per quemcunque facta cassa est et vana. Infra autem dictum annum i. e. tempus, quod continet praescriptionem, quae in jure civili est annua et diurna, tenetur venditor emptori hereditatem resignatam ab omnibus impetitionibus disbrigare. Impetens etiam, si post impetitionem factam anno et die continue quieverit, nec causam impetitionis judicialiter tractaverit ratione praescriptionis intuente, privabitur jure suo.

322.b), 323. *De hereditaria resignatione.* Resignatio dicitur ab actu iudicis; unde in testimonium resignationis secundum consuetudinem iudicii, in quo fit resignatio, iudici jus est suum solvendum. Item, hereditas primum per venditorem in manus iudicis est assignanda, qui eam ulterius emptori resignet.

Item, qui hereditatem et praecipue extra muros civitatis sitam, alteri coram iudicio resignat, debet eum, si petit, cautione fidejussoriâ de hoc securum facere, quod tempore praescriptionis currente ab impetitionibus juris ipsam sibi disbriget; sed non oportet, quod a manu violenta seu potente eandem sibi protegat et defendat.

324. *De hereditatis resignatione, quae fit per ebriosos.* Dicit regula legis: „Ebrius si noctis tempore coram aliquibus juratis hereditatem suam alteri resignat, talis resignatio tamquam inefficax de jure non procedit.“ Ex hoc etiam, quod actus iudiciarii, praecipue tamen in causis civilibus (puta

contractibus, venditionibus et emptionibus et consimilibus), diurno tempore sunt habendi. Et quicquid fit in talibus, deliberatione praehabita, ab illis, qui usum rationis habent, ratum est servandum. Dicit enim regula juris: „Quicquid calore iracundiae fit vel dicitur, non prius ratum est, quam ex perseverantia apparuerit, iudicio animi fuisse.“ Alia regula dicit: „Omnia, quae animi destinatione agenda sunt, non nisi vera et certa scientiâ perfici possunt.“ In obligationibus autem, quae ex maleficio nascuntur, secus est; unde si ebrius homicidium vel furtum committit, ipsum ebrietas non excusat.

325. *De hereditatum resignatione.* Hereditatum traditio solum fieri debet coram iudice et juratis; unde quod resignationes mensarum panum et macellorum fieri consueverunt coram magistris pistorum aut carnificum, quando in czechis sive sectis suis se congregant, hoc nullam juris obtinet firmitatem. Non sortitur etiam vigorem juris, quod censuales in limitibus iudicii civitatis residentes, cum vendunt domos et hereditates suas, ipsas coram dominis, quibus censuant, resignant; sufficit enim, quod coram domino census fiat venditionis publicatio, quod vulgariter dicitur „vrkund“. Resignatio vero, quam praescriptio sequitur, est tantum coram actuato iudicio facienda.

326. *Ad idem casus intricatus.* „Ego teneor tibi et vendo domum meam Nicolao, ut ille te pagare debeat loco mei; tu vero in hoc non consentis. Medio tempore ego proficiscar ad partes alienas, et Nicolaus alteri eandem domum meam, quam duobus annis inhabitaverat, coram actuato iudicio resignavit. Quo facto Nicolaus viam carnis ingressus est universae; tertius vero, cum jam anno et die etiam domum inhabitasset sine impetitione aliqua, superveni ego, tertium in causam trahens, cum Nicolaus pecuniam, pro qua domum a me emerat, cum tibi eam deputaveram, non dederat, et ultra annum eam occupaverat, et nunquam domum praescriptam Nicolao legitime resignaverim, cum tantum a tempore legitimae resignationis praescriptio per verum heredem currat: utrum te non debeam de valore praedictae domus principaliter expedire?“ Tertius vero resignationem et praescriptionem, ut superius exprimitur,



in contrarium allegavit (ut infra). Sententiatum igitur in hoc casu: Quod tertius non tamquam heres et verus possessor, sed magis tamquam occupator domum, quam Nicolaus tacitâ veritate contra justitiam, ex eo, quod pecuniam, pro qua ipsam emerat, tibi non persolvit, nec per me sibi resignata fuit, illi tertio resignaverat, minus juste inhabitavit, nec currente vero praescriptionis tempore possedit; quare secundum meam petitionem de valore saepedictae domus te expediam persolvendo. Dicit enim regula juris: „Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit.“

327. *De hereditaria praescriptione.* Sciendum est, quod a die, qua hereditas coram judicio resignatur, est computanda praescriptio, et non a die, qua currente praescriptionis tempore hereditas vel ejus possessor fuerit impetitus. Unde, si hereditas a die resignationis anno et die sine impetitione possideatur, sive tempore medio pluries impetatur, dummodo quaelibet impetitio ad plenum disbrigetur: semper anno et die a resignatione finitis, impetitio facta postea non valebit.

Et notandum, quod illam diem, quae additur anno, aliqui recipiunt pro VI septimanis, quae faciunt terminum peremptorium, quo aliquis citatur tertia vice, duobus edictis praemissis. Aliqui recipiunt eandem diem pro die juridica, annum praescriptionis proxime subsecuta. Aliqui recipiunt eam pro die naturali, quae LII septimanas pro anni spatio computatas sequitur immediate; talis enim dies annum complet, sicut patet dies in calendario numeranti.

Nota, quod dicendum est secundum veritatem, quod cum annus compleatur per illam diem, quae additur LII septimanis, dies praescriptionis, quae additur anno, est illa dies, quae est principium sequentis anni, sicut v. g.: Si resignatur hereditas die Circumcisionis, quae est die dominico, tunc praescriptio terminatur anno sequenti in die Circumcisionis, quae erit feria secunda; et si impetitio fieri in eadem feria secunda, vigorem haberet. Insuper, si dies bissextilis additur anno, illa dies etiam tempori praescriptionis est addenda; nam actio temporis praescriptionis potius est laxanda, quam restringenda.

328. *De hereditatibus quomodo praescriptio interrumpatur.* Si contra allegantem per tempus praescriptionis quiete hereditatem sine interruptione se tenuisse sufficienter probata fuerit, interruptio praescriptionis non tenebit. Interrumpitur autem praescriptio quandoque per inundationem aquarum, sicut si hereditates aquis vicinae in tantum inundatione aquarum perfundantur, quod possideri perceptione fructuum non possint. Quandoque etiam interruptio fit per dejectionem vel expulsionem, et quandoque per proclamationem et protestationem coram iudice vel illo, cujus interest, de violenta occupatione factam, et hoc praecipue, quando violentus possessor est absens et conveniri non potest ex aliqua causa. Item, per solutionem debitae pensionis, sicut si aliquis censum determinatum de domo conventa pluribus annis solvat, non potest probare, quod ex praescriptione domus hujusmodi ad se spectat.

329. *Quod violentus occupator non praescribit.* Violentus etiam occupator, licet multis annis bona teneat hereditaria, tamen, quia violentia legibus est contraria, cessante violentia per verum heredem a bonis hujusmodi repellitur, nec per praescriptionem, si eam allegaverit, poterit se tueri. Possessor enim malae fidei nullo tempore praescribit. De perceptis etiam tempore violentiae heredi satisfacet ipso jure; debet enim ipse heres violentam possessionem occupantis, quamdiu duraverit, annis singulis sub protestatione solemni coram iudicio publicare.

330.a) *De protestatione seu „vrkund“.* Quando pars adversa potestatem iudicem adeundi et pro causa placitandi habet cum adversario: tunc protestatio per „vrkund“ facta parum valet. Cum autem dicta potestas abest parti, tunc protestatio interposita de placitis, quando facultas fuerit, habendis, bene valet, dummodo adveniente opportunitate iudicium inchoetur.

330.b) *De differentia protestationis.* Duplex est protestatio sive „vrkund“: Occulte et manifeste. Si occulte, ita, quod ejus notitia ad illum, cui debet obesse, non perveniat, non videtur, quod sibi noceat. Si autem publice, ita, quod per iudicem parti, contra quam fit, significetur: tunc quandam probabilitatem

inducit, non tamen praescriptionem tollit, nisi citatio legitima partis adversae et actus judicialis more debito subsequatur.

Cauti esse debent iudices, quod cum „vrkund“ recipiunt, parti dicant: „Adversarium tuum cita et in causam trahe, antequam praescriptio jus tuum extinguat.“

*331. Qualiter bona hereditaria inter heredes sunt dividenda.*

Fratribus tribus legata sunt bona, per patrem eorum relicta, inter eos aequaliter dividenda. Senior frater, se de bonis hujusmodi intromittens, mediocri fratri suo partem mediam eorum dedit; junior autem, ad partes remotas declinans, et cum post octo annos tempore pestilentiae reversus fuisset, fratrem seniore, qui uxorem et pueros reliquerat, intestatum decessisse inveniens, petivit a fratre mediocri partem suam. Qui respondit, quod paratus esset secum dividere ea, quae haberet justo modo. A consobrina sua, sc. ab uxore fratris sui senioris, cum similiter portionem suam repeteret, respondit, quod nihil de suo haberet, nisi bona per maritum suum sibi dimissa cum ejus pueris possideret; petens insuper pro se sententialiter inveniri, cum et maritus ipsius et ipsa cum pueris suis pluribus annis sine impetitione talia bona tenuissent, utrum eis per aliquem possent decertari? Et responsum est: Quod petitio talis relictarum et puerorum non est admittenda, sed juniore filio debet pars sua tertia ab utrisque partibus assignari. Et sic relicta super parte tertia fratris senioris unacum pueris suis praescripserunt, fratri vero juniore super parte sua talis praescriptio, si tamen aliud non obstat, nullum praedictum generavit.

*332. De longi temporis praescriptione.* Vias justas et antiquitas usitatas, stratas regias, semitas, plateas, interstitia domorum pro aquarum defluxu facta, planities et territoria, lapidum fractiones, arenarum et argillarum fossiones et quaevis alia terrae spatia, quantum ad villana, campestra et silvana, si universitatis sunt et rei publicae ac utilitati communi ab antiquo deservire consueverunt, nemo, nisi de consensu principis hoc faciat, appropriare sibi potest. Unde talia obstruens, occupans, prohibens, impediens vel qualitercunque sibi usurpans

et ascribens, nulla, licet etiam temporis longissimi praescriptione poterit se tueri, cum semper mala fide rem possideat alienam. Infidelis etiam possessor malae fidei non solum a communi, imo privata persona communitatis, cui de hoc constiterit, poterit accusari.

333. *Ad idem, in quibus praescriptio locum non habet.* A collectis, contributionibus, steuris et quibuscumque civilibus oneribus per superius dominium vel rectores plebis communitati impositis, solvendis non potest se aliquis praescriptione quantumcumque longa tueri. In solis enim hereditatibus, et non in causis aliis, praescriptio locum habet.

334. *De hereditatum obligatione.* „Obligo tibi agros cultos et quosdam incultos pro XXX marcis usque ad certum annorum numerum per te tenendos; quibus praeteritis ego tibi pecuniam offerens, agros mihi peto restitui persolutos; tu vero ultra sortem concessam requiris a me pensionem debitam, ex eo, quam, quod laboribus gravibus agros incultos arasti et fructiferos reddidisti, te asseris meruisse (et infra).“ Respondetur: Quod allegatione tua non obstante, sortem concessionis a me recipere et agros mihi debes liberos resignare; quia pro laboribus et expensis, quos et quas in culturis agrorum, quos fecisti arabiles, te dicis impendisse, fructus per annos obligationis per te suscepti tibi satisfecisse rationabiliter iudicantur.

335. *De hereditate pluribus obligata.* Si hereditas pluribus obligata fuerit creditoribus, quorum unus, aliis non requisitis, ipsam vendat: alter creditor, si voluerit, emptore repulso de hereditate, pro illo tamen pretio, pro quo vendita fuit, se intromittere poterit pleno jure.

336. *De hereditatibus obligatis quantum ad terminum solutionis.* Si hereditas obligata creditori per debitorem, antequam terminus instet solutionis, pro pecunia vendatur parata: creditor statim, nisi debitor cautione sufficienti vel pignore aequivalenti eum, quod usque ad adventum termini sustineat, certificet, de suis debitis est pagandus.

337. *De hereditate obliganda quantum ad fidejussionem.* Si quis adveniente termino fidejussorem suum a judaeis parata

pecuniâ non poterit liberare, et si hereditatem habet; de illa fidejussor potest se intromittere et per VI ebdomadas tenere, tentionem hujusmodi coram judicio publicando. Et si facta trina publicatione debitor principalis ipsum a judaeis non absolverit, statim hereditatem vendere poterit, se ipsum a debito principali judaeorum et usurarum voragine redimendo. Nec per hoc communi juris consuetudini quae habet, quod hereditas obligata anno et die servanda est, in pignore derogatur.

Hoc enim intelligendum est, cum obligatio fit voluntarie et non, cum ad ipsam faciendam aliquis compellitur, sicut in proposito factum describitur, rigore justitiae et ordine judiciario mediante, et praecipue cum debitum, pro quo obligatur hereditas, est judaeorum usuras supra se recipiens. In hoc enim casu illi, qui hereditatem obligavit, augmentum usurae anno et die majus facit dampnum, quam servatio hereditatis generet sibi lucrum. Unde circa obligationes hujusmodi praenotatas statutum tale generaliter est servandum: Si aliquis homo alteri, non habens mobilia, hereditatem suam pro debitis, non compulsus ad hoc, per formam juris obligaverit, talis hereditas anno et die in pignore est servanda; postea vero trina coram judicio facta pronuntiatione vendi potest. Si vero per judicium aliquis compellitur, ille suo juramento obtinere debet, quod res mobiles habere non possit et quod necessitate cogente hereditatem talem suo obliget creditori. Hoc enim facto creditor, cui hereditas obligatur, hereditatem hujusmodi de ipsa se intromittens tribus vicibus eam coram judicio publicabit, et postea illi, cujus est hereditas et qui sibi eam obligavit, si eam habere voluerit, tamquam inquilino potius quam alicui alteri pro aliqua summa pecuniae census nomine per annum et diem exponet. Si vero eam habere noluerit, tunc alteri cuicumque ipsam eodem modo, ut praedictum est, exponere potest, et si hujusmodi currente termino, hereditas talis ab ipso liberata non fuerit, ipsam postea libere vendere potest cuicumque.

Qualiter autem faciendum sit de hereditate pro debito obligata usurario, superius est expressum.

338. *De hereditatis appropriatione.* Hereditas si pluribus creditoribus per hastulam (vulgariter dictam span) ordinarie fuerit appropriata, quamvis primus creditor debitorem induciet, tamen secundus vel tertius ipsum de hereditate pellens, eam potest vendere vel alio modo in denarios convertere. De hujusmodi tamen denariis primus creditor ante sequentes de suis debitis est pagandus.

339. *De hereditatis adeptione.* Hereditas vel possessio adipiscitur ab antecessoribus, conjunctis personis, quandoque ex testamento et quandoque ex intestato; sed per extraneam personam non adipiscitur nisi per liberam donationem.

340. *De hereditatis possessione.* Hereditatem aliquis possidet vel rem aliam non solum per personam propriam, sed etiam, si ejus nomine in possessione rei aliquis sit, licet etiam ille ejus juri subjectus non sit, qualis colonus est vel inquilinus; per eos quandoque, apud quos deposuerat aliquis aut quibus commo- daverat, ipse possidere videtur. Solo animo possessio retinetur, quamvis nec ipse sit in possessione neque alius ejus nomine, tamen si non relinquit de possessionis animo, sed postea rever- surus inde recesserit, qui retinere possessionem videtur. Male autem possidet, qui vi vel clam possessionem subripuit, et etiam ille, qui rogavit aliquem, quod eum in possessionem rei mitteret; et contra illum agitur causâ possessionis recuperandae.

341.a) *De hereditatis successione.* Si hereditas legata fuerit tribus fratribus ita, quod seniore mortuo ad secundum et de secundo ad minorem devolvi debeat: tunc omnibus istis mortuis, filii senioris hereditatem eandem obtinebunt. Et sicut est in linea masculina, sic etiam est in linea feminali. Unde sicut testator disposuit, quod semper senior filius possessionem seu hereditatem possideret, eo modo in tali possessione filiorum filii, qui seniores fuerint, sibi succedunt.

341.b) *De hereditatis emptione.* Denarii judiciales absolute jus non generant, licet super jure obtinendo aliquo- liter attestentur.

342. *De hereditaria legatione.* Si hereditas omnibus suc- cessione a filiis testatoris descendantibus per lineam masculinam

legata fuerit, et si omnes tales extincti fuerint: ad mulieres superviventes ipso jure devolvetur. Et est responsio, quod licet non ex ordinatione testatoris, tamen ex jure successionis ipsa hereditas ad mulieres superstites dinoscitur pertinere. Cum enim dispositio testamenti in tali casu morte interveniente ulterius procedere non poterit, conveniens est, quod jus hereditarium ipsum testamentum ordine debito sequatur.

343, 344. *De hereditatis divisione.* Si heredes duo bona praedecessorum suorum inter se debeant dividere, tunc ad seniore[m] sicut ad prudentiorem pertinet dividere, et ad minorem spectat, partem, quam voluerit, eligere, ipso jure.

It. si propter secundas nuptias mater de bonis communibus suam tertiam voluerit excipere partem, illa in bonis mobilibus, si sunt, est sibi danda. Cum enim semen patris et memoria remaneret in pueris, et non in uxore, rationabilius est, quod bona permanentiora, sicut sunt immobilia et hereditaria, pueris assignentur.

345. *De hereditaria successione.* Filii legitimi in omnia bona per patrem relicta secundum justitiam succedunt. Est tamen pium et quodammodo rationabile, quod legitimi naturalibus misericorditer subveniant in victus et amictus necessitate.

346.a) Item, pueri vivente uxore legitima alicujus ex concubina per eundem generati, non sunt legitimi, nec cum heredibus legitimis in bonis parentum percipiunt portionem.

346.b), 347., 348. *De hereditaria successione et statu heredum et filiarum.* Notandum, quod quadruplex est status filiorum: Quidam sunt naturales et legitimi, ut illi, qui nascuntur ex legitimo matrimonio, quod est legitimum secundum rem et rationem cum approbatione ecclesiae. Alii vero naturales non legitimi, ut qui nascuntur ex concubina. Alii vero sunt legitimi tantum, ut qui per adoptionem filii efficiuntur. Alii vero nec naturales nec legitimi, ut qui ex dampnato coitu nascuntur, sc. ex adulterio et incestu. Et inter istos primi filii bona parentum potissime possidebunt.

Item, legitimi filii sunt, qui ex legitimis matrimoniis procreantur, sive matrimonium sit verum sive putativum, dummodo contrahentes publice et solempniter contrahant et impedimentum ignorent. Unde ad probandam legitimam filiationem prodest confessio parentum, puta, si sunt; si non, sufficit ad probandum confessio vicinorum et veterum quorumcumque bonae famae hominum duorum cujuscumque sexus, qui asserant, quod parentes illius, cui objicitur, semper se habuerint et reputaverint legitime conjugatos.

Item, si vir vel mulier in facie ecclesiae legitime conjuncti, credunt se in vero stare matrimonio, et tamen non stant, tandemque forte cognatione carnali vel spirituali vel justa causa faciente, canonice ab invicem divortiantur: omnes pueri, quos ante divortium genuerunt, incluso et illo, quem mulier habet in utero, si praegnans divortiata fuerit, legitimi sunt et in bonis parentum hereditariam habent portionem. Fides enim, quâ parentes crediderunt se simul habitare legitime, quamvis ignoranter habitaverint illegitime, pueros legitimat; unde ignorantia in hoc casu peccatum excusat.

349. *Utrum pueri intempestive nati hereditariam cum aliis pueris habeant portionem.* Licet jura quarumdam regionum velint, cum virgo impraegnata per XXXIX, mulier vero impraegnata per XL tantum vel ad plus una superaddita septimana pueros in uteris secundum naturam portare debeant, si puer non completo isto tempore, sc. mature vel post, quod vulgariter dicitur „czu spat odir czu frue“, natus fuerit, portionem hereditariam non habebit: tamen jus tale secundum consuetudinem ab antiquo servatam corruptela est potius censenda, quam jus; unde puer ex parentibus legitime conjugatis, sive mane sive tarde procreatus, portione ipsum hereditarie contingente non carebit. Cum enim prius vel posterius nasci non stet per eum, inconvenienter hoc suo jure de debito privaretur.

350. *De successione hereditaria puerorum infantium.* Mulier hereditaria a progenitoribus ad se devoluta possidens bona, si de viri, quem legitime duxerit, semine puerum, in cujus partu moriatur, genuerit: puer ille, si tanto tempore vixerit, quod



oculos aperiens quatuor parietes domus perspexerit, bonorum per matrem relictorum particeps erit; eoque defuncto bona tam pueri quam matris ad patrem hereditarie pertinebunt.

351. *De hereditate legata.* Duabus filiabus hereditas legata, si earum una scurram, alia probum duxit virum: eo non obstante, hereditas ipsa et bona mobilia inter ipsas pleno jure dividantur, quia in potestate viduae vel neptis cujuslibet civium est, nubere vel non nubere cuicumque velit, absque quolibet impedimento.

352.a) *De hereditaria successione quantum ad masculum et feminam.* Mortuis parentibus in bonis eorum relictis heredes tam femellae quam masculi jus hereditarium obtinebunt.

352.b) *De heredibus quantum ad „vrkund“.* Quamvis heredes viventibus parentibus super bona ipsorum, quae eis morientibus ad ipsos devolvantur, nec jus, quae vulgariter „vrkund“ dicitur, dent, nec exactionem seu contributionem de bonis hujusmodi solvant: tamen adhuc bona repetere possunt talia pleno jure.

352.c) *De hereditatis impetitione.* Si heredes petunt, induciari debent per judicem et juratos a primo judicio ad secundum et a secundo ad tertium, quod inquirent, quos pro occupatione bonorum ad ipsos hereditarie devolutorum habeant et debeant impetere viâ juris.

353. *De heredibus adoptivis* Heredibus carens potest sibi puerum vel pueros virilis vel muliebris sexus in heredes adoptare et ipsos bonorum suorum successores et possessores constituere. Et eodem modo heredes habens, potest ipsis alios pueros adjungere et pares de jure facere, contradictione consanguineorum suorum qualibet quiescente.

354. *De hereditaria successione ab intestato.* Si maritus intestatus decesserit, uxorem relinquens et heredibus carens, et ipsa etiam intestata moriatur: bona talia potius ad matrem vel patrem relictæ quam ad fratrem mariti justicialiter devolvantur. In Juribus enim Originalibus scribitur sic:

„Si autem is, qui moritur, nullum habeat et sine testamento et ordinatione rerum suarum decedit, bona, quae reliquit, proximo heredi suo cedant“. Ergo per contrarium, si uxorem habuerit vel liberos, illis tanquam heredi proximo bona cedant.

Notandum: Sicut maritus res legare potuit, cum vixit, sic et uxor, cum dominium rerum ad eam transit, res disponere potest, sicut placet.

355. *De hereditatis divisione.* Mulier vidua filiam habens et filium, quem tanquam primogenitum plus amans, partem hereditatis, quam communem cum pueris habebat (agrum) filio specialiter deputavit, salva nihilominus in bonis aliis portione sua debita. Quo mortuo, si mater ad secundas transit nuptias, ex quo soror primo hoc non contradicendo impedivit: illius partis tertia pars matri et duae filiae merito sunt deputandae.

356. *De intestatis.* Vir intestatus moriens et pueros ex pluribus uxoribus per ipsum generatos relinquens, si ultima uxor supervivens cum pueris suis a bonis sequestrata fuerit, quamdiu in sede viduitatis sederit, propriis cum eorum bonis pueros reget. Qui si annos discretionis nondum habentes, Domino vocante ab hac luce transierint, bona ipsorum ad matrem spectabunt, sicut et e converso matre eorum vidua mortua ejus bona ad ipsos devolventur. Transactis autem annis discretionis pueri cum eorum bonis disponendi liberam habent voluntatem. Item, si mater maritum duxerit, bona puerorum, quocumque tempore decesserint, non ad ipsam, sed ad pueros, quos pater de prioribus uxoribus generavit, hereditarie pertinebunt. Omnes enim hujusmodi pueri unum haberunt patrem, a quo dicta bona radicaliter processerunt.

357. et 358. *De hereditaria portione quantum ad ordinatos.* Sacerdos, si non per patrimonium a bonis paternis est separatus, cum fratribus laicis, patre eorum defuncto, hereditariam habet portionem. Item, si filius a bonis patris per dotem non divisus uxorem duxerit, de qua pueros generavit, et tandem moriatur, patre superstite, qui postea alios filios relinquens intestatus decedat, quaeritur, utrum pueri talis filii cum eorum patris hereditariam habere debeant portionem? Et respondetur,

quod pueri talis filii, sive unus sit sive plures fuerint, solum unam partem, illam videlicet, quae ad patrem eorum pertinuisset, percipere tenebuntur.

359, 360. et 361. *De hereditaria successione fratrum*  
 Frater patris ad bona, quae maritus et uxor intestati reliquerunt, propinquior est heres, quam frater matris. Item, si mulier bona habens propria maritum duxerit et ambo intestati sine liberis decesserint: tunc non obstante consanguineorum mariti allegatione, quae tamen multum est ponderosa, si consanguinei mulieris fide digno testimonio demonstraverint, quod bona, quae petunt, a progenie mulieris ad eam transiverunt, bona talia debent ad eos sicut ad heredes veros pertinere.

Item, homo occisus relinquens uxorem et filium, cujus mater postea maritum superduxit, qui ex eadem pueros generavit, et si tunc primus filius recepta sua portione ab aliis fuerit separatus et moriatur talis pars ejusdem parvi filii non ad dominum, sed ad uterinos fratres justitiam est devoluta.

362. *De hereditaria portione et quod heredes debita parentum solveere tenentur.* Heredes bona parentum possidentes debita per eosdem, dum viverent, contracta, antequam bona inter se dividantur, solveere tenentur. In communi enim proverbio dicitur, quod creditores propinquissimi sunt heredes. Si vero pro dicta facienda solutione plenarie bona per parentes dimissa non sufficiant, non oportet, quod heredes ad supplendum defectum bona propria impendant, nisi hoc facere decreverint ex pietate. Et converso etiam debitores pagabunt heredes de debitis, in quibus parentibus tenebantur.

363. *De hereditatis ratihabitione.* Hereditatis vel rei alterius venditio vel emptio, postquam legitime completa fuerint, irritari non debent. In Juribus enim Originalibus scribitur: „Sic decrevimus etiam, ut in civitate proprietates habens possit easdem vendere absque impedimento cujuslibet personae, necessitate cogente.“ Quamvis in civitatibus quandoque fiat ex consuetudine, quod propinquus venditoris emptorem modo, qui dicitur „abschutzen“, repellat ab empto.

364. *De hereditaria portione dividenda.* Heres emancipatus cum non emancipatis partem habere volens, partem, quam percepit, in sortem reponat, vel in sua parte percipienda defalcet, vel quemlibet coheredum non emancipatorum tantumdem ante divisionem tollere patiatur.

365. *De hereditatis disbrigatione.* Si venditor hereditatem, quae censualis est, emptori coram iudicio, veritate tacitâ, pro libera tradiderit, quamvis a die traditionis et resignationis tempus et annum, quod praescriptionem continet, effluerit: nihilominus si postea emptori per dominum census cum testimonio literarum vel testium, quibus necessario creditur, quaestio de census solutione mota fuerit, illam venditor, completionem temporis praescriptionis non obstante, suis expensis et laboribus disbrigabit. Veritas enim tacita, quâ fraudem et dolum palliavit, nullum de jure praescriptionis patrocinium generabit.

366. *De hereditatis differentia.* Duplex est hereditas: Quaedam habens in villa vel extra villam domum vel aliquod commodum, in quo consuevit subses residentiam habere personalem; alia est, quae tali caret commodo, sicut est ortus, pratam, humularium vel consimilia. Modo si dominus justa causâ motus mandat primam hereditatem per emphiteotam seu censualem subsidem vendi alteri, locari ac per alium possideri, qui personaliter resideat in eadem, et hoc mandatum terna monitione, quarum quaelibet per dies XIV continuos sibi succedentes fiat, transgrediatur: tunc hereditas tamquam pro derelicto habita ad dominum devolvetur.

Hereditas vero secunda, quae non habet speciale commodum sibi pro habitatione subsidis annexum, si temerarie infra dictos tres XIV dies, terna monitione praemissa, vendi et in alium transferri negligatur: ad manus domini transiens revertetur. Justum tamen et legitimum impedimentum, propter quod venditor emptorem habere non potuit, terminum monitionis huiusmodi merito prorogabit.

#### Capitulum XXXII: De homicidiis.

367.a) *De homicidio quantum ad fidejussores.* Quinquaginta talenta, quae nominantur frequenter in Juribus civilibus, valent

XXX marcas, LXIV grossos pro marca computando. Unde habens XXX marcas seu sexagenas, pro homicidio poterit fidejubere.

367.b) *De homicidii excusatione.* De homicidio accusatus melius potest vitam et innocentiam suam obtinere et ostendere per juratum, quam vinci per juratum. Item, si quis simplici querimonia pro homicidio accusatus fuerit, solus in cruce poterit se expurgare.

367.c) *De homicidii actore.* Quamvis actor mota pro homicidio querimonia, signum occisionis, vulgariter dictum leichzeychen, coram judicio non exhibeat, nec intra quatuor sedilia ponat, tamen propter hoc reus sententiandus non est absolutus. Item, qui pro homicidio vult innocentiam suam ostendere vel vim vi repulisse, quod vulgariter dicitur *notwer*: jurabit metseptimus probabilium virorum, inter quos unus sit de juratis, vel loco jurati sunt duo alii fidedigni viri, propriam habentes residentiam, hoc est in vulgari dicendo *czwen gezessen man*, et sic erit metoctavus.

367.d) *De homicidio quantum ad juramentum.* Jurantes pro homicidio restaurationem juris, quae vulgariter *holung* dicitur, non habent; unde cum judex concedit partibus „*holung*“, hoc est intelligendum, quantum ad proclamationem querimoniae, responsionis, nominationis testium vel aliorum consimilium, quae prolocutores proponunt, sed non quantum ad reiterandum juramentum. Sed notandum tamen, quod Antiquum jus civile habet: „Si homo impetitur simplici querimonia pro homicidio ante multos annos perpetrato, vel in alio judicio commisso, vel cujus funus et occisi vulnera jurati non perspexerunt, ille simplici juramento se expurgabit et *holung* habebit. Et simile intelligitur de *heymsuchung* et excessu aequali.

368. *De homicidio quantum ad notwer.* Jura Originalia dicunt: „Si aliqua levis et inhonesta persona verberata fuerit . . .“ aliquem offendat. Super quo notandum: Quod ille, a quo origo et initium contentionis procedit, potius offensor quam defensor est censendus, quia defensionem, vul-

gariter dictam „notwer“, non potest rationabiliter allegare. Ergo ad probandam defensionem et vim sibi factam admitti secundum justitiam non debet proprie, namque judicandus est defensor, qui non dedit operam rei illicitae, et qui non est caput insaniae ac initium rixae, et maxime qui alio modo evadere non potest evasorem, nisi eum mutilet vel occidat.

369. *De homicida fugitivo.* Licet accusatus pro homicidio, primo ratione fortassis metus amicorum laesi vel alia quaecumque causâ, fugiendo discedat, et aliquot vicibus citare se permittat: tamen adhuc ultimo iudicio potest comparere et defensionem rationabiliter allegare.

370. *De homicidii accusatione.* Si uxor pro occisione mariti justitiam et iudicium sibi fieri petit, pueri vero ipsius, sive uterini sive privigni, justitiam contempnentes coram iudice et iudicio confiteantur, quod per se mortem patris eorum vindicare velint: rebellionem seu contemptu puerorum non obstante, uxori poscenti non est juris beneficium denegandum. Et etiam, si ad mandatum iudicis pueri iudicium recipere frivole recusaverint, reus est ab ipsis sententialiter absolvendus, et insuper, si petit, fidejussoria cautione sunt restringendi, quod malum ejus non quaerant.

371. *De homicidio putativo.* Si accusatus de homicidio tribus XIV diebus detentus fuerit, et iudex et jurati nesciant, utrum reus sit vel non, nullumque defenciculum apud ipsum, cum capiebatur, inventum fuerit, nullusque de ipso conqueratur, nec iudicium sibi fieri petit: a vinculis potest absolvi et liber dimitti.

372. *De homicidio procurato.* Qui mandat aliquem verberari, licet expresse prohibeat, ne occidatur, in emendam homicidii incidit, si verberans mandati fines excedens illum occidat; cum mandator in culpa fuerit et hoc evenire de ipso posse debuerit cogitare.

373. *De homicidio quantum ad homagium.* Ratione homicidii sufficit, homicidam ex rigore juris uxori pro marito, pueris pro patre, et aliis conjugatis occisi pro eorum consanguineo

occiso homagium facere et jurare; fratribus autem et cognatis uxoris ad faciendum homagium non est astrictus. Et est ratio; fratres enim et cognati uxoris alium socrum ex eo, quod vidua ad secundas transire nuptias potest, bene habebunt; pueri autem patrem aut alii consanguinei loco occisi consanguineum alium non habebunt.

374. *De homicidio, quod fit sagittando.* Quicumque in via, per quam homines assidue ambulant, volucrum sagittare vel projicere volens, hominem sagittando vel projiciendo occidit: pro occisione tali non est vitâ privandus, nec in membris corporis mutilandus, sed sufficit, quod secundum proborum virorum ordinationem satisfaciat, prout sibi possibile fuerit, et componet. Sed si mettercius credibilium testium convictus fuerit, quod tempore sagittationis vel projectionis hominem vidit et quod nec sagittare nec projicere inclamatus esset, sententiae capitis subiacebit. Item, in via, quam continue homines transire consueverunt, sicut est in medio habitationis hominum, quicumque sagittando vel projiciendo vel alio modo operam rei illicitae dato, hominem occiderit: poenam, quae homicidam de jure sequitur, sustinebit.

375. *De homicidio „auf fluchtigen fucz“.*

376. *De homicida proscripto.* Proscriptus pro homicidio et postea raptus pro secundo homicidio, si ab utrisque partibus Terrae Sanctae passagio datur: tunc iudex et jurati, sicut homicidam prius servato juris ordine proscribant, sic ulterius circa ipsum servando juris ordinem sunt processuri. Unde considerandum, quod iudex et jurati in salutem vitae illius homicidae, qui prima vice, non tempore pacis indictae ex causâ honesta, in persona sui concivis sibi aequalis homicidium perpetrat, videntur posse consentire; in salutem autem illius, qui homicidium reiterat vel in praesentia iudicis, jurati seu alterius officialis sui domini committit, nisi talis domini consensus ad hoc accesserit, non debent nec possunt forte sine praejudicio et gravamine consentire.

377. *De homicidii satisfactione.* Si fratres occisi, existentes sacerdotes, renuntiant actioni: propter hoc patris vel

avunculis occisi, si impetunt homicidam, non est justitia deneganda.

378 *De homicidio quantum ad cautionem.* Non obstante homagio seu promissionis juramento, quod et jurantem et illum, cui juratur, aequè stringit, ita quod ambo adinvicem sibi mutuo pari fidelitatis vinculo obligantur, a reo fidejussores debent recipi, si forte iterum contra illum, cui homagium fecerat, homicidium fecerit; et si pro sua defensione probanda testes habuerit idoneos, utetur et actoris querimoniam declinabit.

379. *De homicida fugitivo.* Hospes si homicidium fecerit et in claustrum causa pacis effugerit, tunc, si res, quas ducit vel habet, alterius sunt, cujus ipse servus fortassis extitit, vel conductus vel ipsas res ad talem locum duceret vel portaret: de rebus hujusmodi nec iudex nec jurati, nec uxor vel amici occisi se intromittant, sed ille, cujus servus vel conductus dinoscitur esse. Secus autem fortassis esset, si civis ex eo res sibi usurparet, quia hospitem haberet sibi in debitis obligatum.

380. *De homicidio quantum circa depreheusa arma.* Propter hoc non convincitur aliquis de homicidio, quod cultellus vel gladius evaginatus in manibus ejus rapitur. Ergo si jurati, duo vel plures, confiteantur concorditer se vidisse, eum habuisse evaginatum cultellum in manu et capucio brachium convolutum, sed non quod viderint actum vulneris, et etiam si testentur, quia in fuga tentus est talis reus: cum jurati de visu vulneris non testantur, potest se, considerata tamen vitâ sua, quam duxit, justitiam expurgare.

(Residuum quaere supra „De actore et reo“ et „De emendis“.)

381. *De homicidii accusatione dubia.* Petrus pro homicidio accusavit coram juratis Fridricum, postea vero coram iudicio Martinum, semper consilio praehabito. Quo audito Fridricus pro se sententiam petivit, utrum ex accusatione Martini ipse non esset absolutus; quod factum est et in sententia. Tunc etiam Martinus quaesivit, utrum etiam ipse ex prima accusatione Fridrici, cui nondum renuntiatum esset, non deberet



merito liberari? Quo similiter sententiato libero, actores con-questi sunt de Friderico, quod origo contentionis, in qua eorum propinquus occisus esset, per eum incoeperit, quare ipsum de opera homicidii accusarent. Ad quod Fridricus ostendit: cum sententiâ diffinitiva ab actione principalis, sc. homicidii, eum absolverent, utrum non esset etiam de opera et aliis accessoriis absolvendus? Judex autem quaesivit, cum ipse immerito fraudaretur suo jure, quis emendas homicidii solvere teneretur?

Super quorum primo sententiatum fuit: Quod cum homicidium et opera non sunt causae necessarie connexae, actores possunt tam Fridricum quam Martinum super operas accusare; secus autem esset, si accusati non ex negligentia actoris, sed ex defensione per testes fuerint absoluti. Super secundo vero sententiatum est, quod judex emendas de jure perdidisset in homicidio; nam tamquam principali non procedente emendae judiciales sicut accessorium suffocantur. Potest tamen judex si voluerit, partes compellere, quod tacta cruce fidem sibi faciant de compositione inter eos occulte non factâ, ut ipsum emendis taliter defraudarent. Et proinde notandum, quod quandoque tenet principale et accessorium, ut quando secundum legem, quandoque neutrum, ut quando contra legem, quandoque accessorium tantum, ut quando praeter legem.

382. *De homicidii opera quantum ad accusationem.* Solum in homicidiis et etiam excessibus aequae gravibus, et non in vulneribus, possunt aliqui de „vollaist“ accusari. Et sic accusatus excusabit se mettertius fidelium virorum, sicut scribitur in Juribus Originalibus: „Insuper si filius vel amicus alicujus etc.“ Si autem ceciderit vel emendare voluerit, actori solvet LX grossos et judici et civitati mediam sexagenam.

### Capitulum XXXIII: De incendiis.

383. *De incendio quantum ad minarum impositionem.* Si accusatus de minis incendii et litteris ejusdem, probaverit per VII testes idoneos, se illa nocte, in qua talia signa sunt domui appensa, in taberna vel in tali loco cum honestis fuisse: de

tali maleficio potest se excusare per eosdem. Et probatur ista sententia ex eo, quod litterae accusatoriae de incendiario vel alio criminoso missae, licet accusatum simpliciter non condemnent, tamen defensionem sibi prohibent; per contrarium ergo in proposito litterae accusatoriae de accusato scriptae ipsum propter tenorem litterae et signa praescripta non absolvunt simpliciter; expurgationem tamen legitimam merito sibi praestant, viso tamen prius et discusso matura inquisitione casus exordio, sc. propter quod vel quare talia minatoria sint inventa. Ex talibus enim circumstantiis sollicite pensatis apparebit, utrum reus vel simpliciter condemnari, vel absolvi, vel quod se purget, cogi debeat viâ juris. Nam si per dicta signa et litterae scripturam vinci deberet reus in proposito, quilibet honestus et fidelis homo per aemulum suum facta et negotia, quae habuerit hinc inde cum diversis habere tractare, considerantem, tali vitio, ut vindictam de ipso sumeret, malitiose posset et faciliter irritari.

384.a) *De incendii minis notoriis.* Quicumque minas incendii notorias fecerit et postea actu incenderit et effugerit: si per incensum insequentem capiatur, septem manuum testimonio convincetur et igne peribit; si autem voluntarie per se comparuerit, metseptimus suam innocentiam approbabit.

384.b) *De incendio, quantum ad vulnera ibidem commissa.* Quicumque facto incendio inimicum suum vulneraverit, convictus duobus testibus idoneis, decollabitur; si vero aliquem vulneraverit, cujus inimicus antea non fuit, duobus testibus convictus, amputabitur sibi manus. (Et est aggravata propterea poena praedicta, quod ignis et incendium, in quem transit, dampnum infert, ad quod intercipiendum omnes homines inimicitiiis, quas habuerunt, prius quiescentibus, cum diligentia debeant se mutuo adjuvare).

385. *De incenso et proclamatione.* Si incensus per se ipsum ignem extinguit et juratis proclamari faciat in oppidis, quod velit, si aliquem laeserit, satisfacere: quod si consilium acceperit et facere neglexerit, et tandem iterum incensus fuerit et ignis invalescat in tantum, quod quilibet ex vicinis suis

una cum eo dampnificentur: per quos in causam tractus ejus responsio est admittenda et secundum ejus responsionem et partis adversae querimoniam est diffinitiva sententia proferenda. Et est valde caute circa hunc casum procedendum; consilium enim juratorum, quod dicto homini porrexerunt, non necessitavit ipsum; per proclamationem enim, quam jurati consulendo fieri ei faciebant, saepissime justi homines et innocentes, qui nullum laeserunt, ex parte maleficorum, qui de hoc confisi minas incendii eis incutiunt et etiam frequenter actu incendunt seu cremant, suis pecuniis sunt fraudati. Unde licet ad praeceptum juratorum homo stare teneatur, ad eorum consilium tamen, praecipue in quibus alii ita salubriter sciunt consulere sicut ipsi, ut accidere potest in casu praescripto, non obligatur aliquis, nisi velit.

386. *De incendii minis quantum ad fidejussionem.* Licet pro incendio praeterito, cujus dampnum certum est, aliquis fidejubere possit: tamen pro minis incendii seu pro incendio futuro, cujus dampnum non est certum expressum nec taxari potest, non sufficit aliquis, quamcunque dives, ad fidejubendum.

387. *De incendio et ejus solutione.* Si ignis casu fortuito, non ex scitu et negligentia, vid. quia ipsum non extinxit, dum bene potuit, in domo cujuscumque exortus fuerit: propter hoc ad solutionem dampnorum reus ex igne tali contingentium nullatenus obligatur.

388. *De incendio ex negligentia facto per aliquem.* Actor conquestus est de reo, quod in ejus absentia per stultitiam et negligentiam uxoris et ancillae suae igne in domo ejus exorto, in octo modiis siliginis dampnum percepit, in quibus sibi satisfacere petit justitiâ mediante. Reus vero quaerit, cum ex verbis actoris, qui eum dixit absentem fuisse, merito sit immunis, utrum pro uxore vel ancilla teneatur respondere et in causa praecipue criminali. Super quo respondetur: Quod reo non est necessarium respondere, sed pure voluntarium, si placet; dato etiam, quod respondeat actori, dampnum non resarciet. Casus enim fortuiti, sicut incendium, homicidium et consimiles, dum tamen dolum non contineant, culpâ carent.

389.a) *De incendiario fugitivo.* Incensus sive crematus incendiarium fugitivum in alieno iudicio vel in proprio iudicio, cum periculum sit in mora, potest sine licentia iudicis quaerere et comprehendere et ipsum iudici praesentare, et ex hoc nullas tenebitur ad emendas.

389.b) *De incendiario et signis super se ligatis.* Si incendiarius sine signis incendii praeteriti (cujusmodi sunt titiones) et futuri (cujusmodi sunt cartae et similia) super se non ligatis coram iudicio statuatur: propter hoc actor ab actione non repellitur, nec obnoxius est emendae.

389.c) *De incendii actione quantum ad plures.* Si multi cremati deliberatione praehabita simul in unum incendiarium per unum ex eis agant: tunc ille, si juris ordine et sententiâ diffinitiva eundem actorem evaserit, ab aliis iudicatur iustitiam absolutus.

389.d) *Pro incendio dominus villae non potest specialiter agere.* Quamvis domino pro cremata villa speciale dampnum contingat: tamen si reus incendii actionem villanorum secundum iustitiam declinaverit, dominus villae specialem sibi movere non poterit quaestionem, cum non sit verisimile, villanorum actionem latuisse.

389.e) Quicumque pro parte actoris incendii coram iudicio personaliter comparentes laborant, verbis et factis seu consiliis ipsum fovendo, et pro eo, quantum possunt, faciendo: reum incendii, si actorem evadit, iure in causam novam trahere non possunt; maxime de incendio uno tempore et uno loco facto. Secus autem esset, si forte de incendio alio tempore et alio loco facto inciperent agere, et praecipue, si de tali actione futura, tempore primorum placitorum coram iudicio expressam, interposuerint protestationem.

#### Capitulum XXXIV: De interdictis.

390. *De interdicto.* Prioritas vel posterioritas interdicti-  
onis jus absolute non generat, licet super iure obtinendo vel  
demonstrando aequaliter attestetur. Unde dominus braxatorii

(vel alterius cujuscumque rei), quam exposuit, si idem, cui exposuit, recessit, ante alios pro censu, pro quo braxatorium exposuerat, de suis trahens vel aliis accomadatis est pagandus; residuum vero, quod de braseo superest, inter illos secundum antiquitatem et numerum est dividendum. Insuper, si dominus braxatorii totum censum expositionis perceperit, interdictores alii de braxatorio se intromittentes de ipso tanto utentur tempore, quanto ipsum convenerat, qui recessit. In debitis autem secus esset; ibi enim, qui prior est tempore, prior est jure.

391. *De interdictis rebus custodiendis.* Si in domo cujuscumque res alicujus extranei ex parte judicii ad petitionem cujuscumque interdicuntur: dominus domus, nisi velit, ad rerum interdictarum conservationem nullatenus obligatur; imo si tempore interdicti nuntiis judicis dicit, quod res interdictas nolit custodire, judex ipsas in suam recipiat custodiam, interdicenti de ipsis juxta suam querimoniam de justitia provisurus. Si autem ipsi hospiti ille, cujus res sunt interdictae, in expensis vel in debitis vel istis consimilibus obligatur: pro talibus res interdictas servare poterit, de ipsis principaliter suum debitum extorsurus.

392. *De interdicto rerum advenarum.* Si civis hospitem et advenam cum rebus suis domum ejus intrantem, irrequisito judice pro debitis, in quibus sibi tenetur, arrestaverit et occupaverit: solvet judici LXXII parvos denarios pro emenda. Unde ne civis emendam incidat, judicem pro arrestatione facienda petat et per ejus nuntium seu bedellum dictum hospitem in domo propria interdicat. Quod si neglexit et alius creditor cum interdicto, auctoritate judicis facto, civem ipsum praeveniat ille prius ab hospite et rebus ipsius suum debitum judicialiter consequetur; unicuique enim mora propria est nociva.

393. *Quae res interdicti non possunt.* Pecunia, quae in compositione homicidii vel alterius casus, qui vulgariter besse-rung dicitur, dari debet, interdicti non potest, quia sine contradictione et omni difficultate debet per reum actoribus assignari. Quo facto, quicumque tunc habet in eos agere, seu

pro dicta pecuniâ vel quavis alia causâ, illi debent ad objecta secundum justitiam respondere.

394. *De interdicto mortuo.* In debitorem mortuum creditor agere non potest, cum ulterius jurisdictionem evaserit judicis temporalis; in possessores autem bonorum ejusdem mortui potest agere pleno jure.

#### Capitulum XXXV: De invasione domus.

395. *De invasione domus in genere.* Quicumque domum alterius armis, ballistis, arcubus vel alterius cujuscumque (generis rebus bellicis) temerarie invadere praesumpserit, dato etiam, quod nullum in ea vulneret: tamquam in homicidio puniatur. Debet autem hospes domus invasorem vincere duobus testibus, vicinis suis ex utraque parte domus, vel cum uno trans viam et secundo vicino a latere, vel cum solo jurato; et sic convictus et per hospitem in domo violentâ manu vivus vel mortuus detentus, est decollandus.

Item, si autem invasor de domo recesserit et postea coram judicio se innocentem facere voluerit, cum viris idoneis mettertius in cruce se expurgabit. Si autem invasus plano modo, sine testibus, querimoniam super ipsum fecerit: solus se expurgabit. Nec debet hospes domus in movendo querimoniam de invasione praedicta, quae gravis est excessus, facilis et pronus esse, imo de testimonio sufficiente caute sibi debet providere. Si enim ad probandum se obligaverit et postea querimoniam suam testibus probare non poterit: judici duo talenta et unum civitati solvet pro emenda.

Et hoc verum est de majori invasione domus, in qua vulnera sunt commissa; pro minori invasione, in qua tantum verba sunt commissa, actor si in causa cadit, solvet judici tantum LXXII parvos hallenses pro emenda.

396. *De invasione domus, quae fit inter amicos.* Si uxor, verbera mariti timens, in domum patris fugit, et maritus, ut ad propriam mansionem eam reduceret, in domum ejusdem soceri sui intraverit, prohibitusque per quemdam inquilinum domus, ne uxorem in absentiam patris (qui tunc non aderat)

educeret, eundem quatuor vulneribus vulneravit: quaeritur, utrum praedicto patri uxoris non debeat de genero suo dicto tamquam de invasore domus iudicium exhiberi? Et respondetur, quod non. Cum enim maritus dictae mulieris domum soceri sui non causâ malignandi, nec in ira et furore, nec armatâ manu, nec aliquo gladio seu aliis offendiculis agitando, sed tantum ut legitimam suam (quod actus fuit licitus) de ea reciperet, intravit: invasor domus non est censendus, nec socero sua de invasione, sed tantum inquilino de vulneribus tenetur simpliciter respondere.

397.a) *De invasione et mortificatione simul.* Si in uno iudicio invasio domus fit et in alio mortificatio, tunc neuter iudex, ex eo, quod peccatum esset juri injuriam facere, jure suo est fraudandus, sed ambo iudices simul iudicio debent praesidere et actor coram ambobus suam querimoniam proponere, dictique iudices emendas judiciales inter se condident aequo modo. Si autem in talem praesidentiam iudices consentire noluerint, tunc actor coram unoquoque id, quod in ejus iudicio commissum est, conqueratur; et juxta talem querimoniam unusquisque iudicum justitiae sibi faciat complementum. Nec oportet, quod de mortificatione, quae maximus videtur excessus, quantum ad actum, prius conqueratur; imo cum invasio domus aequae capitalis sit excessus et gravis, sicut mortificatio, potest de ipsa primo conqueri, si sibi videbit expedire.

397.b) *De invasione domus multorum.* Si decem invasionem vel mortificationem similem fecerint: tunc actor, si nescit, quis eorum principalis fuerit, potest in omnes, si essent, et in plures simul et conjunctim una actione agere; ipsique postquam una responsione responderint, si expurgationem obtinuerint, jurabunt singulatim, et quicumque in juramento ceciderit, vitam perdit. Ex hoc tamen alii non iudicantur cecidisse; sicut enim uno per juramentum evadente, non omnes evadent, sic nec uno cadente, omnes cadent. Sed in actione fortassis civili, si in plures unâ actione pro debitis ageretur, ex casu unius censentur alii cecidisse. Si autem actor sine dubio noscit illum, qui fuit origo invasionis domus, et illum, qui

plagam lethalem mortificationis dedit, in illum aget principaliter; in alios vero ex consequenti tamquam in coadjutores; et si eos vicerit, peribunt. Nam faciens et coadjuvans in excessibus tam gravissimis pari poenae subjacebunt; si autem expurgare se debuerint, quilibet, ut dictum est, juramento suo tantum salvabit vitam propriam vel ammittet.

Notandum, quod in aliis homicidiis seu gravibus causis non conceditur actori, quod in plures simul agat. Unde quaedam actio est civilis, et in illa potest in plures simul agere; quaedam autem est actio criminalis, sicut in proposito invasio domus et mortificatio, et illa est duplex. Quaedam enim fit per unum actum, quem plures simul facere non possunt, sicut homicidium fit per unam plagam, quam simul plures percutere non possunt; et in tali actione, cum actor dubitat, in plures agere simul potest, et iste actus vocabitur actus „non iterabilis“.

Secunda autem est actio, quae etiam fit per unum actum, quem plures simul bene facere possunt, quia plures possunt simul unum infamare, vel si obloquitur (?), in honore suo sibi detrahere; et in tali actione non est necesse, quod actor simul in plures agat, quamvis dubitet, imo in quemlibet specialiter de eodem actu agere potest et vocatur iste actus „iterabilis“, quia quilibet eum iterare potest. Tamen si talis actus imponeretur determinatae multitudini, sicut forte consilio juratorum, in tales unicâ actione agi posset.

. Ad tertium autem dictum fuit, quod facta per actorem probatione secundum formam juris sufficienti, rei sunt primo iudicio proscribendi, et si per ambos iudices proscribuntur, non est mirandum; duplex enim peccatum duplici poena puniri debet, unde in proverbio dicitur: „Ad facinus duplex non sufficit ultio simplex.“

398., 399. *De invasione domus quantum ad fugam.* Si duo in platea vel alibi pugnare incipiunt et unus alium in domum apertam insequens et fugans ipsum ibidem vulneret vel occidat: ex hoc non censendus est invasor domus. Nec ille dicitur invasor domus, qui tabernam intrans, dato etiam, quod sit clausa et ad ejus petitionem sibi aperiatur, in ipsa factâ contentione aliquem mutilet vel occidat.



Item nota, quod in magnis et gravibus excessibus, vulgariter dictis he ymsuchung, qui verba continent et facta, vicini debent pro subsidio per invasum inclamari, excessusque tales infra dies XIV querulari. Gaudent enim dicti excessus tali jure, quod scribitur in Juribus Originalibus rubrica „De stupro“: „Statuimus etiam firmissime“ et secundum hoc restringendum est, quod scribitur in fine Jurium Originalium in rubrica „De invasione domus“: „Quicumque domum alterius etc.“

400.—402. *De testibus invasionis domus.* Ad probandum invasionem domus recipi possunt testes vicini, non solum collaterales, superius et inferius, proximi vel transversales, directe oppositi, imo alii, dummodo sint idonei, quamvis a domo invasa sint in aliqua distantia, in eadem linea vel in alia residentes. Item, qui plura in una civitate vel in locis diversis habuerit domicilia, quamvis in uno frequenter habitare consueverit, tamen pro illo tempore, quo in alio steterit, de invasione domus testari poterit ut vicinus. Item, excessus in invasione domus atrox est et a domo nomen accepit, et debet accipi domus, sive in propria domo quis habitet, sive in conducta, vel gratis pro hospitio receptus sit. Item, quamvis domum et arcubus et ballistis invadere graviter sit prohibitum: tamen domum sic vel qualitercumque aliter defendere, videtur licitum et concessum. Item, conventores domorum bonae famae, licet sint caupones vel ducillarii, in causa invasionis domus tamquam veri hospites testimonium ferre possunt.

Item, minor invasio domus sine sanguinis effusione contingens, per testes vicinos, si, antequam per invasum statuatur, per adversam partem de vulneribus incusati fuerint, probari non potest. In majori vero invasione domus, in qua superficies apparet sanguinolenta, exceptione praescripta non obstante, testes praehabiti admittuntur, pacis domesticae in favorem.

### Capitulum XXXVI: De iudice et iudiciis.

403. *De electione iudicis, quis et qualis sit eligendus, et quae conditiones suo convenient regimini.* Homo in iudicem eligendus non debet esse perjurus, nec etiam debet esse

proscriptus, nec excommunicatus, nec sit etiam judaeus, nec haereticus vel paganus, sitque legitimi matrimonii filius, non sit etiam rusticus h. e. in moribus rudis et grossus; unde multum est laudabile, si pro judice persona haberi poterit litterata. Corpore etiam sanus existens in manibus praecipue defectum non patiat; non sit coecus, non sit surdus, neque mutus; in aetate quoque annos viginti et unum excedens, octoagesimum non attingat. Et istae conditiones judici conveniunt quoad corpus.

In anima vero virtutibus debet fulgere cardinalibus: Primo justitia, quod nec amore, nec odio, nec muneribus, nec quavis actione a justitia declinans, partem numquam foveat injustam. Secundo fortitudine; debet enim tam virilis esse in animo, quod motibus dominetur virilibus, nec ipsum errare faciant a semita veritatis; unde pro tuenda justitia more boni pastoris animam exponere debet et corpus; secundum quod sapiens dixit: „pro justitia agonista usque ad mortem“. Tertio prudentia, quod videlicet inter bonum et malum distinguere, sciens bonum et justum eligere, et malum seu injustum studeat reprobare. Item, cum initium sapientiae sit timor Domini, judex debet Dominum timere; nam qui Dominum timet, faciet bona; tali etiam judici populus libentius est obediens et subjectus; juxta illud prophetae in „Secretis“ suis: „Tunc incipiet populus timere regem, cum viderit eum timere Dominum.“ Et sic ut hoc dicitur de rege, sic suo modo de judice, qui vicem gerit regis, intelligi poterit in praesenti. Quarto temperantia, quod motus cardinales restringat sub regula rationis; unde iracundiam fugiens, ebrietatem cavens; in cibus et potibus ut sit moderatus, in factis etiam quibuslibet medium tenens; ne sit nimis praeceps, nec nimis tardus; pauperibus injuriam passis ad ipsum querulando venientibus pia verba porrigens et benigna.

Item, judex facta electione jurabit in cruce, quod in omnibus causis justum unicuique judicium faciat atque verum.

Item, judex ab injustis, in praejudicium justis, munera non recipiat; quod si fecerit, talia munera non tam injusto, cujus ea recepit malitia, restituet, sed justo, quem ratione

munerum eorundem jure suo fraudatur, ipsa tenetur dare et restituere, pleno jure; non solum hujusmodi, imoque omnia alia, quae ex dictis muneribus justi in judicio perdidierint, judex refundere et in ipsis satisfacere debet integraliter et complete.

404. *De judice qualis in officio suo esse debeat.* Judex in officio suo non debet esse gravis et onerosus hominibus; debet etiam esse a violentia et cupiditate remotus, eo, quod violentia est legibus inimica et acceptio munerum est praevaricatio veritatis. In judice non debet esse ira et furor, sed tantum ratio dominari; non enim ira viri Dei justitiam operatur; unde nihil debet judex tempore irae judicare, sed cum est in mentis tranquillitate; nam restringenda est sub ratione potestas, nec quicquam agendum, priusquam mens commota ad quietem redeat, eo, quod commotionis tempore justum putat omne esse, quod facit. Debet quoque judex incompositos disciplinare et praecipue noctis tempore ad intercipiendum furta et maleficia cum sua familia civitatem hincinde pertranseundo custodire, ad quod jurati eorum sibi praebebunt auxilium cum effectu.

405. *De officio judicis quantum ad juratos.* Item, judex debet juratos tamquam leges reverenter tractare, nullas per se sententias dictare, neminem sine ipsorum scitu captivare, emendas civitatis sibi non appropriare nec emendas ad eum pertinentes, nisi postquam a juratis adjudicatae sibi fuerint, recipere; in tali receptione pauperibus gratiam facere; praescriptos et a civitate repulsos sine juratorum consensu nullatenus reassumere; de sigillo et privilegiis civitatis, quae jurati debent regere, se non intromittere, Et concludendo singulariter universa et universaliter singula, judex debet semper juratos audire et eis obaudire, ad ipsorumque consilium omnia negotia sui officii expedire.

406. *De officio judicis quantum ad sententias.* Item, judex Deum, qui praesens est in omni judicio, prae oculis habens, quando tribunali praesidet, debet quaerere a juratis de sententiis, sicut sedent in bancis, nullo prae postero, ordine observato

nec etiam favore, odio, timore, vel expectatione praemii debet unam partem alteri praefacere seu praeponere; nec etiam quaerat sententiam ab illo jurato, quem noverit parti illi, pro quâ quaeritur sententia, magis favere, eo, quod in judicio est omnis suspicio submovenda. Ad consentiendum etiam in sententiam tam interlocutoriam, quam diffinitivam unam partem prae aliâ non cogat. Tenetur insuper judex secundum propositionem partium de sententiis quaerere a juratis; et semper quaerat inter duas sententias, quod juris sit. Nisi tunc una pars nolit aut negligat sententiam per se inquirere; extunc judex sententiam ad requisitionem unius partis inquirat. Et circa hunc punctum debent jurati hanc cautelam servare, quod nec extra judicia, nec in judiciis aliquam sententiam communem, contra quam pars adversa nondum audita nihil objicit vel allegat, proferant et pronuntient quoque modo. Ex talibus enim sententiis in genere prolatis saepissime cum ad speciem descenditur, vel maxima difficultas generatur vel evidens contradictio multiplicatur. Quaerat etiam judex de sententia, nihil penitus minuendo vel addendo; nam judex defectum supplere non debet; sed si quid partes vel advocati partium de jure ommiserint, illud supplere potest, in his et in omnibus aliis juris praeceptis ad justitiam litigantibus faciendam motum sui animi inclinando.

407. *De officio judicis quantum ad partes.* Judex etiam tenetur sententias a juratis prolatas exequi reverenter, ut, si accusatori res immobilis fuerit adjudicata, ipsum mittat in possessionem rei ejusdem, in eâ ipsum viriliter manutenendo; quia non sufficit quem mittere in possessionem, nisi in eam missus tueatur. Si autem res sit mobilis, ipsam actori cum effectu praecipiat praesentari. Sed si reus a petitione actoris fuerit per sententiam absolutus: extunc ipsum judex in jure suo similiter tueatur, actori super eo perpetuum silentium imponendo. Item, quamvis judex de exercenda justitiâ juraverit, tamen solum de querimoniae prioritare, et de nullis aliis causis testimonium ferre potest; hoc enim spectat ad juratorum officium. Item judex caveat, ne captivi in cippo rebus et vestibus spolientur. Item, judex debet providere partibus, quae

tutae compareant. Unum, si necesse fuerit, potest prohibere, quod sine armis veniant, et maxime, quod inermes compareant coram tribunali.

408. *De iudice et iudiciis.* Iudex non aliter iudicare debet, quam ut aut legibus, aut constitutionibus, aut consuetudine bonâ proditum est.

Judices civiles monachis et sanctimonialibus non sint iudices, sed amicabile singularum civitatum episcopi; haec eadem ratio est et in aliis clericis.

Si ad iudices agricoliarum multitudo venerit, quod ipsis possessoribus dampnum aliquis facit: cum festinatione debent eos a contentionibus absolvere et a litibus liberatos ad sua remittere.

Judices non cogant partes, ut prompte et cum necessitate fiant litis contestationes, sed concedant decem dierum inducias.

Si captus pro maleficiis habet pecuniam et tamdiu servatur in carcere, quod in vitae necessitates eam expendit: iudex eâ carebit.

Iudex temporalis potest clericum absolvere irrequisito episcopo, sed non condemnare (quod est contra regulam juris, quae dicit: „Nemo qui condemnare non potest, nec absolvere potest.“)

In iudiciis publicis quilibet admittitur ad accusandum (subaudi, qui ad hoc habilis est).

Iudex tenetur, quia ex maleficio, si controversiam suam fecerit, ut in id teneatur, in quo ipse laesit aliquem (et hoc verum, quando fit per imperitiam; quodsi fit de dolo, tenetur ex maleficio, et fit infamis).

Et haec etiam locum habent in arbitrio.

Conventio et reconventio mox a principio est apud unum iudicem facienda; idem enim iudex debet esse in utroque negotio. Conventus, si iudex sibi displicuit, eum refutabit et XX dies habebit inducias, ut eum emendet; et si alium obtinabit, ille idem tamen convenienter et reconvenienter terminabit. Si autem conveniens tacuit, primum iudicem non recusando coram eo stabit. Omnia, quaecumque per iudicis officium expe-

riendi causâ cognitionem per bonam desiderant, per libellum expediri non possunt ex gr. per libellum, per sententiam partibus absentibus latam et ad eas velut epistolam missam, vel per libellum supra datum iudici.

Fere in omnibus poenalibus iudiciis et aetati et imprudentiae succurritur, et pone exemplum aetatis, ut in juniore delinquente per culpam, et in sene, qui levius punitur quam juvenis. Et dicitur, si dolo dereliquerint. Et tunc si civiliter agitur, subvenit, sed si agitur criminaliter et est atrox injuria tunc non subvenit, nisi quatenus miseratio aetatis perduxerit iudicem ad mitiorem poenam, aut atrociolem, aut atrocissimam.

Judex secundum allegata iudicabit.

In poenalibus causis benignius interpretandum est, ex gr.: Si duo iudices ordinarii, unus deprimendo, alter absolvendo, tulerint sententiam, interpretantur absolutionem magis valere.

Si iudex condempnabit accusatum de vi factâ, intelligitur de privata, (quia in poenis mitiores esse debemus).

Factum per iudicem, quod ad ejus officium non pertinet, ratum non est.

In condempnatione personarum, quae in id, quod facere possunt, dampnantur, non omne quod habent, extorquendum est, sed ipsorum ratio ideo habenda est, ne egeant.

Et quidam intelligunt hanc legem et filiis et de parentibus et patronis et ceteris, quibus alimenta coguntur parare, ut illi debitores nobis sic condempnentur. Sed alii intelligunt, quia dampnantur, in quantum facere possunt (subaudi: commode et honeste), nec enim videtur fieri posse, quod non potest fieri honeste.

Qui vetante iudice sentit, hic adversus edictum iudicis fecisse proprie dicitur. In omnibus causis profecto accipitur id, in quo quisque alium perhorrescit, quominus fiat; unde si promisi stare juri sub poenâ, et prohibitus fui a iudice, idem est, ac si stetissem. Et idem est, si ab adversario, sed secus, si ab extraneo.

Qui jussu iudicis aliquid fecit, non videtur dolo facere malo, quia parere necesse habet. Et distinguitur, ut iudex praecepit

aliquid, exercendo suum officium, aut sicut quilibet privatus; qui primo casu paret, non est in dolo nec in culpa, ut in domo diruenda et consimilibus, quamvis injustum sit praeceptum judicis; et hoc propter judiciariam auctoritatem et propter publicam utilitatem, quae est, ut maleficia puniantur. In quibus puniendis subjecti debent parare suum auxilium, et etiam, quia praesumendum est, sententiam esse juste latam, ex quâ judex exercet suum officium.

409. et 410. *De judice quantum ad captivos.* Quidam accusatus de homicidio judici praesentatus est, quem cum die praefixo statuere deberet, carcerem evaserat. Quaeritur ergo, quid sit juris in hoc casu? Et respondetur: Quod judex homicidam seu maleficum sicut furem et spoliatorem sibi praesentatum, uno modo simpliciter et absolute in suam custodiam recepit et clausuram. Alio vero modo sub conditione, qua videlicet pro majori custodia invocat auxilium sui superioris, seu parti dicit, quod sua conservatio sit debilis, et quod per se de securâ custodia sibi provideat, protestans nichilominus, si captivus evaderet, in hoc culpabilis esse nollēt. Modo si captivus, de quo judex simpliciter et absolute se intromisit, evadit: judex pro ipso emendam XXX sexagenas solvet, et insuper juramentum corporale faciet, quod suâ fraude non sit captivi evasio procurata. Si autem captivus secundo modo custoditus evasit, judex de emenda pecuniae supportatus simplici se juramento, ut praemittitur, expurgabit.

411.a) *De judice, qualem se debeat praebere.* Judex tamen debet de captivo pro maleficio parti judicium petenti favorabilem se exhibere, nec terminos prorogare, nec gravem ac difficilem se reddere; alioquin tamquam de fautoria maleficii suspectus, poenam malefici, si evaserit, sustinebit.

411.b) *De judicis assessoribus.* Assessores ac juris defensores et protectores, si quos fortassis judex aliunde sibi assumpsit, illis non partes, sed ipse duntaxat ex eo, quod emendas judicarias pro se tollit, satisfaciet in expensis.

412. *Judex quandoque privat se emendis.* Dominus cujusdam villae personaliter iudicio praesidens cuidam homini suo querulanti subiecit, quod querelam, quam alias extra iudicium ad eum retulisset, coram iudicio mitigaret et mutaret; dicto vero homine, objectionem domini negante, dominus eam resumpsit modo praemisso. Secundario vero homine negationem replicante dominus sibi dixit: „Mentiris sicut antiquus filius meretricis“, quaerens cum hoc a juratis sententia dari, qualiter dictus homo emendari debeat, quod ipse dominum suum arguere ac ejus verba praesumpserit reclamare? Super quo diffinitum fuit: Quod cum licitum sit partibus verba iudicis disciplinate affirmare vel negare, dominus per verba inhonesta, quibus hominem suum arguit, emendis, dato etiam, quod de jure sibi competere, se privavit; iudex enim, sicut et partes, sic et se ipsum tenetur principaliter magistrare.

413. *Judex quandoque potest partibus terminum prorogare.* Si in causis criminalibus partes infra terminum concordandi, quem a iudice rogaverant, non concordant: non oportet, quod iudex expectet, usque actor reum citet, imo potest per se partibus terminum praefigere. Idem tamen terminus, si causa sit ardua, habebit dies XIV, in quibus partes amicos eorum possint inquirere et sibi de advocatis providere.

414. *Judex quandoque habet recepta restituere vel defalcare.* Si iudex in domo homicidae fuerit, et aliquas res accepit, illas postea, facta compositione homicidii, juxta valorem earum in emendis sibi solvendis defalcabit.

415. *De juratorum notatione pro consilio.* Sicut iudex et jurati ferre non deberent indigne, si ab eis ad audientiam majorem appellatur: sic nec ad verecundiam sibi ascribere, si pro suspicione partibus tollendâ a causarum aliquarum tractibus et iudiciis per suos juratos rationabiliter amoveantur; possunt enim causis eisdem judicialiter tractandis, ammonitione praedicta non obstante, extra sedes tribunales sicut ceteri interesse.

416. *De iudice quantum sit ad impignorationem.* Iudex illum, qui in emendis obligatus sibi fuerit, impignorare potest



et eadem pignora sine exhibitione, quae in iudicio fieri consuevit de aliis pignoribus, vendere; ipsas autem emendas, obmissa impignoratione, sub usura vel dampno conquirere non potest sine ejus, cujus interest, licentia speciali.

417. *De iudice, quid accessor suus sibi teneatur.* Ad iudicem sequentem spectant emendae, quas ejus praecessor insolutas dimittens non pepercit; non enim emendae personam iudicis, sed officium sequuntur.

418. *Judex et jurati audire debent verba partium in iudicio.* Cum in senatu jurati contra quemdam rebellem diffinitam publice coram iudicio dixissent sententiam, iudex, qui videbatur eundem fovere, alta juratos inclamans voce, prorupit in haec verba: „Ir möcht den vrteiln in iene werlt“; quod cum jurati audirent et pro verecundia sibi ascriberent, iudex motus quodammodo poenitentia eorum gratiae se subjecti. Quaesitum est ergo (et infra).

Super quo responsum est: Si iudex, qui dixit: „Ir möcht“, ex quo poenitentia ductus gratiae se subjecti, si non contumaciter nec honori juratorum per hoc detrahere volens talia dixit, solvet secundum quemlibet juratum LXXII parvos pro emenda; si autem frivole in detrimentum honoris juratorum praedicta verba dixit, solvet pro emenda X sexagenas; et in hac emenda nec iudex nec jurati partem habebunt. Nec iudex nec etiam jurati pro se testari possunt, quâ intentione verba sint prolata praedicta; quia nec actor neque reus in causis propriis dicere eorum possunt testimonium pro se ipsis; unde fortassis in favorem reverentiae iudicii et juratorum communes probi homines, qui astiterunt iudicio, in hoc casu pro testibus sunt audiendi.

419. *De his, qui resistunt iudicis familiae.* Dum quidam pro insolentiis detineri debens, iudici coram juratis in tantum restitisset, quod potenter superatus incipitatus fuit, sententiatum est, quod quinque libras hallensium parvorum pro emenda solvere teneretur. Item, cum per juratos inter partes diffinitiva fuisset sententia dicta, unus eorum iuravit per Deum altissimum, quod sic non esset, sententiam per hoc juratorum quodam modo

vilipendens sententiatum est similiter, quod iudici in quinque libris parvorum obligatus esset. Item, quod orta in domo iudicis contentione per duos, iudex unum de domo trudens et secundum tamquam captivum supra scampnum locans, tertius accurrit et sedentem cum gladio non evaginato ad caput percussit, quod de scampno cecidit, et vulneravit. Pro quo sententiatum fuit, quod iudici in emenda X librarum parvorum obnoxius teneretur, vulnerato vero ratione gladii non evaginati esset taliter obligatus, sicut de fustigatione in Juribus Originalibus continetur.

420. (Br.) *Judices et jurati debent audire necessaria verba partium sine emendâ.*

421. *De judiciis, quod una causa non debet dividi in plures.* Diffinitive sententiat: Quod nulli prorsus audientia praebetur, qui causae continentiam dividit et ex beneficii praerogativâ id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluit ventilare; poena ei ex officio iudicis imminente, qui contra hanc supplicaverit sanctionem, atque alium super possessione atque alium super principali quaestione iudicem postulaverit. Et similiter iudex non admittat, quod id, quod in una querimonia potest capi, in altera replicetur.

422. *De juridica cautione iudicis.* Quaedam est cautio nuda, sicut juratoria, et illam sufficit a partibus fieri de parendo juri et stando iudicio in dubiis et levibus causis; sed est alia cautio idonea, sicut pignoratitia vel fidejussoria, et illa in gravibus et notoriis causis a partibus est petenda.

423. *Quae verba in judiciis non quaerant praejudicium.* Cum duae mulieres in iudicio pro debitis contenderent, et advocatus unius ab alia quaereret, si de sua testes habere potest intentione probanda, illaque deliberatione non praehabita ex simplicitate respondisset, quod mediam civitatem pro testimonio statuere vellet: quaesitum est ab avvocato, si mediam partem hominum civitatis pro testimonio non produceret, utrum causam perdidisset?

Super quo diffinitum fuit, quod per talia verba et eis similia per actorem vel reum prolata, causa

non perditur nec obtinetur, sed solummodo „holung“ perditur. Quâ emendata in causa proceditur, sicut de jure fuerit procedendum, dummodo dicta verba ex simplicitate proferantur et indeliberate; quia si ex pertinacia contumacitatis fuerint prolata, parti praejudicant, sicut si forte derisorie seu frivole pars pro debitis impugnata actori diceret ita: „Eme bursam novam“ vel aliquid tale. Et similiter verba in ultima „holung“ prolata, qualitercumque proferantur, causam obtinent vel amittunt.

424. *De judice et judicio hereditario.* Cum in villa quadam judice hereditario mortuo dominus villae relictam judicis, prole masculina carentem, ad hoc quod judicium sibi venderet, compellere niteretur, et illa talem venditionem facere nollet: praefixit ei talem terminum peremptorium, in quo judicialiter secum contendere deberet, utrum dictam venditionem secundum formam justitiae posset reclamare. Adveniente termino cum relicta, sicut sponte se facturam promiserat, in judicio non compareret, nec infra sequens triduum causam absentiae legitime ostenderet: dominus petivit sibi sententialiter dictari, utrum propter absentiam relictæ in terminum peremptorium praeteritum non esset jus suum finaliter executus et de judicio relictæ, emptione cessante, non deberet se intromittere pleno jure? Super quo sententiatum fuit: Quod non judicium et ejus proventus, de quibus quaestio non fuit, sed solum venditionem judicii per relictam juxta ipsius arbitrium faciendam dominus obtinebit ipso jure. Unde talis venditionis tamquam accessorii cujusdam obtentionem non sequitur principale (proventus sc. judicii), nisi prius emptio rationabilis intercedat.

425. *De judicio quantum ad proscriptionem.* Cum in villa quidam juratus dives rusticus pro homicidio esset proscribendus, quaesitum est ab amicis suis, utrum ultra sex septimanas, quibus communes homines proscribendi in judicio citantur, non deberet merito adhuc per triduum expectari? Super quo responsum fuit: Quod in judiciis non aliter cum divitibus et aliter cum mendicis, sed aequaliter cum omnibus est agendum, cum in lege divina scriptum sit: „Ita

magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptatio personarum“.

426. *De judiciario ordine aliquando praetermisso.* Licet in causis singulis ordo judicarius sit servandus, tamen si iudex pro excessibus notoriis, qui validissima probatione (sc. evidentiâ facti) probantur, reos, advocato eis non concesso et sic ordine judiciario praetermisso, puniens ultimo deputat supplicio: propter hoc non est aequaliter arguendus. Si enim crimina manifesta, quae nulla tergiversatione celari possunt et quae probatione testium non indigent, processu judiciario discuti debent, propter hoc non solum judicialis disciplina (quae sine probatione punire non posset), verum etiam jus actoris, cui onus probationis incumberet, plurimum laederentur. Nec ex oblivione praedicti ordinis iudex, qui jurat in omnibus causis ordinem judicarium se velle conservare, censendus est perjurus; illud enim juramentum non juratur de excessibus notoriis, sed solum de illis, in quibus est ordo judicarius observandus.

427. *De judiciario robore.* Antiqua consuetudo civitatum habet, quod quid coram iudicio obtinetur et in tabulis iudicialibus signatur, hoc ante proximum futurum peremptorium iudicium, vel per impignorationem, vel modum alium, si expeditum non fuerit, de cetero caret robore firmitatis, nisi per scriptorem civitatis in librum, ubi census et alia notantur acta, per obtentorem cum scitu juratorum scribi fuerit procuratum. Item vero, juri non obtemperans contumax est censendus. Item, iudicium vel arbitrium vel causae, quae dolum supponunt, nullius sunt momenti, sicut cum non-causa ut causa allegatur; quod coincidit cum fallacia, quam sophistae sic appellunt.

### Capitulum XXXVII: De juratis.

428. *De electione juratorum.* Pater cum filio et frater cum fratre non eligantur simul ad officium juratorum; etiam socer cum genero non sint simul in juratorum ordine. Tales enim personae frequenter propter sui cohaerentiam diversitatem

generant inter juratos, quia quod placet uni, saepius alteri placet, quamvis sit injustum et iniquum. Cognati etiam iudicis, sororii et aliae personae sibi multum familiares, non eligantur. Quodsi propter defectum personarum fuerit necesse, tunc quanto pauciores in officio scabinatus fuerint, tanto salubrius; tales enim personae iudici complacere volentes, pauperibus in emendis solvendis graves sunt nimium et infesti.

Nullus etiam infamis eligatur ad juratum, imo si ignoranter electus fuerit et postea de hoc constiterit, deponatur; nam una ovis morbida inficit totum gregem. Item, garruli, qui secreta celare nesciunt, et qui indifferenter bonos et malos odio habent, et qui nimis avide proprium quaerunt commodum et bonum, et qui etiam nimis sunt juvenes, non statuuntur in juratos; debent enim jurati communi utilitati totis viribus providere. Unde in antiquisronicis de Athenis, quae fuit quondam famosissima civitas, scribitur sic: „Latens odium, privatum commodum, juvenile consilium destructio fuit Atheniensium.“

Omnia quoque superius „De electione iudicis“ scripta de juratis, qui absente iudice ejus vicem supplent, quando debent eligi, sunt servanda. Et insuper juratis, a quibus salus et periculum tam iudicis quam iudicandorum dependet, cum diligentia videre tenentur, quod unicuique debita fiat justitia et condigna. Unde cum ipsi principalissimi sint testes in iudicio et in omnibus causis ad eos deductis, semper habere debent in memoria, quod falsus testis tribus est obnoxius personis: Primo Deo, cujus praesentiam contemnit, Deus enim omni iudicio praesens adest; deinde iudici, quem mentiendo fallit; et tertio innocenti, quem falso laedit testimonio. Unde cum uterque sit reus, et qui veritatem occultat et qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult et iste nocere desiderat, jurati cavere debent, ne occultent veritatem et ne proferant falsitatem. Et ideo personae, quae mentiri consueverunt, pro juratis nullatenus assumantur. Item, si aliquis juratorum moritur, vel ex impedimento legitimo officium suum regere non possit, unde ut numerus juratorum semper completus habeatur, alter loco ipsius constituatur. (R. 408.)

429. *De juratis novis et eorum officiis.* Novi jurati, postquam locati fuerint, statim die sequenti non feriata debent convenire, et sic se ad invicem unire, quod seniores informant juniores, qualiter in officio scabinatus regere se debeant et tenere, vid. quod ad maniloquia et consilia diebus statutis, vel si festum fuerit, alia die non festiva feriam statutam proxime secutura mature et tempestive veniant, et secreta, quae audierint in consilio, nulli ea revelando, apud se teneant; et alia, quaecumque seniores sciverint, juniores congrue de his ipsos fideliter debent informare.

Quo facto, ut status civitatis illius sit ordinatus et communi melius provideatur bono: debent magistros operum mechanicorum praeteriti anni vocare, et ab eis sub virtute juramenti praestiti diligenter inquirere, utrum aliquid sciant correctione et emendatione dignum operibus in eisdem; et, si quidquid non consonum justitiae ipsis publicatum fuerit, illo reformato et ad statum debitum revocato rebelles, contumaces et justitiae transgressores, qui per magistros operis eosdem accusati fuerint, ita districte puniant, quod ceteris transeat in exemplum.

Postea vero debent novos magistros juratos, quos ad hoc idoneos et fidedignos esse cognoverint, inter pistores, carnifices, panniparios et alios consimiles plus principales mechanicos eligere et illos tactâ cruce facere jurare, quod eorum sollicitâ faciente provisione labores et opera, quibus praeficiuntur, juste et ordinate ac fideliter fiant, ut in venditionibus, in emptionibus forum servetur debitum; si autem transgressores voluerint effugere, poenam ipsis juxta formam statutorum civitatis et juratorum consilium imponendam.

Debent etiam jurati inquisitionem de praeteritis operarum magistris superius scriptam, a notario civitatis et scriptore judicis, qui pro tempore fuerint, modo consimili facere; et demum a subjudice et preconibus, et eosdem omnes officiales de novo facere jurare et ipsis injungere, quod in gerendis suis officiis totam fidem habeant et diligentiam, sicut notâ infamiae nolunt maculari, et in eis se diligenter conservare.

Postremo vero, cum jurati non solum per alios, imo etiam per se ipsos bonum civitatis, quantum ad utilitatem et decentiam status teneantur providere et procurare, debent semper duobus ex se officium committere speciale, puta: Duobus officium propinae, qui vulgariter „magistri mensurae“ vocantur, ordinare. Duobus vero aliis reformationem murorum, turrium, fossatorum et singulorum aedificiorum civitatis, qui muros interius et exterius hincinde respiciendo, quidquid in eis meliorandum et reformandum esse invenerint, conventis et conductis operariis faciant reparari. Item, aliis duobus officium respicienda conservatoria et loca ignis, cujusmodi sunt coquinae et fornaces stubarum, braseatoriorum et braxatoriorum, quod caute in talibus locis ignis foveatur et conservetur; et hoc officium duobus circumspectis et idoneis est committendum. Saepissime namque per incendium famosae civitates destruantur, unde ubi ignis conservatur, est summa diligentia adhibenda. Item, aliis duobus venditionem et forum piscium, ad quorum mandatum praeemptores et praecipue mulieres praeemptrices piscium a foro repellantur et piscatores principales, qui ad forum pisces adtulerunt, per se vendent eosdem. Poena autem talibus praeemptoribus et praeemptricibus piscium secundum voluntatem juratorum talium imponetur. Item, aliis duobus, quod singulis diebus dominicis, vel aliis ad hoc statutis, captivos, qui apud subjudicem vel alibi, ubi carcer fuerit civium, servantur, visitent et accedant, de causis et excessibus, pro quibus, in quo tempore capti fuerint et quibus detineantur vinculis inquirendo, hoc conjuratis eorum aliis, ut secundum hoc ad judicem procedere valeant, intimando. Item, aliis duobus mundationem et purgationem platearum civitatis, ad quorum praeceptum fimus et lutum de contratis et viis publicis educatur, et qui in hoc rebelles fuerint, poenam a juratis eisdem impositam luant et persolvant. Haec et his similia jurati diligenter debent respicere, utilitati communi et reipublicae, sicut virtus juramenti eorum exigit, in hoc praecipue servientes. (R. 409.)

430.a) *De juratis et eorum consiliis.* Jurati bene a vespera vigiliae apostolorum in diem alium, non feriatum, juris terminum

ponere possunt; licet enim diebus, qui feriatu sibi ratione messium vel vindemiarum, de voluntate litigantium renuntiari possit, tamen diebus feriatis in honorem Dei, sicut est dies a vespera vigiliae usque ad vesperam diei celebris apostolorum currens, renuntiari non expedit, quia pacto privatorum reverentia divini numinis remitti non potest. (R. 428.)

430.b) *De juratorum debitis.* Si jurati antiqui per quempiam pro debitis tempore ipsorum et per ipsos cum quocumque contractis formâ judiciaria impetuntur: idem jurati possunt actorem eundem simplici eorum juramento, quod Deo et hominibus pro justitia fovenda fecerunt, coram novis juratis verbotenus, non cruce tacta, expresse evadere atque taliter, et non strictius, in hoc casu se purgare, ne juratorum per tales impetitiones honoribus fortassis derogetur.

Item, si adveniente electionis tempore juratorum (prout superius expressum est capitulo „De electione“) jurati fuerint electi novi per antiquos, electionem eorum refutantes, nec jurare nec in electionem consentire curaverint: talis contumacitas seu temeritas merito tamquam arbitraria principis seu eorum domini emendis subjacebunt. Debent etiam omnes jurati propter decentiam et urbis custodiam, si necesse fuerit ex casu, noctis tempore pro consilio causae convenire. Debent in civitatibus eorum, et non extra muros, ruralium more, residentiam habere corporalem, ne reverendissimus ordo civitatis alicujus simplicitate (puta extra muros residentis) lusorius et tamquam distinctus reputetur; numquam enim civitates et oppida, si extra muros seu fossata viri in juratos eligerentur, proficerent, nec aliquo modo populorum sapientumque numerus susciperet incrementum.

### Capitulum XXXVIII: De judaeis.

431. *Utrum possit dici bonus in agendo et respondendo.* Quidam, cui equus arrestabatur, dixit coram judicio, quod probum virum, apud quem praedictum equum emit, pro ejus disbrigatione statuere vellet. Instante vero termino judicii quemdam statuit judaeum, contra quem adversarius excipiens



quaesivit, utrum judaeus, cum sit infidelis, locum probi viri agendo vel respondendo supplere possit? Super quo definitum fuit: Quod cum judaeus secundum aetatem, secundum sexum, secundum sensum (id est discretionem) et secundum probitatem et secundum actus viriles sit et possit esse vir, et omnibus istis modis non repugnet sibi, quod sit probus: vicem probi viri, quamvis non probi christiani, dummodo non sit infamis, agendo vel respondendo, supplere potest. Unde, quod non est fidelis, ex hoc solum habetur, quod non sit vir conjugio; matrimonium enim et alia sacramenta extra ecclesiam non habentur.

432. (Br.) *De judaeis quantum ad furta et causas criminales.*

433. (Br.) *De judaeis quantum ad accusationem et defensionem.*

434. (Br.) *De judaeis quantum ad debita soluta, testimonio juratorum contracto.*

435. *De judaeis quantum ad formam jurandi.* Cum judaeus mulieri christianae jurare deberet pro octo lapidibus lanae, alter judaeus formam jurandi sibi praedixit istis verbis in vulgari: „Des swerst du umb dy schuld, als dir dy fraw schuld gait, pey der e, dy dir Got gabe auf dem perg Sinai“. Quaesitum est, utrum valeat ista forma? Et responsum est, quod sic. Ut autem debitus modus circa ipsam servetur, recipiendus est Pentateuchus Moisi, sc. rodale judaeorum, et quaeratur in Exodo vel in Deuteronomio scriptura decem praeceptorum Domini et super illo praecepto „Non perjurabis, nec assumes nomen Dei tui in vanum“ judaeus jurans manum ponat, et sive repetat verba post illum, qui sibi verba proponit, sive proponens totam formam per se loquatur, judaeus subjungat solum „Amen“: forma valet; debet tamen in ipsa forma res, de qua placitatur, affirmatio vel negatio, quae ad hoc exigitur, propriis verbis exprimi. Et si judaeus istam formam recusans circa jus, quo privilegiatus est, se petierit conservari, hoc est sibi favorabiliter concedendum.

436. (Br.) *De judaeis ratione vulnerum.*

437. *De judaeis quantum ad convictionem.* Judaeus in furto deprehensus, cum coram praetore accusaretur de furto,

alter judaeus ibidem astans prolocutori dixit, „quia major esset fur quam judaeus, de quo furti proponebat querimoniam“. Ad cujus prolocutoris querelam modo praemisso expositam judaeus respondit negando, petens se circa judaeorum Privilegia conservari. Advocatus vero christiani judaeum vult vincere testimonio juratorum, qui etiam praetorio assiderunt. Quaeritur ergo etc. Et respondetur: Si coram judicio, ubi judaeus dicitur advocatum christiani furem appellasse, plures alii fuerint judaei, sicut est verisimile, tunc judaeus etiam christianis et judaeis est convincendus. Si autem praeter illum solum alii non fuerint judaei: tunc super ferenda definitiva sententiã matura deliberatio est habenda. Est enim forte contrarium juri, ut jurati, qui tribunali praesidentes, ubi magis est vis eorum officii, sententias absolutorias et condemnatorias in astantes judicio proferunt, non possint testari de verbis et factis, quae per quemcumque hominem, cujuscumque professionis existentem, ibidem fiunt. Sic enim, si judaeus ipsum judicem vel juratum in actu judiciario vitã privaret, impune transiret.

Licet enim in Generali privilegio judaeorum scribatur, quod judaeus per christianum et judaeum vinci debeat, tamen ex hoc forte princeps non concessit judaeis in genere, quod in specie non esset verisimiliter concessurus; et praecipue cum in hoc dicto Privilegio non sit expressum nominatim.

Item, quamvis judaeus per christianos et judaeos sit convincendus, tamen in actu furti raptus per ipsum actum vel furtum convincitur pleno jure.

Licet Privilegium judaeorum dicat, quod christianus volens judaeum vincere cum christianis, debet etiam judaeum in testimonium recipere: tamen si judaeus christianum cum testibus christianis et judaeis impetit, non oportet, quod ipse hic christianus similiter cum christianis et judaeis se defendat et expurget; sed sufficit, quod defensionem juridicam cum testibus faciat christianis. Cum enim actio sit voluntaria et defensio sit de jure naturali: jus potius defensori debet succurrere, quam actori.

Item, christianus accusatus per judaeum, quod ipsum vulneravit, per testes idoneos christianos melius potest innocentiam suam ostendere, quam judaeus eum vincere possit.

438. *De judaeis quantum ad pignora.* Judaeus tantum super pignora rei mobilis, quam in sua tenet clausura, per juramentum potest suum debitum obtinere. Secus autem est de hereditatibus et rebus immobilibus: quae sibi in pignora sunt posita, ut asserit, debet hoc per testes vel litteras demonstrare.

439. *De usuris quando excedant sortem et quando non, et utrum judaeus sorte et usura receptis, pignora sine contradictione restituere teneatur.*

440. *Utrum solutio in partibus facta judaeo sit in sorte vel in usura defalcanda.*

441. *De judaeo contra judaeum agente.* In quaestione, quam judaeus movet judaeo, soli jurati judaeorum sententias dicere possunt, nisi fortassis nolint, vel per partes habeantur suspecti; tunc enim christiani jurati cum judaeis ad pronuntiandum sententias assumantur.

### Capitulum XXXIX: De juramentis.

442. *De juramentis, et primo de forma jurandi in genere.* Ille, qui juramentum facere debet, si voluerit, potest per se sine prolocutore jurare, et si formam a scabinis approbatam in juramento non servat: male jurat et in causa cadit. Si autem prolocutorem habuerit: tum prolocutor ad hoc recipiatur, quod homo in causa juret. Si illum in forma juramenti per scabinos approbata ordinate et debite secutus non fuerit: in causa cadit. Si autem prolocutor in forma erraverit, et jurans ipsum eodem modo in verbis secutus fuerit: propter errorem prolocutoris in causa non cadit, sed „holung“ perdit. Sed si jurare debens tantae providentiae fuerit, quod prolocutore errante ipse formam a juratis datam et approbatam debite et ordinate servat: bene jurat et obtinet causam. Cum enim prolocutor in bene vel male jurando nihil perdit, neces-

sarium est jurare debenti diligenter formam juramenti habere in memoria, ne causam amittat.

443. *Quomodo forma juramenti corrumpitur per nomen proprium.* Item, si jurans in forma juramenti nominat Cunczlinum in Kinzlinum, quod est nomen diminutivum, cum ille, cui juratur, similiter se nominavit, bene jurat; imo et si nominat Conradum, quamvis ille, cui juratur, nominaverit se nomine diminutivo, adhuc bene jurat.

Item, si juratus dixerit: „De quo me iste inculpat“, demonstrando super ipsum, addendo, quocumque christiano nomine vocatus sit, licet nullum nomen proprium exprimat: bene jurat; imo etiam, si aliud nomen exprimat quam sub quo, cui juratur, se nominaverit, dummodo addat: „vel quocumque christiano nomine vocetur“: adhuc bene jurat. Si autem absolute jurat nominans „Petrum“, cum ille, cui juratur, nominavit se „Paulum“: male jurat et in causa succumbit.

444. *De juramento quod fit in cruc.* Si advocatus jurare debentem informans, sibi praedixit in juramento vulgariter dicendo „Und elle creucz“, per secundam vocalem e, et ille ipsum sequens dixerit „Und alle creucz“, per primam vocalem a, nisi jurati formam audientes nominatim sub causae perditione ei prohibeant, ne a proferat, si per a dicat: „alle creucz“: bene jurat. Licet enim usitatum sit dicere: „elle creucz“, tamen per a pronuntiando melius videtur esse praedictum, quod patet in aliis dictionibus, v. gr. alle tag, alle nacht, all weg, all steg, et in pluribus aliis, quae magis proferuntur per a quam per e. Unde etiam advocati monendi sunt, quod de cetero dicant per a et non per e. Tamen si advocatus dixit e et jurans similiter, bene jurat, quia advocatum secutus est. Advocato autem proferente a, si jurans e protulit, videtur formam corrupisse juramenti.

445. *De juramento pro homicidio facto.* Quamvis in querimonia homicidii nominentur uxor, pueri, fratres et omnes amici occisi: tamen sufficit, quod testes rei tantum dicant in juramento, „quod de homicidio, in quo Henricus accusatur per Conradum, ipse sit innocens“, et similiter reus tantum dicat

„de homicidio Cunradi mihi per (talem) vel (talem) actorem (quem nominabit), imposito innocens sum“, et non est necesse, quod de uxore, pueris et amicis specialem faciat mentionem.

446. (Br.) *De forma jurandi pro spolio dicto „rerauw“, mortificatione, pacis violatione et excessibus criminalibus.*

447. *De termino ad jurandum praefixo.* Si homo in providendis sibi necessariis existens, in termino ad jurandum praefixo non comparet: non propter hoc statim in causa cadit; imo ex ostensione impedimenti legitimi potest se tueri. Non est enim rationabile, quod homo a labore victus sui quiescat, terminum iudicii expectando.

448. *De juramento calumpniae.* Nec in causa pecuniali, quae est de bonis mobilibus, nec in causa reali, quae est de bonis immobilibus, sed tantum in causa personali et criminali, sicut est homicidium, invasio domus vel reatus consimilis, actor de jure cogi debet ad praestandum calumpniae juramentum.

449. *De juramento calumpniae.* Sicut vir, sic et mulier juramentum calumpniae praestare debens, si jurando cadit, in causa succumbit.

450. *Impedimentum naturale excusat casum juramenti ipso jure.* Item, si homo debens jurare, balbutiens, titubans, blesus vel naturaliter impeditae linguae, ita quod expresse loqui non possit, fuerit, et prolocutor ejus, antequam jurare incipiat, protestationem de hoc faciat: quamvis in verborum expressione titubaverit vel deviaverit, tamen propter hoc in jurando non judicatur cecidisse; defectus enim naturalis vel impotentia loquendi recte casum hujusmodi excusat et supportat.

451. *Utrum jurare debens sinistram manum levet ad jurandum.* Dicendum est ex rigore juris: Utraque manus valet et est sufficiens ad jurandum, sicut ad quemlibet alium actum legitimum exercendum. Jura enim Originalia non distinguunt inter manum dextram et sinistram, sed simpliciter dicunt, „quod jurans debet se expurgare duobus digitis in cruce“. Unde etiam, si aliquis utraque manu truncatus jurare

debet, causam suam defendere vel obtinere posset jurando solum verbis, dummodo formam debitam non mutaret; non enim manus mutatio, sed formae juramenti variatio juramentum salvat vel corrumpit. Quia tamen ex approbata et communi consuetudine juramentum dextra manu fieri consuevit, si jurans ex protervia et pertinacia voluntarie manum sinistram levaret seu cruci supponeret pro dextra: causam perdet. Si autem ex oblivione et non dolose hoc contingit, jurans in causa non cadit; nihilominus ut consuetudo servetur, si causa est criminalis, ita quod in juramentis „holung“ non habeatur, qui jurat sinistra manu, judicandus est tantum „holung“ perdidisse, et debet postea dextra manu jurare. Et tunc secundum formam juramenti quam servat vel non servat, causam obtinet vel amittat.

452. *De juramento extra iudicium civile posito.* Homo nobilis et militaris, et clericus ordinatus, quamvis respondeant pro debitis in iudicio civili, tamen si jurare debent et petunt, ad iudices proprios (puta nobiles ad provincialem, et ordinatus ad canonicum), quod coram eis jurent, more solito remittantur.

453. *De juramento uno tantum digito facto.* Qui uno digito elevato vel cruci supposito jurat, non obtinet intentum, quia semper in Juribus Originalibus civitatum scribitur, „quod juramentum fieri debet cum duobus digitis vel cum sola manu“, et hoc est tractum de Scriptura sacra, ubi dicitur, quod „in ore duorum vel trium testium stat omne verbum“.

454. *De juramento extraterrigenarum.* Si Renensis, Saxo, vel Suevus, vel alienigena, alium habens modum loquendi, quam loqui consuetum est, jurare debuerit, et cum advocatus formam sibi praedicat et considerat, quod verba sicut in suis partibus consuevit, profert, nec faciliter alio modo proferre potest: protestationem, antequam jurans crucem tangat, de hoc proponat, et sic impedimentum consuetudinis, quae quodammodo similis est naturae, variationem formae juramenti excusat.

455. *Si jurans scit diversa idiomata, sub quo jurare debet.* Si jurare debens diversa scit idiomata, jurabit sub naturali;

quo a suis progenitoribus est instructus, vel si malit, sub illo, quod plus usitavit et quod expeditius loqui potest; dum tamen ex protestatione praemissa, antequam levet manum vel crucem tanget, diffinitivam de hoc sententiam petiverit pro se ferri.

456. *De juramento pro antiquo et inveterato homicidio.* Si homo impetitur simplici querimonia pro homicidio, ante multos annos perpetrato, vel in alio iudicio commisso, vel cujus funus et occisi vulnera jurati non perspexerint: ille simplici juramento se expurgabit et „holung“ habebit. Et similiter intelligatur de „heymsuechunge“ et excessu aequali.

457. *De juramento, quod si cum tota manu juret.* Qui cum quinque digitis, h. e. cum tota manu, coram iudicio levando vel in cruce, non ex protervia et ex praesumptione, sed ex oblivione vel ex alia negligentia juramentum fecerit: quum major numerus minorem includat, cum duobus digitis juravit, nec est censendus male jurasse. Si tamen formam juramenti non servavit, unde adversario excipiente „holung“ perdidit, et de novo, sicut consuetum est fieri, jurabit.

458. *Quomodo forma jurandi sit proponenda.* Advocatus jurantis debet eum de forma jurandi coram juratis, audiente adversario, informare, et debet semper in eadem forma causam, pro qua juratur, aliquid tangere; potest etiam ille, cui juratur, dictam informationem, si defectuosa fuerit, per se vel per advocatum suum rationabiliter emendare.

459. *De juramenti evidentia et probatione.* Licet non sit tutum, aliquem venire contra juramentum suum, nec etiam iudices et jurati, ne actores perjuri videantur, alicui praebere debeant materiam veniendi contra proprium juramentum. Si aliquis judicialiter impetitus fuerit, quod non servat juramentum vergens in interitum salutis aeternae, super quaestione hujusmodi est actori justitia simpliciter deneganda.

460. *De jurante quantum ad accessorium.* Qui pro accessoriis et incidentibus, a quibus tamen facti principalis confir-

matio non dependet, jurare debens in juramento cespitaverit: non est propter hoc judicandus in causa principali corruisse totaliter.

461. *De juramento in cruce facto.* Notandum, quod si actor petit, reus debet jurare in cruce non qualicumque, sed in illa dumtaxat, in qua signum passionis Domini sit expressum; cum jurans dicit in juramento „Sic me juvet Deus et ista crux“: ibi crux passionem Domini repraesentat, et non crucem ligneam vel ferream, quae nulli praestat subsidium vel juvamen.

462. *De casibus, qui circa juramentum contingunt.* In causis civilibus vel criminalibus, si jurare debens per diffinitivam sententiam, quod juret, et per judicis sententiam, quod digitos levet vel cruci jam superpositos vel levatos habet, obtinuerit, juramentum suum processum habebit, nec acceptio vel appellatio contra talem jurantem et juramentum per ipsum praestandum, quae prius neglecta sunt, poterunt interponi; imo quicumque postea digitos sibi subtrahere vel de cruce deponere praesumpserit, quod vulgariter „a b s t r e y c h e n“ dicitur, quinque libras pro emenda solvet, juramento nihilominus modo debito procedente.

In arrestationibus equorum tantum cum protestatione praemissa testium vel juramentorum admittitur repulsio, eo modo, sicut superius in sententiis „De arrestationibus“ continetur.

#### Capitulum XL: De juratorum testimonio.

463. *De juratorum testimonio contra se.* Licet jurati pro causa actoris vel rei testari possint, in causa tamen propria pro se ipsis testimonium ferre non possunt, quia aliquem simul actorem et testem esse non consonat aequitati.

464. *Jurati agentes vel respondentes jurabunt in cruce.* Licet juratus pro alio testimonium ferens crucem jurando non tangat vel digitos non levet: tamen vicem actoris vel rei gerens in cruce vel digitos levando jurabit, sicut alter communis homo.



465., 466. Juratus super veritate dicenda induciandus est VI septimanis, secundum consuetudinem scabinorum. Et cum tali licentia impetrata deposuit, quod N. de vulnere per actorem sibi imposito innocens esset, et quod hospes (talis vel talis) dictum vulnus evaginato suo gladio fecisset, quis ipsorum et qualiter pacienti et judici satisfacere teneretur, interrogatur. Et respondetur in hoc casu: Quod secundum testimonium jurati est procedendum, actoris querimonia non obstante. Unde ille, quem juratus dixit esse reum de vulnere, debet satisfacere vid. secundum quamlibet mutilationem, si factae sunt, seu amputationem digiti judici duo talenta et passo quinque talenta persolvendo.

467. *De juratorum excessu.* Si aliquis scabinorum excesserit in quacumque causa, judicabitur sicut alter civis, et non gravius punietur; cum enim scriptum sit: „Patere legem, quam ipse tuleris“, concordat justitiae, scabinos tamquam legislatores eisdem, quibus judicant alios, legibus judicari.

468. (Br.) *Ad idem.*

469. *De juratorum testimonio.* Juratus in extremis constitutus ea, quae tempore officii sui de debitis vel causis aliis in ipsum protestata fuerunt, ad alium de conjuratis suis causâ memoriae ac testimonii pro ipso ferendi potest deducere pleno jure. Si autem aliquis non existens juratus a jurato audit facta in ipsum protestata, idemque juratus decedat et praedictus postea per tempus in juratum constituatur: talis de praescriptis, quae audivit, loco jurati praemortui testari non potest. Obstant enim duo: Quod iste, qui actu testatur, invitatus non fuerit et specialiter rogatus; secundum est: Licet iste testans pro nunc sit juratus, tamen illo tempore, cum juratum audivit, juratus non fuit; quare illa, quae testatur, efficaciam, quam verba jurati faciunt, nullatenus sortientur.

470. *Testimonium juratorum est efficacius quam allegatio defensionis ratione vulnorum.* Actor conqueritur, quod (talis) ipsum vulneraverit et velit hoc per juratum probare; reus vero respondendo confessus est, quod hoc fecit vim vi repellendo i. e. „notwer“, obligans se ad hoc probandum testimonio tot pro-

borum virorum, quot postulat forma juris. Quaeritur ergo, cujus partis testimonium sit alteri praeferendum. Et respondetur, quod actoris; unde in hoc casu jurati testimonium est audiendum et secundum ipsum partibus de justitia providendum.

471. *De juratorum testimonio quantum ad tempus.* Actor conquestus est de reo, quod auct XVI annos debitum quoddam coram uno de juratis illius temporis, et nusquam alibi, sibi solvere promiserit; quod facere distulerit usque modo. Reus vero debitum negans, quaesivit, cum in tot annis nunquam quaestionem sibi moveret, utrum testimonium jurati post tantam moram sit audiendum et tamquam efficax recipiendum? Et respondetur: Quod obstante mora XVI annorum, ultra quam humana memoria infallibiliter extendere se potest, si juratus testabitur, quod debitum nondum est solutum, et ex promisso rei tantum in sui praesentia solvi debuit, reus ad ejus solutionem obligatur.

472. *De juratorum testimonio extra suas metas.* Licet jurati extra metas judicii, in quo juraverunt, vigorem testandi vel excessus accusandi non habeant: tamen pro causis coram eis forma judicii, vel amicabiliter, vel per sententias diffinitivas expeditis, pro causis legitimis absentiae, quae vulgariter „ehaft not“ dicuntur, pro debitis justicialiter obtentis, pro proscriptis et quibuslibet aliis causis criminalibus, ad quemcumque locum litteras eorum patentes sub sigillis authenticis scripserint, illis fides est adhibenda et secundum ipsarum tenorem judicium et justitia facienda.

473. *De juratorum testimonio quantum ad numerum.* Quamvis testimonium unius jurati sit efficax, tamen si aliquis coram judicio dicit, se velle probare causam suam cum juratis, oportet, quod ad minus duos habeat. Pluralis enim locutio duorum numero est contenta. Si autem dicit, quod per omnes juratos probare vellet, vel per sex, vel per octo, oportet, quod per omnes, qui ad idem judicium pertinent, vel per tot, sicut in numero expressit, causam suam probet; aliquid in causa succumbit.

474. *Utrum testimonium jurati accusati ante purgationem sit accipiendum.* Actor egit in duos reos, quorum unus juratus et alter non juratus pro illo fuit tempore, et cum non-juratus reus innocentiam suam praetenderet et illam per juratum, qui una cum eo per actorem criminaliter et divisim accusabatur, ostendere niteretur, quaesitum est, utrum ejus testimonium sit admittendum? Super quo responsum est: Quod jurati rei pro se ipso prius est responsio audienda, et si de objectis se expurgaverit forma juris per testes vel alio modo, sicut actoris querimonia postulabit, tunc tandem pro secundo reo non jurato testimonium facere potest. Secus autem est, si se ipsum non mundaverit. Similiter secus esset, si actor indivisim, dummodo sine dolo malo hoc fecisset, in ambos reos una simplici querimonia egisset.

475. *Quandocumque numerus minor juratorum pro causis decidendis sufficit.* Si pars juratorum vel consulum, aliis absentibus, vocatis tamen et venire nolentibus vel ex causis non potentibus, quicumque statuerit, ordinaverit vel fecerit, vel lites decidendo sententiaverit: ab absentibus non contradicetur, quia refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem, sicut ex. gr. si populus vocetur per tubam vel campanam vel voce preconia, licet non omnes veniant, videntur tamen omnes facere, quod faciunt hi, qui convenerunt. Et si tantum duae partes venirent et major pars illarum duarum partium consentiret, valet etiam. Ratio est, quia non omnes facile possunt consentire. Idem est, si faciat major pars eorum, qui praesunt universitati et sunt deputati loco totius civitatis.

Nota specialiter, quod in ferendis sententiis et in expediendis causis judiciariis, si consules praesentes sine absentibus aliquid terminant, in eo cauti sint, quod a via juris non recedant, quia Lex dicit, „quod imperitia culpae adnumeratur“, et ponitur exemplum im medico et judice et quolibet artifice.

It., si obscura sunt jura possidentis et petentis, tunc sententiam est pro possidente.

It., si habitatores loci alicujus privilegiati sunt, quod per se ipsos, principe non interrogato, judicem et juratos

eligunt et statuunt tempore debito: tunc non est opus, quod XI jurati pro destitutione duodecimi, si hoc demeruit, principem requirant. Secus autem est, si princeps sibi ipsi auctoritatem hujusmodi reservavit; tunc enim sicut electio, sic et destitutio ad eum pertinet, cum accessorium sequi debeat principale.

(Alia de ista materia quaere supra sub titulis „De emendis“.)

476. (Br.) *Excessus verbalis coram juratis factus qualiter sit emendandus.*

477. (Br.) *De jure civili per novitios obtento.*

478. (Br.) *De jure vinearum.*

479. (Br.) *De jure novalium.*

#### Capitulum XLI: De litteris.

480. *De litteris negandis.* Licet jurati personis jure civitatis utentibus ad eorum facta et ordinationes confirmandas, cum rogantur, litteras sub sigillo communi civium confectas denegare non debeant: tamen si inter personas tales pacta fiant et promissa, seu tractatus et compositiones, quae juribus civitatum derogent, vel honori vel utilitati reipublicae praejudicent, talia jurati confirmare per litteras civitatis non tenentur.

481. *De litteris missilibus.* Litterae missiles clausae ex causis rationabilibus negari possunt et extinguere per illum, sub cujus sigillo sunt confectae; vox etiam viva testium idoneorum, ut in praesenti factum est casu, litteris talibus antefertur. Et est casus, quod ille, qui debuit litteram pro Nicolao procurare scribere, pro Conrado ex negligentia sui scripta fuerit; ergo vox viva, si adest testium idoneorum, litteris talibus antefertur.

Utrum autem litteris sigillis clausis, et testibus pro una parte facientibus, praeferri debeant soli testes per aliam partem producti: testium idoneitate ac attestationum consonantia ceterisque circumstantiis diligenter consideratis, perscrutatione indiget sapienti. (Require supra: Utrum jurati testari possint per litteras extra judicium.)

482. *De litteris proscriptionis.* Cives (Pragenses) civibus scripserunt sic: „Prudentibus viris etc. Prudentiae vestrae praesentibus innotescat, quod Andreas T., concivis noster, in nostrae civitatis judicio, prout in nostris tabulis et libris invenimus, Fridlinum (talem) apud vos detentum pleno jure proscribi procuravit et plene jus suum est assecutus, super eo, quod ipse Fridlinus dicto Andreae uxorem suam una cum rebus valoris X sex. gr., Dei et juris timore postposito, alias abstulit ac deduxit. Quocirca vos rogamus sincere, quatenus ipsi Andreae, cui uxor est deducta, aut sui nomine amicis suis, praesentium exhibitoribus, de dicto Fridlino juxta praemissa faciatis justitiam expeditam“. Harum igitur virtute litterarum coram judicio publice lectarum ipse Fridlinus ex sententia diffinitiva pro furto abjudicatus et in ligno patibuli est suspensus.

(Require infra de ista materia sub isto titulo: Qui proscriptus in uno judicio, non ubique tamquam pro proscripto condempnatur.)

#### Capitulum XLII: De ludo taxillorum.

483. *De ludo taxillorum.* Pro ludo seu pro debito ludi nulla alicui justitia exhibeatur; attamen rigore juris exigente, cum unus scabinorum vel proborum ludo affuerit et cum lucrante dolo se contra perdentem tenuerit vel conspiraverit, bene consonat justitiae, quod ad solutionem pecuniae perdens taliter delusae nullatenus teneatur. Et si hospes aliquem dolose proponens decipere, eum hospitaverit, cum tamen hospitare bene et fideliter promiserit: talis hospes in poena quinque talentorum, quorum tertia pars judici, duae vero residuae civitati, solvere debere justitiam obligatur, si per ludum deceptio tantum facta fuerit. Si autem criminaliter deceptio fuerit procurata, tunc secundum mortificationis judicium est procedendum. (Require infra titulo: „De mortificationibus“.)

484. *Quod commensales non possunt res dominorum suorum deludere.* Nec pueri, nec famuli res patrum et dominorum, quorum panem comedunt, cum tesseribus deludere possunt, ut etiam apparet in Juribus Originalibus, cum praescribitur „Prohibemus“ et infra.

485. *De taxillis injustis.* In cujus ludentis manu falsi et injusti taxilli fuerint inventi: illius pollex amputetur et omnibus tali ludo careat acquisitis.

#### Capitulum XLIII: De luminibus.

486. *De luminibus.* Luminum servitute constituta id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat et transmittat. Cum autem servitus imponitur, ne luminibus noceatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus sit vicino, invitis nobis aliquid aedificare et minuere lumina nostrorum aedificiorum. Invitum autem in servitutibus accipere debemus non tantum eum, qui contradicit, sed etiam eum, qui specialiter non consentit. Infantem et furiosum invitos recte dicere possumus; non enim ad factum, sed ad jus servitutis haec verba referuntur.

Cum eo, qui extollendo obscurat vicini aedes, quibus non servit, nulla competit actio, quia nulli facit injuriam, qui utitur jure suo. Si ita sit cautum „ne luminibus noceatur“, hoc verbo generali omne lumen significatur, sive quod in praesenti, sive quod conventionis tempore contingit; futuro enim aedificio, quod nondum est, vel acquiri vel imponi servitus potest.

Eos, qui jus inmittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi nullo jure fenestras immittere patet.

(Require supra titulo: De aedificiis quantum ad lucem et parietes.)

#### Capitulum XLIV: De mulieribus.

487. *De mulieribus, utrum maritus possit vice uxoris agere vel respondere.* Vir ad agendum vel respondendum pro uxore rigore juris compelli non potest; si vero voluntarie causam uxoris sibi assumit in jurando, sicut in causa propria cadit et causam amittit. Uxor autem, vicem actoris gerens et causam jurando obtinere volens, in juramento cadit et causam perdit sicut vir; locum vero rei tenens h. e. respondens et causam defendens, hac praerogativa et privilegio mulierum gaudet, quod in jurando non cadit. Mulier tamen vidua, quia bonorum est domina, sive agat sive respondeat, tamquam vir

jurando cadit et causam obtinet vel amittit, si tamen adversa pars pro se hoc petierit sententiari; qua petitione neglecta, si advocatus viduae jus muliebre sibi excipiat, tali jure debet gaudere, sc. quod vicem rei tenens jurando non cadit.

Mulier habens maritum a civitate declinantem et anno et die legitime non impeditum vel absentem existentem, si medio tempore civiliter (h. e. pro possessionibus vel debitis) in causam trahitur, ad respondendum compelli non potest. Post dictum vero tempus, quod spatium praescriptionis in jure civili continet, non obstante mariti absentia, si mulier ad iudicium citata fuerit, ad motas sibi querimonias compelletur respondere. Praenotato etiam tempore anni et diei currente, si mulier aliquem iudicio convenerit, ex hoc, quod vivum habet maritum, qui non adest, conventus non compelletur ejus objectionibus respondere. Et est causa, quia mulier maritata, cum bonorum non sit domina, sicut viro res et possessiones non potest perdere, sic nec potest judicialiter obtinere.

In venditionibus et emptionibus rerum ornatum muliebrem respicientium, cujusmodi pepla sunt, vittae, crinalia et consimilia, dummodo non sint magni pretii, quia frequenter mulieres sine virorum praesentia talia tractant, possunt judicialiter contendere et vicem actoris et rei gerere, non obstantibus virorum suorum absentia, praedictaque justitiâ rigorosa.

(Residuum vero quaere supra: „De juramento mulieris“.)

488. *De mulierum vel virginum oppressione.* Quicumque de oppressione violenta convictus fuerit, decollabitur. Tali autem modo vincetur: Si virgo fuerit deflorata, aut mulier honesta violata, uno teste in campo, sive sit pastor sive alius, duobus vero in civitate egebit; per quos si probaverit se exclamasse illo tempore, cum oppressa vel rapta fuerit, vel statim postea suam querimoniam proposuerit, intentum obtinebit. Si vero virgo vel mulier honesta, non habens testes, cum signis oppressionis et violentiae sibi factae, sicut sanguinolenta et cum vestibus laceratis, conquesta fuerit, incusatus cum duobus testibus idoneis se expurgabit. Si autem sine

signis praedictis, etiam sine testibus conquesta fuerit, cum duobus digitis in cruce se expurgabit. Et quia in Juribus Originalibus scribitur circa istum titulum, ubi mentio fit de exclamatione et termino querimoniae, considerandum est, quod semper, cum virgo vel mulier vult querimoniam obtinere, debet specialiter probare clamorem se fecisse; si enim non clamaverit, sed tacuerit, videbitur voluntarie consensisse. Ad terrorem autem oppressorum, quod a dicto scelere sibi caveant, est terminus in hujusmodi querimoniis ad dies XIV prolongatus; unde etiam in praescripto titulo praeter modos conquerendi et expurgandi praedictos scribitur sic: „Praeterea, si illa infra dies XIV testimonio VII credibilium virorum illum convicerit, nulla sibi conceditur expurgatio, sed capitali sententia punietur.“

(De oppresione vero mulieris communis quaere in titulo subscripto.)

489.—495. *De mulieribus deductis.* Si quis alteri uxorem legitimam deduxerit et septem idoneis testibus, aut duobus vicinis illius, cujus uxorem rapuit, convincitur: una cum uxore rapta pali (i. e. ligni praeacuti seu fustis) poenâ morietur.

Si aliquis juxta uxorem suam quempiamprehenderit et ambos (sc. adulterum et adulteram) interfecerit: statim judicem et juratos vocabit et dictas personas interfectas ad terrorem aliorum pale seu fuste perforabit. Si vero virum interfecerit et uxor effugerit, vel e converso uxorem interfecerit et vir effugerit: tunc si interfectorem fugam et recessum unius metertius probaverit, pro interfectione alterius nulli emendae seu satisfactioni subiacebit.

Et in casu educationis uxoris vir non aget per procuratorem, sed propria in persona.

Si autem vir vulneratus vel uxor vulnerata effugerit et postea idem vir detentus vel mulier detenta fuerit: VII manuum testimonio vincetur et capitalem sententiam sustinebit.

Si aliquis ab uxore sua legitima recesserit et ea vivente aliam superduserit et de hoc convictus fuerit: decollari debet. Qui alicui filiam suam deduxerit et cum ipsa detentus fuerit, iudicio tali iudicabitur in praesentia iudicis et juratorum et aliorum proborum virorum ac parentum: Filia praedicta nec



minis perterrita, nec promissis demolita, in medio circuli ponetur, et si ad eductorem iverit, ipsam ducet in uxorem, sed si parentes accesserit, decollabitur.

Et ad idem quaere in titulis praescriptis „De virginibus et mulieribus deductis“.

Si mulier confessa fuerit, quod ante querimoniam in tertia septimana deflorata vel oppressa sit, ad ejus querimoniam reus non respondebit; si tamen ipsa mulier tempore praedicto causâ legitima non fuit impedita et propter quam forte non potuit querulari.

Si reus ad querimoniam super defloratione vel excessu consimili factam respondeat, quia confiteatur, quod virginem defloravit vel mulierem oppressit, et hoc de bona sua voluntate, cum ante suam deflorationem vel oppressionem pecuniam sibi pro eo dedit, quod vellet per testes idoneos demonstrare: ex tali responsione non absolvitur, nec ad hujusmodi testimonium aequaliter est admittendus. Merito enim praesumitur, quod tales testes nec idonei sint nec justii; nam post factum praedictus excessus fortassis per bonos homines placitari possit, ad pactandum autem de ipso, quod fiat in futuro, non consueverunt se, nisi mali et nequam homines immiscere.

(Residuum quaere inferius „de stupro et raptu virginum“.)

Qui clericum vel laicum ob hoc, quod mulierem vagam diei vel noctis tempore in quocumque loco cognoscit carnaliter, rebus vel vestibus suis privat vel denudat, poenam furti seu spoliis sustinebit.

496., 497. *De mulieribus et ipsorum puerorum interfectione.*  
Mulier si de interfectione pueri sui absente marito conqueritur, reus debet ejus querimoniis, cum ipsa prius maritum sex septimanis hincinde quaesierit, nec sciatur ubi sit, secundum justitiam respondere, dictaeque mulieri est tam plena justitia, sicut marito suo, ac si personaliter compareret, secundum puncta juris singula facienda.

Quamvis mulier in absentia viri, qui personam et actoris et rei pro ipsa gerere potest, in causam ex consuetudine non

trahatur: tamen si praetextu praedictae absentiae ad iudicium vocata se vult tueri, debet parti adversae requirenti de vita mariti, fidem et certitudinem facere; de homine enim extra sensum (sic!) existente dubium est, si vivat.

498. *De mulierum debitis.* Si mulier maritata pro debitis tempore viduitatis vel prioris mariti praemortui per eam contractis, in causam trahitur: non obstante, quod pro nunc allegat maritum vivum, sed absentem se habere, actoris querimoniis respondebit.

499. *De mulierum juramento.* Quamvis mulier jurare debens in juramento non cadit: tamen testes ejus, si in forma juramenti deviaverint, cadunt et in causa succumbunt.

500. *De juramento mulieris viduae.* Mulier vidua in causam tracta seu ad iudicium citata pro debitis per maritum suum contractis, si jurare debuerit, jurando non cadit; in hoc enim casu gaudebit eo jure, quod sibi vivente marito competisset. Si autem vidua pro debitis tempore viduitatis suae de bonis ad ipsam proprie et personaliter pertinentibus, quorum per se est domina, contractis, alicui ipsam impetenti jurare debuerit: in hoc casu, si impetens contra ipsam hujusmodi allegat, jurando cadit et in causa succumbit. Si vero talia contra eam allegata non fuerint, et ex ejus parte jus mulierum sibi excipiatur, jurando non cadit. Et est ratio, cum vidua de bonis propriis, quorum per se est domina, facere possit et disponere quicquid placet, sicut vir, dignum censetur, quod etiam agendo vel respondendo super bonis talibus eidem juri subjacebit, quo vir subjacet, ipso jure.

501. *De mulieribus et regimine eorum.* Cum mulieres a domo parentum et per patrimonium emancipatae sui juris sint effectae, si sagaces sint et aetatis legitimae, et maritos habeant bonorum dissipatores: bona per se ipsas regere possunt, sicut viri.

502. *Quod mulieres tutelam et curam pupillorum gerere non possunt.* Matertera orphanorum, qui nullum alium consanguineum habent praeter eam, de ipsis et eorum bonis nomine provisoris intromittere se non debet, sed

potius jurati curam talis provisionis secundum eorum conscientiam debent committere probis viris. Mulieres tamen viduae curam filiorum et bonorum, quamdiu statum viduitatis non mutant, licite regunt. Dicunt enim Jura Originalia sic: „Statuimus insuper, quod quicumque civium moriatur, si uxorem habuerit vel liberos, iudex vel jurati nequaquam intromittent se de bonis ipsorum, sed sint in potestate uxoris et liberorum.“

503. *Quod mulieribus non sunt committenda arbitria.* Secundum rigorem justitiae mulieribus non est arbitrium committendum; nam juxta regulam juris civilis feminae a publicis officiis sunt remotae.

504. *De mulierum hereditaria portione.* Si vidua res habens et pueros, maritum duxerit, et postquam ab eo carnaliter cognita fuerit, decesserit: portio bonorum, quae eam contingebat, ad maritum, etiam pueris reclamantibus, devolvetur. Vir enim non solum corporis, imo bonorum uxoris est dominus et rector. In bonis tamen maternis quandoque succedunt propinqui matris, et hoc lege superius in summis „de hereditatibus“ (prope finem).

505. *De muliere capta pro maleficio et inpraegnata.* Mulier inpraegnata, pro maleficio capta, propter foetum, quem habet in utero, morti non est tradenda, sed moderate flagellanda; et si verbis ejus non creditur, quod sit inpraegnata, tunc duae mulieres honestae in secretis eam examinent; quae si virtute juramenti sui inpraegnatam ipsam attestantur, eis est credendum.

506. *In quibus casibus mulier testimonium ferre potest.* Si mulier examinari debet, utrum virgo sit deflorata, vel utrum sit mulier inpraegnata, vel si in contractum matrimonii testimonium exigitur, vel si numerus annorum discretionis alicujus juvenis sit probandus, vel si aliquis claustrum intrans in dormitorio (monialium) vel alio loco, ubi mulieres tantum habitare consueverunt, unam ex eis defloret: in talibus casibus et eis consimilibus est recipiendum testimonium mulierum.

507. *De mulierum testamento.* Mulier, existens uxor, de dote, vestibus, peplis et consimilibus, quae apud juristas „para-

fernalialia<sup>4</sup> dicuntur, seu clenodiis et rebus quibuscumque nihil legare, nullumque testamentum facere potest sine consensu mariti sui, qui sicut uxoris, sic et bonorum omnium dominus est et rector. Vidua vero de portione eam contingente disponere et testamentum potest facere, sicut placet.

508. *Uxor quandoque testari potest marito suo.* Si virgo vel mulier, res habens, maritum duxerit, cui certum promittat dotalitium, et tandem pueris secum non habitis moriatur: de rebus dotem excedentibus, reclamatione mariti cessante, sicut vult, disponere potest et legare.

509. (Br.) *Quod uxor invito marito suo testari potest quandoque.*

510. (Br.) *De testamento mulieris.*

511. (Br.) *De mulieribus, quantum ad matrimonium et dotem correctionem et divortium.*

512. (Br.) *In quibus causis uxor regere potest bona loco mariti sui.*

513. *Statuta, quae possunt causa utilitatis reipublicae statui vel obmitti:* Primo, quod quicumque homo de cetero inutilis alicui filiam, neptem et infra, ut superius et inferius continetur, virginem vel viduam, suam commensalem non emancipatam, vel per ipsum, si fortassis ut tutori vel sub alio quovis honesto modo et decenti conditione sibi commissam habet, eandem alias a pane suo proprio locatam, quod educatur et traditam praesumpserit educere: absque omni spe reversi-  
onis et gratia a die educationis per annos L a civitate unacum educta debet absens esse; de bonis seu hereditaria portione, puellam seu viduam talem contingentibus, et eductor et ipsa infra annos praedictos nihil penitus percepturi. Ante finem autem dictorum annorum, si viro mortuo mulier redire voluerit, civitatis sibi introitus non est denegandus. Et si per consanguineos suos, vel eos, quorum interest, petita et obtenta licentiâ juratorum, aliquid sibi de gratia datum fuerit, hoc habebit, sed de jure nihil repetere poterit ab eisdem. Transactis autem annis L, si vir cum uxore reversus fuerit, pro nullis

bonis consanguineos mulieris, vel eos, ad quos pertinet, habet impetere, sed tantum propriis laboribus sibi ipsis et heredibus suis, si quos habent, de necessariis providebunt.

514. *De educatione viduae emancipatae in speciali.* Qui viduam, propriam mensam non habentem, educere praesumpserit, una cum ipsa per X annos continuos civitatem vitabit, et de bonis viduae ipsius consanguinei proximiores ut ad illos, ad quos spectat, se intromittant, nihil de eisdem penitus eis dando. Nisi fortassis mulier infra X annos viro defuncto vel post X annos ipso vivente, ambo simul redire voluerint, tunc enim non de jure, sed solum de gratia in hoc casu, sicut et in praescriptis a consilio civitatis nominatim obtenta, si quidquam eis datum fuerit, hoc habebunt.

515. *De mulierum educatione et puellarum.* Quicumque puellam, quae annos XII non complevit, in loco quocumque, vel puellam post annos XII vel viduam in domo, in ecclesia vel alio commodo, quod ostio claudi potest, raptam educere praesumpserit: absque omni gratia tamquam spoliator decollabitur, vel perpetuo, si evaserit, civitate carebit; ipsa vero puella vel vidua statutis gaudebit superscriptis.

516. *De mulierum astucia circa contractum.* Cum non sit malicia super maliciam mulierum: si mulier vel adulta puella filium, fratrem, nepotem et infra, ut superius continetur, alicujus bonis hominis annos XVIII non habentem, dolose ad hoc induxerit, quod occulte, sine consanguineorum vel illorum, quorum interest, consilio eam duxerit, vel per verba, quae revocari non possunt, ducere praesumpserit, vel secum exiverit: hereditaria portione perdita, talis seductrix cum seducto annis L civitate carebit; servatis tamen conditionibus, infra vel post dictos annos, si fieret, inferius annotatis. Nisi fortassis talis juvenis cum bonis suis a consanguineis vel curatoribus divisus, propriae fuerit potestatis; tunc enim, si stulte et male egerit, imputet sibi ipsi.

517. *De mulieribus et earum tardatione nuptiarum.* Si orphani alicujus cujuscumque sexus, virgines vel puellae, res habentes,

alicui eorum consanguineo vel extraneo tamquam tutori et provisorio fuerint (commissi), qui forsitan ex eo, quod bonis eorum utitur, ipsos matrimonio tradere nimis tardat: (orphani) ad aliquos de consilio juratorum, seu ad plebanum vel confessorem ibunt, qui eorum voluntatem et intentionem de contrahendo matrimonio ad consilium civitatis deducunt. Quo audito, consilium per se, contradictione tutoris non obstante, ut talium compleatur desiderium orphanorum, statim cum diligentia de contrahendis nuptiis providebit.

*518. Hominem trigenarium non ligant statuta praedicta.* Postquam vir et mulier ad annos XXX pervenerit, statutis praedictis non subjacebunt, nec poenis in eis contentis aliqualiter ligabuntur.

*519. Poena procurantium educationem vel raptum.* Quicumque etiam, mulierum vel virorum, convictus fuerit, quod praedictam educationem vel occultam copulam sine scitu et consilio parentum, seu illorum, quorum interest, viri et mulieris, ordinaverit et procuraverit, seu consilium et auxilium ad hoc dederit: sine spe redeundi per annos L carebit introitu civitatis.

*520. Poena parentum contra statuta praescripta venientium.* Quicumque etiam de numero parentum vel illorum, quorum interest, juvenis masculini, sive puellae, vel viduae praehabito modo statuta violare praesumpserit qualitercumque, absque remissione tantam summam pecuniae, quantum masculus, virgo vel mulier in sua habere debuerat portione, solvet pro emenda, in usum civitatis convertendam.

*521. Recapitulatio statutorum jam dictorum, quod nec contrariantur privilegiis civitatis, nec per statuta praeacta Jura Originalia vel Sententiae juris civitatis cassantur.* Cum dicitur, quod in arbitrio filiae alicujus vel viduae est nubere vel non nubere, cuicumque velit, hoc intelligendum est, quod puella vel mulier ad virum hunc vel illum ducendum non est cogenda; nam sicut ad fidem vel baptismum nullus compellitur nisi volens, sic nec ad conjugium est homo per violentiam compellendus. Et ex hoc patet, quod iste, qui

puellam vel viduam educit vel rapit, non potest se salvare per jus praescriptum, cum veniat contra ipsum; nam frustra invocat legem, qui peccat in legem. Per violentiam autem virginem vel viduam qui educit vel rapit, et ad matrimonium nititur coartare, quamvis etiam puella vel vidua componit occulte cum eductore, vel in raptum consentiat voluntarie: tamen non de secretis hujusmodi, sed magis de raptu et educatione manifestis habent homines judicare.

Illa etiam sententia, quae dicit, „quod filiaeducta cum eductore vel raptore sit in circulum statuenda“, debet intelligi de viro probo et honesto, qui bene se conservavit, semper ad hoc laborans, quod in bonis proficiat et honore, et qui secundum parentelam, vitam, statum, dignitatem, conditionem, res et honores correspondens est et similis mulieri vel virgini, quam eduxit. Et licet ad virum talem virgo vel mulier in circulo declinaverit, adhuc propter violentiam, quam in educatione vel raptu intulit civitati, nihil de portione dabitur hereditaria eidem mulieri vel virgini per parentes vel illos, quorum interest, nisi de gratia, si ipsam a consilio obtinuerit civitatis.

#### Capitulum XLV: De mortificatione.

522., 523., 524., 526. *De mortificatione et ejus annexis, scilicet poenis et emendis.* Mortificatio in hoc praecipue differt ab homicidio, quod annexum sibi habet spoliū, vulgariter dictum „*reeraup*“. Unde mortificator proprie dicitur, qui postquam alium occidit, res ab eo aufert. Qui vero sine occisione res tollit, spoliator dicitur. Sed homicida dicitur, qui ex ira ratione vindictae de vilipensione sumendae vel ex contentione in taberna vel alibi facta cum alio pugnans ipsum interficit. Mortificator etiam ex consequenti dicitur, qui dormientem, vel in loco quiescentem, vel in mensa comedentem, vel in balneo existentem interimit. Hospes etiam inquilinum et advenam; vel e converso inquilinus et advena hospitem, pro rebus auferendis jugulans, mortificator dicitur. Unde quicumque animo deliberato, positus insidiis, alium expectando captiose ipsum interficit, mortificator dici potest. Et talis si effugerit, statim sepulto mortificato semel citatur et statim proscribitur ipso jure.

Homicida vel spoliator tribus judiciis infra IV septimanas citatus, si adhuc per duas septimanas IV<sup>o</sup> iudicio non comparuerit, est proscribendus. Mortificator quidem equo alligatus per plateas est trahendus vel lapsandus et postea rotandus; sed homicida et spoliator poena gladii mori debent.

Sed qui consilio et pecuniâ aliquem occidi procuraverit, poenam non simplici homicidio, sed mortificationi debitam sustinebit.

Quamvis mortificator semel citetur et continuo proscritur, tamen est hoc intelligendum: facta per actorem probatione legitima, vid. praemissis juramentis calumpniae et productis testibus, cum quibus sufficienter probet intentum; alias reus tribus edictis, sicut consuetum est, citatus, quia quarto iudicio non comparuit, proscritur.

Qui prius cum aliquo notorias habuit inimicitias, si eum occidit, mortificator dici meretur nequaquam; quilibet enim sibi cavere debet ab insidiis inimici. Unde proprissime nequam homines, qui ex intima cordis malitia, non ex ignorantia vel impotentia peccantes, mortem hominibus inferunt, mortificatores dicuntur.

*527. De mortificatione extra habitationem hominum facta.*

Si mortificatio fiat extra habitationem hominum, sicut in campis, silvis vel aliis locis consimilibus, et actor conqueritur de aliquo: tunc videndum est, utrum talis reus prius laudabile nomen habuit, et si sic est, actor metsecundus iurabit de calumpnia; et si iurando deviaverit, reus se metseptimus excusabit. Hoc etiam considerato, si reus tempore mortificationis in alio loco tam remoto, quod hic esse non potuit, se fuisse probavit per litteras sub sigillis authenticis confectas, vel testimonio proborum virorum; tunc rationabiliter absolvetur, nisi probetur, absens id dolo fecisse vel fieri procurasse.

Si autem reus accusatus de mortificatione prius laesam habuit famam et nomen malum seu vitam culpataam: tunc temporis locus et aliae circumstantiae mortificationis considerari debent, et si ex ipsis considerari potest, quod veritati concordet et notabilem suspicionem facit de reo: tunc actoris testimonio convincetur ex praesumptione iudicandus.



Si autem reus effugerit, una facta proclamatione continuo proscribetur. — Si tamen accusatus, qui prius semper nomen bonum habuit, effugerit et mandaverit vel rescripserit, quia paratus sit juri parere: induciendus est et non uno judicio proscribendus. Unde semper, cum reus in actu vel in fuga continuo facta mortificatione non captus abscesserit et mortificatio non est notoria et manifesta: antequam proscribatur, actor jurabit de calumpnia, jus suum demonstrando; quod si non fecerit, reus debitis edictis tribus est citandus, et postea quarto judicio, si non comparuerit, proscribendus.

Et nota, quod in mortificationibus, quia occulte consueverunt fieri, praesumptiones maxime locum habent.

(De hoc quaere infra circa finem libri in illa rubrica „De vulneribus, homicidiis et mortificationibus“.)

#### Capitulum XLVI: De obligationibus.

*De obligationibus.* In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur (má se rozuměti a vztahovati k vezdajšimu dñi. Briki). It. Alium daturum vel facturum qui promisit, non obligatur. It. Pupillus sine tutoris auctoritate obligari non potest, alium autem sibi obligare potest.

#### Capitulum XLVII: De officialibus.

*De officialibus.* Officialibus custodiarum nocturnarum, portulanorum, preconum et consimilium juratis non est opus ut accusent, sed ut solempniter coram judicio in reos agant et specialiter denuncient, dampnum dantes praesentent; nec de calumpnia jurent quia sacramento, quod pro exercendo officio suo praestiterunt, statur; nisi denuntiatus contrarium probet, quia ex talibus temporibus et locis inventio pro plena probatione habetur, sicut dicunt Leges.

#### Capitulum XLVIII: De officio pastoris.

528. *De officio pastoris.* Nullus rusticus sive quicumque alter pecora, quae gregem sequi possunt, domi fovere debet praeter pecora, pecudes et specialiter scrofas, juvenes nutriendas. Nullus habeat proprium pastorem in praejudicium

pretii communis pastoris; exceptis aliquibus villis, in quibus homo adminus habens trium laneorum agros ex consuetudine propter pascuorum diversitatem opilionem habere potest pro ovibus specialem. — Si pastori communi solvitur pretium de laneis, tunc ne villa pastore careat, adhuc habens opilionem, ut praemissum est, de laneis suis pastori pretium solvet, sicut vicinus suus. — Pastor quicumque de pecoribus ante ipsum pulsus iterum in villam non impulerit, illa solvet; sed quae per praedonem vel lupum rapta fuerint, si super eo per unum testem clamorem se fecisse probaverit, illa non solvet. Et talis testis, quia pastor est in campis, puer vel mulier esse potest. — Si unum pecus laedit aliud, et pastor pro eo fuerit accusatus, si vult innocens fieri, sub juramento suo demonstrabit id, quod aliud laesit; quo facto laesum pecus per juratos taxatum dominus pecoris, quod laesuram fecit, ad suum stabulum recipiet, ipsum pascens et custodiens, quousque ad campum ire potens vero domino sanum restituat et assignet. Si vero in ejus potestate mortuum fuerit, taxam solvet. — Si pastor accusatur, quod pecus ad villam non impulerit, suo juramento se expurgabit; tamen si facta impulsione pecus domam non venerit, et dominus pecoris cum duobus probis viris pastorem accesserit et de pecore perdito impulsaverit: tunc pastor expurgatione cessante pecus solvet. — Si pastor dicat pecus ante se pulsum non fuisse, dominus pecoris cum duobus viris, qui viderunt, melius probabit, quod pecus ante pastorem depulerit, quam pastor possit suam innocentiam demonstrare.

Consuetudo tamen singularum villarum in praemissis omnibus pro lege est tenenda.

In aliis omnibus necessitatibus ruralium, quicquid magister rusticorum quantum ad villana, campestria et silvana pro utilitate villae cum consilio partis majoris communitatis statuerit et ordinaverit, hoc minor pars ratum habebit et non poterit reclamare. Si pecus ad pascendum alicubi missum fuerit et ibidem moriatur, deterioratur vel per praedones rapiatur: ille, cui missum fuit, ipsum non solvet; si tamen tale dampnum pecori non accedit sua negligentia faciente. Si

autem per furtum de aliis pecoribus raptum fuerit, ipsum solvet. Si ex pestilentia, quod vulgariter „schelm“ dicitur, moriatur, tunc cutem demonstrando liber erit. Si autem sine licentia domini, cujus est, ipsum alicui concesserit et ibidem moriatur, deterioretur vel alio modo perdatur: ipsum solvet.

#### Capitulum XLIX: De pace indicta.

529. *De pace partibus indicta in genere.* Si pace indicta pendente pars parti non assurgit, potum sibi porrectum non suscipit, eam non salutatur, nec alia hujusmodi, quae animo duplici, seu bono et malo zelo, fieri possunt, facit: propter hoc non censetur pacem violasse; in talibus enim dubiis interpretatio benignior est adhibenda.

530. Quicumque pacem frangendo vulnerat, fustibus caedat, crinibus ad terram projiciat, pedibus conculcet, pugnis percutiat, vel alio modo contumeliose laedat, dato etiam, quod ex tali laesione mors non subsequatur: adhuc violator pacis, si capitur, capite truncatur. Si autem recedit, statim proscribitur et tertia pars bonorum, quae relinquit, ad iudicem pertinet, ipso jure.

531. *De pace indicta et coram juratis violata.* Quicumque pacem a iudice sibi indictam, videntibus juratis, infregerit et pro eo effugerit: statim primo iudicio proscribitur.

532. Qui alium cum gladio agitando, post eum cultellum projecerit ad occidendum ipsum, quamvis favente fortunâ salva vitâ manus ejus evaserit, firmum tamen propositum et bonam habuit voluntatem, ex quibus cum totum, quod in se fuit, fecerit, in favorem pacis et justitiae censendus est pacem factis merito violasse.

533.a) *De pace quantum ad familiares.* Cum alicui pax indicitur, non solum cum adversario, imo etiam cum familia, quae pane suo vescitur, pacem servare debet, et similiter adversarius e converso. Debet etiam pacem sibi indictam unus quisque suis commensalibus intimare. Si enim pace domus indicta famuli unus alium, pace durante, vulneraverit, dominus

litigant, observare debent, licet fortassis in aliis locis, ubi alia vigent jura, residentiam habeant corporalem. Unde cum dicitur, quod actor forum rei sequi debet, ibi „rei“ potest etiam exponi pro causâ, ita quod sit genitus „hujus nominis res“, et non tantum „hujus nominis reus“ (?), sicut patet in casu praesenti.

106. *De arrestationibus rerum sacerdotum.* Si sacerdos et persona ordinata cum equis et famulis domum hospitis intraverit et expensas ibidem fecerit: pro expensis talibus, ab illo tempore factis, hospes equos et res alias talis personae claudere et licite poterit arrestare.

107. *De arrestatione equi sacerdotis aut cabellae.* Talis casus propositus est per quosdam: Accidit apud nos in oppido nostro, quod ante curiam dotis plebano a quodam homine arrestabatur de justitia una cabella, et sic actor a nobis super eo iudicium, sicut in hujusmodi causis fieri solet, petiit; plebanus recusans dixit: „quia non esset de foro seculari, sed potius de spirituali“. Petierunt igitur informari, si pro tali causa in civili vel ecclesiastico jure talis debeat respondere?

Quibus diffinitum fuit sic: Ex quo talis arrestatio est de cabella, quae non est res ecclesiastica, utputa calix, ornatus vel aliquid talium, plebanus tenetur super causa tali in jure civili respondere; plebanus enim ipse bene quidem est de foro spirituali, cabella autem, de qua est quaestio, ad forum pertinetulare.

108. *De promisso absolutionis arrestationis et occupationis.* Accidit casus talis: Civis invitavit rusticum de villa in domum suam sub hoc promisso, si occuparetur in civitate, vellet ipsum absolvere sine dampno. Rusticus autem civitatem intrans et coram iudice stulte loquens, incidit in emendam. Quaeritur ergo, utrum civis rusticum absolvere debeat tali ab emenda?

Super quo sic sententiatur: Quod occupatio, a qua civis promisit rusticum absolvere, intelligenda est quantum ad facta praeterita et non ad futura. Quod autem postea coram iudice rusticus ex culpa propria in emendam incidit,

videntur adhiberi; puniuntur autem, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est.

Persona dupliciter spectatur: Ejus, qui fecit, et ejus, qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus servus quam liberi, et aliter, qui in dominum, parentem ausus est, quam qui in extraneum; in magistrum vel in privatum. Et in hujusmodi rei consideratione aetatis etiam ratio habetur.

Locus facit, ut idem vel furtum vel sacrilegium sit et capite puniendum vel minori supplicio.

Tempus discernit furem diurnum a nocturno.

Qualitas, cum factum atrocius vel levius est, ut furta manifesta a non manifestis discerni solent.

Quantitas discernit furem ab abigeo; nam qui unum porcum subripuit, ut fur coercebitur; qui gregem, ut abigeus.

Eventus spectatur, ut a clementissimo quoque facta, licet lex non minus eum, qui occidendi hominis causâ cum telo fuerit occisus, quam eum, qui occiderit, puniat. Et ideo apud Graecos exilio voluntario fortuiti casus puniebantur.

Si poena alicui irrogatur, in heredem non transit, quia poena constituitur in emendationem hominum, quae mortuo eo, in quem est constituta, desinit.

Evenit, ut eadem scelera in quibusdam provinciis gravius plectentur, ut in Africa messium incensores, in Mysia vitium, et ubi metalla sunt, adulteratores monetæ.

Nonnunquam etiam evenit, ut aliquorum supplicia exacerbentur, quotiens multis personis ad malum nimium nitentibus exemplo opus sit. — Si mulier filium vel filiam occiderit, poena paricidii moriatur.

536. (Br.) *De poena occisionis prolis.*

537. (Br.) *De poena mulieris proprium puerum Judæis vendenti.*

538. *De poena quantum ad maritum.* Si mulier mortem mariti procuret, poenâ paricidii moriatur. Si enim vir tam grande scelus perpetrat, primo equo in caudam ligatus, per vicos et plateas debet trahi, et tandem rotari; quia vero in

tractu tali pudenda deteguntur, honestati sexus muliebris hoc parcitur, atamen poenâ rotali punitur.

Si mulier ostendere poterit maritum ut adulterio delinquentem, ut veneficiis insistentem, aut seditionibus occupatum, ut latrocinium sectantem aut latronizantes suscipientem, aut si probet eum plagentem, aut luxuriose viventem, ut inspiciente uxore cum aliis corrumpatur (quod maxime mulieres exasperat, et praecipue castas), ut si insidias se passas ex viris probet circa ipsarum salutem, aut gladio aut veneno aut per aliquem alium modum (multae namque hominibus ad maliciam viae sunt) aut si flagellis super ea utatur: si igitur tale aliquid mulier ostendere poterit, licentiam dat ei lex repudio uti et nuptiis abstinere, dotemque percipere et antenuptialem donationem totam; et non solum si omnes probaverit causas, sed etiam si unam. Item lex licentiam dat viro mulierem abicere, si adulteram inveniet aut veneficam, ut supra.

539. *De poena ex proposito occidentis.* Quicumque ex proposito et animo deliberato alium invadit, licet etiam non occidat, tamen si solum vulneret secundum ejus malam voluntatem, quam habuit, et sic compertum fuerit: ut mortificator punitur. Debet ergo caudâ equi alligari et per diversas plateas hincinde trahi, et interim voce preconia debent excessus sui publicari. Et si ita gravis fit excessus, debet super fossam ad hoc factam poni et singula ejus membra cum rota concuti et tandem super rota in altum extendi, quod sic vidente populo moriatur.

Et quod dictum est in sententia de mortificatione et mente corrupta, ergo obtinet, quod secundum Leges in maleficiis potius voluntas et effectus inspicitur, quam defectus.

(Pro ista materia require supra titulos „De emendis“ et infra „De vulneribus“ et „De tormentis“.)

540. *De poenis quantum ad interdictum civitatis.* Ab antiquo consuetum est, quod quicumque pro maleficiis flagellatur, membris mutilatur, vel aliter secundum justiciam corpore vitatur: illi civitas est interdicta, nec de cetero est ejus sibi introitus concedendus.

541. (Br.) *De poena illius qui minis praecedentibus occulte homicidium facere machinantur.*

542. (Br.) *De poena falsarii litterarum.*

543. (Br.) *De poena falsarii denariorum et monetae.*

544. (Br.) *De poena subtrahentis sacramentum eucharistiae.*

545. (Br.) *De poena sacrilegii.*

546. (Br.) *De poena falsorum tuxillorum.*

547. (Br.) *De poena traditoris filii.*

548. (Br.) *De poena falsificationis claves.*

549. (Br.) *De poena furti apud aliquem inventi.*

550. (Br.) *De poena furtive mactantis pecora.*

551. (Br.) *De poena deficientis in testimonio furti.*

552. (Br.) *De poena vallationis arbitrii, cui cedat.*

553. (Br.) *De poena reatus capitalis in genere.*

554. (Br.) *De poena talionis et iudici opponentis.*

555. (Br.) *De poena talionis, qualiter deficiens in actione criminali ad eam non teneatur.*

556. (Br.) *De poena hominis qui juratos coram iudicio dicit mendaces etc.*

557. (Br.) *De poena servantis et colligentis proscriptum.*

558. (Br.) *De poena matrimonii contrahendi.*

559. (Br.) *De poena, quae dicitur „widerred“.*

### Capitulum LI: De pignoribus.

560. *De pignoribus in genere.* Persolutione pignoris obmissâ, debitores actione personali convenire creditor urgeri non potest. It. in summa debiti computabitur ad idem etiam id, quod propter possessiones pignori datas, ad collationem viarum muniendarum vel quod aliud obsequium praestitisset, creditorem constiterit.

561., 562. *De pignoribus teloneatoribus datis.* Res et bona ad locum telonei deducta, sunt teloneatori pro solutione tributi in pignore tacite obligata. Quicumque cum fisco contrahit seu officia suorum superiorum convenit: illius bona certum est in pignore obligari, quamvis hoc specialiter non exprimitur. Qui praedia, agros, vineas vel res consimiles dat pignori, fructus rerum talium obligari tacite reputantur. Cum justum

sit, voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inspicere, quicumque res, quas alteri obligat in pignore: non solum, quas habet in praesenti, sed etiam quas habebit in futuro, quamvis nominatim hoc non exprimat, dinoscitur obligasse.

563. *De pignoribus secundo loco acceptis.* Qui pignus secundo loco accepit, ita jus suum confirmare potest, si priori debitori pecuniam solveret, aut cum obtulisset, isque accipere noluisset, eam obsignavit et deposuit, nec in usus suos convertit.

564. *Quae in pignora non sunt recipienda.* Bona et antiquitus approbata consuetudo causâ publicae honestatis introducta habet, quod lectisternia et vestes ad necessitatem unius hominis, si est solitarius, vel viri et mulieris, si sunt in matrimonio, pertinentia, non recipiuntur in pignore ratione debitorum judicialiter obtentorum. Tamen si creditor aequemiser est et pauper cum debitore vel indigentior eo: tunc super inpignoratione praedicta cum moderamine faciendâ, jurati diligenter cogitabunt.

565. *De pignore jam juramento obtento.* Possessor pignoris potest melius in cruce jurando super pignore debitum suum obtinere, quam pignus sibi possit per partem contrariam decertari.

566. *De pignore obtento per hospitem.* Hospes dicitur is, qui non est terrigena, vel etiam, qui est sub dominio alterius principis; et si talis obtinet pecuniam super civem et iudex providet sibi de pignore, illud non ducet extra civitatem, sed in iudicio civitatis vendet, nec obligabit sub usura, nisi de licentia civis.

567. *De pignoribus ratione temporis.* Quicumque hereditatem vel pignus aliquod sibi probaverit prius esse obligatum: ille prius suum debitum percipiet pignore de eodem; dicit enim regula juris: Qui prior est tempore, potior est jure.

568. *De pignore ecclesiastico.* Nullus institor, mercator, caupo vel alius artifex ornamenta ecclesiastica pro pignore,



nisi sub certo testimonio, recipiat; contrarium vero faciens tantum solvet pro emenda, quantum res valuerit, quae sibi fuerit obligata.

569. *De pignoribus coram iudicio publicandis.* Licet pignus pro fertone et supra per iudicem actori datum coram tribus iudiciis debeat publicari, tamen si pignus tale fuerit res, quae absque dampno ac sui ipsius destructione per tempus trium iudiciorum, scilicet VI septimanas, servari non possunt (cujusmodi sunt carnes aestivali tempore mactatae, seu panis eodem tempore recenter pistatus, vel vinum ad summam maturitatem perventum, vel aliquid istis consimile): illud pignus per actorem eodem die, quo sibi per iudicem assignatum fuerit, vendi seu aliter in denarios converti poterit, ipso iure. Majus enim lucrum hujusmodi subita venditio, quam ejus longa protractio domino pignoris generabit.

570. *De pignorum obligatione sub certo termino.* Quamvis debitor promisit creditori debitum certo termino solvere sub poena dampni, tamen si solutione neglecta agrum sibi obligat, cujus segetes metit, vel vineam, cujus vinum colligit, quamdiu creditor tale pignus vel aliud, cujus fructus percepit, tenet: non potest de jure debitori dampnum computare, nec ipsum ad dampnorum compellere recompensam.

571. *De pignoribus dandis.* Licet ex consuetudine servetur, quod quicquid creditor in potestate debitoris invenerit, hoc sibi, si petit, sit pignore per iudicem assignandum; tamen hoc in rebus, quae non omni tempore sine dampno de loco ad locum transferri possunt, stricte servari non oportet. Debent ergo cauti creditores esse, quod pignora eis tradita apud se et in eorum retineant clausura. Alioquin si pignoribus eisdem debitoribus iterum assignatis, sub quacumque etiam specificatione, dummodo aliorum creditorum consensus non adveniat, hoc contingat: alii creditores, si petunt, eadem pignora in potestate debitorum inventa, recipient ipsis auctoritate iudicis assignata. Nam creditores, qui pignora capta iterum debitoribus, non facta solutione, committunt, in fraudem aliorum creditorum hoc facere videntur; quare fraus non debet eis, quantum ad hoc, aliquantulum suffragari.

572.a) *De pignoribus regulae generales.* Si generaliter bona sicut obligata et postea res aliae specialiter pignori dantur, quando ex generali obligatione potior habetur creditor, qui ante contraxerit, si ab illo priore comparasti, non oportet ab eo, qui postea credidit, inquietari. Si respublicâ prior contraxit, fundusque est ei obligatus, tibi secundo creditori offerendi pecuniam potestas est, ut succedas etiam in jus reipublicae.

In causa iudicati pignora ex auctoritate praesidis capta potius distrahi, quam jure dominii possideri consuevere. Si autem pro calliditate condemnati emptor inveniri non potest, tunc auctoritate principis dominium addici solet.

Eos, qui accipiunt pignora, dum in rem habeant actionem, privilegiis omnibus, quae personalibus actionibus competunt, praeferrî constitit.

Res pignoris hypothecae vel jure creditoribus obnoxias circa consensum eorum debitores alienantes praecedentem non dissolvunt obligationem; nam obligatio pignoris consensu et contrahitur et dissolvitur.

Fundum pignori obligatum si debitor ex fructibus debitum prosecutus est, tum ipso jure pignus obligatione liberatum sic distrahere minime potest.

Hypotecis vel pignoribus a creditore venundatis in id, quod deest, adversus reum vel fideiussorem actio competit creditori.

Quamdiu non est integra pecunia creditori numerata, etiam si pro parte majori consecutus sit eam, distrahendi rem obligatam non ammittit facultatem.

Si cessante solutione creditori, non reluctantante lege contractus, ea, quae sibi pignori nexa erant, distraxit, revocare venditionem iniquum est; cum, si quid in ea re fraudulenter fecit, non emptor a te, sed creditor conveniendus sit.

Si priusquam distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, attestazione facta eam deposuisti, hodieque in eadem causa permanebit: pignoris distractio non valet; quodsi prius, quam offerres, legem venditionis exercuit. Quod jure subsistit, revocare non debes.

Unus ex multis debitoribus, qui pignora tradiderit heredibus, quod ab eo personali actione peti potuisset, solvendo res obligatas distrahendi creditori facultatem non ademit.

Qui pro parte heres exstitit, nisi totum debitum exsolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest.

### Capitulum LII: De privilegiis.

573. *De privilegiis.* Per membranas et litteras non scriptas, quamvis habeant sigilla, non probatur intentum. Litterarum etiam scriptura non plus nec aliud probat, nisi quod cantat. Unde si debitum litteris inscriptum in parte solvatur et residua pendente solutione vel toto debito soluto, litteris non restitutis vel suffocatis novum, debitum contrahatur, hoc eisdem litteris non probatur.

574. (*Br.*) *De privilegiis et vivis testibus casus mixtus.*

575. *De privilegiis super jure emendarum ostensis.* Cum cives quidam Johanni de P., qui iudicium a rege jure tenuerit feudali, in quarundam emendis causarum de privilegiis regalibus suae civitatis confisi, respondere nollent, ipseque ratione aliorum privilegiorum regalium jus ad easdem emendas sibi competere diceret, et utraque pars cum eisdem privilegiis, quibus suam confirmare nitebatur intentionem, ad senatum venisset: jurati senatus, visis et auditis privilegiis et utriusque partis hincinde allegationibus, responderunt, quod ad eos tamquam ad inferiores privilegiorum regalium interpretatio non spectaret: „Cuius enim est concedere, est et interpretari.“ Unde dixerunt partibus, quod cum praedictis privilegiis super quaestionibus, quae inter eas verterent, indiscutiendis, esset ad dominum regem et sui consilii ad audientiam recurrendum.

576. *De privilegiis quantum ad testes.* Testimonium litterarum et privilegiorum est testibus praeferendum; illud enim, quod scriptum capit, firmum manet; quod memoriae testium imprimitur, per oblivionem tollitur. Scriptura privilegiorum non mutatur; testes vero, quandoque muneribus et quandoque modis aliis corrumpuntur. Testes moriuntur, privilegia autem sunt perpetua. Testes non recipiuntur, nisi vivant; in privi-

legiis vero testes inscripti, sive vivant sive sint mortui, semper eorum testimonium valet et recipitur ipso jure. (Unde ad cautelam privilegia et litterae im promptu haberi non possunt, quia aliis litteris sequentibus suffocantur.)

577. *De privilegiis gratiose concessis.* Privilegia concessa gratiose sunt stricti juris, nec ex eis argui potest per locum a simili ad alia in privilegiis non contenta. Secus autem est de jure communi; ibi enim ex una causa seu sententia casus unius ad alium sibi simile conveniens elicitur argumentum.

578., 579. *De privilegiis quantum ad pergamenum.* Si aliquis in judicio exhibet privilegium, cujus carta est vetus et scriptura apparet recens et nova, vel in quo evidenter duplex manus scripturae notatur: super tali privilegio jurati ex diversis interrogati, unde praedictae suspiciones veniant, prudenter deliberabunt, utrum fides sibi fuerit adhibenda. Si in privilegiis una littera vel syllaba in aliqua dictione sit obmissa, vel titellum non positum, vel tale modicum quid neglectum, propter hoc privilegium non est viciatum.

Licet non sit cautum in papiero privilegia scribere, tamen si scripta sint et nulla vicia in se contineant, sufficienter probant, quod testantur.

580. *De privilegio non restituto pro debitis.* Cum actor de reo conqueritur, quod instrumentum confectum super debitis, de quibus cum pagaverit, sibi reddere recusaret, et reus de solutione debitorum confessus responderet, quia filius actoris specialia quaedam apud eum contraxerit debita, quibus non solutis instrumentum restituere nollet: sententiatum est definitive, quod nisi debita filii nominatim in instrumento sint expressa, reus tenetur ipsum actori reddere pleno jure.

581. *De privilegiorum probationibus.* Cum ex vetustate privilegium corrumpatur, cum etiam littera frequenter incipiat deleri ex vitio cartae vel incausti, quamvis instrumentum sit de novo factum, cum etiam iudices et jurati cavere debeant, ne probationes rerum pereant, si offerruntur eorum oculis privilegia in nullo viciata, et petuntur, quod ea renovent et

sub sigillo suo conscribent: petitionem talem, ne homines ex causis praescriptis juribus suis fraudentur, debent effectum mancipare et per talia transcripta sigillis authenticis locorum ac personarum authenticarum, quarum interest, roborata, si fortassis originalia sunt corrupta vel haberi non possunt, ad probandam intentionem hoc est rationabiliter admittendum.

582. *De privilegiis quantum ad sigillo.* In appensione sigillorum ordo praeposterus privilegium non viciat, licet scriptoris denotet ruditatem.

583. *De privilegiis duplices articulos continentis.* Si privilegium duos continens articulos, quorum primus est personalis quia super debito, secundus autem realis quia super hereditatem, utrum propter hoc sit vitiandum, quod primus sub sermone latino, secundus vero verbis vulgaribus sit conscriptus? Respondetur: Quod propter dictam idiomatis duplicitatem non est privilegium viciandum; cum enim privilegium non ad verba, sed ad verborum significata finaliter ordinetur, quocumque scribatur idiomate, cujus nihilominus significatum ab audientibus, coram quibus tempore probationis in palam deducitur, sit intelligibile, semper valet, nec propter hoc, si tamen aliud non obstat, est aequaliter annullandum.

584.a) *De privilegiorum distinctione.* Privilegiorum quoddam est speciale, sicut quando uni loco vel uni personae unus articulus conceditur; quoddam autem est generale, sicut quod continent in se plures articulos, vel quando pluribus personis vel ratione plurium personarum vel rerum conceditur.

584.b) Privilegiorum quoddam est temporale, sicut est personale, et hoc extinguitur cum persona, nec ad successorem transfertur, nisi hoc exprimatur. Aliud autem est perpetuum, sicut reale, et illud cum rebus remanet, sicut est, quod civitati, dignitati vel alicui loco vel aliquibus personis vel etiam alicui personae occasione loci sive cujuscumque rei conceditur, et tale privilegium rei adhaeret et sic semper durat, nisi forte res perimantur vel destruantur vel nisi in partem detrahentur per aliquod sequens privilegium, vel in

toto revocetur ex causa, vel amittatur. Et si est dubium, utrum privilegium sit personale vel reale, plus est praesumendum, quod sit personale quam reale.

585. *De privilegiorum amissione.* Privilegium amittitur multis modis: Primo, per actum contrarium, per quem aliquis renuntiat juri suo. Secundo, spatio praescriptionis. Tertio, tempore limitationis elapso. Quarto, per sententiam, sicut quando aliquis alicujus ad preces suum sigillum appenderit, et idem sibi similiter teneatur, sicut etiam suis litteris possunt demonstrare; quia talis videtur privilegium per actum contrarium amisisse. Quinto, tollitur privilegium primum per secundum, faciens mentionem expressam de priore. Sexto, per concedentis revocationem, sicut si privilegium aliquas continet gratias, quas ille, qui concessit in praeterito, revocat in futuro. Septimo amittitur privilegium per renuntiationem propriam et expressam. Saepe amittitur privilegium per abusum, quod exponi potest per non-usum vel per contrarium usum; puta: Aliquis exemptus est ab aliquo iudice et convenitur saepe et saepius coram eodem iudice, et ipse nec respondet nec allegat aliquid de privilegio exemptionis, vel allegat et non ostendit. Certe huic merito dici potest: Privilegium mereris amittere, quia permissa tibi abusus es potestate. Necesse est tamen, quod praescriptio contra privilegium sic amissum sit completa. Item potest dici, quod privilegiatus abutitur privilegio, quando eo male utitur; puta: Facit contra intentionem concedentis, vel quia vivit vita communi, relinquens vitam privatam, propter cujus observationem privilegium concessum erat; unde in hoc casu non potest aliquis privilegium allegare, vel qui privilegiatus est, non contentus terminis suis in privilegio expressis, imo contra tenorem privilegii excedit.

586. *De privilegiis quandoque vitiatis vel non.* Licet privilegia seu litterae authenticae super probandis causis et negotiis in testimonium productae nec cancellatae, nec rasae, nec perforatae, incisae, laniatae nec in aliqua sui parte esse debeant vitiatae (nisi foramen naturale, quod ante scripturam privilegii in pergamento constat fuisse, seu perforatio per sigilli

appensionem, dummodo privilegium omnia contineat sigilla, de quibus loquitur, facta), privilegio et ejus probatione non praejudicat ipsum, nec vitians, nec aliquod sibi obstaculum interponens.

587. *In privilegiis testes debent esse rogati.* Testes in instrumentis inscripti de jure debent esse rogati. Unde cum non-rogatus scabinus sigillum suum privilegio alicui apposuerit, merito debitor ab actione exhibentis privilegium tale debet esse absolutus et ad solutionem debiti in privilegio contenti nullatenus obligatur.

588. *De privilegii rasura.* Rasura in privilegio, si est in loco non suspecto, non praejudicat; si vero in loco suspecto, sicut circa datum, circa propria nomina, circa summam pecuniae vel circa aliqua talia, in quibus principaliter dependet materia: tunc praejudicat in locis, nisi talibus facilius consideratur falsitas instrumenti.

### Capitulum LIII: De procuratoribus.

589. *De procuratoribus in genere.* Quilibet homo potest agere aut suo nomine, aut alieno, sicut procuratorio, tutoriove vel curatorio. Unde captivitas, morbus, aetas, necessaria peregrinatio et multae aliae justae causae saepe hominibus impedimenta sunt, quod per se ipsos causam suam exequi non possunt. It. Procurator non solum praesente adversario, imo etiam eo ignorante constituitur; unde quemcumque permiseris rem tuam agere aut defendere, ille procurator tuus intelligitur; tamen si pars corporale juramentum per se facere debeat quantum ad hoc, procuratorem sustinere non potest.

590. *De procuratorum potestate.* Si procuratori causa commissa fuerit, quod ipsam terminet, tantum rigore justitiae mediante, et ille diffinitiva sententia juris non expectata, in arbitros compromittit: talis compromissio per partem, cujus mandati fines procurator excessit, in irritum poterit revocari.

591. *De procuratoribus quantum ad advenas.* Dum civis quidam impeteretur pro debitis a quibusdam diversis advenis diversarum civitatum, sententiatum fuit in senatu: Si

hujusmodi cives ex eo, quia extra terram essent residentes et propterea censerentur hospites, procuratores seu certos suos nuntios cum litteris patentibus suarum civitatum, stylum et formam procuratorii quantum ad rathabitionem continentibus, ad eorum consilium mitteretur, illis teneretur et eorum civis subscriptus, sicut ipsis actoribus, si personaliter comparent, de justitia respondere.

(Residuum de procuratoribus quaere supra „De actore et reo“ per plures articulos.)

Nota, quod illi, qui agit pro deductione uxoris legitimae, procurator negatur, sicut superius invenitur sub titulis jam dictis.

#### Capitulum LIV: De promissis.

592. *De promissis et pollicitationibus in genere.* Circa promissa generaliter servandum est, quod pactum turpe vel rei turpis et impossibilis de jure vel de facto nullam obligationem inducit. Et dicitur pactum turpe, quod fit per usuram et dolum. Pactum rei turpis dicitur, ut si aliquis promittat se hominem velle interficere. Pactum rei impossibilis dicitur, ut si aliquis promittat se coelum velle ligare, quod non moveatur.

593. *De promissis personalibus inter partes.* Si inter partes litigantes et praesentes tantum personalia super aliqua quaestione promissa fiant et pacta: illa jura successorum dictarum partium non evacuant et extinguunt; pacta, inter alios acta, aliis obesse non possunt.

594. *De promissis quantum ad disbrigationem.* Henricus conqueritur de Petro, quod equum, quem ab ipso emit, promiserit sibi in terra (tali) et provincia (tali) ab arrestationibus liberum facere, quod vulgariter „lantscherm“ dicitur. Petrus vero, de promisso confessus, dicit, quod postea per aliquot dies percipiens equum se in (tali) loco, sc. in una civitatum in provincia Henrici sitarum, si fortassis ibidem arrestatetur, disbrigare non posse. Henricum cum jurato accessit, sibi dicens, quod recepta pecunia venditionis, vel equum suum sibi restituet, vel ipsum in (talem) locum, ubi ipsum non disbri-



gare sibi posse diceret, tum ipsum disbrigare vellet Quaesierunt ergo, utrum Petrus de promisso per verba subsequencia, de quibus juratus testatur, absolvi potest? Super quo definitum fuit: Quod, cum promissum cadat in debitum et opere sit implendum, Petrus de promisso, de quo confitetur, secundum justitiam absolvi non potest.

595. *De promisso voluntarie facto.* Promissa, quae homo voluntarie facit, adimplere debet. Unde, qui promittit alteri se daturum aliquot sexagenas gr. Prag., tenetur sibi dare grossos argenteos; quia si cupreos sibi dabit, promissum non servavit. Unde cujuscumque monetae denarios homo alicui promittit, tales sibi debet dare bonos, cum quibus venditionis et emptionis contractus fieri potest; quia omne promissum est implendum per melius et non per pejus. Tamen homo, si injuste capitur et metu mortis in captivitate coactus quidquid promiserit vel se facere juraverit, ad tale servandum promissum seu juramentum, postquam carcerem evaserit, non obligatur nec compellitur ipso jure; promissum enim debet esse voluntarium, alioquin potius dicitur coactio quam promissum.

596. *De promissionibus inutilibus non servandis.* Ex stipulatione, in qua impubes sine tutore spondesti, non es obligatus. It. quae contra bonos mores vel in pacto vel in stipulatione deducuntur, nullius momenti sunt. It. dolo vel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subita stipulatio fit; per doli tamen vel metus exceptionem submoverti debet.

597. *De promisso frauduloso.* In villa hospes advenam hiemali tempore hora crepusculi cum duobus equis in domum suam colligens et recipiens, dixit eidem hospiti: „Spero, quamdiu homines intrant et exeunt, quod nihil oberit equis vestris.“ Advena vero cum per verba praedicta promissum securitatis sibi factum credidisset, expergefactus mane non reperit equos suos. Quaesitum est ergo, utrum per verba hospitis supradicta, advena sit de equis suis sufficienter assicuratus? Et responsum est definitive: Quod non; multum differunt „promitto“ et „spero“; „promitto“ enim ad unam eventus partem determinatur; illius autem, quod speratur evenire posse,

contrarium formidatur. Tempus etiam, quo homines intrare et exire dicuntur, non totam noctem quieti hominum deputatam, sed aliquam ejus partem secundum communem interpretationem videtur rationabiliter importare.

#### Capitulum LV: De proscriptione.

598. *De proscriptionibus in genere.* Secundum diversitatem causae et iudicii citatio praecedit proscriptionem diversimode: In iudiciis enim simplicibus in tribus quatuordecim diebus tribus citatur vicibus proscribendus; nisi fuerit causa mortificationis; tunc enim eodem tempore citatio per verba ter praemittitur et statim proscriptio subinfertur. In iudiciis vero peremptoriis tribus diebus per ordinem continuis proscribendus citatur et die quarta in proscriptione dampnatur. Et si proscribendus post ternam proscriptionem iudicio comparuerit sine ulterioribus terminis et iudiciis, ad objecta per modum expurgationis, defensionis vel alium, qui sibi expedire videbitur, respondebit.

599. *De proscriptionis hora.* Illi, qui est proscribendus, cedit tantum hora, quâ iudex tribunali praesidet quarto iudicio, et non tota dies.

600. *De proscriptis in spem, utrum ubique sint proscripti.* Prosripti, potissime ratione causarum honestarum, non consueverunt ab antiquo tamquam prosripti et omnibus iuribus privati jure civili condemnari, imo eis persona standi, agendi et defendendi in iudiciis non negatur. Unde latores litterarum tales prosriptos impetentes in terris quibuscumque, de iuramento calumpniae debent supportari. Et si prosriptus in alia terra hic pro homicidio simpliciter impeteretur, iuramento simplici se in cruce personaliter expurget. Si autem cum testibus in eum ageret, oporteret, quod se cum testibus defenderet e converso; et si jurando caderet vel defendendo deficeret, capitali sententia plecteretur.

Cum ergo dicitur, quod iurati testari possunt extra iudicium proprium per litteras de prosriptis, hoc intelligendum est praecipue de iuratis et iudiciis fruentibus eodem jure.

Licet etiam ad pacem firmandam et a maleficiis ac insolentiis incompositos retrahendum multae leges velint, quod proscriptus in uno loco seu iudicio (si in) locum alium devenerit, habeatur pro proscripto: tamen ex mala (prevaricatrix legis existens suos nimis in amplum dilatavit palmites) consuetudine in locis paucissimis hoc servatur. Unde etiam ex antiqua (quae forte non est bona) civitatis consuetudine proscriptio iudicii terminos iudicii non excedit; sicut enim pax per iudicem civitatis indicta extra metas iudicii nullum ligat, sic nec proscriptio ultra limites iudicii se extendit.

601. *De proscripti diversione.* Jurati de A. quaesierunt, utrum homo, qui est civis et residens in B., causâ fori veniat in A. et ibidem homicidium perpetrans, iterum fugiat in B., in iudicio A. citari possit de jure et proscribi possit, vel si pro quaerenda justitia, vel si de dicto homine actor ad iudicem de B. refugium habere debeat et recursum? Super qua quaestione responsum fuit: Quod licet talis homo ratione domicilii et habitationis sit de foro iudicis de B., ratione tamen delicti factus est de foro iudicis de A., unde per iudicem de A. ad actoris instantiam ter citatus, nisi comparuerit, iustitiam aliter potest proscribi.

602. *De proscripto quantum ad pacis violationem.* Homo in occisione sui proscripti, antequam iudicium effugiat et impunitus evadat, pacem non violat. Sed quia iustitia et iudicium non sit cum impetu et violentia facienda, sed cum disciplina et mansuetudine petenda, homo volens sumere vindictam de proscripto suo, si tempus et horam, ut non effugiat, habere potest, debet iudicem et juratos rogare, quod detineatur et quod ordine juris sibi iustitia exhibeatur. Si vero proscriptus in fuga domum alicujus intraverit, ibidem per suum adversarium, ne invasionem domus per hospitem fecisse dicatur, non est excipiendus, sed caute custodiendus, donec vocato iudicio capiatur.

603. *De proscriptorum tutoribus.* Qui in domo sua servaverit proscriptum pro vulnere vel excessu non capitali sententiâ plectendo, V talenta solvet pro emenda; quorum una pars

judici, altera actori et tertia civitati. Ipse autem proscriptus captus XX talenta solvet, vel manum amittet, ut in Juribus Originalibus scribitur.

(Qualiter autem emendetur colligens proscriptum pro capitali excessu, quaere supra titulo: „De poenis“.)

604. *De proscripti evasione.* Si homicidio facto reus evaserit, nec per se nec per responsalem idoneum pro se aliquid allegantem comparare curaverit: ad petitionem actoris non solum pro homicidio simplici, verum pro mortificatione et spolio dicto „reraub“ vel alio gravi excessu, citationibus praemissis, proscribetur.

(Et quod hic deficit de proscriptis, require supra „De homicidiis“, „De mortificatione“, „De poenis“ et „De vulneribus“.)

#### Capitulum LVI: De querimoniis.

605. *De querimoniis in genere.* Actor omnes querimonias, quas facit, revocare potest sine emenda, praeter illas, quas coram quatuor sedilibus et bancis judiciariis proponit; nisi fortassis querimonia actoris extra iudicium facta, ex parte rei per juratos et iudicem fuerit protestata. Actor deliberatione praehabita voluntarie ad hoc se obliget, quod ipsum postea non velit coram iudicio revocare. In causa etiam pecuniali seu debitorum, actor de uno homine simul et semel in iudicio tantum tres querimonias movere potest; pro vulneribus autem secundum numerum vulnerum potest querimonias multiplicare.

606. *De querimoniis in specie.* Licet actor in causa civili tres, in causa vero criminali plures quam tres possit simul in eodem iudicio querimonias movere: tamen, si reus petit per advocatum suum, statim ad unam querimoniam est ejus responsio audienda. Quâ audita et finaliter discussa, proponatur secunda; quâ similiter expedita eodem modo fiat de aliis successive.

607. *De querimoniis juratorum.* Si reus querimoniam jurati seu scabini per expurgationem evadere debuerit, non

gravius se expurgabit, quam homo communis non juratus; in causa duntaxat aequali consimilem si moverit quaestionem.

608. *De querimoniarum multiplicatione.* Utrum homo impetitus pro debitis per tres possit querimonias unâ responsione generali sine praejudicio, ita quod causam non perdat, respondere? Ad quod dicendum: Quod si reus responsione exprimit verbum, quod includit universalem negationem, sicut v. gr. si dicit „nichil teneor“, bene respondet et causam non perdit; hoc non obstante, ut tribus querimoniis actor satisfaciat, per tria juramenta se expurgabit. Et hoc intellige, si actor petiverit; si tacendo hoc transiverit, reus juramento simplici absolvetur.

#### Capitulum LVII: De renuntiationibus.

609. *De renuntiationibus in genere.* Licet jure divino homo teneatur, humano jure possit injuriam et offensam alteri dimittere, cum cuilibet licitum sit cedere et renuntiari juri suo: tamen in causis criminalibus, sicut homicidia, vulnerationes, furta et crimina consimilia, quibus non solum persona laeditur, sed etiam judicium contempnitur et pax regia violatur, actor debet ad minus querimoniam ad judicem deferre; hoc enim facto, salvo jure judicis, excessum reo indulgere potest.

610. *De renuntiationibus in communi.* Si aliquis civium sub privilegio se obligat vel renuntiat se futurum vel daturum hoc (tali) termino, et non fecerit, et si talis obligatio vel renuntiatio tangit communitatis honorem: ipse, licet de facto fecerit, ratam et gratam servare non compellitur ipso jure, nisi velit. Ex hiis sententiatum est: Quod non obstante privilegiati petitione, quae fundatur super praemisso privilegio et jure in favorem personae concessio, judicium civitatis et secundum formam juris et privilegii in favorem communitatis (quibus persona renuntiare non potuit) concessorum debet prohibere, ne taliter se obligans promissum obligationis compleat et refundat. Si autem voluntarie complere voluerit, admittatur; nisi enim jus et privilegium communitatis obstaret, ad servandum promissum litterarum suarum esset judicio compellendus. (Et est simile, cum jus habeat commune, quod nemo

pro debitâ vitâ sit privandus, quamvis aliquis non solvat debitum, quod sub poena capitis se solvere velle promisit: tamen talis auxilio iudicis, si super eo iudicatum fuerit, mortis supplicio non est tradendus.)

Et pro ista materia nota bene: Quod vel jus est publicum auctoritate et utilitate, ut quia jus fisci vel quia publica vertitur ibi utilitas; et tunc renuntiari non potest; aut auctoritate tantum, non tamen utilitate vera, tunc aut est statutum tantum utilitate renuntiantis, aut communi. Primo casu potest renuntiari, sive sit privilegium sive jus ex aliquo contractu vel pacto. Si vero communi utilitate, i. e. publica et renuntiantis, tunc non licet. (Et hoc puto, quod hoc pactum non teneat, quod faciunt creditores, quod debitor non valeat probare solutionem nisi per scripturam, cum sit communis utilitatis testificatio, et non debet angustari copia probationum, sed juri, quod in favorem est inductum nec vertitur in eo publica utilitas, pronuntiari potest. Et hinc est, quod non valet pactum, ut dos ulteriori die reddatur, quia in dote est publica et communis utilitas, ut ceteriori die reddatur et civitas sobole repleatur.)

It. Aut jus consistit in prohibitione vel praecepto, et tunc renuntiare non potest, aut in promissione, tunc potest.

It. Aliud jus est generale, et tunc non licet, aut speciale, et tunc si odio, non licet, si vero favore, licet.

It. Si jus est publicum auctoritate et utilitate privatum, tunc distingue, quia aut est solum in favorem inductum, et tunc potest sibi renuntiari, aut utilitate privatum, sed cum ratione inductum, ita videlicet, quod quasi communi utilitati non solum favore, verum tamen quod expediat rei publicae (sicut est illud: Ne quis re sua male utatur), tunc non potest pactis privatorum tolli.

Nec obstat de feriis, ubi pactum feriis renuntiat, et tamen feriae sunt indictae communi jure et quasi quadam communi utilitate, licet sint utilitatis privatae, quia lex ultra procedit et promittit renuntiationem, sicut alias dicimus: Si lex aliquid prohibet, cum ultra procedit permittendo, aliquando quod prohibet, in genere servatur, quod specialiter pro-

mittit. Qui juri suo renuntiare vult, debet illud scire; alias non videtur renuntiare.

611. *De renuntiatione testium.* Qui coram judicio solemniter renuntiat testibus, a productione testium in eadem duntaxat causa, nisi aliquid novi, quod indiget speciali probatione, interveniat, prohibetur.

#### Capitulum LVIII: De rescriptis et registris.

612. *De registris.* Dum capitulum cujusdam ecclesiae per registrum, in quo censum canonicorum notare consueverat, vellet probare super domo cujusdam civis, ibidem se habere (tot) sexagenas grossorum census, sententiatum fuit diffinitive: Quod per simplicia registra seu per scripta, nisi originalibus sigillis authenticis roboratis vel vivo testimonio rationabili confirmetur, nihil probari potest.

#### Capitulum LIX: De sententiis.

613. *De sententiis in genere.* Quamvis usus et consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi praejudicat, nisi sit consuetudo rationabilis et legitime praescripta; talis enim praejudicat legi. Et si ex hujusmodi consuetudine rationabili sententia lata fuerit, vigorem habet, nec poterit reclamari; si autem ex consuetudine irrationabili feratur, licite poterit reclamari.

614. *De modo et ordine proferendi sententias.* In sententiis proferendis non oportet, quod jurati omnia exprimant, quae eos movent, sed sufficit, quod talibus in eorum conscientia diligenter cribratis sententias pronuntient brevibus et planis verbis.

615. *De sententiarum deductione.* Si jurati super expensis partium sententias ad examen suorum superiorum inducent, virtute juramenti sui, si partes petunt, fatebuntur, quod solum hoc faciant propter informationem justitiae et non ab causam aliam qualemcumque.

616. *De modo scribendi sententias.* Licitum est juratis sententias apud se ipsos secreta scribere vel dictare, quia

pro omni justitia juraverunt. Cum enim frequenter auditis partium allegationibus in iudicio ad locum secretum pro invenienda sententia declinent, partibus et iudice coram iudicio dimissis: quare non licet eis easdem allegationes etiam in absentia partium scribere, quando volunt? Tamen, quia semper iurati cavere debent, ne reddantur suspecti, si partes petunt, sententiae coram ipsis et eorum prolocutoribus sunt scribendae. Iudex vero, nisi sententia per eum ratione iurium et emendarum suarum sit quaesita, ad scripturam praedictam admitti non debet, ut suspectus. Quando etiam iudex sententiam et emendas ejus tangentes ad audientiam deduci petit majorem: tunc scriptori in salario et iuratis, qui (rem) ad diffinitores litteras ducunt, de bursa propria satisfaciet in expensis. Sed de solutione expensarum aliarum sententiarum tenendum est, quod ipsas solvat in causa succumbens.

#### Capitulum LX: De servitutibus.

617. *De servitutibus urbanis.* Servitutes dicuntur, in quibus una domus alteri, ager unus alteri, campus unus alteri, et universaliter, in quibus una hereditas et unus fundus alteri obligatur, sicut v. gr., quod lumen unius vicini transeat in curiam alterius; quod unus duorum vicinorum inter eos canale ponat; quod stillicidia de vicino in curiam alterius vicini cadant, et sic de consimilibus. Et cum frequenter magnae lites de talibus inter partes oriantur, notanda sunt subscripta, ex quibus, si casus dubitabilis occurrerit, sententia iuri et consuetudini civitatis cujuscumque consona faciliter poterit inveniri.

Aedificia urbana etiam praedia appellamus, et nemo servitatem acquirere potest vel urbani vel rustici praedii, nisi qui habet praedium; nec quisquam potest habere servitatem, nisi habeat praedium. Caveri, ut ad certam altitudinem sepulcrum aedificetur, non potest, quia id, quod humani juris esse desiit, servitatem non recipit, sicut nec illa quidem servitus consistere potest, ut certus numerus hominum in uno loco sepeliatur.

It. Solum commune vendendo, ut mihi et socio serviat, efficere non possum, quia per unum socium communi solo



servitus acquiri non potest. Nemo alienis aedibus vel praediis acquirere servitutum vel interponere potest. Si quis aedium partem tradat vel partem fundi, servitutum non potest imponere, quia per partes servitus imponi non potest, sed nec acquiri. Sed si divisit fundum certis metis et si partem tradidit, pro diviso potest alteriutri imponere servitutum, quia jam non est pars fundi, sed fundus. Et hoc in aedibus potest dici, si una domus per parietem in medio factum dividatur; postea enim pro duabus domibus accipi debet. Si ei, cujus praedium mihi serviebat, heres exstiti, et eam hereditatem tibi vendidi, restitui tibi in pristinum statum servitus debet, quia id agitur, ut tu heres videaris exstitisse.

Quidquid venditor servitutis nomine sibi recipere vult, nominatim sibi recipere oportet; nam illa generalis receptio, quibus et servitus utique ad extraneos pertinet, nihil proficit ipsi venditori ad jura conservanda; nulla enim habuit, quia nemo ipsi servitutum deberet; quinimo, si debita fuerit servitus, et dominium deinde rei servientis pervenit ad me, communiter diceretur, extingui servitutum. Exhinc collige, quod in generali sermone persona loquentis non est intelligenda.

Refectionis gratia accedendi ad ea loca, quae non serviant, facultas tributa est illis, quibus servitus debetur; si tamen illa loca sint contigua servientium, nec oportet, quod de tali accessu aliquid serviatur.

It. Si per tuum fundum jus est mihi aquam ex rivo ducere, tacite haec jura sequuntur: ut reficere mihi rivum liceat, ut adire quam proximum possim ad reficiendum eum, ego, operarique mei, et ut spatium mihi relinquat dominus fundi, quo a parte dextra et sinistra ad rivum accedam, ut quo terram, lutum, lapides, arenam et calcem jacere possim.

Item, cum fundus fundo servit, venditoque fundo servitutes sequuntur. Aedificia quoque fundis et fundi aedificiis eademque conditione serviunt. Si constat in tuo agro lapidicina esse, invito te, nec privato nec publico nomine quisquam lapides caedere potest, cui id faciendi jus non est; nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat. Quodsi quis ex eis velit caedere, non alter hoc faciat, nisi prius solitum salarium pro hoc

domino praestet; ita tamen lapides caedere debet, postquam satisfaciat domino, ut neque usus neccessarius lapidis intercludatur, neque commoditas rei jure adimatur. Quamvis mari, quod naturâ omnibus patet, servitus imponi privata lege non possit: quia tamen bona fides contractus legem venditionis servari exposcit, personae possidentium per stipulationis vel venditionis legem obligatur; et sic nota, quod piscatio maris, quae est libera, fit serva.

Qui certum locum, iter vel actum alicui concessit, potest pluribus per eundem locum vel iter, vel actum concedere; sicut et si quis vicino suo aedes servas fecit, nichilominus quibuscumque aliis, ut si vult, multis potest eas servas facere.

Potest etiam heredem suum quis dampnare, ne alterius aedes suas tollat, ne luminibus aedium vicinorum officiat, vel ut patiatur eum, tignum in parietem immittere, vel stillicidia adversus eum habere, et ut patiatur vicinum suum per fundum suum vel aedes ire, agere, aquamque ex eo ducere.

618. *Qualiter servitutes amittantur.* Servitutes praediorum confunduntur, si idem utriusque praedii dominus esse coeperit. Qui iter habet et actum, si statuto tempore tantum ierit, non periisse actum, multis placet; nam ire quoque per se eum posse, qui actum habet, placet. Jura praediorum morte et capitis diminutione non perire vulgo traditum est.

Item iter sepulcro debitum non-utendo non amittitur, et similiter via publica non perit non-utendo, et hoc est speciale in istis. Servitus et per socium fructuarium et bonae fidei possessorem nobis retinetur. Si aliquis stillicidia habet aliquis immittendi eam in aream tuam, et permiserit tibi jus in ea area aedificandi, stillicidia immitendi jus amittit. Et similiter, si per fundum mihi via debeatur et promisero tibi in eo loco, per quem via debeatur, aliquid facere amitto jus viae. Si communem fundum ego et pupillus habemus, uterque, licet non uteretur, tamen propter pupillum et ego viam retineo.

Quotiens servitus confunditur, totiens uti ea ille, ad quem pertinet, non potest. Si is, qui haustum habet, per tempus,

quo servitus admittatur, non ad fontem ierit, nec aquam hauserit, iter amittit. Si quis eorum, quibus aquaeductus servitus debeatur, aquae ducendae non-utendo amiserit, nihil juris eo nomine caeteris, qui rivo utebantur, accrevit. Idque commodum ejus est, per cujus fundum aqua ducebatur; libertate enim hujus partis servitus fruitur. Si quis usus fuerit alia aqua, quam de qua in servitute imponenda actum est, servitus amittitur. Tempus, quo non est usus praecedens fundi dominus, cui servitus debetur, imputatur ei, qui in ejus loco successit. Si cum jus habes immittendi tignum, vicinus statuto tempore aedificatum non habuit, ideoque nec immittere poteris: non ideo magis servitatem amittes, quia non potest videri usucepisse vicinus suus libertatem aedium suarum, quia jus tuum non interpellavit, sc. aedificando. Et hoc est necessarie in urbanis servitutibus; sed secus in rusticis, ubi sufficit solum, quod non utatur.

Usu retinetur servitus, cum ipse, cui debetur, utitur, quive in possessione ejus nomine est, aut mercenarius, aut hospes, aut quicumque, licet malae fidei sit possessor, retinetur servitus; ad eam autem acquirendam bona fides est necessaria. Si partem fundi vendo, lege caverim, ut per eam partem et reliquum meum fundum aquam ducere possim, et statutum tempus intercesserit, antequam rivum facerem, nihil juris amitto, cum nullum iter aquae fuerit, sed manet mihi jus integrum. Quod si fecissem iter, neque usus essem, amittam.

Nota in summa, quod jura servitutis multis modis amittuntur; aliquando enim confusione praediorum, aliquando rei servientis defectu, aliquando permissione actus contrarii, aliquando per alienationem rei, item rei interitu, item non-utendo, et hoc multipliciter: Aut enim non-utendo simpliciter, aut enim non-utendo secundum tempus statutum, aut non-utendo secundum quantitatem, sed non per se, nisi cum prohibitione superveniente, aut non-utendo secundum rei existentiam, sed utendo una pro alia, aut non-utendo ignorantia superveniente. Et exempla istorum modorum in praescriptis legibus continentur.

## Capitulum LXI: De stupro.

619., 620. *De stupro et raptura mulierum.* Si virgo in circulo, sicut moris est, voluntarie raptorem accesserit, sibi dabitur in uxorem; si autem ad parentes declinaverit, et raptor et socii sui capitali sententiae subjacebunt.

It. Si famulus vel alter quicumque se de muliere honesta jactaverit, sic eam infamando, et hoc talis mulier sive vidua querulando ad scabinos deduxerit, petens sibi sententiari non de violentia facta sibi in honore, sed solum de verbis per servum mendaciter prolatis: cum etiam potius sit credendum querimoniae mulieris famosae de verbis quam confessioni servi nequam de factis, et potissime, cum propter verba pretiosus sanguis humanus non sit effundendus et in poenis mitius sit agendum, sufficit, quod talis diffamator excisa lingua repellatur a civitate, numquam sub poena capitis reversurus.

(Residuum quaere supra „De mulieribus“.)

## Capitulum LXII: De successioneibus.

621. *De successioneibus ab intestato.* Si filius a domo patris per dotalitium vel portionem hereditariam emancipatus et tandem sine uxore et liberis moritur intestatus: bona, quae relinquit, si laboribus ea conquaesivit, ita quod a patre non processerunt, potius transeunt ad fratres et sorores ejusdem filii, quam ad patrem; paupere tamen existente patre et fratribus et sororibus minus indigentibus, pium est, ut aliqua talium bonorum portio ei detur. Secus autem est, quod eadem vel hujusmodi bona a patre provenerunt: tunc enim ad ipsum revertuntur iterum. Et possunt jurati sententias tales super successioneibus hereditariis, si de testamentis mentionem non faciunt, quando jura civilia scripta seu consuetudinaria ipsas non declarant, secundum eorum conscientiam diffinire, prout colligitur ex legibus multis.

622. *Ad idem.* Quidam occisus filium reliquit et uxorem, quae alium superducens maritum, IV pueros genuit; quod videntes fratres occisi, filium ejus, eorum patrum, cum portione ad eum pertinente ab aliis quatuor pueris dividi et eis assi-

gnari, formâ judicialia obtinuerunt. Et cum intra annum dictus filius de medio sublatus fuisset, dominus heres villae repetivit substantiam suam, allegans, quod ad se, cum sine herede decesserit, esset justitiam devoluta. Mater autem ipsius filii dixit, eandem substantiam ad pueros quatuor, quos ex secundo peperit marito, justitiam pertinere. Super quo responsum est diffinitive: Cum filius mortuus et quatuor viventes ex eodem processerint utero, nec alii supersint ex semine patris occisi, dicti bona filii, sc. mortui, ad uterinos superviventes hereditarie pertinebunt. Non enim solum heredes secundum descensum et infra, sicut dominus villae movebat, sunt recipiendi, sed etiam sursum et a latere. Unde coheredes pro heredibus sunt habendi.

623. *De successione regulae generales et speciales.* Quamvis secundum Jura Originalia marito intestato decedente tertia pars bonorum, quae reliquerit, ad uxorem, duae vero ad heredes, sive unus sive plures fuerint, pertinebunt: salvo tamen isto jure, si evenerit casus, qui nec secundum Jura Originalia diffiniri potest, retrahendum est ad leges communes, in quibus, qualiter hereditas deferatur jure agnationis vel cognationis, scribitur sic: „In successione ab intestato primo succedent descendentes, secundo ascendentes unacum fratribus intestati defuncti, tertio collaterales proximiores. Omnibus his deficientibus uxor succedit, postremo fiscus, nisi pactum vel consuetudo praejudicet.“ Et dicitur „pactum“, sicut est promissum factum per maritum et uxorem alteri personae, isto modo: „Post mortem nostram bona, quae dimiserimus, possidebis“; sic removetur fiscus. Et dicitur „consuetudo“, sicut: Alicubi bona talia dividuntur in duas partes, alicubi autem in tres, sicut consuetudo et jura municipalia civitatum debent habere.

624. *De successione quantum ad descendentes.* In successione ab intestato potior est causa descendendum, si supersint.

It. In primo gradu descendendum sunt liberi legitimi et naturales, vel etiam legitimi tantum, et postea aequales nepotes ejusdem gradus, et sic descendendo.

It. Liberi naturales in totum succedunt, si alii non supersunt; spurii autem numquam succedunt; et haec vera sunt

quoad lineam paternam. Sed si agatur de successione matris, ibi veniunt spurii cum legitimis, nisi mater illustris sit; et vocantur „spurii“, quorum vulgus pater est i. e. de quorum patre dubitatur.

It. Nepotes succedunt in stirpes, i. e. in eam partem, quam parentes eorum habituri erant, si viverent; unde, si quis ex uno filio unum puerum nepotem suscepit et ex altero decem vel plures, tantum capiet unus ex parte sua, quantum decem ex parte altera.

It. Mulier succedit ex parte altera sicut masculus; nam in eis unius sanguinis jura permanent.

It. Emancipatus succedit sicut suus i. e. emancipatus, qui est adhuc in pane parentum.

625. *De linea ascendentium debentur regulae tales.* Defunctis aliquo vel aliqua sine liberis, fratres et sorores ejusdem cum ascendentibus in proximo gradu succedunt in portiones aequales.

It. In ista linea, sicut in descendantibus succedit mulier sicut masculus, et emancipatus sicut non-emancipatus.

It. Inter ascendentes est servanda praerogativa gradus, ut sc. pater praeferatur avo, si uterque supersit, et avus proavo, et sic de singulis.

It. Si ascendentes pari gradu sint, sicut sunt parentes sc. pater et mater, pariter succedunt i. e. quilibet pro dimidia parte. Si autem tantum pater sit, vel mater tantum sit, quilibet succedit in totum.

It. Paternis semper debetur pars dimidia, quamvis dispar numerus sit ascendentium, v. gr. si ex una est tantum avus maternus et ex altera avus et ava paterni, licet duo sint, tantum capiet avus maternus, licet solus sit.

It. Cum parentibus intestati admittuntur fratres et sorores ex parte ejusdem patris et ejusdem matris, et in portiones aequales. Secus autem, si sit frater uterinus ex parte matris tantum, vel agnatus ex parte patris tantum, quia talis excluditur a parentibus; et est idem iudicium de sorore.

It. Si supersint filii vel filiae fratrum ex utroque latere conjunctorum, admittentur una cum parentibus et sicut patres eorum, si viverent, admitterentur.

It. Si sunt fratres ex una parte, et avus et avia ex superiori linea, similiter succedunt, ita quod fratres non sint praeferendi; avus enim est in gradu proximo, deficiente patre, nam proximus est, cui nemo antecedit. (Volunt tamen quidam, quod frater excludat avum et intret locum patris; melius est tamen, dicere primo modo.)

It. Pater naturalis tantum succedit filio intestato eadem ratione, qua filius talis succedit patri; filio autem spurio pater non succedit, quia nec talis pater nec filius nominandus est.

It. Pater et mater succedunt filiis, sive contrahant secundas nuptias, sive non.

626. *De collateralibus dantur regulae tales.* Cessante successione lineae descendens et ascendens, primo succedunt fratres, et demum alii, ut fratrum filii, et sic de aliis descendendo.

It. Cum fratribus et eorum filiis succedunt parentes defuncti, de cujus hereditate agitur, si supersunt.

It. Si nec sunt fratres, nec parentes, nec alii descendentes, tunc filii fratrum totum percipiunt. Si autem supersunt aliqui de ascendentibus, illi succedunt cum filiis fratrum praemortuorum.

It. In tali successione potissime succedunt fratres, qui ex utroque parente contingunt defunctum intestatum; et similiter intelligatur de filiis eorundem fratrum. Unde filius talis fratris defuncti, licet gradu tertio sit, tamen praefertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati erant.

It. Post fratres ex utroque parente et eorum filios succedunt ex uno latere fratres vel sorores; cum quibus et filii eorum, si qui eorundem fratrum et sororum jam decesserint, similiter succedunt.

It. Filii fratrum, cum pares sunt fratribus defuncti, praeferuntur procul dubio ejusdem defuncti patris et aliis similibus.

It. In hac successione succedit mulier sicut masculus et emancipatus, sicut servus, ut supra.

It. Filii fratrum praemortuorum quando succedunt cum patris, avis vel proavis, vel caeteris ascendentibus, succedunt

tantum in stirpem h. e. solum in illam partem, quam patres habuissent, quando vixissent. Quando autem succedunt sine ascendentibus, semper succedunt in capita, quia, quot sunt capita seu personae tales, tot fiunt partes bonorum, in quibus succedunt.

It. In successione collateralium est iste ordo servandus, quod in rebus maternis, quae a genitoribus provenerunt, soli uterini succedant, licet consanguinei agnativi ex parte patris tantum supersint; in aliis vero communiter succedunt. Qui vero ex utroque parente sunt, cum utrisque admittuntur.

It. Cum filii fratrum praeferuntur patruis defuncti, tunc tertius gradus excludit tertium, quamvis alias regulare sit, quod pares gradu pariter admittantur.

It. Post fratres fratrumque filios succedunt quicumque sibi gradu proximiores in infinitum, dum tamen attinentia seu gradus attinentiae probetur.

627. *Ex praedictis omnibus eliciuntur regulae istae.* Quicumque in hereditate vult succedere, debet ad hoc gladio, h. e. ex parte patris, natus esse.

It. Si cognati patris et cognati matris pro hereditate contendunt, tum cognati patris jus obtinent, et non matris; tamen si bona a progenitoribus matris provenerunt, tunc etiam jus obtinent cognati matris.

It. Quicumque in cognatione uno gradu seu linea est propinquior, sive ex parte matris sive ex parte patris, ille bona praedecessorum secundum justitiam possidebit. (Et quod dicitur „ex parte matris“, intelligendum est tantum in rebus maternis, de quibus superius regula specialis habetur, qualiter ibi soli uterini succedunt.)

It. Quamdiu supersunt consanguinei in linea ascendentium et descendentium directe, tamdiu hereditas non devolvitur ad collaterales; fratres tamen defuncti cum parentibus ejus aequaliter admittuntur.

### Capitulum LXIII: De theloneo.

628. *De theloneo quantum ad visitationem nundinarum.* Licet tempore libertatis nundinarum causâ emendi vel vendendi



civitates visitantes, de bonis et mercibus suis theloneum non solvant: tamen forum in civitatibus non quaerentes de bonis, quae transducunt, ad solvendum theloneum, sicut aliis temporibus, sunt astricti.

629. *De thelonei deductione.* Qui bona sua stulte ponderans, theloneum deducit, non potest alio tempore, si revertitur, per thelonearium ad solvendum theloneum deductum compelli; debet enim thelonearius vigilare super solutione thelonei et non dormire.

630. *De theloneo vulgariter dicto „alfart“.* De annonis, vinis, lectisterniis et singulis aliis rebus, quas extranei tempore discordiae seu guerrae ad civitates causa observationis sicut ad locum tutum ducunt et postea iterum deducunt, nullum de jure theloneum est solvendum. It. Res, de quibus theloneum de jure non datur, ex obmissione seu neglectione thelonei non perduntur. Cum autem aliae res theloneo subjectae cum dictis rebus occulte deducuntur, tunc caute videndum est, quid juris sit in talibus rebus utrisque.

#### Capitulum LXIV: De testamentis.

631. *De testamentis in genere et quomodo ordinantur.* Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis est, et debet fieri coram testibus secundum consuetudinem civitatum, sive sint jurati sive non sint jurati; et debent tales esse vocati et instanter rogati per testatorem. Et sive tales testes sub sigillis testamentum conscribant, vel in memoria teneant, semper valet. Mortuo etiam testatore testamentum est pronuntiandum, ut illi, quibus sunt bona legata, a litibus et judicio liberentur.

Et leges volunt, quod testamenta coram septem testibus fieri debent; tamen hoc secundum jus civile non servatur, quia etiam unus scabinus, juratus vel alii duo fidedigni non-scabini, in testamento pro testibus admittuntur.

Sed non omnes homines possunt esse testes in hoc facto, quia neque mulier, neque impubes, neque servus, neque amicus, neque mutus, neque surdus, neque furiosus, neque improbus

seu detestabilis possunt in numerum testium adhiberi. (Et est intelligendum de muto et surdo, qui nihil loqui vel audire possunt. Est etiam intelligendum de furioso, qui non habet dilucida intervalla.) It., duo fratres, qui in potestate ejusdem patris sunt, utriusque testes in uno testamento fieri possunt, quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

In testibus autem non debet esse, qui in potestate testatoris est. Sed etsi filius familias de castrensi peculio post remissionem faciat testamentum, nec pater ejus testis adhibetur, nec is, qui in potestate ejusdem patris est. Reprobandum enim est in ea re domesticum testimonium.

Legatariis autem et fidei commissariis, qui non juris successores sunt, et aliis personis eis conjunctis testimonium non denegamus; et multo magis his, qui in eorum potestate sunt, hujusmodi licentiam damus.

Nihil autem interest, utrum testamentum in tabulis, an in cartis vel in alia materia fiat. It. Si testator peritus litterarum testamentum manu sua propria scribat et ipsum signatum vel ligatum offerat testibus, qui ipsum sigillent: tunc sive testes fiant, sive non, de his, quae continentur in testamento, nihilominus testamentum tenet.

632. *De his, qui testamentum facere non possunt.* Qui alieno subjecti sunt juri, testamenti jus faciendi non habent, nisi quantum parentes eis permiserint; exceptis militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castro acquisierunt, permissum est testamentum facere.

Praeterea testamentum impubes facere non possunt, quia nullum eorum animi iudicium est. Unde masculus, qui annos aetatis quatuordecim complevit, testamentum facere potest; femina vero, quae complevit annos duodecim.

It. Nec furiosi, quia mente carent. Nec ad rem pertinet, si impubes postea pubes factus, aut furiosus, postea mentis compos factus fuerit et decesserit. Furiosi autem, si per idem tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, jure testati esse videntur; certe etiam eo, quod ante furorem.

fecerint, testamento valente; nam neque testamenta recte facta, neque aliud ullum negotium recte gestum postea furor interveniens perimit.

It. Prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest; sed id, quod antea fecerit, quam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est. (Et est prodigus ille, qui neque modum, neque finem habet in expensis et dat danda et non danda.)

It. Surdus et mutus non semper facere possunt testamentum. (Et loquimur de eo surdo, qui omnino non audit, et non, qui tarde exaudit; nam et mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. Saepe etiam literati et eruditi homines variis casibus et audiendi et loquendi facultatem amittunt, et tamen ceteris casibus et modis testari possunt). Sed qui post testamentum factum surdus et mutus esse coeperit, ratum nihilominus permanet ejus testamentum. Unde surdus et mutus casu, vel mutus tantum, sive natura sive casu, si scribere noverit, sua manu scribere potest testamentum.

It. Dampnatus ad mortem civilem vel naturalem testari non potest. It. De crimine famoso dampnatus. It. De statu suo dubitantes.

It. Monachi et presbyteri de his, quae habent a beneficiis ecclesiasticis, testari non possunt. Presbyteri tamen ex hiis, quae habent ex patrimonio vel ratione personae, puta si jurista vel scriptor quis fuit vel aliud officium gessit, testari potest.

It. Testamenta quandoque fiunt pure, quandoque conditionaliter; et si impossibilis conditio testamentis, institutionibus et fidejussionibus interponatur, pro non scripta habeatur.

It. Si plures conditiones institutionibus vel legatis adscriptae sunt, siquidem conjunctim, utputa, si id et id factum sit, omnibus parendum est. Si separatim, veluti si id aut id factum erit, cuilibet obtemperare satis est.

It. Hi, quos numquam testator vidit, heredes institui possunt, velut si fratris filios peregrinantes, ignorans quod essent, heredes instituerit, ignorantia enim testantis inutilem

testationem non facit. Potest autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere, utputa, si ille heres non erit, ille heres sit, et deinceps quantum velit testator, substituere potest, et in novissimo loco in subsidium etiam servum instituere potest in heredem.

It. Si filii ejusdem aetatis sunt, in qua sibi ipsi testamentum facere non possunt, parentes sibi facere possunt.

633. *Quibus modis testamentum infringatur.* Testamentum rumpitur vel irritum fit, cum in eodem statu manente testatore ipsius testamenti jus vitatur. Item, si quis post factum testamentum adoptaverit sibi filium, testamentum ejus rumpitur. Item, posteriore testamento, quod jure perfectum est, superius rumpitur, nec interest, an extiterit aliquis heres ex eo, an non; hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere poterit. Ideoque si quis voluerit heres esse, aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut conditio, qua heres institutus, defecerit: in his casibus paterfamilias intestatus moritur; nam et prius testamentum non valet ruptum a posteriore, et posterius factum aequè nullas vires habet, quum ex eo nemo heres extiterit.

634. *De testatis et legatis rebus.* Non solum testatoris vel heredis res, sed alienas res legari potest, ita ut heres cogatur redimere eam et praestare, et si non potest redimere, aestimationem ejus dare; sed si talis est res, cujus non est commercium, nec adipisci potest, aestimatio ejus non debetur, sicuti si basilicas vel templa vel quae publico usui destinata sunt, aliquis legaverit, nullius momenti legatum est.

It. Si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet eam heres luere et redimere.

It. Si res aliena legata fuerit et ejus rei vivo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidem ex causa emptionis et testamenti actione, pretium consequi potest; si ex causa lucrativa, veluti ex donatione vel alia simili causa, agere non potest; nam traditum est, duas lucrativas causas in eundem hominem et in eandem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debe-

atur, interest, utrum rem an aestimationem ex testamento consecutus est; nam si rem habet, agere non potest, quia eam habet ex causa lucrativa; si aestimationem ex testamento, agere potest.

It. Si eadem res duobus legata sit, sive conjunctim sive divisim, si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum; si autem alter deficiat, qui aut spreverit legatum, aut vivo testatorē decesserit, aut alio quolibet modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet. Conjunctim autem legatur, veluti si quis dicat: „Titio et Scio hominem Stichum do, lego“; disjunctim ita: „Titio hominem Stichum do, lego“, et si expresserit „eundem hominem Stichum“, aequè conjunctim legatum intelligitur.

It. Si rem legatarii aliquis sibi legaverit, inutile est legatum, quia quod proprium est ipsius, amplius ejus fieri non potest; et licet alienaverit eam, non debetur nec ipsa, nec aestimatio ejus.

It. Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum; nam plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione. Sed et si legatarius putaverit valere, constat legatum, quia voluntas defuncti exitum potest habere. Si rem suam legaverit testator, posteaque eam alienaverit, si non adimendi animo vendidit, res debetur legatario.

It. Eum, qui post testamentum factum praedia vel quae legata erant, pignori dedit, ademisse non videtur legatum; et imo legatarius cum herede potest agere, ut praedia a creditore luanur. Si vero quis partem rei legatae alienaverit, pars, quae non est alienata, omni modo debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

It. Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est, et neque ab ipso debitore, neque ab heredibus ejus, quos potest heres petere, neque ab alio, qui loco heredis est; sed possunt a debitore conveniri, ut liberent ipsum. Potest autem quis vel ad tempus jubere, ut heres petat. E contrario, debitor, si creditori suo, quid debet, legaverit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil plus habet per legatum.

It. Si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum, quia plenius est legatum, quam actio de dote. Sed si et quam non acceperit dotem, legaverit, siquidem simpliciter legaverit, inutile est legatum. Si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumentum dotis in praelegando demonstrata sunt, valet legatum. (Et est instrumentum apparatus possessionis, ut currus, aratrum et consimilia.)

It. Si grex legatus fuerit, posteaque ad unam ovem pervenerit, quod superfuit, vendicari potest. Grege autem legato et eas oves, quae post testamentum factum gregi adji-ciuntur, legato cedere Julianus ait (Est enim grex unum corpus ex distantibus capitibus, sicut aedium unum corpus est ex coherentibus lapidibus). Aedibus denique legatis columpna et marmora, quae post testamentum factum adjecta sunt, legato seu legatario cedunt (Sed columpna seu tignum domus partim legari non potest, ne urbs deformetur).

It. Tam corporales res, quam incorporales legari possunt; et ideo id, quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut sc. actiones suas heres legatario praestet, nisi exegerit vivus testator pecuniam; nam hoc casu legatum extinguitur.

It. Si quis in nomine, agnomine, cognomine, praenomine legatarii erraverit testator, si de persona constet, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus servatur, et recte.

635. *De hiis, qui intestati moriuntur.* Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, quia morte praeventus est, aut qui noluit, aut non jure testamentum fecit, quia sc. caruit solempnitate testium, vel quia testator non habuit testamenti factionem, sicut furiosi et alii supradicti; aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est (Ruptum sc. agnatione posthumi vel de causa; irritum autem fit, cum probatur officiosum et vero ex officio pietatis non factum). Intestatus etiam decedit, ex quo nemo heres exstiterit.

636., 637. *Quomodo mortuo testatore testamentum impeditur.* Accidit, cum quidam civium in ultima sua disposuisset voluntate domum vendi et tertiam partem uxori, duas vero partes duobus pueris, quos adhuc infantes reliquerat, quibusdam ejus

amicis, quos nominatim ad hoc constituit, pro utilitate puerorum impendendas per eosdem assignari. Accidit, quod uxor secundum maritum superduxit. Quo facto, amici testatoris domo vendita duas partes pecuniae cum infantibus eis petiverunt tradi, allegantes, quia testator hoc in extremis allegaverit in suo testamento; mater autem puerorum pro se sententiari petivit, cum ejus pueri adhuc essent infantes et subsidio materno plurimum indigentes, et ipsa naturali pietate ipsos vellet alere et in propriam custodiam recipere, pecunia puerorum apud amicos remanente, ita, quod cautionem de ea pro ipsorum usu laboranda dimissa facerent, utrum quiescente dispositione mariti praemortui ad gerendam curam de pueris suis ipsa non esset propinquior, quam amici? Super quo sententiatum fuit pro ipsa, amicorum allegatione non obstante, et sic testamentum testatoris hujus, quantum ad hoc, non processit. Nihilominus ex eo non fuit impeditum, sed potius salubrius interpretatum et pro bono puerorum in melius commutatum; volebant enim amici pro necessitate puerorum annuatim de eorum pecunia pensionem habere, de qua mater eos benivole supportavit.

Et nota, quod testamentum potest homo condere de bonis suis, in quocumque loco fuerit.

638., (Br.) *De testamentis conditionatis.*

639. (Br.) *De testamentis per dubia verba factis.*

640., 641, 642. *De testamentis, quantum ad ex-cutores.* Sciendum est, eos, qui fraudulentè tutelam vel curam administrant, etiam si satisdederint, removendos a tutela, quia satisdatio propositum tutoris malivolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem praestat. Suspectum eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit; sed tutor vel curator, quamvis pauper, si fidelis et diligens sit, non est removendus quasi suspectus grassandi, i. e. nitendi ad delinquendum (quia grassor, grassaris, i. e. nitor ad malum).

Si plures deputati sunt executores in testamento, uno mortuo vel in remotis partibus agente, vel exsequi nolente, alter poterit perficere, quicquid incumbit.

It. Si executores testamenti et viduarum ac pupillorum provisos negligentes fuerint et inutiles, jurati secundum eorum conscientiam in favorem testamenti, quod pium est negotium, ipsis cum verecundia remotis, curam testamenti et provisionis aliis, qui diligentes sint, possunt et debent committere, pleno jure.

643. *De testamentis quantum ad cautionem bonorum et ejus debita.* Rationes defuncti, quae in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis sufficere solae non possunt. Ejusdem juris est, si in ultima voluntate defunctus certam pecuniae quantitatem, aut etiam certas res debere sibi significaverit.

644. *Si duobus hereditas fuerit legata.* Si per testatorem hereditas una duobus fuerit legata, ita quod unus ipsorum medietatem ejus, quae post obitum sui ad alium transeat, debeat possidere, nullus illorum sine consensu alterius partem suam alicui libere, conditione praedicta stante, poterit deputare; quamvis tamen ambo simul in dispositionem ejus placitam concedendi habeant potestatem.

645. *De testamentis quantum ad electionem legati.* Si testator alicui legaverit aut quartale vineae, aut sexagenam grossorum, et si testatore mortuo unum ex praedictis legatis legatarius eligere velit, et uxor vel heres consentire noluerit: talis electio legatarii residebit; sed potius optio talis in uxoris beneplacito vel heredis residebit. Debet ergo legatarius in hoc, quod uxor vel heres consentire sibi deputaverit, contentari, pleno jure.

646. *Quod testamenta per commissarium fieri possunt.* Qui extremam voluntatem in alterius dispositione committit, non videtur decedere intestatus; potest enim idem commissarius decedentis testamentum juxta conscientiae arbitrium ordinare.

647. *De testamentis in remedium animarum factis.* Si pater plures habens filios vel heredes testamentum, quod pro animarum remedio disposuit, uni specialiter committit, hoc non obstante, si talis commissarius negligenter vel infideliter circa



testamentum agit, et illi, quibus testamentum debetur, sive spirituales sive seculares sint homines, haec dissimulant et emendari non curant: alter heredum quicumque potest commissarium super eo convenire ac suffragio juris compellere, quod de testamento ordinet, sicut receperit in commissis; prae aliis enim causis multus favor debetur testamentis defunctorum et dotibus mulierum.

648. *De testamentis quando reclamantur et impediuntur.* Quicumque testamento personaliter interest, ipsum audiens, et non reclamans, nec per ipsum praejudicium seu gravamen ac juris sui derogationem sibi fieri protestans, quicumque etiam absens de certa scientia instructus fuerit, testamentum sic et sic esse factum, et postea ipsum non contradixerit: tales mortuo testatore testamentum non possunt reclamare nec aliquo modo impedire.

It. Testamentum impedire volens, debet coram testatore (si tamen compos rationis fuerit et dolor aegritudinis fieri permittit) impedimentum hujusmodi proponere et de sua intentione ipsum lucide informare. Et si testibus impediens caruerit, testator negans statim in lecto infirmitatis, etiam absente iudice, coram uno jurato vel coram testamentariis, si plura iuramenta juxta numerum querimoniarum facere debet, uno solo facto de aliis per actorem rationabiliter absolvetur. (Merito enim creditur, quod infirmus morti vicinus spe salutis animae, pro quibuscumque jurare debuerit, bene juret.) Si autem jurare prae dolore non potuerit, possessores bonorum, eo defuncto, de qualibet querimonia uno iuramento se expurgabunt.

649. *De testamentis quando ultimum repellat primum.* Ad hoc, quod ultimum testamentum repellat primum, necessarium est, quod habeat testimonium efficacius et credibilius, quam primum. It. Si testamentum secundum non cassat primum, sed tantum aliqua in primo obscura declarat et dilucidat, ad hoc sufficit testimonium aequae forte, sicut habuit primum. It. Si testamentum sequens non tollit primum nec ipsum specificat et exponit, sicut in praecedenti paragrapho immediate dictum est, sed tantum quaedam ad salutem animae pertinentia primo

testamento adjicit et adjungit: ad hoc sufficit testimonium virorum credibilium, dato etiam, quod sit ita sufficiens, sicut est testimonium testamenti primo facti. (Cum enim in testamentis faciendis principaliter sit salutem animae testatoris providendum, ad probandum talia debet admitti testimonium, cui fides adhiberi possit, quamvis non sit excellens.)

650. *De testamentis manu propria per testatorem scriptis.* Si testator testamentum per ipsum conscriptum ante mortem suam aliquibus fidedignis assignaverit et dederit, „et sic voluntatem meam in carta, quae in tali loco jacet, bene percipietis, quia in ipsam posui quicquid legare volui“: tunc ipso defuncto tale testamentum, sicut compertum fuerit, debet processum habere, ipso jure.

651. *Quo ordine testamentum per executores sit exequendum.* Executores, mortuo testatore, primo solutis debitis, statim ante omnia alia ea, quae pro remedio et salute animae testatoris defuncti fieri debent certitudinaliter, ita quod firma et stabilia, sicut per testatorem ordinata fuerint, permaneant, expediant et procurent. (Dignum enim et justum esse credimus, quod ille, qui vivens dominus fuit bonorum, post mortem suam prius quam omnes alii de parte sua, vid. de testamento, quod pro remedio animae suae fieri debet, certus reddatur penitus et securus.)

652. *Quamdiu testamentum stat et quando expirat.* Si homo coram probis viris vel per literas disponit et ordinat facta sua, et postea eandem ordinationem non revocans, intestatus repentine et improvise moriatur: talis ordinatio, quam fecit, cum usum rationis habuit, pro vero testamento firmiter est tenenda; per hoc enim heredibus defuncti tollitur materia litigandi.

653. *Executores sine iudicio se intromittere possunt de bonis et rebus testatis.* Executores, provisores seu tutores testamenti, mortuo testatore, sine mandato et scitu consilii iudicis et juratorum de bonis et heredibus mortui eo modo, sicut habent in commissis, licite se possunt intromittere, contradictione qualibet non obstante.

654. *Quod mariti filiarum intromittere se possunt de bonis eisdem filiabus legatis.* Si moriens reliquerit filias in matrimonio constitutas, de portione hereditaria talium filiarum, si qua tamen secundum justitiam eas contingit, potius earum mariti, quam ipsi executores se intromittent; nisi forte testator aliter ordinaverit, vel ipsi mariti inutiles, vani, lutores seu bonorum dissipatores fuerint. Tunc enim de tali portione, sicut et aliis bonis et pueris executores, pro usibus nihilominus et utilitatibus dictarum filiarum et puerorum eorundem, ea fideliter regendo, intromittere se possunt et debent merito, pleno jure.

655. *Quid faciendum sit, si aliqui testes testamenti sint mortui.* Si duorum testamentariorum unus decessit, tunc alter vivens tacta cruce jurabit, quod cum illo mortuo rogatus testamento, de quo agitur, interfuit; et quicquid postea ad interrogationem judicis in animam suam et socii sui defuncti coram judicio confessus fuerit, credi debet.

656. *De vigore testamentorum, quod ultimum procedit.* Si quaeritur, utrum primum vel ultimum testamentum stare debeat, sic erit respondendum: Aliud est legare, quam dare; datum enim revocari non potest, sed legatum potest. Unde si homo sanus vel infirmus de rebus suis testamentum faciens, hodie sic legat, cras autem vel postea hoc ipsum revocans aliter legat, ultimum testamentum vigorem habebit, et non primum. (Et est ratio, quia circa testamenta, quae tantum morte testatoris confirmantur, praecipue est ultima voluntas hominis attendenda.)

657. *De testamento deliri vel furiosi.* Homo compos rationis si quid legat vel testamentum facit, et postea idem ad aetatem decrepitam perveniens, testamentum illud mutare volens, quaeritur, utrum hoc sibi liceat facere ipso jure? Et respondetur, quod non; quia quicquid usum rationis habens voluntarie fecit, hoc deliratione superveniente non potuit revocare.

658. *Quod testator bona sua legare potest cognatis vel extraneis.* Cum homo ex rationis facultate liberi sit arbitrii, propter quod absolutus sibi debeatur stylus ejus ultimae voluntatis: quamdiu igitur rationis capax est et compos, res

suas, quas possidet immobiles et quas habet mobiles, ordinare, disponere, legare amicis vel extraneis poterit, prout placet. (Et fundatur haec sententia super illud, quod scribitur superius in Juribus Originalibus titulo „De testamento hospitem“ sub his verbis: „Advena hospes in civitate moriens de rebus suis, quicquid ordinaverit, ratum et firmum volumus permanere“, quod liceat et civi.)

659. *De testamentis sine verbis, per signa tantum factis.* Testamentum sola morte confirmatur, nec aliquis in testamento potest quicquam legitime disponere, a quo recedere non liceat, cum usque ad exitum vitae hominis ambulatoria sit voluntas. Nec potest aliquis decedere duobus testamentis relictis, ut teneat utrumque, licet dicti testes factionem testamenti simpliciter deponant, tamen quod decumbens usum loquendi, quo privatus fuerat, iterum reassumpsit, hoc tacta cruce confirmabunt.

660. *De testamento quantum ad posthumos.* Quamvis jus civile habet, quod pater de bonis suis legare, ordinare seu disponere potest, sicut placet et sibi visum fuerit expedire: tamen propter hoc heredes nondum nati, sed adhuc in utero clausi, et praecipue ignorante patre concepti, si viventes uterum maternum egressi fuerint, non exheredantur; unde posthumi in bonis patris portionem debitam merito consequentur.

661. *Utrum sacerdos possit testari de testamentis sibi factis.* Si plebanus agit in parochianum laicum coram iudicio saeculari de testamento sibi et suae ecclesiae in animae alicujus defuncti remedium deputato, intentum suum potest testimonio sacerdotum, posito etiam quod sint sui commensales et vicarii, dummodo non sint infames, rationabiliter obtinere; sicut enim in Jure canonico laici bonae famae recipiuntur in testimonium, sic in Jure saeculari merito conceditur e converso.

662. *De testamentis conditionatis.* In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur, quam in aliis contractibus. Unde si lego vina, et vasa videor legare, sine quibus vina

stare non possunt. Secus autem est in venditione, quia si vendam vinum in urna, urna non est vendita. It. Dominium rei legatae transit sine traditione, sed rei venditae non. It. Quae in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt, acsi scripta non essent. Ubi repugnantia inter se in testamento inveniuntur, neutrum ratum est. Tamen si in primo testamento inveniatur: „do, lego“, et in secundo: „non do, non lego“, non est repugnantia; unde primum non potest impugnare secundum, cum corrigatur a secundo. It. Cum ultimum testamentum sit, quod aliud non sequitur, patet, quodsi testamento rationabiliter facto decumbens convalescit, et postea successu temporis vel in loco moram trahens decesserit: ordinationem et dispositionem testamentalem aliam non faciens, non moritur intestatus. Fecit enim testamentum prius, quod postea non revocans, stabit et firmum tamquam ultimum perdurabit, nisi fortassis monitus de testamento ordinando coram testibus idoneis deliberare, usu rationis habito, sponte confiteatur, se nolle testari; tunc enim tamquam factioni testamenti renunciabit et de rebus, quae relinquit, pro heredibus et successoribus, sicut Jus civile exigit, disponetur.

(Et pro ista materia respice supra titulo „De hereditatibus“.)

663. *Utrum bona legata possint per creditores interdicti et qualiter sint dividenda.* Divisio legatorum et testatorum bonorum, nisi testator aliter disponat et distinguat, est potissime secundum capita per partes aequales facienda; nec talia legata per quempiam, antequam percipiantur, jure possunt aliquo interdicti.

#### Capitulum LXV: De testibus.

664. *De testibus, qui non possunt esse testes, et de conditionibus observandis circa testes.* Edictum de testibus prohibitorium est; unde omnes admittuntur, qui a jure non prohibentur. Ad requisitionem ergo juratorum quorundam sententiatum est: Quod testimonium mulieris, quia inconstans est,

rejjicitur de jure, exceptis casibus, in quibus mulier testari potest (quos quaere superius titulo „De mulieribus“.)

Et testimonium juvenis, annos discretionis non habentis, sicut masculus, qui annos quatuordecim (XVIII) et femella, quae annos duodecim (XVI) non complevit, et furiosi seu insensati, et coeci, ubi testandum est de visis, et surdi, ubi testandum est de auditis, et muti, ubi testimonium juramento vocali est firmandum, et maxime testimonium infidelium, sicut haeretici, saraceni, judaei, in omnibus casibus, cum finis testimonio sit fidem facere, et insuper testimonium perjuri, sicut v. gr. si aliquis prius coram judicio de falso testimonio fuit convictus per partem, contra quam producitur, et potissime in causa criminali, rejicitur ipso jure. In testibus ergo fides, dignitas, mos, gravitas examinanda est. Et imo testes, qui adversus fidem suae testationis vacillant, audiendi non sunt. Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erit imprimis conditio cujusque, utrum quis decurio sit, an plebejus, aut an honestae et inculpatae vitae, an notatus quis et reprehensibilis sit, an locuples vel egenus sit, vel lucri causa facile quid admittat, vel an ejus inimicus sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ejus sit, pro quo testimonium dat; nam si careat suspicione, vel propter personam, a qua fertur, quia honesta sit, vel propter, causam quod neque lucri causa, neque inimicitiae causa, sic admittendus.

Circa testes etiam videndum est, utrum unum eundemque praemeditatum sermonem proferant, vel ad ea, de quibus interrogantur, ex tempore verisimilia respondeant; nam argumenta, ad quem modum probandae cujusque rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri potest; quia, sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cujusque rei veritas deprehenditur; alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmant rei, de qua quaeritur, fidem. Judex ergo non utique ad unam probationis speciem statim debet se convertere, sed ex pluribus probationibus animum suum dirigere.

It. Idonei non videntur testes, quibus imperari possunt, ut testes fiant; servi tantum testimonio tunc credendum est,

cum alia probatio ad inquirendam veritatem non est. Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est, sed pater et filius, qui in ejus potestate est; item duo fratres, qui in potestate ejusdem patris sunt, testes utique in eodem testamento vel negotio eodem fieri possunt, quia nihil nocet, ex una eademque domo plures testes in alieno negotio adhiberi. Nullus idoneus testis in re sua intelligitur.

It. Ad fidem rei gestae faciendam etiam non rogatus testis intelligitur.

It. Ubi numerus testium non adjicitur, duo sufficiunt; pluralis enim locutio duorum numero contenta est.

Hermafroditus an ad testimonium admitti possit, qualitas sexus ostendit.

Si testes omnes ejusdem honestatis et aestimationis sint et negotii qualitas ac judicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnia testimonia. Si vero ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum est, quod naturae negotii convenit et quod inimicitiae aut gratiae suspicione caret, confirmabitque judex motum animi sui ex argumentis et testimoniis, quae rei aptiora et modo proximiora esse ceperit. (Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem et ad testimonia, quibus lux potius veritatis assistit.)

Produci testis non potest, qui antea in eum reum testimonium dixit. Testes eos, quos accusator de domo sua produxerit, interrogari non placuit. Mandatis cavetur, ut praesides attendant, ne patroni, prolocutores vel advocati in causa, cui patrocinium praestiterint, testimonium dicant. Quod etiam in executoribus negotiorum observandum est.

It. Nota, quod omnes homines ad dicendum testimonium admittuntur, nisi qui legibus prohibentur, et illi continentur versibus: „Conditio, sexus, aetas, discretio, fama et fortuna, fides: in testibus ista requires; sed pueri, servi, mulieres, sive protervi, judaeus, fur, pauper non possunt esse licenter.“ Et expone: Conditio: ut servus, qui vilis conditionis est, eo, quod proprius est. Sexus:

ut mulier, quia levis animi est et inconstans. Aetas: ut impubes, qui sunt infra XIV. annum, si sunt masculi, foeminae vero infra XII. annum. Discretio: ut furiosus. Fama: ut infamis. Fortuna: ut pauper suspectus, quia facile corrumpitur. Fides: ut infidelis; dubius enim in fide infidelis est, ut sunt judaei, saraceni et haeretici et omnes fidem catholicam abnegantes.

It. Nullus testis in causa propria esse potest (Et palam est, illam causam esse propriam, cujus emolumentum ad illos pertinet suo nomine).

It. Judici committitur examinatio testium, quia notus debet esse testis, vel saltem tunc fieri notus.

It. Illi parti, contra quam producitur, debet esse notus, et hoc maxime in actione personali, qua quaeritur, an quis promiserit vel an hoc dixerit; nam testis, qui alium in aliquo modo obligasse se vel aliquid fecisse dicit, ipsum cognoscere debet. Ubi autem testis non dicit de obligatione personali vel de facto, tunc secus est.

It. Quaeritur, an impubes pubes factus testimonium reddere possit de his, quae vidit tempore impubertatis; et respondetur, quod sic; nam quod non prohibetur, ergo admittitur, et facultas probationum non debet angustari.

It. Quaeritur de eo, qui jam erraverit, et respondetur, quod debet removeri; quia qui semel malus fuit, semper praesumitur esse malus; et licet postea poenituerit et poenitentiam sibi injunctam peregerit, tamen adhuc non videtur testari posse, quia infamia est remissa quoad Deum, non quoad mundum.

It. Quid est de homicida vel de aliis, qui sunt in mortali peccato constituti? Respondetur, quod non repelluntur jure nostro, ergo admittuntur, licet Jure canonico removeantur.

It. Cum dicitur, quod idonei non sunt testes, quibus potest imperari, hoc intellige „a producente eos“, alioquin nullus testis idoneus esset, quia magistratus potest ei praecipere.



It. Intellige „imperari posse“ ratione patriae potestatis vel dominicae, vel ratione obedientiae, vel jurisdictionis, vel in causa propria imperantis; non sint testes, qui de jurisdictione vel de obedientia vel potestate cujus sunt, sed in causa universitatis possunt. Et hac ratione iudex imperabit alicui de communitate, ut faceret testimonium pro communitate.

It Legatarius potest esse testis in causa testamenti, quia non est sua principaliter. Sed an venditor potest esse testis in causa evictionis pro emptore, quaeritur, et respondetur, quod non; cum ad eum commodum et incommodum pertinere possint, et sicut est sua causa, nisi tunc, qui non teneretur de evictione.

It. Nota de pari vel impari numero testium. Si ex una eademque parte duo testes dicunt unum, et tres vel quatuor dicunt aliud: tunc creditur dignioribus; sed secus est, si a diversis partibus, quia tunc creditur majori numero; vel etiam, si a diversis producantur testes, saepe creditur honestioribus. It. Nota, quod varietas locorum reprobatur testes, ut patet in Daniele et Susanna. It. Varietas temporis, ut quando de certo tempore testis exigitur ad alicujus facti existentiam, ut si dicatur: „Uno contextu factum esse testamentum.“ Alias secus est, ut si fit quaestio de hoc: „an possederim“ et inducam testes plures, aliqui dicant: „Vidimus possidere eum per annum“ alii „per alium“ et sic de ceteris; testimonium eorum tenet. (Unde solum de eo, de quo est controversia, inducendi sunt testes.)

665. *De testibus, quod quandoque recipiuntur ante responsionem rei et ante litem contestationem.* Licet regulariter observetur, quod ante responsionem ad querimoniam motam et factam testes non recipiantur, tamen ex causis hoc quandoque contingit, sicut vid. vel si probetur, quod citatio pervenit ad aliquem, vel si de morte testium timeatur vel de ipsorum absentia diuturna, vel si reus fuerit absens et in remotis partibus moram faciat, ita quod de facili vel in brevi citari non possit, vel si reus peremptoria citatione recepta,

venire contempnat, vel quia maliciose se ipsum occultat, vel quia impedit, ne possit ad ipsum citatio pervenire.

Item, in causa inquisitionis, quam jurati quandoque faciunt, ut veritatem alicujus rei cognoscant, frequenter in absentia rei in eorum colloquiis testes recipiuntur. It, actor, ubi non potest agere propter juramentum, sicut v. gr. si juraverit, non repetere usuras christianis datas, tunc ad investigandum usurarios iudex et jurati recipere possunt testes. It., cum agitur de iniquitate iudicis, tunc jurati in consilio testes recipere consueverunt. It., in causa haereticis post mortem haeretici etiam recipiuntur testes. It., ubi ostenditur publicum commodum et commune bonum, si vel testes sunt senes et valetudinarii, unde communiter testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ante litis contestationem recipiuntur; et hoc pro tanto, ne veritas occultetur et ne probationis copia fortuitis casibus subtrahatur. Per dictam tamen testium receptionem parti postea tempestive comparenti praejudicium generari non debet, cum habeat forsitan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam.

666. *Testes jurabunt, si petitur, quod non sunt conducti.* Testes ignoti et quodammodo suspecti, ad petitionem partis, excepto juramento, quod pro depositione sua confirmanda facient, jurabunt specialiter, quod nec prece, nec pretio, nec privato odio, nec amicitia, nec commodo, quod habuerunt vel habent vel habituri sunt, sint conducti.

667. *Testes ad iudicem venire non potentes jurati sunt mittendi.* Si testes sunt valetudinarii, vel senes, vel debilitate confecti, vel alia causa legitima impediti, quod ad iudicium venire non possunt. Ad ipsos recipiendos mittendi sunt jurati idonei et discreti, qui eorum testimonia ad iudicium deducant.

668. *De testibus propter crimina rejiciendis.* Testes ante productionem de criminibus nec convicti, nec confessi, si tempore depositionis, cum statuuntur, sufficienter de criminibus convincuntur, adhuc a testimonio repelluntur.

669. *Post renuntiationem testium non recipiuntur testes.* Qui coram iudicio solemniter renuntiat testibus, a productione testium, in eadem duntaxat causa, nisi aliquid novi, quod indiget speciali probatione, interveniat, prohibetur.

670. *Testes propter partis adversae fallaciam non sunt repellendi.* Si pars adversario suo probationis copiam subtrahere volens astringat aliquos juramento, ne testimonium, consilium et auxilium sibi praebeant: tali juramento non obstante, si per adversarium producti fuerint, eorum est testimonium audiendum.

671. *Accusatus de crimine ante accusationis expurgationem testari non potest.* Si aliquis est accusatus de crimine, statim gravata est ejus opinio; unde non debet in criminibus ad testimonium adduci, nisi prius se probaverit innocentem, quia testes sine omni suspicione et infamia esse debent.

672., 673. *De testimonio fratrum in causa criminali.* Sciendum est, quod frater pro fratre in causa criminali, puta furto, spolio et hujusmodi, testari non potest. It. si reus ad expurgandum se de crimine sibi imposito statuatur fratres suos pro testibus, et illi per exceptionem actoris repellantur: nisi reus prius de statuendis aliis testibus protestationem fecit, pro fratribus repulsis alios statuere non potest; est enim veritati consonum, quod propter carentiam testium fratres statuit prima vice.

Qui inter alios extra natale solum habitantes longo tempore manifeste omnibus audientibus confessi sunt, se fratres carnales esse, unus illorum ingruente necessitate non potest alium pro teste statuere, quamvis juramento dictam manifestam confessionem nitatur infirmare; et hoc petente adversario, et in causis, pro quibus frater pro fratre testari non potest.

674. *Qui bina vice de furto se expurgabit, testimonium facere non potest.* Bina vice pro furto accusatus, quamvis furtum apud ipsum inventum non fuerit, quamvis etiam se expurgaverit, adhuc postea semper a testimonio rejicitur ut infamis.

675. *De testamento juratorum in factis, quae per se sciunt, vel quae a suis conjuratis audiunt.* Jurati, qui contractibus

aliquibus personaliter non interfuerunt et adhuc, quae a suis, coram quibus causae ventilatae seu promissa facta sunt, audiunt conjuratis, testimonium ferre possunt.

676. *De testimonio juratorum, utrum possint testari per litteras extra iudicium proprium de infamia.* Jurati de A. in B. venientes, petiverunt duos, qui ibidem in B. per annum cum dimidio residentiam fecerant et honeste se conservaverant, capi; dicentes, quod per litteras oppidi de A. ipsos convincere vellent, quod essent fautores et socii maleficorum, qui oppidum in A. pluries cremassent et adhuc cottidie cremarent. Illi vero negantes petiverunt pro se sententiari, utrum fide digno testimonio tot proborum virorum, sicut jus requirit, non debeant et possint potius corpus et famam suam bonam defendere, quam infames probari per litteras qualescumque. Super quo diffinitum est, quod ad plus per septem testes idoneos duo possint famam et honorem suum obtinere, non obstantibus litteris quibuscumque. Unde, cum praestantior sit bona fama quam mala, potius admittitur aliquis ad defendendum suam bonam famam, quam quod probetur infamis.

677. *De indeterminato juratorum testimonio.* Actor volens vincere reum pro debitis, in testem produxit juratum, qui deposuit sic: „Bene recordor, reum confessum esse coram me, quod actori in pecunia teneatur, quantitatem autem pecuniae, quia oblitus sum, determinate scire non possum.“ Quo audito reus respondit: „Confiteor, me sibi teneri in media sexagena, et quaero, utrum ipsa soluta secundum depositionem jurati, qui nullum determinatum pecuniae numerum exprimit, non sim ab ejus querimoniis absolutus?“ Super quo diffinitum fuit: Si ultra solutionem mediae sexagenae actor reum de pluribus impetierit, pro illis sibi, non obstaente confusa depositione jurati, secundum justitiam respondebit; vaga enim et incerta depositio jurati, sicut actori non prodesse, sic reo non obesse rationabiliter iudicatur.

678. *Quod testimonium juratorum ad monitionem partis, pro qua fertur, corrigi potest.* Licet juratus coram iudicio in testimonium productus ad monitionem partis, pro qua testari

debet, si fortassis per ipsam aliqua, de quibus oblitus fuerat, publice sibi ad memorium revocantur, depositionem, quam prius fecit, addendo vel minuendo corrigat: tamen propter hoc parti tali nullum praejudicium generatur.

679. *Quod testes jurati et scabini non nominantur.* Antiqua consuetudo juris civilis habet, quod si pars obligat se ad probandam causam suam per scabinum, non oportet, quod eum nominet proprio nomine, sicut alii testes in causis quibusdam, antequam statuatur, nominari consueverunt.

680. *Quod testimonium juratorum per alios juratos repellatur.* Virgo quaedam quaestionem movit uxori fratris sui pro quinque sexagenis debiti, dicens, quod eandem quaestionem verificare vellet testimonio juratorum. Rea vero negationem praetendens respondit, quod similiter testimonio juratorum innocentiam suam demonstrare vellet, petens pro se diffiniri, utrum per juratos non possit melius bona sua defendere, quam per juratos vinci? Super quo sententiatum fuit pro virgine, quod potius suam affirmationem probare deberet per scabinos, quam rea suam negationem, quae directe probari non potest. — Secus autem esset, si negatio affirmationem haberet inclusam, sicut v. gr. si rea dixisset: „Quinque sexagenas tenebar, quas modo non teneor, quia persolvi, quod probare volo testimonio juratorum.“ Tunc enim ejus allegatio, quam pro defensione honorum interposuit, admittenda fuisset, nec tamen propter hoc primi scabini repulsi fuissent per secundos; ita sc., quod primorum testimonium fuisset falsum judicatum; nam sic est difficile juratos repellere. Unde et primi et secundi pro diversis temporibus vera testari possunt.

Et similiter in causis vulnerum. Si plures scabini seditionibus et pugnis interessent, quorum aliqui dicerent, se vidisse talem a tali vulneratum esse; alii autem dicerent, se non vidisse, potius statur testimonio eorum, qui affirmando dicunt, se vidisse, quam eorum, qui negant, se non vidisse. Secus autem est, si allegaretur defensio „notwer“ vulgo dicta. Et quando talis casus occurrit, in quo pro intentione actoris et rei diversi allegantur scabini, tunc si dubitabilis est casus,

utriusque partis scabini sunt audiendi, ut veritas clarius innotescat. Quibus auditis si fortassis ex simplicitate in agendo et respondendo aliquid necessarium est obmittendum, per juratos iudicio praesidentes inveniri poterit sententia consonans aequitati. Et secundum hoc est restringenda ista generalis regula, quae dicit, quod homo melius potest defendere res et personam, quam sibi possint per alium decertari.

681. *Quod jurati possint divisim et secrete testes examinare.* Dum jurati in principio electionis jurent, quod deficiente jure scripto seu consueto debeant unicuique secundum eorum conscientiam de justitia providere: licitum est eis testes in causis arduis et dubiis, ut plene lucideque veritatem cognoscant, ad invicem dividere ac occulte de singulis causae circumstantiis, praecipue tamen de tempore et loco, ab unoquoque diligenter inquirere, necnon secundum hoc ad sententiam diffinitivam procedere, reclamatione partis, per quam testes producti fuerint, non obstante.

682. *Utrum omnes testes jurare debent.* Cum omnium litium finis est juramentum, cum etiam nemo nisi causa movente legitima ad jurandum debeat esse pronus: ex bona consuetudine servatur in iudicio civili, quod omnes testes ad requisitionem partis adversae, quod fides de illo, quod deponunt, sibi fiat, jurare tenentur. Exceptis duntaxat scabinis seu juratis, qui in principio electionis sui officii juraverint. Exceptis etiam testibus, qui vicem in causis quibusdam specialibus suppleunt juratorum, cujusmodi sunt arbitri, et consiliarii, et testes nuptiales, qui ad contractionem matrimoniorum vocantur, et testes legatarii seu testamentarii, qui testamentorum dispositionibus et ordinationibus decedentium rogati et electi intersunt, et etiam consimiles. Ad tales namque contractus et causas consueverunt vocari credibiles et fide digni viri, quibus sine juramento corporali, tacta cruce, facto, quicquid ad interrogationem iudicis ad fidem, animam et in eorum conscientiam deposuerint et testati fuerint, credi debet; nisi enim hoc concederetur, ad dictas causas viri probabiles ratione metus levis juramenti difficulter pro testimonio inducerentur.

683. *Quod testes vicem juratorum supplentes ad minus sint duo.* Licet testimonium unius jurati sit efficax, tamen testes vicem juratorum supplentes, cujusmodi sunt arbitri, nuptiales, legatarii et consimiles, in omni causa ad minus debent esse duo, ut per hoc designetur, quod in toto non sint aequalis virtutis sicut jurati.

684. *De testibus suppletibus vicem juratorum.* Testes, qui ad juramentum non coguntur, cujusmodi sunt jurati, arbitri et consimiles, sicut ad confirmandum juramento corporali, quod deponendo dicunt, compelli per partes non possunt, sic nec in depositione, quam faciunt, cadunt. Unde ex transpositione vel correctione verborum suorum nec ipsi ad emendam obligantur, nec pars causam perdit, pro qua testantur. Dictus enim rigor mutationis, obmissionis, additionis vel minutionis verborum est tantum in juramentis et non in dictis depositionibus observandus.

685. *Utrum in omni causa testes sint nominandi propriis nominibus.* Pars in causa reali vel pecuniali testes producere debens in judicio futuro, ad petitionem partis adversae nominabit unum ex eis judicio praesenti; sed in causa criminali vel vulnere hoc fieri non consuevit.

686. *Utrum ad nominandum testes sit parti deliberatio concedenda.* Quamvis testes per partem producentem sciri debeant, tamen cum deliberatio et interlocutoria in omni parte litis sit petenti concedenda: si pars debens testes statuere petit, ad eos nominandum est sibi deliberatio non neganda. Est enim necessarium partibus, quod coram judicio prudenter loquantur, ad quod praemeditatio est plurimum opportuna.

687. *De testibus nominatis, qui moriuntur, antequam statuatur.* Si testis nominatus, antequam instet terminus, quo statui debuit, moriatur: concedendum est parti, quod alium tantae credibilitatis et idoneitatis statuatur pro eodem. Si etiam jurati ad preces partis testem aegrotantem visitent et verba ejus audiant, de hiis in illo judicio, in quo testari debuit, si decesserit, testimonium ferre possunt.

688. *Quod ex stulta nominatione actor et reus condempnatur.* Accidit, quod vitricus orphanorum quorundam, postquam tres juratos pro intentione sua probanda, sicut ex sententia pro se lata obtinuerat, coram iudicio statuisset, nesciebatur quo raptus spiritu, non coactus, subjunxit: „Domine iudex et jurati, ad testimonium istorum juratorum, quos statui, adducam mox et statuam vobis adhuc tribunali praesidentibus et actum iudicarium continuantibus, plures alios probos viros, per quos sicut per testes una cum juratis ipsis intentum meum probabo, et in causa juste me procedere demonstrabo“. Quod tamen non fecit. Bene quidem unum nominavit, sed tamen nec eundem, nec aliquem alium statuit vel adduxit. Finito itaque iudicio orphani pro sua parte sententiarum petiverunt, cum vitricus eorum non coactus, testimonium per sententiam definitivam tamquam sufficiens sibi concessum voluntarie augmentasset, nec ad quod se obligaverat, ad effectum produxisset, utrum in causa non succubuit et ipsi suam justitiam sint executi?

Super quo definitum est: Ex quo vitricus orphanorum, non coactus, ad probandam causam suam per plures testes quam per juratos, quos statuerat, se voluntarie obligavit et in tali probatione defecit, jus suum perdidit et orphani eorum jus sunt executi. Nam in proverbio dicitur communi: „De quo quis lucrum et emolumentum quaerit, de illo, si in contrariam relabitur partem, dampnum merito reportabit“. Frequenter etiam accidit, quod ex stulta actoris quaestione et insufficienti rei responsione coram iudicio justus sit culpabilis et injustus innocens redditur et immunis; nec oportet vitricum ipsum de iudice causari aliquid vel juratis. Vigilantibus enim, et non dormientibus iura subveniunt. Unde dampnum, quod sua culpa in provisione quis sentit, sibi debet, non aliis imputare.

(Ad idem respice infra in illa rubrica: „Causa nominis proprii“. Art. 716.)

689. *Utrum socius possit esse testis.* Quidam scripserunt senatui sic: Sex socii fabri frequenter tabernas simul visitantes et in ludis taxillorum, quibus continue insistunt, perditionem



et lucrum inter se dividentes, moverunt insolentiam, et unus eorum cuidam pistori manum amputavit. Idem ergo volens se expurgare per alios quinque socios suos, quaerit pistor, cum omnes sex inordinatam et dissolutam vitam ducant et quasi conspiratores mutuo ergo sibi adhaereant, utrum tamquam infames et suspectos dictos quinque non possit a testimonio repellere ipso jure? Quibus rescriptum fuit, quod si dicti socii conspiraverunt. h. e. ad invicem juraverunt vel promissis se astrinxerunt, quod ex assidua eorum unione colligi potest, merito a testimonio repelluntur.

Unde socii honestorum, cujusmodi sunt mercatores, institores et alii consimiles, dummodo causa, de qua agitur, ad eos communiter non pertineat, ita, quod lucrum unum vel perditio alium respiciat, et sic tam actor quam testis in propria causa laboret, quod per prudentem judicem et juratos, per causae circumstantias et alia diversa caute considerandum est, sunt pro testibus recipiendi; sed socii inhonesti sunt refutandi.

In criminibus vero socii non recipiuntur ad plenam probationem, sed ad praesumptionem, ita quod cum aliis possunt adminiculum generare.

690. *Utrum advocatus possit esse testis.* Advocatus pretio conductus in causa, quam fovet, et pro parte, cujus causam fovet, testimonium ferre non potest.

691. *Utrum preco et tortor possunt esse testes.* Quidam proposuerunt hunc casum: Quidam accusatus de homicidio defensionem praetendens statuit septem testes, qui dicebant vidisse, quod vim vi repellendo dictum homicidium perpetrasset. Inter quos testes unus fuit preco, alter tortor sive suspensor. Quaeritur ergo ex parte actoris, utrum isti non sint merito tamquam infames a testimonio repellendi, et maxime tortor, qui homines pro pecunia jugulat et occidit? Ex parte autem rei allegatur: Cum tortor faciat actum juri et judicio necessarium, et sine quo justitia finem debitum sortiri non possit, utrum, actu tali non obstaente, non sit pro teste idoneo recipiendus? Super quo definitum fuit, quod preco sine dubio

testari potest; tortor autem, quia ratione avaritiae et lucri temporalis pretio conductus voluntarie tamquam desperatus homicidam se facit et constituit, a testimonio digne rejicitur ut infamis. Nec tamen propter hoc iudex, si per se ipsum maleficos torquet, a ferendo testimonio debet prohiberi; facit enim hoc zelo iustitiae ac ex officii debito, tortor autem solum spe pecuniae actum suum exercet.

Considerandum est etiam, quod, cum pro homicidio vel alio casu criminali reus defensionem allegat, talis allegatio duo includit: Unum est, quod est contra ipsum, sicut factum, aliud, quod est pro ipso, sicut defensio. Et licet ex confessione rei probetur factum, quod est contra ipsum, tamen defensio, quae est pro ipso, fortius et validius testimonium requirit. Unde cum in simplici expurgatione homicidii tortor testari non possit, multo minus in allegatione defensionis testari potest

692. *De testibus non lucide testantibus.* Testes confuse et non ita lucide deponentes, quod eorum dictis possit veritas declarari, non sufficiunt ad probandum intentum partis, per quam sunt producti.

693. *Quod testimonium factorum praefertur testimonio verborum.* Cum sartor quidam ex quatuor cum dimidia ulnis panni brevis de Brusello pallium ac tunicam sarsisset, objectum est sibi per illum, cujus pannus fuit, quia mediam ulnam pro suis usibus accepisset. Quod cum sartor negaret, vocati sunt magistri sartorum et reuovatorum vestium et sub juramenti virtute praestiti interrogati, si pallium et tunica quintam mediam ulnam continerent? Qui vestes diligenter perspicientes concorditer responderunt: quod non. Et ad eorum negationem confirmandam actor adjecit, quod pannum, antequam sartori traderet, coram testibus ad hoc assumptis in libra ponderasset; quare pro se sententiarum petivit, utrum per libram de falsitate sartorem vincere merito non deberet, cum pulvis, quem in sarciendo pannus cepisset, et fila, quae essent addita, primam panni ponderationem redderent graviorem. Contra quod sartor replicavit, quia de libra nichil sibi constaret, sed vestes vellet

dissolvere in pezias et in conspectu juratorum componere et ad oculum ostendere, quod habuerunt quatuor cum dimidia ulnas, per actorem sibi traditas.

Quaesitum est ergo, cujus testimonium sit alteri praefendum Et respondetur diffinitive, quod sartoris; est enim consuetum, quod pannus mensuratur et non ponderatur. Pondus etiam in panno propter madidationem, pulverem, fila et parvas peziunculas (i. e. ossretilem); quae deficiunt, plus fallit quam mensura, et praecipue, quando fines et extremitates panni in vestibus adhuc apparent, quae sartor iste tamquam cautus non absciderat, sicut visibiliter in pallio ostendit et tunica supradictis. Ex ista sententia colligitur, quod testimonium factorum praefertur testimonio verborum.

694. *De testibus rogandis.* Si actor in quaestione testes nominat, et reus in responsione in eosdem testes consentit: ambo rogabunt eosdem ad iudicium venire et veritati testimonium perhibere

695. *De testibus quaedam cautela exceptionem removens.* Si pars debens testes producere, hanc praemittit protestationem, si per exceptionem vel modum quemcumque aliquis de suis testibus rejiciatur, velit et paratus sit alium instituere: potest pro teste repulso alium locare, contradictione partis adversae non obstante.

696. *Quod testes ad requisitionem partis debent in faciem et digito demonstrari.* Ad requisitionem partis testes contra ipsam producti sibi sunt in faciem statuendi et digito demonstrandi. Quo facto si contra nullam eorum exceperit, oportet, quod ipsorum testimonium patiatur. Praedicta autem demonstratione non facta, quamvis testes quatuor scampna intra-verint, dummodo crucem non tetigerint nec ex iudicis licentia ad ipsam in propinquo accesserint, adhuc exceptio contra eos interposita est per iudicem audienda.

697. *De proscripto quantum ad pacis violationem.* Si in probationibus exceptionum contra testes propositarum pars deficiens novam nititur proponere exceptionem, juramentum

praestabit corporale, quod illam tempore primarum exceptionum ignoraverit vel in memoria non habuerit quoquam modo.

698. *De exceptione criminis contra testem.* Si contra testem excipiatur, quod quandoque propter crimen sibi objectum a testimonio sit repulsus: ex tali exceptionis probatione iterum a testimonio removeatur.

699. *Quod quandoque facta depositione contra testes potest excipi.* Si testes more solito interrogati, facta depositione non subjungunt in fine: „De hoc sumus testes pro ista parte“ — propter hoc non est eorum testimonium repellendum. Defectum enim talis subjunctionis supplet requisitio iudicis antecedens.

700. *Quod contra testes repellendos excipitur vel in personas vel in verba.* Qui producit testes, contra personas eorum dicere non potest nec in sua causa, nec in alia, nisi ex nova causa, sed in dicta eorum bene potest dicere. Et est ratio, quia cum producto teste personam ejus approbo et ideo contra personam ejus dicere non possum; et ideo si approbo illum, pro me teneor recipere illum contra me. Sed quia ignoro, quid testis sit dicturus, ideo in verba ejus dicere possum, vid. quia contradicit sibi ipsi vel etiam aliis testibus meis, vel si facit pro adversario meo. Et de talibus exceptionibus faciendis debet per excipientem, autequam fiat protestatio publica, interponi, isto modo: „Domine iudex, si aliquis testium meorum a proposito meo deviaverit, paratus sum alium statuere loco sui“. Contra quem autem producuntur testes, autequam deponant, potest contra personas ipsorum excipere, vid. quia sunt infames, perjuri, conspiratores, inimici sui, servi, vel quia sunt nimia familiaritate vel cognatione parti adversae conjuncti, et sic de consimilibus. Contra verba vero eorum potest excipere, postquam depositio jam est facta, nisi fortassis ex auditione depositionis sumat materiam excipiendi contra personam. Et si testes sunt approbatae vitae et fidelis conservationis, ad eorum petitionem vel partis, per quam producuntur, excipiens affirmabit juramento suo, quod exceptionem contra eos causa justitiae et non ex malitia interponat.

701. *Quod testimonium longioris temporis est efficacius.* Jus antiquum habet, quod cum agitur de metis et limitibus agrorum seu causis consimilibus, potissime — ex consequenti vero cum agitur de possessionibus, arrestationibus vel quibuscumque contractibus, tunc validissimum est testimonium, cujuscumque partis fuerit, quod antiquioris temporis memoratur.

702., 703. *De testibus quantum ad tempus et locum.* Si actor impetit reum, quod die tali vel hora tali positus insidiis in tali loco ipsum vita sua privasse voluerit, de quo eum testimonio velit vincere fide digno; reus vero respondeat, quod die et hora praedicta non in loco, quem actor nominavit, sed in alio, puta in aliqua civitate vel in aliqua alia villa fuerit, quod velit ostendere testimonio sufficienti illius loci: in tali casu est testimonium rei actoris testimonio praeferendum. Et similiter intelligatur de causis aliis suo modo.

Si testes deposuerint, quod divisim temporibus et locis diversis de causa, quae inter partes ventilantur, eis constet, dummodo in deponendo concordent: ipsorum testimonium est tamquam efficax admittendum.

704. *Quod testibus ex causa legitima est terminus prolongandus.* Testibus ex impedimento legitimo seu necessitate inevitabili die praefixo comparere non valentibus, sine praejudicio partis est terminus prolixior assignandus.

705. *Quod testes per judicem sunt compellendi.* Testes nominati et statuendi, si gratia, odio, timore vel alia de causa se absentaverint seu comparere noluerint, ad preces partis sunt per judicem, quod veritati testimonium perhibeant, compellendi.

706. *Quod testes per judicem non sunt repellendi.* Testes debent esse idonei h. e. tales, quod per exceptionem non possint a testimonio repelli. Quilibet autem reputatur idoneus, de quo non probatur contrarium. Unde edictum de testibus est prohibitorium, ita quod quilibet admittitur, qui non prohibetur seu repellitur. Sed talis repulsio est per partem, et non per judicem facienda.

707. *De testimonio subemptoris.* Cum advena quidam de A. conquereretur, quod cuidam civi de B. duo vasa vini gallici pro XXXVII sexagenis gr. Prag. vendidisset, civis vero respondit, quod tantum pro XXVII sex. ipsa emisset, et uterque subemptoris testimonium allegaret, sententiatum et ordinatum fuit in senatus consilio, quod nec advena contra civem, nec civis contra advenam inducere debet testimonium subemptorum, qui vulgariter dicuntur „undirkeufel“, nisi viros honestos habeat cum eisdem.

708. *De testibus pro deductione uxoris et bonorum.* Hospes domus conquestus est de inquilino, quod noctis tempore uxorem in curru et bona sua, quae ad XX sex. taxabat, sibi deduxisset. Et cum reus tamquam homo bonae famae expurgationem obtinisset, quaesitum est de numero testium, et responsum est, quod talis reus metseptimus testium idoneorum potest suam innocentiam demonstrare.

Item, dictus hospes conquestus est de vectore, quod suis equis et curru uxorem et bona sua sibi fuerint deducta; pro quo cum sententiatum fuisset, quod se testibus debet expurgare, diffinitum fuit, quod mettertius proborum virorum testimonio se mundare deberet.

709. *De testibus homicidiorum et vulnorum.* Testes, quos primo statuit accusatus pro homicidio, eosdem statuere potest accusatus pro operâ, quod vulgariter „volleist“ dicitur; non est enim alienum juri, quod eisdem testibus sit fides super facto principali et ejus accessoriis adhibenda.

710. *De testibus, qui sunt inimici, et quando sunt a testimonio repellendi.* Subscripti judicantur inimici capitales et possunt a testimonio repelli:

Primo, qui accusavit alium de crimine capitali; licet accusatus evadat, tamen accusator postea semper ejus judicabitur inimicus. It. qui accusat alium de crimine, propter quod civitatem potuit amisisse vel in exilium relegatus fuisse, judicatur ejus inimicus. It. qui movit quaestionem alicui status et honoris sui. It. si nomen alicujus quis detulit, ex cujus delatione poena aliqua potuisset imponi, licet accusationem

ejus non peregerit. It. si aliquis movit alteri quaestionem bonorum suorum. It., si aliqui adjuncti sunt adinvicem propter aliquod factum vel dictum, licet accusatio non subsequatur, adhuc judicantur inimici. It. si quis in causa criminali tulit testimonium contra aliquem, praesumitur postea ejus inimicus. It. cohabitantes cum inimicis et conversantes cum hostibus nostris nostri judicantur hostes et inimici; et similiter, qui multum est amicus inimici nostri, judicatur etiam noster inimicus.

Et nota, quamvis praedicti sortiantur nomen inimici, tamen quando a testimonio sicut repellendi, relinquitur arbitrio et conscientiae judicantium, sc. judicis et juratorum. Nota etiam, licet dicti prohibeantur a testimonio, tamen admittantur ad accusandum, si injuriam suam vel suorum prosequantur.

711. *Quod minor numerus testium non semper repellitur per majorem.* Quidam villanus impetivit quandam viduam, quod maritus ejus in VI sex. gr. sibi fuit obligatus, quod vellet per duos testes idoneos demonstrare. Vidua vero negante et viceversa per duos testes innocentiam suam demonstrare volente, villanus dicebat: „Domine judex, contra duos testes, quos vidua vult statuere, alios quatuor me obligo statuturum, et quaero, utrum major numerus testium sit minori secundum justitiam praeferendus?“

Super quo diffinitum est: Licet in pluribus admittatur juribus, quod testes plures repellant pauciores, tamen hoc in jure civili ab antiquo servari in causis omnibus non consuevit. Unde vidua per testes sufficientes res et bona sua defendendo melius potest actorem evadere, quam ipse per testes aequales, quos prius in querimonia asseruit se velle statuere, eam possit convincere, pleno jure. Nec per hoc jura civilia aliis, nec ipsis alia contrariantur: cum enim jura talia quodammodo sint consuetudinaria, et non in toto legalia, unumquodque pro loco, in quo usitatur, valere potest. Est enim consuetudo secundum leges jus moribus utentium approbatum.

712. *De testimonio per privilegium facto.* Quidam proposuerunt hunc casum: Quidam de A. conqueritur super duos

nostros concives, quod pater eorum obligaverit sibi hereditates suas pro XXX sex., dans sibi super eo privilegium sigillo civitatis nostrae communitum. Et quia idem privilegium, ut dicit, per ignem est consumptum, quaeritur, si iudicem et juratos nostros possit statuere, qui testabuntur de dicto privilegio sibi dato, utrum per hoc praefatas XXX. sex. non obtineat ipso jure? Dicti autem nostri concives respondent, quod easdem XXX sex. pater eorum, dum viveret, persolverit et privilegium laniaverit, deciderit et suffocaverit, ita, ut ejus copiam ostendere non possit, et hoc per testes idoneos se obligant probaturos; quaerentes, utrum testes eorum non sint testibus actoris praeferendi? Super quo diffinitum fuit: Cum privilegium super facienda solutione finaliter datum fuerit, si hujusmodi solutio per cives antedictos fide digno testimonio sufficienter probabitur esse facta, actor, ejus allegatione non obstante, in probatione tali debet merito contentari.

713. *De testibus in genere, quantum ad numerum.* Cum quaestio sit de numero testium, sciendum est, quod in omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota rectissime habenda est pro teste; cui adhibito uno efficiuntur duo testes; adhibitis duobus efficiuntur tres, quod patenter ostendit Dominus, cum dicit: „Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum; quodsi te non audierit, adhibe tecum unum vel duos testes, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum“.

(De testibus quaere infra „De vulneribus“ et supra „De testamentis“ et „hereditatibus“, de „privilegiis“ et „homicidiis“ et in multis aliis titulis.)

Utrum autem per communitatem et per litteras ferri possit testimonium, et de testibus, quibus vincitur incendiarius vel criminosus, et quod in gravibus delictis, non obstantibus litteris, etiam jurati sunt testes personaliter de circumstantiis interrogandi; et quod numerus septenarius testium est quasi de substantia juris, et quod testimonium multitudinis maxime habetur per auditum, et quod credibilius est testimonium juratorum unius loci pro aliquo singulari actu, quam testimonium



juratorum plurium civitatum pro eodem actu, et quod testimonium multitudinis saepius est suspectum —: omnes istos articulos quaere supra in titulis „De actionibus“.

714. *Ad testes testibus praeferendos utriusque partis testes quandoque sunt audiendi.* Si tam actor quam reus jus suum per protestationem, quae dicitur „urkund“, vel probationes et testes se dicat ostensurum, et dubium oriatur, cujus partis testes sint aliis praeferendi, sicut ex. gr. si unus allegat pro intento suo testamentarios et alter testes nuptiales vel consimiles: tunc utriusque partis probationes et testes cum circumstantiis necessariis diligenter exquisitis, protestatione de „urkund“ vel priore vel posteriore, cum nec jus det nec jus tollat, obmissa recipiantur; quia sic inveniri potest, qui testes sint aliis potiores et qualiter diffinitiva sententia sit proferenda.

715. *De testimonio communium hominum.* Interdum in criminibus et in insolentiis testimonium vulgarium et communium fidedignorum hominum, si necessariis juvatur praesumptionibus, in disciplinae, pacis et commodi favorem admittitur et auditur.

(Et de hoc legas in illa rubrica „De vulneribus“, „homicidiis“, „mortificationibus“.)

716. *Causâ nominis proprii non est indifferenter quilibet ad testimonium admittendus.* Propter nomen proprium, sub quo testis in futuro nominatur producendus, non admittitur ad testimonium, qui legaliter prohibetur, sicut pater, filius vel alia minus idonea persona. Unde testis nominatio referri debet ad testem, qui a ferendo testimonio non prohibetur ipso jure. Plus enim in testibus respicienda personarum idoneitas, quam nominum seu vocum proprietates.

#### Capitulum LXVI: De tormentis.

717. *De tormentis.* Quidam jurati scripserunt sic: De oppido A. litteras recipimus in haec verba: „Cum rustici cujusdam filio in A. de pera duo grossi essent subtracti, rusticus ipse

famulum, commensalem suum, quem ejusdem furti reum suspicabatur, capiens temerarie, auctoritate judicis et juratorum nec petita nec quaesita, manibus cum pollicibus tergotenus colligatis in eculeo suspendens, per funem supra et infra trahens, ut de furto praescripto quicquid sibi constaret, confiteretur, per incendium fumo sub ejus pedibus facto, tormentavit; idem autem famulus, eadem durante poena, clamore terrifico, vulgariter dicto „waffengeschrey“ vicinos ad accurrendum commovit. Qui cum venissent et per fenestras ac rimas domus introsipientes, famulum tormentari vidissent, hoc ipsum judici celeriter intimarunt, qui servum suum illuc mittens, cum domum clausam intrare non posset, ostio fracto domum introiens, famulum in eculeo pendentem invenit, quem potenter eripiens ad judicis praesentiam duxit, qui casu coram juratis ad hoc vocatis cognito, partibus terminum judicarium assignavit. In quo cum famulus per omnia, sicut praescribitur, de domino suo conquereretur, ipseque dominus responderet affirmando, quia furtum filio suo in duobus grossis factum de pera per poenas tormentorum a famulo suo extorsisset, famulus replicavit, quod licet de furto simpliciter innocens esset, tamen ad vitandam mortem et salvandam vitam, sicut natura postulat, de furto fuit confessatus. Super qua replicatione cum dominus, secundum consilium juratorum interlocutoria, habita deliberatione respondere deberet, in causa juris reiterationibus, quae vulgariter „holung“ dicuntur, perditis succubuerit, quaerimus, quibus emendis obnoxius teneatur?“

Super quo casu, qui et rarus est, diffinitive responsum est: Ex quo ille, qui famulum, commensalem suum, tormentis ut praemittitur, ad confitendum de furto, de quo fortassis innocens fuit, arctavit, cum in hoc auctoritatem judicariam, quod sua non interfuerit, judicis et juratorum potestate spreta, frivole ac contumaciter sibi usurpavit, famulum cum pollicibus utriusque manus ligatum tergotenus suspenderit, sursum traxerit et deorsum miserit, et in eadem causa judicialiter ventilatus succubuit, ambobus est suis pollicibus detruncandus, et per hoc famulo tormentato et judici plenarie est satisfactum. Si autem eandem amputationem pecunia redimere voluerit, pro

quolibet pollice solvet pro emenda quinque sex. gr. Pr., h. e. in toto X sex. gr., de quibus famulo per suspendium et incendium laeso cedent quinque et iudici tres et juratis duae.

Et hic collige, quod per quaestiones et tormenta veritatem a maleficis inquirere solum interest iudicis et juratorum.

Et non sunt omnes homines tormentandi, sed solum qui accusati pro reis habentur suspecti. Et non est incipiendum a tormentis, ut malefici ad confitendum sic cogantur; imo primo aliis argumentis et subtilibus inquisitionibus de loco, tempore et aliis circumstantiis facti sunt commonendi, si saltem sic veritas ab ipsis poterit extorqueri. Est incipiendum a suspectissimo et a quo facillime iudex crediderit posse verum sciri.

Et nota, quod confessiones reorum pro exploratis criminibus haberi non oportet, si nulla alia probatio iudicem et juratos et illos, quorum interest causam cognoscere, instruat et moveat.

Sciendum etiam, quod tormentis non est semper, nec etiam unquam fides adhibenda; nam probatio tormentorum res est fragilis et periculosa, veritatem fallens. Multi enim patientia et duritia tormentorum ita tormenta contempnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit; alii vero tanta impatientia vincuntur, ut in quovis facto mentiri magis quam tormenta pati velint; et ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, sed etiam alios criminentur.

It. inimicorum confessioni fides non est adhibenda, quia faciliter mentiuntur; non tamen sub praetextu inimicitiarum erit fides detrahenda, sed causa cognita fides est habenda vel non habenda. It. Latronibus inpunitatem sibi capientibus et ex hoc proditores suos indicantibus, non facile creditur, et etiam non communiter impunitas ejus per hujusmodi proditores concedenda est. It. Si quis sponte de maleficio fateatur a se commisso, non semper ei fides adhibenda est; nonnumquam enim aut metu vel alia de causa in se confitentur quidam.

Sciendum est etiam, quod iudex et jurati diligenter considerare debent modum tormentandi, ut sc. talis modus in

tormentando servetur, quod tormentatus vel innocentia vel supplicio salvus sit. Non debet etiam in re faciliter pecuniaria haberi tormentatio, sicut praescriptus rusticus, de quo in sententia habita est mentio facta, nisi fortassis aliter veritas inveniri non possit, quam per tormenta; tunc enim licebit.

Tormenta habenda sunt, non quanta accusator postulat, sed ut moderatae temperamenta rationis desiderant. Iudex et jurati advertere debent, qua constantia vel qua trepidatione tormentatus confiteatur. Debent etiam videre, cujus existimationis, utrum bonae famae vel suspectus fuerit ille, qui tormentatur. Insuper de minore XIV annis in caput alterius non est habenda tormentatio; et hoc maxime, cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impletur; nec tamen consequens est, ut sine tormentis eidem credatur juveni; nam aetas, quae adversus asperitatem tormentorum juvenes interim tueri videtur, suspicetiores quoque eosdem facit ad mentiendi facilitatem. Unius criminis plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab illo primum incipiatur, qui timidior est vel tenerae aetatis videtur. Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti in tormenta potest, maxime si in eis animus corpusque duraverint. In illa causa, qua reus nullis argumentis urgetur, non sunt tormenta faciliter adhibenda, sed dicendum est accusatori, quod illud comprobet, quod intendit. Non est credendum confessioni, quam facit aliquis durantibus tormentis, nisi eis cessantibus in eadem confessione perseveret.

(Quaere supra de titulis in capitulo „De confessionibus“ et „poenis“.)

#### Capitulum LXVII: De vulneribus.

718. *De vulneribus et vulneratis quantum ad accusationem, quantum ad tempus accusandi, quantum ad distinctionem, quantum ad mutilationem dictam „leem“ et de diversis in genere.* Quemcumque vulneratus, compos rationis et loqui potens, non accusat, illum amici vulnerati accusare non possunt. It. Si vulneratus infra triduum neminem accusaverit, accusatio, quam postea fecerit, vigore carebit. It. In uno membro tantum unus defectus, vulgariter dictus „leem“, accusari potest, quamvis

idem membrum pluribus vulneribus sit vulneratum. Unde vulneratus in pede, si vulnus in „leem“ convertatur, non potest ratione quinque pedicarum vulnerantem de quinque „leem“ accusare. Secus autem esset, si quaelibet pedica vulnus haberet, quod in idem converteretur.

It. Si dubium est de vulnere, utrum transactis VI hebdomadis conversum sit in „leem“ vel non, si petit vulneratus, vulnus est induciendum per annum; quo finito, si in „leem“ non est conversum, reus pro ipso sicut pro vulnere simplici respondebit.

It. Sicut quaedam vulnera sunt in membris nobilioribus et majoribus, sicut manu, pede et consimilibus, ita etiam defectus, qui dicitur „leem“, eodem jure, quo praedicta gaudent membra, quantum ad expurgationem, emendas et alia, judicari debet.

(Et de hoc quaere in Juribus Originalibus, in illo paragrapho: „Nunc de vulneribus duximus annectendum etc.“)

719., 720. *De vulneribus quantum ad accusationem.* Si vulneratus vocatis ad vulnera perspicienda et reum accusandum juratis, antequam veniant, moriatur, quemcumque coram fide dignis viris et credilibus prius accusavit, ille ad propinquorum mortui querimonias respondebit.

It. vulnerato mortuo, ejus propinqui, quorum interest accusare, absentes si fuerint, non currit eis tempus tridui, in quo accusatio fieri debet a die mortis vulnerati, sed solum a die notitiae, quo vulneratum mortuum cognoverunt, et adhuc illud tempus, quod incipit a die notitiae, secundum distantiam, in qua sunt absentes a loco, in quo propinquus eorum vulneratus fuit et secundum hoc, quod commode judicem accedere poterint, est mensurandum.

721. *De vulnere, quod in „leem“ convertitur.* Quibusdam ad eorum requisitionem sententiatum est: Accusatus pro vulnere, de quo vulnerato digitus inhabilis factus est, quod vulgariter dicendo „leem“ dicitur, et affirmans tale vulnus se percussisse vim vi repellendo et vitam defendendo, metquintus probabilium vivorum hoc debet ostendere et in cruce demonstrare.

722. *De vulneribus et amputationibus membrorum utrum accusatus possit ostendere innocentiam suam per juratum.* Si reus secundum jus civile impetitus fuerit per actorem de vulneribus vel membrorum amputationibus, non potest se expurgare per solum juratum, nisi alios testes habeat secum, sicut Jura Originalia dicunt; si autem actor per juratum vincere vult reum, tunc reus melius expurgabit se per juratum.

723. *De vulneribus dictis „schamwunden“.* Pro vulnere pudoroso, vulgariter dicto „schamwunden“, post cujus sanationem in facie hominis apparet macula indelebilis vel cicatrix, quae crinibus non tegitur, accusatus expurgabit se metquintus probabilium virorum; habet enim tale vulnus illud jus, quod scribitur in Juribus Originalibus: „Item, quicumque alteri amputaverit digitum unum“ etc.

724. *Vulneratus ambulans et tandem moriens non emendatur ut occisus.* Consuetudo civilis servat pro jure: Si vulneratus per plateas et ecclesias more sani hominis sine baculo per scabinum visus fuerit ambulare, tandemque ante querimoniam ejusdem vulnerationis justitiam discussam moriatur: reus non pro homicidio, sed tantum pro vulnere respondebit.

725. *De volleist, quod fit per opus seu consilium.* „Volleist“, quod est operam dare vel consilium praebere, non sequitur omnia vulnera, sed tantum homicidia vel invasiones domus, furta et spolia et mortificationes, et alia delicta gravia istis consimilia. Et debet reus pro volleist infra triduum accusari, nisi impedimentum legitimum (sicut loquendi impotentia vel consimile) intervenerit, seu protestatio tam rationabilis interposita fuerit, propter quam terminus dicti tridui merito debeat prolongari. It. Quidam quaesiverunt, utrum reus pro vollaist, quod imponitur sibi pro homicidio in persona cujusdam hospitis in domo sua propria, noctis tempore, familia sua dormiente et igne concluso, perpetrato, gravius et per plures debeat evadere, quam pro opera homicidii in foro vel platea, tempore diei commissi? Qui sic sunt *informati*, quod non obstantibus praedictis circumstantiis, quae fortassis factum principale h. e. ipsum homicidium, si in querimonia invasio domus i. e. „haymsuchung“,

implicaretur, plus gravarent, accusatus in tali vollaist non debet gravius evadere, nisi pro alio vollaist, quod imponitur homini in homicidii perpetratione, quia mettertius virorum fidelium poterit se expurgare.

726. *De vulneribus inter laicum et ordinatum.* In judicio civitatis quidam diaconus conquestus est de laico, quod eum noctis tempore vulnerasset; laicus autem, cum juramento eum evassisset, petivit pro se sententiari, utrum non deberet etiam suae querimoniae viceversa respondere? Super quo sententiatum fuit: Cum actor forum rei sequi debeat, laicus debet de diacono vel alio ordinato coram iudice conqueri canonico; ordinatus autem de laico conqueri debet in consilio seculari.

727. *De vulneribus et violentiis in sacris locis factis.* Dum in monasterio quodam laicus laicum vulnerasset et pro eo tantum in judicio spirituali satisfacere vellet, ad petitionem juratorum ibidem sententiatum est sic: Licet uni delicto correspondeat una poena, tamen si laicus laicum vel ordinatum, si in judicio seculari conqueritur, vulnerat vel violentiam in ecclesia, in cimiterio, vel alio loco cultui divino consecrato sibi infert, tripliciter emendabit. Ratione namque loci laicus satisfaciat iudici canonico, sed ratione vulnerum et violentiae iudici seculari emendam solvet, et laeso dampnum componet.

728. *Utrum juratus promissor accusatus pro emendis vel vulneribus possit se defendere per notwer.* Quidam proposuerunt hunc casum: Postquam A. amputasset B. manum sinistram, et ad proborum intercessionem virorum gratiam obtinisset suam, homagium sibi fecisset, sibi que jurasset, numquam de cetero contra ipsum facere, sed pro viribus ubique locorum consiliis et auxiliis sibi fideliter debere assistere: accidit, quod iterum secundam manum sibi amputavit. Quaeritur ergo B. utrum A. perjurus et fidefragus in eo factus non debeat sibi etiam, verbo ipsius non audito, statim tamquam convictus adjudicari? A. vero dicit, quia vim vi repellendo a B. insultibus se defenderit, et quaerit, utrum testimonium pro-

borum virorum, quod pro ostensione „notwer“ velit statuere, pro sua parte non debeat audiri?

Super quo diffinitum fuit, quod testimonium A. est audiendum. Juramentum enim primum tantum ad haec astrinxit, quod B. non offenderet; ipso tamen non obstante, ab ejus se potuit impugnationibus defendere pleno jure.

Praeterea, quia per vulnera fiunt homicidia, membrorum mutilationes et alii defectus diversi: ideo de vulnerante et mutilante se ipsum, de illo, qui alium vulnerare voluit, sed non vulneravit, de vulneribus factis non voluntarie, de vulneribus factis per morsum canis, dentibus excussis et aliis diversis, sicut sunt depilationes, plagae fustium et „plabslaeg“ et excessus consimiles — quaere supra in titulis „De testibus“, „de poenis“, „de mortificationibus“, „de homicidiis“, „de emendis“, „de actionibus“. De vulneribus autem et maleficiis respicientibus mulieres, quaere supra sub titulis: „De poenis“, „de mulieribus“, „de emendis“, „de accusationibus“.

729. *De vulneribus dictis „leem“ et utrum medico in accusationibus vulnerum sit credendum?* Accidit, quod cum quidam scriptor Martinum in manum dextram et Fridericum in manum sinistram graviter vulnerasset, vocatus est medicus et interrogatus, qualiter eadem vulnera sint accusanda; qui respondit, quod ad faciendam accusationem vulnerum civibus non jurasset, tamen sibi videretur, quod in qualibet manu XV defectus, qui dicuntur „leem“, accusari possent ex eo, quod in tota manu unum et in pollice duo et in quolibet quatuor digitorum tria membra arefacta in „leem“ convertentur. Advocatusque scriptoris petivit pro eo sententiam juris inveniri, utrum verbis medici, qui in duabus manibus XXX „leem“ esse dicebat, credi deberet, cum homicidia et vulnera essent juratis perspicienda, quorum verbis tantum, et non medici, fides adhiberi consuevit?

Super quo quaesito discutiendo jurati in consilio voverunt Martinum et Fridlinum; quorum manus cum vidissent et digitorum defectus considerassent, judicaverunt, in una tantum manu unum defectum, dictum „leem“, secundum unum



vulnus, quod manus habuit, accusandum; et sicut manus est unum de majoribus membris, sic talis defectus dictus est „major leem“; in secunda vero manu inventum est vulnus minus, de quo tantum duo digiti „in leem“ fuerunt conversi; alii vero tres actum eorum debitum poterant exercere. Et sic in eadem manu ratione duorum digitorum, qui de membris sunt minoribus, duo „minora leem“ sunt accusanda.

Et sic cribratum est per juratos, quod verbis medicorum in accusandis vulneribus non est simpliciter standum et credendum, imo jurati ratione juramenti, quod pro omni justitia cujuscumque facti praestiterunt, debent etiam oculata fide vulnera et defectus, ea consequentes, perspicere et diligenter pensare, quod nec gravius nec levius, quam jus exigit, accusentur. Et licet supra in prima sententia de vulneribus scribatur, quod in uno membro tantum unus defectus, dictus „leem“ accusari potest, quamvis idem membrum pluribus sit vulneribus vulneratum, tamen quandoque etiam viceversa ex uno vulnere plura „leem“ in membris pluribus rationabiliter accusantur, sicut in proposito, ubi ex uno vulnere manus duo digiti sunt in „leem“ conversi.

730. *Quod in vulneribus, homicidiis, mortificationibus, furtis et spoliationibus, pacis violationibus, domorum invasionibus, virginum educationibus et aliis causis criminalibus ex praesumptione quandoque judicatur et diffinitivae sententiae proferuntur.* Dum civis quidam in extremis suis bona sua cum duabus filiabus, quas reliquit, coram testamentariis, probis viris, aliquem executorem testamenti et filiarum tutorem constituit, sub hac expressa conditione, quod filiae sine consilii sui beneplacito nihil, quantum ad status earum mutationem deberent agere, commisisset: accidit, quod senior filiarum, quae partem eam contingentem sibi per patrem specialiter habebat deputatam, non quaesito dicto tutoris consilio, maritum sibi nexu conjugii sociavit. Qui cum de bonis dictae filiae se intromisisset, A. tutor praedictus ad praesentiam judicis et juratorum ipsum vocans, protestabatur in illos, qui testamento interfuerant, qualiter executor et tutor positus fuerit, et quod hujusmodi conjugium sine suo consilio esset penitus procu-

ratum; admittens tamen benivole, quod dictus maritus portionem praescriptae filiae, uxoris ejus, suae subdidit potestati; petens pro se per juratos sententiari, quale jus ad minorem filiam et ejus bona secundum curam executoriam et tutoriam sibi competeret in futuro?

Qui pronuntiaverunt, quod omne jus per testatorem sibi datum habere deberet integrum et illaesum.

Postea vero eadem filia viam sororis sequens, cum uno quodam M. nomine, in moribus monstruoso et satis distorto, non audito tutoris consilio, ab alia sorore et tutore recessit aliunde. Qui de vinea quadam per testatorem relicta frivole quodammodo se intromittens reversus est, tutorem judicialiter in causam trahens pro omnibus bonis, per testatorem praemortuum, socerum suum, dimissis, quae allegabat vice et nomine uxoris suae, sicut ad tutorem legitimum ad se potius, quam ad tutorem primum debere perfinere. Qua allegatione tamquam invalida non pensata, jurati secundario M. silentium perpetuum imponentes, sententiaverunt pro A., tutore, sicut superius continetur.

Quod maritus praedictus parvipendens contra sententiam praedictam per juratos latam, praescriptam vineam ausu tenuit temerario, donec dominium civitatis de A. ibidem veniens illuc et juratos de lite praemissa interrogans, ab ipsis didicisset, quia M. velut contumax eorum iudicium et sententias non curaret. Vocatus est ergo ad praesentiam domini, quod causa pacis et commodi ambas ad hoc induxit partes, quod in juratos, tam novos, quam antiquos, ut in arbitratore, ordinator, diffinitore, amicabile compositore et universorum et singulorum, quae inter eas hincinde vertebantur, expeditores de alto et basso simpliciter consenserunt.

Qui postquam laudum et arbitrium ipsorum coram domino promulgassent et poena statuta vallassent, M. tamen, licet omnibus arbitrium audientibus bene placeret, cum ipsum reclamaret et ratum tenere vilipenderet, per dominum iudicem et juratos sibi et tutore, indicta consueto more pace, mandatum fuit, quod a civitate alteri dominio se non subjicerent, quousque causa praetacta finem inter eos debitum sortiretur. Quo facto

cum tutor per fidedignos homines saepius praemoneretur, quia **M.** cum suis complicitibus malum suum quaerens vitae suae insidias in latibulis poneret et secretis, denuo judicem et juratos accedens quasi flebiliter rogavit, quod a **M.** et suorum complicitum et eorum insidiis sibi pacem et securitatem ordinarent.

Vocaverunt ergo **M.** et ejus fautores ad plenum eorum consilium, iterato pacem firmiter servandam ipsis indicentes, sicut rerum et personarum periculum vellent evitare. Ad quod tutor respondens, quod paratus esset pacem servare, dummodo cautio fidejussoria per **M.** et suos complices sibi fieret, quod in malum suum non machinantes cautus ab eorum insidiis esse posset. Quibus fidejussoribus per **M.** indignanter datis post breve tempus, die quodam festivo. quo plus solito homines ecclesiae limina frequentare consueverunt, **M.** quodam de angulo cum nequam suis sociis. ubi latuerat, exiliens, tutorem in via eundo cum aliis fidelibus ad ecclesiam quasi mortificator occidens abiit et abcessit.

Primo itaque judicio uxor, propinqui et amici tutoris de **M.** sicut de occisore seu mortificatore conquerentes ejus absentiam tamquam contumacis cum instanter accusarent, nec aliquis pro parte aliquid allegaret, causa usque sequens judicium stetit in suspenso; quo veniente praehabiti uxor, pueri, propinqui et amici tutoris pro occisione, mortificatione et pacis violatione in fidejussores **M.** egerunt.

Quo audito, **M.** personaliter comparuit, et eo viso uxor, pueri et amici praescripti querimoniam suam replicantes, ut praemittitur, petiverunt pro se sententiam juris dari. Cum **M.** arbitrium et consilium juratorum non tenuerit, pacem sibi pluries indictam violaverit, cum sententias et mandatum juratorum et judicis temerarie spreverit, et sicut mortificator in tenebrosis et occultis latitans locis et inde exiliens, die festo, in via, qua itur ad ecclesiam, praesentibus multis fidedignis communibus hominibus tutorem vita privaret et pro eo tamquam reus fugiens factus fuerit, et fidejussores ejus ipsum primo judicio non statuerint: utrum aliquam praetendere possit negationem, excusationem vel innocentiae demonstrationem?

Quaesitum est ergo, quid sit juris in hoc casu, et responsum est primo sic: Ut possitis de jure informari, quod quaeritis de M., qui sub pace indicta dicitur tutorem occisisse, rescribatis nobis, habito diligenti scrutinio inter juratos et scabinos, quibus nota est vita et conversatio M., qualiter ipse se prioribus temporibus conservaverit, utrum de aliquo malo facto sit accusatus. Et secundo, utrum in praesentia hominum factum sit, quod tutorem dicitur occisisse, quia scripsistis nobis, quod tempore, quo itur ad ecclesiam, in via eadem, per quam tamen frequenter homines transire solent, sit occisus, et si videtur vobis, quod aliqui homines interfuerint occisioni, illos diligenter audiatis secrete, et quicquid vobis dixerint, bene considerantes, nobis clausis litteris rescribatis. Tertio etiam informetis nos, utrum M. tempore, quo iudex pacem sibi praecipiens et fidejussores de pace servanda ab ipso petens, statim benivole fidejussores posuerit, dicens: „libenter pace servabo“, vel si contradixerit, et per captivitatem vel alium modum difficilem ad eandem fidejussionem sit inductus. Et statim, ut de praedictis tribus nos informaveritis, vos expedemus de sententia, quam quaesistis.

Ad quod illi jurati responderunt, quod M. transactis aliquot annis in campo cum sua mala societate bonum hominem occiderunt animo deliberato, et aliqui ejusdem malae societatis dicuntur occisioni tutoris interfuisse. Secundo, quod honesti homines, quibus merito credendum est, in eorem fidem et conscientiam testantur, se vidisse, quod M. cum suis in via ecclesiae, ut praemittitur, tutorem de insidiis super eum irruens interemit. Tertio, quod non voluntarie pacem servare promisit, imo per minas captivitatis ad ponendum fidejussores de pace servanda difficulter est coactus.

Ex quibus omnibus senatus juratorum tamquam ex praesumptionibus necessariis moti diffinitive pronuntiaverunt, quod M. expurgationem homicidii habere non potest sibi impositi de jure, h. e. vulgariter dicendo „M. mak keyn berednuezz habin“.

Et hic nota: Praesumptiones saltem necessariae, non solum una, imo plures et multae vel pluribus vicibus iteratae, ut in casum praescripto factum est, merito moverint animum

judicantis. Unde etiam cum in civitate P. orta in quadam stuba seditione hospes domus tamquam sequester litem intercipere volens se interposuisset, et dextra sibi fuisset manus amputata, ipseque stubam exiens eam clausisset, et iudex et jurati ad ejus clamorem in stubam venissent, et nullo ibidem, hospite duntaxat excepto, invento vulnerato, cum tantum unius gladium novo cruore maculatum reperissent, aliis liberis demissis, illum solum (Brunensis) senatus (ad quem pro consilio, quis de numero inventorum in stuba tamquam reus amputationis manus hospitis esset potius accusandus, recursus fuit), sententiaverunt ex praesumptionibus praescriptis accusari debere. Tamen cum reus de carcere iudicio praesentatus truncationem manus hospitis audiret sibi imponi, petivit pro se sententiam dari, cum jurati solum de gladio cruentato apud eum reperto testarentur, et non, quod plagam abscissionis manus per ipsum factam oculis vidissent, utrum sibi non esset expurgatio juridica concedenda? Sententiatum fuit pro eo, quod sic.

Et nota, quod aliud est reum cum gladio cruentato in ipso actu vel non in actu, et aliud cum gladio nudo vel non nudo, et aliud in fuga vel non in fuga deprehendi; quia si in fuga cum gladio nudo, infecto novo cruore, quispiam per juratum inventus fuerit, cum fuga tamquam actui continua non iudicatur quodammodo ab actu distingui, iudicatur ex praesumptione tamquam reus, et jurati super diffinitiva ferenda sententia mature deliberabunt. Et hoc lege in Juribus Originalibus in illo paragrapho: „Si autem homicida deprehensus fuerit in ipso actu cruentato gladio etc.“

Circa praesumptiones subtiliter considerandum est, quae, in quo casu, quo loco vel tempore, quo animo vel qua intentione fuerint necessariae, quia tales quodammodo animum iudicantis movere possunt. et quae sint temerariae, quae animum ejus ad plenam faciendam probationem movere non debent. — Est enim praesumptio alicujus dubii aliquotiens semiplena et aliquotiens plena investigatio; unde saepissime praesumptio semiplenis probationibus praestat adminiculum.

Et notandum, quod in omni causa, quae vertitur inter pauperes et potentes, regulariter est merito pro pauperibus,

quod justam causam foveant, praesumendum, quia non est verisimile, pauperes contra suos potentiores litem instituere, nisi necessitate compulsi.

Sunt ergo ex sententiis a locis diversis nunc per scripta et nunc per verba quaesitis collecta, quae sequuntur:

Et primo, quae praesumptionem mali generant in genere, et sunt ista:

Si accusatus fuerit prius infamis; dicit enim regula juris: „Qui semel est malus, semper praesumitur esse malus.“

It. Distortio morum, vita vaga, circuitio nocturna sine causa rationabili, frequentia tabernarum et ludi taxillorum, paupertas, otium, delicias quaerens et in expensis modum excedens, mutatio vel negatio proprii nominis in locis ejusdem vel diversis, portatio experimentorum, vulgariter dicendo „sigstain, holer, wegwart“, membranulae ad modum retis dispositae, in quibus quandoque nascuntur pueri et vocantur in vulgari „geserb“, et characteres ac alia multa consimilia. Herbis tamen, radicibus, verbis et lapidibus seu gemmis sine dubio insunt virtutes naturales. De membranis vero famant vetulae: Si recipiantur IX vel ad minus V et habeantur cum filo aureo et sericeo in ecclesia per IX dies, illo tempore, quo horae canonicae dicuntur per nonam, et postea ferantur per aliquem ad judicem vel ad iudicium, ille obtinet causam suam. Advocati etiam consueverunt se munire sambuco et plantagine, ut vincant in causis.

It. In specie praesumptiones generantur istae: Si soli duo pugnant et uno vulnerato, alter rapiatur cum gladio nudo cruentato, in actu vel in fuga, per judicem et juratum; ex hac praesumptione cuidam incusato de homicidio fuit expurgatio adjudicata.

It. Mutatio habitus virilis in muliebrem, vel e converso, vel habitus laicalis in monachalem, vel illa consimilia. Et si solus rapiatur cum sola, et nudus cum nuda, ista faciunt praesumptionem in adulterio vel in stupro.

It. Si manipuli diversorum granorum, ut siliginis et tritici vel ejusdem grani accidentaliter in colore differentis, ut patet

in tritico albo et nigro et ruffo, ad unum cumulum seu capete compositi fuerint, praesumptionem furti apud agricolas generant.

Diversae vero claves et instrumenta, quibus utuntur fures, sicut sunt unci, pedes caprini, terebella magna, forcipes et consimilia, si in domibus et commodis aliquorum inveniuntur, praesumptionem faciunt in communi.

Ad idem pertinet auris abscissio, faciei cum ignito ferro signatio, membri mutilatio et cetera alia.

It. In testibus praesumptionem faciunt depositionis timor et trepidatio, verborum cespitatio, dictorum contradictio, loci vel temporis mutatio et aliarum diversarum circumstantiarum, super quibus per prudentem inquisitorem testis interrogetur, variatio.

Et sic in diversis maleficiis per interrogatoria eorum inquisitioni proprie deservientia, per sagacem iudicem facti veritas poterit indagari.

### Capitulum LXVIII: De usuris.

731. *De usuris quando excedant sortem et quando non, et utrum judaeus sorte et usura receptis pignora sine contradictione restituere teneatur.* Quidam interrogantes duos de usuris et pignoribus judaeis obligatis scripserunt casus, quorum primus est iste: Quidam de nostris concivibus accedens judaeum petivit sibi concedi quinque fertones gross.; quos cum judaeus sibi mutuasset, christianus usque in tertium annum solutionem protrahens, sortem principalem, cui quinque fertones alios pro usura superaddidit, judaeo numeravit. Modo judaeus sorte et usura receptis petit pro se sententialiter dictari, utrum in dicta usura debeat integraliter contentari, cum annus et secundus et insuper plus temporis transiverit a die concessionis capitalis pecuniae supradictae. Christianus autem in contrarium allegat, cum illud pactum inter ipsum et judaeum primo tempore concessionis de usura solvenda sit interpositum, cum etiam postea debito pendente numquam per judaeum sit monitus, nec aliqua ratio inter ipsos sit habita: utrum usura, quae excrevit, summam excedere debeat principalem?

Secundus casus talis est: Quidam de nostris cuidam judaeo duo obligavit pignora; quae cum postea redimere vellet, nominatam cum ipso de usura fecit rationem, quam una cum sorte judaeo expediens, cum judaeus pecuniam in sinum suum recepisset et christianus pignora sibi restituere peteret, unum pignus eidem obtulit, dicens, quod secundum pignus tempore, quo auctoritate imperatoria captus fuerit, perdidisset. Quaerit ergo christianus, cum judaeus totam sortem et usuram receperit et nec ante, nec post, nec illo tempore, quo pro usura secum pactaverit, de pignoris amissione mentionem fecerit, utrum pignus suum perdere debeat ipso jure?

Super quorum primo sententiatum fuit: Ex quo pacta per conventionem legem accipiunt et primo inter christianum et judaeum nulla nominata facta est mentio de usura nec postea debito stante inter judaeum et christianum aliqua ratio est habita, ratione cujus usura tunc accessa aliam super se recepisset usuram, sufficit, quod tantum accreverit in usura, quantum fuit de debito principali. Et est ista sententia non nova, sed ab antiquo usitata. Et quicquid judaeis in usurarum voragine per istum modum deficit, hoc ex eo, quod in pactando debitores non monendo nec rationem cum eis habendo, defides sunt et remissi, propriae debent negligentiae imputare.

Et nota, quod redempto pignore a judaeo pro sorte, si usuras statim (debitor) non solverit, ipsas infra mensem sine alia usura (judaeus) recipere non tenetur. Et similiter facta ratione inter christianum et judaeum, si judaeus infra mensem pagatus non fuerit, super primam usuram crescet alia usura. Et probatur ex Privilegio judaeorum, ubi scribitur sic: „Item, si a judaeo christianus pignus suum absolverit, ita quod usuras non persolverit, easdem usuras si infra mensem non dederit, illis usuris accrescant usurae“. Decipiunt ergo christianos judaei in hoc, quod redemptis pignoribus vel habitis cum ipsis rationibus pro debitis, statim per dies XIV super primas usuras alias computant usuras.

Super secundo diffinitum fuit pro christiano; judaeus enim amissionem pignoris publicare debuit statim, ut de ea



certus fuit, vel saltem illo tempore, quando cum christiano habuit rationem pro usura. Valorem autem pignoris amissi christianus, si de hoc testes habere non potest, suo juramento confirmabit. Et trahitur ista sententia ex Privilegio judaeorum, ubi scribitur sic: „Item, si aut per casum incendii, aut per furtum, aut per vim res suas cum obligatis sibi pignoribus amiserit et hoc constiterit, et christianus, qui hoc obligaverit, nichilominus eum impetit: judaeus juramento proprio se absolvet“. Ecce per hoc, quod dicitur „constiterit“, patet, quod amissio pignoris debet publicari et non sub silentio tueri. Unde notandum est, quod in talibus magnam vim habet illa publicatio, quae vulgariter dicitur „vrkund“, quia suspicionem tollit.

732. *Utrum solutio in parte facta judaeo sit in sorte vel in usura defalcanda.* Si christianus in debitis partem judaeo dederit, et postea inter eos fiat quaestio, christiano dicente, quod in sorte illam partem solverit, judaeo vero asserente, quod in usuris eam receperit: tunc sentiendum est pro christiano; cum enim sors debeatur de jure, usura vero sit accessoria, et quodammodo minus debite petatur, potius est favendum sorti quam usurae, quia etiam jure divino prohibita sunt usurae.

Et tamen ista sententia concordat, quod scribitur superius in rubrica „De debitis solutis“.

---

## **Addenda e codice Kutttenbergensi.**

*Post art. 54.*

1. De accusatione iudicis. Si autem hora procedente adhuc iudicare noluerit, a juratis moneatur, ut iudicet et satisfaciat conquerentibus, ne facilitas veniae pareat intentum delinquenti. Iterum tertia vice moneatur iudex a juratis; si tunc iudicare noluerit et causa ad superiorem iudicem, ut ad camerarium vel ad regem voluvertur, et iudex pro negligentia accusatus fuerit, sive parva vel magna causa fuerit, pro reo punietur.

2. De accusatione in maniloquio. Si quis accusatus fuerit in maniloquio, iudex diligenter causam experietur, et si talis fuerit, quod accusatus puniri meruerit in pecuniam, sic intituletur. Si in manu puniri meruit, sic inscribatur. Si in collo puniri meruit, sic inscribatur secundum excessus sui enormitatem.

*Post art. 55.*

3. Quod homo communis nullum accusare potest. Nullus homo communis aliquem accusare potest nisi tunc a iudice et juratis eligantur duo vel tres vel quatuor in aliquo vico civitatis, quorum fidei committatur, ut quaelibet civitatis nociva compescant. Illi quoslibet excessus accusare possunt, sed eorum potestas accusandi nisi sex durabit ebdomadas, et hoc ideo, ne loco juratorum tales habeantur. Sex autem ebdomadis finitis tales iudici et juratis suum resignent officium et si necesse fuerit, alii vel iterum illi pristino officio instaurentur. Et si in officio suo ab aliquo indecenter redarguti fuerint, qualemcumque poenam dicti electi statuerint, hanc ab eis accusatus patiatur.

*Ante art. 59.*

4. De advocatis capitulum. Advocationis officium non est respuendum, cum etiam imperiales constitutiones huic officio laudem attribuant, dicentes: Militant namque patroni causarum, qui gloriosis vocibus confisi laborantium spem et vitam defendunt. Nec minus dicuntur rei publicae et singulari utilitati singulariter providere, quam si pro utilitatibus singulorum clypeis, thoracibus et gladiis uterentur, parentes ac patriam conservando. Unde experientia rei docet, ipsum advocationis officium esse in omnibus judiciis opportunum. Tamen si partes principales tantae fuerint discretionis et eloquentiae, poterunt per se personaliter advocare, venia tamen prius a iudice impetrata.

*Post art. 66.*

5. Mulieres licet discretae sint et facundae, tamen advocandae non admittuntur. Reprobi etim et praevaricatores ab officio advocationis sunt exclusi, ne boni consortio malorum inquinentur. Etiam advocati non sunt compellendi inviti, contra suos consanguineos usque ad V. consanguinitatis lineam advocare; neque contra compatres neque contra patronos, sc. nec contra illos, quibus ratione vendendi vel emendi omagium fecerint, nec contra naturales dominos suos, quia naturali displicet rationi, has personas adinvicem aliquibus displicentiis provocare.

*Post art. 67.*

6. De pretio preconum. Si quis preconi praesentatus fuerit et apud ipsum pernoctaverit, dabit preconi XIV denarios parvos et nihil de suis rebus amplius accipiat preco. Si autem non pernoctaverit, dabit ei sex denarios et liber exhibit, nullam in rebus suis sustinens laesionem.

7. De causidicis. It. sententiatum est hic in Iglavia pro homicidio Waltheri de Loboten, quod nullus causidicus pro homicidio et arduis causis, corpus, res et honores tangentibus plurimorum verbum loqui poterit, quam unius. (Igl. 126.)

*Cap. IV.: De appellationibus.**Ante art. 68.*

8. Quum de appellatione cognoscitur, secundum illas leges judicari debet, quae tempore datae finem obtineant, non secundum illas, quae postea promulgatae sunt. Et haec lex ad alia plura consequenter trahi potest, nisi specialiter caveatur.

*Post art. 108.*

9. De arrestatione equorum, quod babata debent restitui. Das ist hie geteilt: Wer dem andern ein ros, das er im vorfangen hat, anbehabt, der mag di eysen u. den czawm czu demselben ros nicht behaben, sunder iagt es jener hernkegen, man sol ym den czawm wider geben und auch di eysen von deme ros prechen u. im dy auch wider geben. (Igl. 92)

10. De venditione equorum. Wer dem andern irkennet, das er ym ein ros hab vorkauft, der mus ym daselbe ros freyen, als land recht ist.

It. Was rosse geraubet werden auf der veint gut, wo der kunig ader sein gewalt mit ofner panyr czu velt leyt, der mag man nicht czu recht angevahn. (93, 94.)

11. De equorum arrestatione. Sententiatum est hic: Si homini arrestatur equus aliquis per alium et talis dicat se equum illum in publico foro emisse, obligans se probaturum per testes honestos dictos in vulgari „leytkawflewte“ emptionem eandem: per testimonium tale tantum vitam conservat et notam furti vel spoli evadit, equum tamen obtinere non potest, sed praesentabitur arrestatori. Quicumque enim equus alicui arrestatur, si ipsum obtinere debet, oportet de rigore juris, quod eum ad alium, qui vulgariter dicitur „schub“, deducat, alioquin equum perdet. (120.)

12. De arrestatione equorum et aliarum rerum. Si quis equum suum apud alium detinuerit cum jure, quod dicitur „anvank“, judici cedunt triginta denarii, scriptori duo. Si autem ille dixerit se equum apud illum emisse et ad illum vult deducere, quod dicitur in vulgari „schibung“: sic de uno

ad alium deducetur, donec verus venditor inveniatur, et tunc cum justitia equus obtinebitur. Et si quis in aliquo loco equum suum obtinere voluerit, ipsemet cum duobus vicinis suis juramento super equo praestito obtinebit. Si autem aliquis civis equum suum obtinere voluerit cum solo concive suo et alio probo uno, mettertius obtinebit juramento.

*Post art. 112.*

13. De arrestatione tunicae, pallii etc. It. sententiatum est, quod pro arrestatione tunicae, pallii, gladii vel alterius rei valoris medii fertonis et infra solvet judici unum gr. (132.)

14. De arrestatione rerum fabricorum. Sententiatum est hic: Nicolaus scriptor post mortem filii sui instrumenta fabricae cum nuntio judicis arrestavit in domo aliena, dicendo sua esse, quod probare vellet cum scabino. Ad hoc Fridlinus sutor et alii arrestantes dicta instrumenta dixerunt: Nisi juratus comprehenderet juramento, credere nollent.

Super quo sententiatum fuit, quod testimonium scabini unius admitteretur pro tempore, cum instrumenta filio praesentasset, sed quod pro nunc per ipsum in aliena habitatione et etiam per alios et non in propria essent arrestata, si adversa pars carere nollet, oporteret ipsum juramento comprehendere, quantum ipsum stetissent. (168.)

15. De arrestatione quorundam bonorum. Cives Colonienses scripserunt in hunc modum: „Sciatis, quod duarum germanarum una, puta Aluska, super aliam Elyzabeth, super domo et super braseatorio deposuit sub querela, quod parentibus utrisque earum decedentibus intestatis, ipsa Aluscha non separata nec divisa a dicta parentum hereditate existente, nichil adhuc percepit de parte hereditaria ipsam per obitum parentum contingente hereditarie; et subdidit, quod bona hucusque annuerit voluntate, quod dicta soror ejus Elyzabeth maneret in dicto domo et quantum posset de braseatorio frueretur. Ad quod Elyzabeth respondit, dicens dictam domum esse suam et braseatorium similiter; ad quod probandum se obtulit prout jurati dictarent et ipsam dicerent probaturam; et

subdidit, quod dictam hereditatem in quieta possessione annis jam pluribus possedisset, nulla sibi per quempiam submota super hujusmodi quaestione, et de praedictis singula jura civitatis cum quibuscumque accessoriis persolvisset. Petivit itaque sibi inveniri sententiam et dictari, an non ipsa potius sua posset et debeat justicialiter obtinere, quam sibi possent per alium justicialiter decertari.“

Quibus rescriptum fuit: Diffinitivam vobis sententiam super dictis placitatis transcribimus in hunc modum: Quodsi Elyzabeth dictas hereditates, sc. domum et braseatorium, sibi coram iudice et juratis, prout qualitas juris posculat. resignatas esse et post resignationem eandem hereditates hujusmodi, anno et die, prout tempus praescriptionis petit, absque impetitione quiete se possedisse probaverit, utatur. Si vero in probatione hujusmodi defecerit, Aluscha, soror ejus, de dictis domo et braseatorio hereditariam se contingentem percipiet portionem. (60.)

16. De arrestatione boum et vaccarum. Si quis alterius bovem aut vaccam aut taurum magnum impetierit jure, quod dicitur „anvank“, iudici dabit XII denarios; item de quolibet parvo alio quatuor denarios. It. si quis aliquod animalium, parvum seu magnum, furtim mactaverit et deprehensus datorem suum ostendere nequiverit, mettertius in cruce se expurgabit, et si ceciderit, pro qualitate culpae iudicio puniatur. Quicumque carnes ad forum duxerit aut portaverit. ejusdem carnis cutem secum recipiet; quod si non fecerit, iudici in XII denariis respondebit.

17. Quomodo equi pro sufferatione arrestari debent. Sententiatum est hic fratribus Praedicatoribus et fabro dicto Segensmit: Quia antiqua consuetudo fabrorum fuerit, quod equos hominum frequenter, quum ad sufferandum eis ducuntur, pro pretio suo, quod forte a multis temporibus deservierint, detinent in suis fabricis et arrestant, quae tamquam corruptela et juri contraria est delenda: posset tamen faber equum pro majori debito detinere, quam deservisset vel quam dominus equi sibi teneatur vel etiam faber mali-

ciose agere volens posset equum hominis in sua potestate vel habitatione servare, qui sibi in nullis debitis esset obligatus. Unde faber quilibet equum pro sola sufferatione vel alio labore, quem pro illo tempore circa ipsum fecerit, et non pro debitis prioribus, licet irrequisitis iudice et juratis, in sua fabrica et habitatione poterit conservare; pro residuis autem debitis, alio tempore in mercede deservitis, dominum equi debet impetere via juris. Praedicta tamen consuetudo circa equos, qui fabris in mansionibus eorum ad pabulandum et curandum seu medendum assignantur, juxta pactum, quod pro equis hujusmodi inter fabros et dominos equorum ordinatur et intercessit, poterit observari. Eodem modo fiat circa sutores, sartores et mercedem artificum aliorum. (121.)

*Post art. 124.*

**18. De censu inquilini sententia.** Das ist auch getailt: Hat ein man gut erstanden auf einen ynman, der czu einem andern ynne ist vnd selber haws nicht enhat, vnd der richter kumpt fur das haws, vnd wil denselben ynman pfenden, wil der wirt des hawss dasselbe pfenden weren vnd spricht: „Was mein ynman hat, das ist mein pfant fur meinen czins“: des hat er nicht recht, denn sunder fur also vil czins, sam der ynman czu derselben czeit vorsessen hat, vnd dennoch, wil sein iener nicht gelauben, der wirt mus es begreifen mit dem ayd, das der ynman also vil des czinses vorsessen vnd im den noch nicht vorrichtet habe. (55.)

**19. De impignorationibus pro censu.** Das ist auch hie getailt: Ein itzlich man, der pfendet wol in seynem haws ader in andern seinem erbe umb seinen czins von ym selber. (53.)

**20. De resignatione purkrecht et censu hereditario, quod census coram scabinis debent resignari.** Das ist auch das getailt: Purkrecht ader erbczinsgelt, wann das auch erb recht hat, sol man fur rychter u. scheppen aufgeben u. empfaen, u. nicht heyemlich vor den cziñsherren. (50.)

**21. De jure resignationis hereditatum sive domorum.** Si aliquis alteri coram iudicio hereditatem suam

rite resignaverit, receptor tenetur dare judici XII denarios, juratis totidem, scriptori duos.

Si quis querimoniam suam ad juratos deduxerit et sibi coram iudice vel juratis alii astiterint, querimonia sua praevallebit, sic vid., si fuerit de actibus enormibus vel de promissis factis coram juratis a iudice missis vel precibus obtentis, sed non de quibuslibet verbis otiosis in foro vel in tabernis casualiter ventilatis.

It. si respondens carere noluerit, oportebit juratos obtinere juramento, quod testantur.

It. si quis juratorum interrogatus pro sua sententia illam induciare ad maniloquium velit, juramento obtineat, quod illa vice talem sententiam nequeat invenire, et ad hoc a juratis vel a movente querimoniam vel a iudice compellatur.

22. De impignoracione hereditarii census. Quilibet homo sine iudice et juratis in sua hereditate pignora recipiat, non autem tributarius redimere voluerit, dominus iudici et uni juratorum significet, se pro tali censu tale vadium recepisse, et extunc libere vendet vel ad usus suos committat. Et hoc ea de causa, ut si post elapsum temporis spatium pro majore pignore aut valore dominus impetere voluerit, per iudicem et juratum causam suam possit annihilare. It. si tributarius tres census dare neglexerit de hereditate sua, dominus se libere intromittat; si vero legitima terrae necessitas tributarium fugaverit, dominus secundum gratiam et necessitatem de proborum virorum consilio cum tributario conplanabit.

*Post art. 127.*

23. De citationibus ad iudicium. Si homo qui pro aliqua causa trina vice ad tria ordinaria iudicia citari debetur, prima citatione domi praeoccupatur et inveniatur, licet sequentibus duabus citationibus se absentet et domi non inveniatur: citationes tunc hujusmodi robur obtinent firmitatis et pars adversa super ipsum iudicio tertio obtinet et assequitur, quod intendit. Si vero prima citatione domi non invenitur, ita quod per campos tam longe declinavit, quod die



judicii, antequam iudicio praesideatur, ad civitatem non revertitur: eadem citatio sicut aliae duae sequentes, dato etiam quod fiant ordinarie, inanes sunt et viribus non subsistunt. (118.)

24. De citatione in domo propria. Ad iudicium citatus in domo propria coram familia sua, licet per preconem citationis tempore domi non inveniatur, tunc si die iudicii aute horam iudicii per preconem vel juratos in civitate videatur, absentiam non poterit allegare. Si vero iudice actu iam praesidente iudicio, civitatem visus fuerit subintrare, absens fuisse reputatur et citatio facta ipsum ad astandum iudicio non asstrinxit. (119.)

25. Das man einen fur dem gericht an furgebot mag ansprechen umb gelt. Hin czu den Chutten ist das getailt: Wen ein man den andern fur den vier penken begreift, so mag er yn wol ansprechen umb gelt ader umb vuczucht, und er sol ym antworten, er sey gesessen ader nicht, ab er ym halt des obendes nicht hat lassen furpiten. Aber umb grosse sach, umb erb, ader umb eygen, ader umb sach, di einen man an sein hochstes recht geet, das ist an sein leben: do darff er ym nicht so czuhant umb antworten, denn sunder er sol ym darumb noch der stat furpiten, ader der richter sol ym aus dem gericht in ein anders uber XIV tag beschaiden. Aber dem richter, scheppen. schreyber und putel, di von not mussen des gerichtes warten, den sol man furpiten noch der stat recht. (85.)

26. It. de citationibus. Das is: hie getailt: Hat ein man vor, das sein gelter, er sey gesessen ader nicht, der des gerichtes nicht in der stat erpayt: so mag er ym in der wochen acht tag ader czeihen ader wan er wil, vor dem gericht wol lassen furpiten (86.)

27. De citationibus. Umb welche sach ein man dem andern drey stund sol furpiten, gepewt er ym sam hewt czu dem ersten fur, und peytet darnoch sechs wochen ader lenger, wan jener man leicht aus ist geczogen, und pewt ym denn zu dem ander mal fur: das ist nicht recht, wann sunder noch einander an unterlos sol er ym drey gericht noch einander furpiten. (87.)

28. De citatione hereditatis. Eines mannes erb pewt man drey stund fur; kumpt iener nicht vnd vorantwort das erb czu dem dritten mal, man derstet awf dasselbe erb, umb was man ym fur gepoten hat. (88.)

29. Ad idem. Das ist kegen den Chutten getailt: Wer eines mannes erb, der nicht in der stat ist, fur will piten umb also vil geldes, als man czu einem gericht erstën mag: der sol ym fur dem gericht in der wochen also enczeit furpiten, das ienem, der das erb vorantworten sol, das furgopot kund und czu wissen mag werden getan; und geschicht das nicht, so hat das furpot nicht kraft. (89.)

*Post art. 138.*

30. De rebus alienis inventis. Chavrenses scripserunt sic: „Wir tun euch kunt, das ein man ist in seiner stuben aufgestanden vnd hat in einem seckel phenning lassen ligen und hat der do vorgessen. Des ist do ynne ein hoffraw gewesen, di hatt gehabt ein winziges kindel und das hett di phening aufgehebt vnd seiner muter di pfening gegeben. Des ist geschehen, das ein man darnoch an dem vierden tag czu markt ist gegangen und hat das seckel am weg funden und hat das demselben man wider gegeben. Und hat do derselbe man sein hoffrawn angriffen, und do man si wold in di gefenkness furen, do sprach si: Nicht furet mich in das gefenkness, ich wil di pfennig wider geben, und der ist nur anderthalb schok gewesen. Do iach der man: ir were an czweniczig gros drey schok gewesen. Des sprach furpas diselbe fraw, do man ir mit martern drawt: Was er torft czu seinem ayd sprechen, des wold si ym ires gutes geben und wider keren. — Und das kunne wir nicht daheym vinden, ab der man das mit seinem rechten sull behalden, ader di fraw kein recht sol haben ader darumb icht sol leyden, wenn si nur anderthalb schok hat bekant, und ab si icht sull leyden kegen der herschaft?“

Super quo fuit sententiatum taliter: Sint di fraw darczu gewilkurt hat, tar der man das begreifen mit seyнем

ayd, das der phenninge also vil gewesen sein als er geret hat, si mus ym si wider keren. Ist des nicht, und tar si das beweysen mit einem rechten, si genewst sein und di fraw sol gegen dem gericht nictes nicht leyden. (221.)

31. De rebus ad servandum datis. Soror Pesoldi Salomonis conquerebatur super Jeklinum lanificem, quod sibi unum pannum in suam habitationem dedisset ad servandum, quem amisisset. Petivit sibi sententiari, utrum sibi solvere non debeat, cum in alienam posuisset habitationem et non in propriam, vel quid sit juris? Ad quod Jeclinus respondit, quod in tam bonam sicut in suam, posuit habitationem viri idonei, in cujus cum aliis rebus suis dictum pannum perdidit habitatione, quod probare vellet juxta formam juris.

Super quo sententiatum fuit: Quod suas res cum dicto panno perdidisset, probare debet; alioquin actori pannum solvat, sicut ipse actor juramento suo valorem panni comprobavit. (166.)

32. De dampnis in balneo perceptis. Wer sein gewant czum pade vorlewst auserhalb der stuben, der spricht mit recht den pader, der der stuben meyster ist, darumb an, und mag bewaysen selbdritt, das er sein lon geben hat und nicht umb-sust gepadet; der meyster sol das gewant gelden. Und in sulchen sachen, wann frawen besunder paden, nicht mit den mannen, mugen czwu frawen der dritten wol gesteen und sullen sweren, das si gesehen haben, das das lon der meysterynn gegeben sey. Das di pader aber sprechen, man sull den abczuher ader di huterin darumb ansprechen, das get ab, wenn der meyster sol sulliche amptleut in der padstube haben, den er getraw, und di den leuten selber nicht schaden tun, und yn auch ir dink bewaren und behuten. Ydoch diselben amptleut di sullen dem meyster noch recht helfen czu gelten, als verr sam si vormugen; sint si halt scathaft, si sullen dem meyster allein gelten denselben schaden. (200.)

*Post art. 148.*

33. De procuratoribus in genere. Quilibet homo potest agere aut suo nomine aut alieno, sicut procuratorio,

tutoriove, quum captivitas, morbus, aetas, necessaria peregrinatio et multae aliae justae causae saepe hominibus impedimenta sunt, quod per se ipsos causam suam exequi non possint. It. procurator non praesumpto adversario, imo etiam eo ignorante instituitur, quemcumque permiseris rem tuam agere aut defendere, ille procurator tuus intelligitur. Tamen si pars corporale juramentum per se facere debeat, quantum ad hoc, procuratorem sustinere non potest. It. Si procuratori causa commissa fuerit, quod ipsam terminet cum rigore justitiae mediante, et ille diffinitiva sententia juris non exspectata in arbitros compromittit: talis compromissio per partem, cujus mandati fines procurator excessit, in irritum poterit revocari.

**34. De procuratoribus quantum ad advenas.** Cum civis quidam impeteretur pro debitis a quibusdam diversis advenis diversarum civitatum, sententiatum fuit in senatu: Si hujusmodi cives ex eo, qui extra terram essent residentes et propterea censentur hospites, procuratores seu ceteros suos nuntios cum literis patentibus suarum civitatum saltem formam procuratorii, praecipue quantum ad ratihabitionem continentibus, ad eorum consilium mitterent, illis tenetur et eorum civis subscriptus, sicut ipsis actoribus, si personaliter compareant, de justitia respondere.

(Residuum de procuratoribus quaere „de Actore et reo“ per plures titulos. It. Nota quod illi, qui agit pro deductione uxoris legitimae, procurator negatur, sicut superius invenitur sub titulis jam dictis.)

*Post art. 161.*

**35. Ad idem de debitis obtentis.** Umb gelt, das ein man auf den andern mit notrecht hat erstanden, vorpewt er ym wol sein bereit pfenning, wo er ir ynne wirt, das czu einem andern manne, der ir icht yn hat, in welcherley weis das sey. (97.)

**36. De obtentis debitis.** Kegen dem Reychenstein ist das getailt: Was geldes ein man in der burger tael ader in irem puch geschriben hat, es sey erstanden mit notrecht,

ader sey gelobt fur scheppen, ader in welcherley weis es der-ein komen sey: wen di tage vorgeen, do es aufgeschriben ist, so hilft der richter wol darumb phandes, es sey denn sunder punt mit wilkur do von geschriben, wen noch demselben sullen richter und scheppen richten. (98.)

37. De debitis persolutis. Ayn man beweist pas vorgolden schult selbdritte, den ym ein ander man uberwinden mag halt mit scheppen, das er ym schuldig sey; er hab denn gelobt, das er yn nyndert sull weren denn vor scheppen. (99.)

38. De debitis persolutis. Was erstandens geldes in der schoppen tael stet, das mag kein man beweysen, das er es hab vorgolden, denn nur mit scheppen alleine. (100.)

39. De debitis. Was man schult erstet in dem pantayding, das sol man gelden in dreyn tagen u. an dem vierden tage so sol der richter phandes darumb helfen. (101.)

40. Ad idem. Derstet ein man auf den andern mit notrecht icht, was im darawf geit von des gerichtes wegen, das sol er czu dem erstanden gut rayten, und dasselbe sol ym iener, auf den er erstanden hat, von recht wider keren; ader keinen schaden, den er sein genomen habe, mag er darczu nicht gerayten, waun kein man dem andern schaden richten darff; und das kumpt davon, das nymand seines schadens ader seines gewynnes gewis mag geseiu. (102.)

*Post art. 165.*

41. De debitis obtentis superjuratum Di purger von Czasslabs schrien her, was rechtens dorumb wer: „Ein armer man hett auf einen schepfen gelt erstanden und do der richter fur des scheppen haws quam und wold ym phandes helfen, do sprach er: Her richter, sintemal und ich phenning hab erstanden, pit ich durch eines rechtens willen, das ir in des scheppen gewalt bereyt phenning suchet. Wen ich yn des nicht wil vorwissen, er mag mir mein gelt, das ich auf yn hab erstanden, mit bereiten phenningen bezalen.“ — Daruber wart getailt: Wold sem der armer man nicht enpern, richter und schepfen sullen in des scheppen

gewalt bereit phenninge suchen; funden si phenning, si sulden dem armen man sein gelt geben; funden si nicht phenning, si sulden ym ein phant geben, vnd das suld er nemen. (105.)

42. Ad idem de obtentis. Wenn man gelt auf einen sneyder ader auf einen mentler ader auf einen andern man, der semlicher arbeyt phleget, derstet, und sol yn darumb phenden: so mag ym ander leut gut nicht genemen, sunder umb als vil als er seines lones dennoch auf demselben gut hat. (106.)

43. De impignoratione. Wann der richter ymand phandes hilft ader halt ein man dem andern von im selben phant vorsezt: derselbe sol dasselb phant in seiner ynung halden; wen let er es czu ienem, der ym es vorsatz hat, der nehest gelter, der mit dem richter dar kumet, dem sol es der richter antworten, und keynerley gelub ader wilkur, di czwischen dem ersten ist gemacht, di kan dem leczen nicht geschaden; es sey denne ein semlich phant, daß man an schaden von einer stat in di ander noch getragen noch geczihen mag, als ein vas weines, das auf dem leger leytt, ader etwas anders, das dem gleich ist; wan ein semlich phant sol der richter vorlissen und den slüssel dem gelter geben. (107.)

44. De impignoratione. Hyn czu dem Czasslabs ist auch das getailt: Hat ein prewer ader ein pader ein phann ynne von einem manne, do er ym von czinset alle iar einen czins ader alle wochen, diselbe phann mag ym der richter nicht czu phant genemen und seinen geltern antworten. Gevellet ader icht nucz uber denselben czins von der phannen, den mag der richter wol den geltern bescheiden. Und wil der gelter einen, der sich der phann anzewiht, des nicht uberheben, er mus begreifen mit seinem ayt, das di phann sein sey. (108.)

45. Eyn essendes phand sol man drey tag halden; löst man es denn nicht, so mag man es an dem vierden tag vorkaufen. (109.)

46. Ad idem de impignoratione quantum ad hospites. Hilft der richter einem gast von einem purger eines phandes, dasselbe phant tar der gast aus der stat nicht furen non tragen noch senden, er mag es aber in der stat wol vorkauffen einem andern purger ader einem andern gast mit gewissen, und der es denne von ym kawft, der mag es tragen, furen ader senden wo er hin wil. Und das kumpt dovon, ab es der erst aus der stat sendet ader furet ader trüge, so kund der purger nicht gewissen, ab er sein tewer ader nohent anderswo an wurde. (110.)

47. De impignoratione et obtento. Wer trinkgelt auf den andern erstet, dem sol man es gelden in dreyu tagen, wenn an dem vierden tag hilft der richter wol phandes darumb.

Man mag nymant fur den andern getwyngen czu antworten, er wolle es denn tun von freier wilkür. (103, 104.)

*Post art. 174.*

48. Von einem gedinkten diner. Das ist ein aldes recht: Ein gedingter prot-ess beheldet mit seinem ayt seines lones an ein quentein einen vierdung (das sein XIV gros); beweist aber der herre selb-dritt, das er ym sein lidlon gegolden hat, er genewst sein. Und wen der prot-ess sein lidlon derstet ader mit seinem ayd beheldet, so sol ym es der herre pey sunnenschein desselben tages geben. Seczet er ym aber ein phant do fur, das gibt der prot-ess an dem andern tage mit recht hin an aufpot. Und wil der herre dem prot-ess des nicht uberheben, er mus beweisen, das er sein gedingt prot-es sey gewesen. (199.)

*Post art. 180.*

49. De vigore litterarum et testimonio juratorum pro debitis. Czasslouienses scripserunt: „Es hat sich gefuget, das ein purger ist czu uns und hat erbe gelassen und hat das mit der statprief czu Prage und anderswo vorkumert an unsern wissen, wenn er unser ingesigel hat gehabt, und daruber andern leuten in unser stat gelobt fur

scheppen; di sint peyderseit czu uns komen und czihen sich di einen an ir brieff und di andern an di scheppen. Nu pitt wir euch, das ir uns leret, welch di pest kraft haben und di ersten sein, wenn wir sein selb nicht vinden kunen.“ Do wart geteilt czu einem rechten, das di mit der statprieff di ersten sein und darnoch di mit scheppen ir schult beweysen, di genysen des auch. (235.)

*Post art. 207.*

50. Von ansprach umb erbteil etc. Albertus Boni-Ortwini quaestionem movit socrui suae Dymudi, relictæ Martini de Polna, pro partibus hereditariis suae uxoris, deducens suam querimoniam ad juratos duos, quia ipsa d. Dymudis partes easdem uxori suae ab impetitionibus, quas aliae sorores ejus sibi fecerant, coram judicio obtinuerit actuato, prout per eosdem duos juratos se obtulit probaturum. Ipsa vero domina Dymudis respondit, quod Martinus maritus ejus in suis extremis omnia bona, quae reliquerat, sibi absolute per hunc modum deputaverit, quod in voluntate et arbitrio ejus posuit, quid et quantum unicuique puero dare vellet, adjiciens, quod hoc testimonio proborum virorum, qui testamento ipsius interfuerint, sufficienter vellet ostendere et probare.

Super quo sententiatum fuit: Quod testimonium juratorum tamquam efficacius quam testamentariorum pro parte Alberti potius debet recipi et admitti.

Praedictus Albertus, postquam Annam, puellam annos nubile jam habentem, filiam dominae Dymudis, relictæ Martini de Polna, matre inscia et ejus consensu ac voluntate non obtenta, occulte in uxorem duxisset legitimam, socrum suam praedictam, sc. dominam Dymudem, pro parte hereditaria uxorem suam Annam praefatam ex obitu patris sui Martini in bonis per eum relictis contingentem, in causam traxit et judicio convenit. Ipsa quoque d. Dymudis pro se in contrarium allegante, quod filia sua Anna contra voluntatem ejus, nec petito nec obtento ejus consensu, domum suam exiens occulte Alberto se promiserit matrimonialiter copulari et ex hoc partibus suis hereditariis debeat merito privari.



Sententiatum est diffinitive: Quod non obstantibus allegationibus d. Dymudis filia sua Anna ex dicto matrimonio secrete contracto partem bonorum patris sui eam hereditarie contingentem nullatenus perdidisset, sicut Originaria Jura civitatis dicunt: „Matrimonia debent esse voluntaria, non coacta; in voluntate enim cujusvis mulieris est nubere, cui placet.“ (78, 79.)

*Post art. 218 et 219.*

51. De emenda homicidii. Emenda homicidii ex diversorum locorum consuetudine sunt XXX sexagenae vel marcae; ergo pro nobili membro tanquam pro tertia parte corporis X sex. in emendam debite persolvantur.

52. It. de emenda homicidii. Sententiatum est Chutnensibus anno Domini MCCCLI pro homicidio septem marcae, quarum judici quinque et juratis duae cedent. It. pro vulnere duelli tres marcae; judici duae marcae et una juratis.

*Post art. 264.*

53. Pro percussione baculorum. Si quis alium baculis aut fustibus percusserit vel crinibus ad terram projecerit vel pedibus conculcaverit, victus duobus testibus manu punietur vel ipsam redimet X marcis.

54. De emendis alaparum. Si quis alteri alapam indignanter dederit vel ad dentes percusserit, actori dabit marcam, judici et juratis mediam marcam.

55. Emenda de evaginatione gladii. Qui gladium coram juratis evaginaverit super aliquem, convictus actori cedit una marca. Ad idem: Si quis alium vulneraverit et idem satisfacere non poterit, pro vulnere duelli amputetur sibi manus.

56. De pace indicta. Qui pacem sibi a iudice indictam negligens violaverit, actori in LX solidis respondebit.

57. Umb ein fridprech. Umb ein fridprech mit worten, dem richter LX schiling und ydem scheppen XXX schiling der kurzen; also vorstet es, das wir nur

XII scheppen teilen. Aber ein fridprech mit den werken, das ist nur der hals, wird er überwunden als ein recht ist. (181.)

58. Umb ein frevel puz. Das ist auch ein aldes recht: Einen kleinen frevel vorpust man mit LXXII hallern, aber einen grossen frevel vorpust man mit LX schilingen und iczlichem scheppen mit XXX schilingen der kurzen. (197.)

59. Von ubel handlung. Wer wunt ader ubel gehandelt wird, der sol das dem gericht clagen; wenn tut er es nicht und vorsmeht das gericht domit und wil leicht ym selber richten, der richter mag es hin czu ym clagen und pessern. (116.)

60. Wer fur den vir penken frevelt. Ein man hyess den andern fur den vir penken, das es scheppen horen, vol und trunken und drewt ym darczu; darumb wart er auch geteilt dem richter mit LX schilingen und iczlichen scheppen mit XXX der kurzen. (139.)

61. Ad idem. Der richter hies einen man sitzen in di vier penk; do wold er nicht tun; do stund der richter auf und nam yn bey seinem mantel und wold yn in di vier penk haben geczogen; des slug er dem richter den mantel aus der hant, das es di scheppen sahen. Dorum wart er auch dem richter getailt mit LX schilingen u. ickleichem scheppen mit XXX. (140.)

62. Ad idem. Das ist kegen Telcz getailt: Als oft der richter einen man selb fur den vier penken heisset sweygen und er daruber redet, als oft sol er vorpussen mit LXXII hallern ader mit einem halben vierdung. (141.)

63. Ad idem. Das ist getailt kegen Coln: Antwort ein man fur gehegtem gericht ee man auf yn claget, er tut es czu unrecht und sol es vorpussen mit XII hallern. (142.)

64. Emenda proscripti post mortem. Das ist getailt kegen Coln.: Wir tun kunt, das ein iczlicher vorzalder umb ein toten an alle widerrede jar u. tag den Perg sol meyden u. darnoch wen er denne seiner widersacher hulde hat, ee er in Perg get, so sol er den scheppen eine mark geben und dem richter eine halbe mark.

**65. Pro interfecto.** Es ist auch pilleich, das kein vorczalter an des richters lawbe in den Perg icht gee, wen es stet geschriben: „proscriptus pro quacumque causa qui fuerit, semper caret jure suo. It. quidquid de proscriptis ad gratiam venientibus derivabit, duae partes ad judicem et tertia pars ad juratos pertinebit.“ (257.)

**66. Umb todslege.** Umb todslege gevallen dem richter V mark u. den scheppen czwen. (181, 257.)

**67. Emenda pro claudicatione.** It. Umb ein leem (also vorstecz ein abgeslagen glid ader ein aufgeworfen glid) gevallen XIV mark: Czehen deme selbscholden, drey dem richter u. eine den scheppen. (181, 257.)

**68.a) Emenda pro vulnere duelli.** It. Umb ein kampwunde, douon gevallen czehen mark: Siben mark dem selbscholden, czwen mark dem richter und eine den scheppen. (257.)

It. Si propter vulnus duelli coram juratis reo amputatur manus, per hoc satisfactum est judici et actori. (4.)

**68.b) Cum juratus aliquis debet causam aliquam comprehendere juramento suo, non imponit manum super crucem, sed pollicem manu includit, alios sequentes duos digitos erigendo. Et si petit, per alios suos conjuratos debet de forma juramenti informari et vulgariter dicendo „holung“ habet, sicut alius jurans. (2.)**

**69. Emenda pro vulnere duelli.** Pro vulnere duelli judici cedit media marca; si autem vulneratus duellum coram judicio indixerit et adversarius eidem componere voluerit, cedit marca. Si vero circulum intraverint et ad sedes venerint et adhuc componere voluerint, cedent judici duae marcae. Si vero super falangas venerint, adhuc componere volentes, judex tres marcas habebit. Si autem falangis extractis pugnantes congressi fuerint, adhuc componere volentes, judici in tribus marcis reus respondebit. (XLVI.)

**70. Umb plutrunst.** It. Umb ein plutrunst gevellet dem selbscholden ein halbe mark, dem richter XVI gros und den scheppen acht gros. (257.)

71. It. Umb heimsuchen wirt er überwunden als ein recht ist, das ist der hals. (181, 257.)

72. Umb rerauwen. Umb reraub wirt er überwunden als ein recht ist, das ist der hals. Kumpt es ym aber darzu, das er der dreyer sachen mit dem richter ablegen sol, das mus er tun, wy er genade an ym vindet, und auch an den scheppen mit der selbscholde willen.

73. Umb plabslege. It. Umb plabslege, do geuellet dem selbscholden ein vierdung, dem richter u. den scheppen  $\frac{1}{2}$  vierdung. (181, 267.)

74. Umb volleist. It. um ein volleist an einem toten geuellet dem selbscholden eine mark, dem richter und scheppen I mark. (181, 257.)

75. Umb ein urhab. Umb ein urhab an einem toten, wer domit voruellet, als ein recht ist. Umb ein weglage, das ist ein kleiner frevel, eyn grosser phennik dem richter. (181, 257.)

76. Von fursprechen. Umb die fursprechen, wen ir merket, das di fursprechen den leuten czu swer sein, so muget ir yn selber ir lon setzen, wy euch gut dunket. (257.)

77. Was rechtens der richter hat umb ein kampwunde. Cives Czasslavienses scripserunt sic: Praemissis servitiis. Ir heren! Wir pitten ewer bescheidenhait, das ir uns des weyser macht, was di puss sey kegen den richter und den scheppen umb ein kampwunden, di bewart wirt als ein recht ist und geclagt und darnoch bericht wirt mit des richters gunst, also das es ym nich schad an seinen rechten. Sententia: Dem richter II mark und den scheppen  $\frac{1}{2}$ . (170.)

78. Emenda umb ein plabslag. Pro percussione dicta plabslag solvitur judici talentum et percusso duo, et quot sunt plagae numero, totiens solvitur emenda praedicta.

*Post art. 272.*

79. De judiciis emenda. Ubi cumque judici cedit emenda, sive magna sive parva fuerit, induciare debet reum XIV diebus; quibus finitis aliquo juratorum praesente accipiat emendam suam.

Quod si neglexerit, illi emendae non tenebitur aliam accumulare. Et semper coram aliquo juratorum accipiat emendam suam. (IX.)

80. Emenda de injusta mensura. It. volumus, ut quicumque hominum, virorum vel mulierum, cum injusta mensura inventus fuerit, vel mensuram statutam (sic!) aridorum vel humidorum, vel cum injusta ulna, pondere vel libra, unam marcam dabit juratis. Si secundo inventus fuerit, dabit duas marcas; si tertio, manu carebit, vel eam si voluerit redimere, det decem marcas, de quibus duae partes cedent judici, tertia juratis, si non reus veniam consequetur. (V.)

81. Quod emendae non sunt majores camerario praesidente. Item quaesitum est a Coloniensibus, utrum emendae sint majores, camerario praesidente iudicio, quam iudice civitatis; quibus responsum fuit, quod non est licitum juratis majores poenas delinquentibus imponere, quam quae in privilegiis iurium sunt conscriptae. (11.)

82. Emenda pro minori culpa. It. Quaesitum fuit ab eisdem, quid camerario sententiari debeant pro minori culpa, sc. pro cespitatione unius verbi; quibus responsum fuit, quod unus grossus vel XII parvi. (12.)

83. Emenda pro vulnere duelli. It. eisdem, cum quaerent de jure camerarii, sententiatum fuit, quia tamen unus iudex in civitate esse debeat, cui pro emenda vulneris duelli quantum ad compositionem tres marcae solvi deberent, quarum tertia pars esset juratorum. (13.)

84. Emenda pro minori culpa. It. sententiatum fuit hic: Cum Martinus de Polna et Henricus Stelin coram d. Henrico, capitaneo regis Bohemiae, qui nomine regis iudicio praesidebat, placitarent, quod secundum jus civitatis pro minori culpa unus solidus parvulorum vel unus grossus solvi deberet. (14.)

85. De emenda eadem. It. sententiatum fuit eidem domino de Lippha, cum pro minori culpa et emenda decem marcas peteret, allegans quod jus regis hoc postularet, si ipse dominus rex personaliter in civitate secundum jus civile iudicio praesideret, in emendis, quae de ejus gratia et favore

in privilegiis jurium civitatis conscripta super excessibus quibuslibet essent, de his etiam ipse contentari deberet. (15.)

86. De emenda regis. It. interrogante eodem domino, cum jus regis majus esset quam jus civile, utrum non secundum hoc emendae juris regii emendas juris civilis in magnitudine excedere non deberent? Sententiatum fuit, quod juratis civitatis tamquam subditis dom. regis non esset licitum aliquas novas emendas majores illis, quas in privilegiis jurium civitatis de gratia regis sibi indultas conscriptas haberent, dictare vel invenire; cum inferior in superiorem imperium non habeat nec subditorum esset suis majoribus legem imponere, sed e converso. (16.)

87. De eodem. It. quaesitum fuit a dicto domino de Lippha: Ex quo Chuttnenses sententias et jura sua in Iglavia quaerent, et ipsi dom. regi vel ejus vicario pro emenda minori X marcas sententiarent, utrum non idem in Iglavia fieri debeat? Super quo sententiatum fuit, quod Chuttnenses, si hoc facerent, non jus, sed malam consuetudinem in hoc servarent; unde cum mala consuetudo non pro lege sit tenenda, sed tamquam corruptela extirpanda, dom. rex vel ejus vicarius quicumque secundum jus civitatis judicio praesidens, in emendis quibuslibet, quae in privilegiis jurium civitatis notantur, contentari tenentur. (17.)

88. De intimatione adventus camerarii. It. sent. est eidem domino de Lippha, quod vicarius d. regis nomine regis in civitate judicio praesidere volens ad minus judici et juratis et illis, contra quos habet placitare, terminum unius quindenae, hoc est duarum hebdomadarum, praefigere debet et suis litteris intimare et juratos aliarum civitatum, si causa gravis fuerit, et praecipue illarum, quae eodem quo utitur civitas, in qua vult placitare, utuntur jure, sibi assumere, nisi forte ex causis arduis negotiorum regis vicarium quindenam oporteret praevenire. (18.)

89. Ein urtail umb ein volleist an einem toten. Di von Eylaw schriben also: Ein man quam fur vns und clagt auf einen andern man umb ein volleist an einem toten seines kindes. Des sprach ein ander gemeiner man, der do pey stund: „Du tust ym gar recht; er ist di weil daheim gewesen

und hat geslafen.“ Des fragt der richter, ab er es nicht vorpussen sulde und ab auch iener czu seinem rechten komen mochte, den man der volleist czeiht. Wir tun auch euch kunt czu dem andern mal, das derselbe man clagt umb ein urhab an einem toden. Do nam der, dem man schult gab, einen fursprecher und derselbe fursprech, der viel an der antwort, do es suld geantwort haben. Do fragt der richter, mit wē er vorvallen were. — Do uber wart geteilt also: Uber das erst, das der gemein man gesprochen hett, „er tet ym gar recht, er wer di weil doheym gelegen und hett geslafen“, diselbe red sol er mit XII hallern vorpussen ader mit einem grosen phenning. Czu dem andern mal teil wir euch, das der, den man einer volleist czeiht an dem toten, wol zu seinem rechten mag komen und umb die volleist sol antworten.

Czu dem dritten mal tail wir euch: Sintdemaln und ir uns geschriben habt, „do der fursprech sold antworten, do vil er an der antwort“, und habt uns nicht geschriben, wye er gevallen sey, do fragt wir di scheppen, di ir uns gesandt hattet, wie er gevallen. wer; di underweysten uns, er hett nur nicht gesprochen ader wy er mit Cristen namen genant ist, doch hett er yn mit rechten namen genant. Daruber teil wir euch czu einem rechten: Ist das, das er yn mit rechten namen hat genant und halt nicht darczu gesprechen hat, ader wy er etc: er hat dennoch wol geantwort und ist mit keiner puz vorvallen. (164, Roeszler p. 58).

*Post art. 284.*

**90.** De emptionis et venditionis coactione. Quaeritur, an iudex possit compellere quemlibet ad vendendum res suas. Solutio: Si aliquis habet res venales expositas ad vendendum, recte compellitur vendere, et si mihi non vult vendere, tenetur mihi actione nundinarum. Si autem non habet expositas ad vendendum, et tunc distinguitur: Aut est tempore necessitatis, et tunc compellitur, aut non tempore necessitatis, tunc non compellitur; quia nemo cogitur invitus vendere rem suam. Et est dicta necessitas potissime ad victualia referenda et non, quod qui rem vendendam suscepit, ut pretio utetur, periculo suo rem habebit.

*Post art. 289.*

91. Das ist hye getailt: Porget ein purger einem gast icht, das er gelobt hye czu gelden auf einen tag, und tut er des nicht, nach demselben tag begreiffet er seines gutes icht hie in der stat: er helt es mit dem rechten auf.

*Post art. 298.*

92. De exceptione testium. Si quis hominum de aliqua causa vel culpa cum testibus se expurgare debuerit et si adversarius ejus contra aliquem testium excipere habuerit vel aliquem eorum rejicere: hoc faciat, antequam manum cruci imponat; quodsi non fecerit, juramentum ejus stabit.

*Post art. 299.*

93. Kein man mag purgen recht haben umb gelt. Das ist auch gemacht, das umb gelt kein man purgen recht mag fursetzen, sunder er sol so czuhant antworten als iener tet, far den er purg ist worden, und sol auch in XIV tagen vorrichten, was man auf in erstët. Aber umb wunden und unczucht hat ein man wol purgenrecht drey XIV tag. (184.)

94. Von einer toten purgschaft ein urtail. Cives Colonienses super Albea scripserunt: Es ist gescheen, das unser purger und mitpurger umb einen, der verderbt ist, mit den beschuldigten umb den toten sein vorpurgt worden u. vorvestet mit uberwet uncz auf ein recht, als di purgen mit den beschuldigten all miteynander mit gesampter hant gelobt haben czu rechten steen fur den camerer, wenn er gepewt. Des hatt er prief gesant fur seiner czukunft etlich tag czu uns, das alle di icht czu clagen ader czu schaffen haben fur ym, sich darczu berayten sullen. Des ist es gescheen, das der camerer quam und hegt ein gericht. Noch der hegung des gerichtes quamen, di den toten vorterbten, und warten des rechtens, das yn beschayden was, und lavtmerten sich do als oft als si sem bedorften czu einem rechten. Nach sulchem lautmeren quamen di beschuldigten ein teil und nicht alczumal u. begerten purgen recht. Des kunden wir nicht finden darumb das der camerer selber das gerichte zass u. haben das vorschoben



uncz an ewer weisheit u. pitten uns sein ynnern durch unsers dinstes willen. Darnoch traten di vorgeantanten purger dar u. iagten an einen rechten urtail czu dervaren, sint si der beschuldigten nicht gehaben mochten, wen si vorfluchtig weren worden, ab si sich nu nicht pillicher czu irem gut halden sullen denn ymand anders, wenn si mit yn mit gesampter hant gelobt hetten. Des wart yn getailt, das si des neher weren, den ymand anders.

Des traten di vorderer an tem toten dar u. fragten, was nu di beschuldigten bestanden weren, wenn si dem rechten nicht getrawet hetten u. si an demselbem tag u. offentlich u. frevelich czu kirchen u. czu strasse gegangen weren, wissentlich scheppen u. andern erbern lewten. Darumb wir si vorczalt haben.

Noch dem do di vorczelung geschah, des traten aber di purgen dar u. liessen yn eruaren an eynem urtail, sintemal u. man czu dem selbschol ein recht hett getan, ab si nu nicht ledig sulden sein, ader was darumb ein recht wer. Des haben wir auch darumb, das si sich des gutes ee vorvangen haben, ee si sich aus der purgschaft gezcogen haben, vorschoben uncz an euch u. pitten fleissichlich das ir uns der czweyer sach weyser machet durch unser dinstes willen: Der ersten, ab si purgenrecht mugen gehaben, der andern, ab si der purgschaft ledig mugen sein noch allen den teydingen u. reden, als si vor geschriben steen, ader was darumb ein recht sey.

It. interrogabant nomine domini camerarii et ipsorum, utrum aliqua protractio iudicii, cui camerarius praesidet, fieri posset. Quibus responsum fuit, quod ita fieri posset.

It. sententiatum fuit quoad primum: Noch der vorgeschriben red tail wir euch czu einem rechten, das di purgen wol purgenrecht mugen haben. Quoad secundum: Noch der andern sach tail wir euch, das di purgen der purkschaft nicht ledig mugen sein. (249.)

*Post art. 318.*

95. De furto minorum annis. Sciendum est: Quaesitum est, an impubes rem alienam amovendo furtum faciat.

Et placet, quod furtum ex affectu consistit; tamen propter hujusmodi furtum non est sentiendus criminose, sed corrigendus ut supra.

96. Qui bina vice de furto est accusatus. Bina vice accusatus pro furto, quamvis furtum apud ipsum inventum non fuerit, quivis etiam se expurgaverit: adhuc postea semper a testimonio rejicitur ut infamis.

97. De fugiente pro incusatione spolii. Di von Malein frageten also: Czwen man sassen in einem leythaus, ein Behem u. ein Dewczer. Do sprach der Dewczer u. czeigt mit dem finger auf den Behem: „Der hat mich newlich gephandhaucht u. geraub meines gewandes in dem wald.“ Do sprach der wirt czu dem Behem: „Der czeihet dich, du hast yn gerawt in dem wald.“ Do sprach der Behem: „Des hab ich nicht getan.“ Do sprach der Dewczer: „Er hat es getan; ich kenn yn wol.“ Bey der rede sassen schoppen; di namen den Dewczen u. den Behem, u. furten si fur den richter u. sandten noch mehr scheppen u. legten yn die rede fur. Do hies man den Behem purgen seczen. Der sait, er wold gern purgen seczen, er wer unschuldig. Und diweil er also fur dem richter u. den scheppen stund, u. sein nachgebawer wolden fur in gesprochen haben, da ruckt er ein messer aus dem mantel u. stach umb sich u. wart fluchtig. Da lif im das gericht nach, da kert er sich umb u. weret sich, ydoch ward er geweldigt u. gefangen. — Daruber wart getailt: Wen er auf fluchtigem fuz gefangen wer umb rawb, man sol czu ym richten des czu einem rawber. (163.)

*Post art. 329.*

98. De hereditatis praescriptione quando sit inchoanda. Praescriptio a die traditionis et resignationis hereditatis coram iudice facta initium capit et non a die venditionis et emptionis. Et ex hiis sentiendum est: Si occurrerit casus pro pueris fratris, si per eorum possidendo legitime praescripsit, cum testamentum ejus, si quod fecerit, sufficienter probatum stabit. Sicut in tali casu: Fratribus tribus legata sunt bona per patrem eorum relicta aequaliter dividenda;

senior frater de bonis hujusmodi se intromittens mediocri fratri suo partem mediam eorum dedit, junior autem ad partes remotas declinans et cum post octo annos tempore pestilentiae reversus fuisset, fratrem seniore, qui uxorem et pueros reliquerat, intestatum decessisse inveniens, petivit a fratre mediocri partem suam. Qui respondit, quod fratris esset secum dividere ea quae habet. Isto modo a consobrina sua, sc. ab uxore fratris sui senioris, cum similiter portionem suam repe- teret, respondit, quod nihil de suo haberet nisi bona per maritum suum sibi dimissa cum ejus potius possideret; petens insuper pro se sententialiter inveniri, cum et maritus ipsius et ipsa cum pueris suis pluribus annis sine impetitione bona talia tenuissent, utrum eis per aliquem possent decertari?

**R e s p o n s u m**, quod petitio talis mulieris et puerorum ejus non est admittenda, sed juniore filio debet pars sua tertia ab utrisque partibus assignari, et sic vidua relicta super parte tertia fratris senioris una cum pueris suis praescripserunt, fratri vero juniore super parte sua talis praescriptio, si tamen aliud non obstat, nullum praejudicium generavit.

*Post art. 333.*

**99. De resignatione et solutione hereditatis.** Sententiatum est Czaslaviensibus, quod hereditate vendita prius debet fieri pecuniae pagatio per eumentem, quam hereditatis resignatio per vendentem. (45.)

**100. De eodem.** It. sententiatum est eisdem: Si homo vult alteri coram judicio aliquam hereditatem resignare et alter impetit eandem: non debet admitti resignatio, nisi prius in eodem vel saltem in proximo sequenti judicio fiat impetitionis dissolutio; per hoc enim breviatur et praeciditur materia litigandi. (46.)

**101. De impetitione hereditatis.** Das ist auch gegen Czasslavs getailt: Wer dem andern ein erb ansprach macht und noch der ansprach still sweyget jar u. tag, das er mit ym umb dasselbe erb nicht taydinget, der mag im hin noch dasselbe erbe nicht abgewinnen. (47.)

**102. De impetitione hereditatis.** Si heredes petunt, induciari debent per judicem et juratos a primo ad secundum, a secundo ad tertium, ut inquirant, quos pro occupatione bonorum ad ipsos hereditarie devolutorum habeant et debeant impetere via juris.

**103. De non-impetitione hereditatis.** Des ist auch do hin getailt: Wer erb u. eygen, nochdem und es ym fur richter u. fur scheppen wirt aufgegeben, jar u. tag an ansprach hat gessessen, den mag man furpas von recht nicht ansprechen. (49.)

*Post art. 336.*

**104. Item de obligatione.** Wenn manch man ist schadhafft worden von erb setczen, wenn das oft ist gescheen, das einer fur einen scheppen heymelich sein erb einem setczet, u. darnoch aber fur einem andern scheppen dasselbe erb einem andern man setczet u. wen davon groser krig ist oft czwischen leuten gescheen: habent di scheppen das gemacht, das man kein erb heymelich einem man fur einen ader fur czweyen scheppen sol lassen vorsetczen, diselben scheppen sein denn des gewiss, das dasselbe erbe ee nymant vorsatczet sey. Sunder wer sein erb vorsetczen wil mit willen, juden ader cristen. der sol das in einer morgensprach ader in einem gericht fur den scheppen tun u. do sol man es denn vorprifen u. vorschreiben als czwischen yn gerett wirt.

Das ist auch gemacht: Pittet ein man den richter, das er ym seinen gesworen poten leihe, er wolle in eines purger haws eines gastes gut vorpiten; wen derselbe gesworn pot in desselben purger haws komet, so sol er benennen, fur wy vil ader fur wen er desselben gastes gut vorpewt u. von wer wegen er es vorpriet, u. sweygt der wirt darczu stille ader spricht also: „Ich hor es wol, ader ich wil das gut nicht aus lassen“, ader spricht ettwas anders, das dem gleich ist. u. let des gastes gut doruber aus: er mus das gelten, da fur das gut vorpoten was, ab der pütel des vorpitens gestët u. der rede, di hy vor von dem wirt geschriben ist. Spricht aber der wirt also czu dem pütel: „Desselben gastes gut ist nichtes

nicht in meiner ynunge“, wil ym des iener gelauben, der das gut hiess vorpiten, der wirt mus es begreifen. Spricht er aber also: „Ich nem mich umb des gastes gut nicht an u. wil sein nicht warten“, so mag der pütel dasselbe gut in des richters gewalt furen, czihen ader tragen u. do pleibet es also lang, uncz das er es von ienem entwirret, der es hiess vorpiten.

**105. De hereditatis obligatione et venditione.** Omnes hereditates obligatae et conscriptae in libro civitatis venditae si fuerint, emptor earum creditoribus solvere tamdiu oportebit, donec ipse vel creditor forum, pro quo dictae hereditates emptae dinoscuntur, tenere reclamabit, et quicumque ex hiis eas tenebit, habita interrogatione ad illum derivabunt. (83.)

*Post art. 364.*

**106. De hereditatibus quantum ad vrkund.** Quamvis heredes viventibus parentibus super bona ipsorum, quod eis morientibus ad ipsos devolvantur, nec jus, quod vulgarter vrkund dicitur, dent, nec exactionem seu contributionem de bonis hujusmodi solvant: tamen adhuc bona repetere possunt talia pleno jure.

**107. De obligatione domorum.** Vorsezt ein man dem andern sein haws für gelt u. iener, dem das vorsezt wird, nimpt nicht aus den prant: vorprinnet denn dasselbe haus, es ist dem vorbrunen, dem es ist vorsatzt, und derselbe mus sich furpas an der hofstat lassen genugen. Nympt er aber den prant aus, so prinnet es ienem, des erb es ist gewesen. (63.)

**108. De hereditatis obligatione.** Das ist hye getailt czwischen dem Mertem von Poln u. Cunraden dem Walch: Setzt ein man sein erb czweyen, einem ee, dem andern hernoeh, mit gutem willen u. an notrecht u. nicht umb gut, das in der tael erstanden ist, ee das di satzung geschach, und kumpt der ander czu dem richter und leet ym dasselbe erbe eygen ee der erste: der dem es ee gesezt was, der wirt der ander; u. das ist douon, wen eygenschaft pesser recht hat wen satzung. (56.)

**109.** De eodem. Das ist auch hie getailt: Wirt ein haws ader ein ander erb vorsetzt u. geeigent czweyen, einem vor und dem andern noch, der erste gibt dem wirt einen tag, der in dem haws wonet, das er in dem haus pleibe, u. darnoch kumpt der ander czu dem richter und iaget noch einem rechten, sintemal und er alle recht mit dem haus also wol hab getan sam der erste, ab er das haus nicht mit recht muge vorkauffen u. ab man ym es nicht sol rawmen. Daruber ist geteilt: Man sulle dasselbe haws dem andern von recht rawmen u. er es auch wol vorkauffen, des erst aber sol vor dem vorkauffen ee sein werung genczlich nemen u. der ander darnoch. (57.)

**110.** De hereditatibus plura. De hereditatibus quantum ad eorum possessionem et hereditariam successionem, arrestationem, venditionem, emptionem, obligationem, resignationem, appropriationem et omnem alium modum circa ipsas contingentem, et jure emphiteotico et feudali et privilegiis sententiae, sicut in theutonico vel latino aliis civitatibus sunt transmissae vel in futurum transmittentur, sicut in sequentibus sunt notatae.

**111.** De appropriatione hereditatis. Cristans des platners protpank wart Gedrutten geeignet fur ein tail, u. noch der aygnung nam si czins von derselben protpank; und quamen darnoch fur gericht und fragt an einem urtail, ab si diselbe protpank nicht mit recht mocht vorkauffen. Da wider sagt Cristan: Sintemal und si der protpank genusse u. czins davon nem, ab si nicht diselbe protpank also lang suld halden, uncz das er si gelosen mocht, ader was ein recht wer?

Do wart getailt: Sint si den czins vou der protpank nem u. ir genuss, si must si also lang von recht halden, uncz das si Cristan von ir geledigen mocht. (58.)

**112.** Alia sententia pro agro Dasselbe wart auch getailt umb ein acker, den hat Peterman Hilbrant der Rudolfin vorsacht: Sintemal und si den acker geseet hett u. sein genossen hat, si suld yn noch recht so lang czu phant halden, das si yn nicht vorkauffen macht, uncz das yn der Petrman

von ir gelosen mocht. Und auch also den nucz von dem acker, si darff nicht noch der statrecht abslahen an dem gelt, si wold es denn noch gotlichem rechten tun u. wold ir sele ansehen. (59.)

**113.** De non-habente jura post resignationem hereditatis. Das ist vnsern purgern hie zu der Ygla getailt: Nochedem das ymand einen hoff, einen acker ader welcherley das erb sey, zu geeignet wird, so hat iener furpas keinen gewalt darauf czu seen, czu meen, czu ackern, czu sneyden, ader ackerteil czu nemen, ader keinen nucz dauon emphahen, denn sunder also uerre als ym sein iener gan, dem es ist geaygnet. (52.)

**114.** De amissione hereditatis propter non-solutionem census. Das ist auch hie geteilt: Findet ein man drey iar nocheinander umb czins, der ym in dreyn jaren von seinem purkrecht suld sein geuallen, nicht phandes: jener vorlewst das purkrecht u. der her unterwindit sich sein czu einem erbe. (54.)

**115.** De heredibus adoptivis. Heredibus carens potest sibi puerum vel pueros virilis vel muliebris sexus in heredes adoptare et ipsos bonorum suorum successores et possessores constituere, et eodem modo heredes hujus possunt ipsis alios pueros adjungere et pares facere conditione consanguineorum suorum, qualibet contradictione quiescente.

*Post art. 369.*

**116.** De homicida hospite fugitivo. Hospes si homicidium facit et in claustrum causa pacis effugerit, tunc si res quae ducit vel habet, alterius sint civis, ipse fugitivus fortassis extitit vel conductus ut ipsas res ad talem locum duceret vel portaret: de rebus hujusmodi non iudex nec jurati nec uxor vel amici occisi se intromittent (res ejusdem obtinebunt), sed ille, cujus fugitivus vel conductus dinoscitur esse; secus autem fortassis esset, si civis ex eo res sibi usurparet, quia hospitem haberet sibi in debitis obligatum.

**117.** Nota de homicidio. Die von Patlawn fragten uns, was rechtens daruber wer: Ein man wart begriffen auf

fluchtigem fuz und ein plöses plutiges swert in seiner hant, nochdem u. man yn umb einen totslag hett bezigen. Daruber wart getailt: Wurd er des überwunden mit scheppen, sam ein recht ist, er suld die geczewgen leyden und mocht seyn lawken nicht fur geczihen. (162.)

*Post art. 382.*

**118.** De juramento homicidii. Quicumque pro homicidio accusatus fuerit per simplicem querimoniam, in cruce se solus expurgabit. Et quicumque civium habet intra muros civitatis de hereditate ad XXX marcas, pro homicidio potest fidejubere. Si quis pro homicidio incusatus fuerit, volens se expurgare, metseptimus in cruce suam innocentiam comprobabit cum viris fidedignis, tamen in hunc modum: Accusatus primo jurabit, se esse innocentem, alii tres jurabunt, se vidisse innocentiam suam, ultimi tres jurabunt, illos quatuor juste jurasse. Similiter jurabunt, qui defendendo vitam propriam aliquem occidunt et si accusatus fugam dederit, volens comparere. De praedictis XXX marcis cedent actori XXIII, judici quinque, juratis vero duae. (XLIV.)

**119.** De homicidii proscriptione. Pro homicidio si quis proscriptus fuerit, sine omni contradictione civitatem anno et die evitabit. Si autem transactae anno gratiam inimicorum habuerit, antequam civitatem intret, juratis marcam dabit, judici mediam marcam. Quicumque in una civitate domini regis proscriptus fuerit vel in alio aliquo loco, in omnibus civitatibus et in locis regni et terminis proscriptus habeatur et nullus baro vel nobilis vel miles vel provincialis regni ipsum tueri vel defendere praesumat. Et si quis proscriptus fuerit et postea detentus, iudicio condempnabitur. (XLV.)

**120.** De homicidio duelli. Pro homicidio duelli antequam duellum indictum fuerit, judici cedet marca; si autem indictum fuerit, iudex II marcas habebit; si circulum ingressi ad sedes venerint componentes adhuc, judici cedent tres marcae, Si ad falangas venerint et adhuc componentes, iudex quatuor marcas habebit. Si falangis extractis pugnando congressi



fuerint, compositionem adhuc admittentes, iudici cedent quinque marcae. (XLVI.)

Et postquam vulnus aut homicidium a juratis rationabiliter accusatum fuerit, duellum sic est indicendum: Causidicus actoris sic dicat: „Conqueror Deo et dom. regi et vobis, dom. iudex et juratis civibus universis tam pauperibus quam divitibus omnibus, qui pace et gratia uti desiderant, quod (talis) venit ad locum (illum), ubi meus amicus (talis) pacem et gratiam habere debuit et in eo violavit pacem Dei, regis et terrae, et percussit ei manifestum vulnus duelli, quod jurati perviderunt et pro vulnere duelli accusarunt“. Si autem fuerit pro homicidio, sic est dicendum: „Percussit ei manifestum vulnus, per quod de vita migravit ad mortem, quod jurati perviderunt et pro vulnere duelli accusarunt; quod si profiteri voluerit, a vobis iudicium super eo requiritur, sed si negaverit, ipsum profiteri compellet cum suo corpore contra corpus eju<sup>s</sup>, cum suo propugnatore contra suum, cum omnibus attinentiis, quae de jure ad duellum pertinent, ipsum profiteri compellet hodie, die et iudicio, secundum quod jurati dictaverint vel consules consenserint. Et requirit a vobis, d. iudex, justam sententiam sibi ferri, si duello taliter ipsum salutaverit, quod duello sibi respondere teneatur.“ (XLVI.)

121. Wy man einen toten besagen sol. Das ist kegen Ronaw getailt: An einem toten mag man nicht mer kampwunden besagen denn eyne; was der andern wunden sein, das sint alles plutrunst. (144.)

122. Wy man kampwunden sol besagen Das ist auch hie getailt: Wurden einem man drei, vier oder mer kampwunden geslagen, czeiht er diselben wunden als manichen man: als vil er wunden hat, also das er iglichen einer czeiht: ein iczlicher mus ym umb ein kampwunden antworten. Czeiht er aber der wunden aller einen man, der antwortet nur umb ein kampwunden u. di andern wunden, wi vil ir sein, weren czu plutrunst. Noch einem toten mag man aber nur ein kampwunden gelegen, wy man sy legt auf den, der den totslag getan hat ader auf einen andern; wy vil der ander wunden sein, di werden alle czu plutrunst geachtet. (146.)

*Post art. 389.*

**123.** De incendio si quis captus fuerit. Pro incendio si quis captus fuerit, igne peribit. Si vero incendium fecerit et effugerit et postea deprehendatur, et si minas incendii ante fecerit, cum septem viris convincetur. Si autem in fuga detentus fuerit, iterum cum septem viris convincetur. In incendio si quis furtum fecerit valoris XL denariorum, suspendatur. Et si quis facto incendio aliquem vulneraverit, victus tribus testibus decolletur. Si quis vero evaginato gladio in incendio aliquem vulnerare voluerit, victus duobus testibus manu privetur. Et si aliquis alteri minatur incendium coram honestis viris, qui audiverint: ille cui minas incussit, si vult, potest eum convincere mettertius; si autem non vult, quod non audivit, per alios tres viros, qui audiverant, potest cum convincere. (XXXI)

*Post art. 394.*

**124.** De rebus furatis. De furto omnes res quae impetitae fuerint et inventae, reddi debent invaso et residuae, de quibus est suspicio, quod sint subtractae, iudex mediam partem et jurati medietatem aliam tollent.

*Post art. 400—402.*

**125.** Von hawssuchung. Di purger von Czasslabs fragten uns, was rechtens darumb wer: Einem purger wart gewant u. ander sei u hab gestolen. Der pat den richter, das er haussuchung in eines andern purgers haws tet u. do er yn hin weiset. Und do der richter dar quam u. fleisiclichen suchet, do vant er nicht. Darnoch wol uber acht tage quam er wider czu dem richter u. pat den durch eines rechten willen, das man ym den vorgeantent man, do er sein gut gesucht hett, vorparget auf ein recht, wann er wold yn nicht vorwissen, er wer an seinem gut schuldig u. wold yn halt uberwinden, das er ym sein gut vorstolen hett ader er wold nit puss bestanden sein. Do diser man fur den richter quam, do mocht er nich purgen gehaben, do legt man yn gefangen in eysereme pant u. do das gericht darnoch war, do furt man yn aber fur, jener aber, der yn sold uberwunden haben, der entwaich und quam nicht fur.

Daruber wart getailt: Sintemal und er sich bey der puss vorwilkurt hett u. er sich an dem ersten hawssuchen nicht genugen lassen hett u. yn in eysernem pant pracht hett: er sold das vorpussen mit der hochsten puss, di an einen totslag allein in der hantuest stet geschrieben, das sein XIII mark, dem selben schollen czehen u. richter u. scheppen vir. Hett er sich aber nicht vorwilkurt, noch ienen in eysereme pant pracht: so dorft er nicht haben vorpusset, sunder jener hett genug eren daran gehabt. das er mit eynem rechten ledig wer worden. (160)

126. Von heymsuchen. Omnes unanimiter ratum habere volumus, ut omnis invasor domus capite puniatur. Tali autem modo vincetur: Domesticus, qui invasus est, ex utraque parte domus suae duos vicinos suos habeat testes; quos si habere non potest, unum habeat trans viam, alium vero vicinum suum et alios probos viros. Et si eundem invasorem vivum aut mortuum in domo sua hospes detinuerit: praedictis testibus convictus vel uno jurato, sibi inferat sententiam capitalem. Si autem invasor quocumque modo effugerit et post hoc innocens esse voluerit, cum probis viris se metseptimus in cruce expurgabit vel uno jurato. Si vero simplex querimonia de aliquo invasore proposita fuerit, solus se in cruce expurgabit. (XLIII.)

127. Quum unus invadit alium violenter vel arroganter. Si quis alium praesumptuose vel arroganter invaserit et laeserit vel vulneraverit vel alio modo male tractaverit, et si invasus se et sua defendens invasorem interfecerit in domo vel extra: veritatem invasionis et defensionis metseptimus approbabit. De omni mutilatione et laesione, de quibuscumque jurati super fidem suam dixerint, quod sit le me, ratum habeatur; si autem percussor se excusare voluerit, mettertius in cruce poterit se excusare. (XLIX §§ 3, 4.)

*Post art. 424.*

128. De iudice et iudicio (in civitatibus). Nobis civibus expedire videtur, ne in aliqua civitate regni plures sint iudices quam unus, propter concordiam et pacem; et quamdiu

aliquis iudicio utitur, si ante juratus fuerit, loco jurati nullum poterit accusare. It. statim sumpto iudicio iuramentum in sanctuario praestabit, quod iustum iudicium nec propter personas nec propter munera corrumpat, sed pauperi sicut diviti iudicet secundum legis formam institutam. It. si jurati in matutino colloquio aliquem accusaverint et si iudex in iudicando negligens exstiterit, jurati innocentes erunt et iudex in culpa remanebit. (VIII.)

129. Quomodo se iudex habere debet de querimoniis contra eum factis. Si contingat aliquem de aliquo iudice querimoniam in iudicio movere, iudex aliquem ex juratis ponat loco sui et de omni querimonia respondeat sicut alter homo. Si autem respondere noluerit, jurati dicant sibi, quod ipsum super hiis coram majori iudicio velint accusare, secundum verbum legis: Tu legem patere quam ipse tuleris. (X. §. 1.)

130. De losunga iudicis. Einem richter sol man ein haws von dreissig marken in der stat-losung frey lassen; hat er aber ander gut, dörffer, mayerhoff, müll, czinsgelt ader varendes gut, do sol er vorlosungen sam ein ander purger; ydoch sehen di scheppen, das er wol furderlich ist, das di losung schir geuall, u. sich darumb müet mit reytten u. mit geen fleisicleich, so sullen si ym von gnaden ettlich erung tun von der losung. (257.)

131. Di scheppen ader di losunger, ab yms di scheppen derlowben, haben ganczen gewalt czu haysen, czu phenden, czu fahen u. twingen, di ir losung beczeit nicht vorrichten, u. mugen auch puss darauf gesetzen, sam si czu rat werden; ydoch was puss davon gefellet, di sol man mit sam der losung der stat czu pesserung anlegen. (191.)

132. Wer ein gesessen purger in der stat ist u. auf dem lande dörffer, mayerhoff ader lehen ader ander erb u. aygen hat, do ym czinsgelt von gefellet: der sol czu allen czeiten sam ander purger in der stat von irem gut losungen geben von demselben czinsgelt. Und das ist darumb gemachet, wenn armen leuten in der stat ein grosse stewart an der losung abging, suld dasselbe czinsgelt losung frey sein. Und auch

darumb, das diselben purger von demselben czinsgelt noch pern dem kunig geben, noch in dy herfart reyten, wy wol ir holden pern geben, ydoch an irem czins get yn nichts nicht ab. Das diselben purger aber sprechen, man sol yn dasselb czinsgeld befriden von der stat, ab si losung do von geben sullen: das ist ein kranke befridung, wann mayerhoff, di nahen pey der stat sein gelegen, und ander erb mugen di purger nicht befriden, sam si gerne teten u. doch darumb so mugen si nicht losung frey gesein. Darumb auch von recht diselben purger sullen dasselbe czinsgelt vorlosungen, das si das gut, do si es umb gekauft haben, in der stat u. bey der stat derarbeyt haben. Und ob si es halt nicht in der stat derarbeyt hetten, ydoch so kauffen si u. vorkauffen mit dem gut, das yn von dem czinsgelt gevellet in der stat, u. der arbeyten u. schaffen iren nütcz u. iren frumen, do mit sam si allerpest mugen. Und dennoch mër, das das grossist doran ist, suldin si von demselben czinsgelt nicht losung geben, wenn si dovon nicht pern geben, sam di pawern tun, noch es kegen hof verreyten, sam edel leute tun: so wer es aller dinge ein freyes gut u. weren diselben purger irselbs heren in dem lande, wenn si von dem selben gut noch pawernrecht noch edler leut recht noch purger recht hetten. (192.)

133. Von des richters gewalt. Der richter hat auch gewalt, lewt czu beclagen, czu einheyschen u. czu vorczeln umb unczucht, ader umb wunden, ader umb ander semelich sach, dy czwischen yn gescheen ist, heymelich ader offenbar, in der stat gericht. Und ab semlich sach sam czuhant vorricht werden czwischen lewten, domit vorlewst der richter seines rechten dennoch nicht, wenn czu allen sulhen sachen wirt missepart nicht allein wider ienen, der do wirt ubel gehandelt, sunder auch kegen dem gericht u. kegen des kuniges u. kegen des landes frid, der an allen ubelhandeln czubrochen wirt, u. darumb ab semlich sach wol heymlich vorricht wirt, das kan dem richter nicht schaden an seinen rechten. (115.)

134. Wer sich mit dem andern vorricht an des richters wort. Prengt ein man den andern umb ayd, von

geltes wegen, in di tael fur gericht u. vorricht sich darnoch heymelich, an des richters wort, mit derselben payder: ein iglich sol er vorpussen mit einem halben vierdung. (143.)

135. De concordia in fraudem judicis. Sententiatum est civibus in Eylow: Si judici est suspicio, quod actor et reus, ut ipsum in emendis fraudent, occulte inter se super causis, de quibus quaestionem habent, composuerint et ordinauerint, compellere potest eosdem ad jurandum, quod inter ipsos compositio non sit facta. (8.)

136. De arguitione judicis et juratorum. Volumus, ut quicumque judicem vel aliquem juratum coram judicio arguerit, stabit in poena judici in LX solidis, cuilibet jurato in XXX, tribus testibus convictus vel solo jurato. Si autem judicem vel juratum aliquem praesumptuose vituperaverit, dicendo eum vilissimum vel traditorem vel haeticum, tunc tribus diebus dominicis ibit ad parrochiam in publica stans statione in alto, coram omnibus dicet: „Si talia dixi de judice vel jurato, mentitus sum sicut vilissimus“. percutiendo se manu propria in os suum. Si talem satisfactionem contempserit, si judici et juratis placuerit, super collum suum proscribatur. Si autem aliquis alicui sibi pari vel suo concivi fecerit, poenae solidorum subjacebit, convictus sicut ante dictum est Si autem scurra vel lotarius alicui fecerit, ad statuum flagelletur et de civitate et terminis ejus pellatur. (XXIX.)

137. De termino peremptorio a judice assignato. Cuicumque dies peremptoria pro aliqua causa fuerit assignata coram judicio comparendi, si non comparuerit, testante judice et juratis, adversarius ejus jus suum obtinebit. Si autem absentiam suam legitima necessitate praepeditam probare voluerit, hoc modo procedat: Si fuerit residens infra terminos terrae, in primo suo adventu judicem et juratos adeat, causam absentiae suae ipsis lucidius declarando. Cui judex diem proximam judicii statuet et suo adversario, in quo judicio causam absentiae suae per evidens testimonium tenetur probare. Si vero testimonium, quo procedere nititur, propter vias remotas

illo die habere non potuerit, iterum ad proximum diem iudicii induciabitur et ibi finaliter causam suae absentiae tenebitur comprobare. Si autem residens fuerit extra terminos terrae, infra sex septimanas protestabitur legitimam causam absentiae suae, vel jus suum perdet, omni dubio procul moto. Haec autem sunt causae, quibus necessitas legitima probari potest: Primo, princeps terrae et potestas ejus, camerarius, impedit; secundo ignis vel diluvium; tertio generalis guerra; quarto captivitas; vel spolium infra viam procedendi factum; quinto infirmitas non ficta; sexto mors uxoris legitimae, vel patris. (LXI.)

*Post art. 427.*

**138.** De non-compositione coram iudicio. Das ist hie getailt: Wenn vrtail czwischen den leuten in di morgensprach von den scheppen wird geschoben u. der richter den leuten, das si der urtail darnoch czu dem nehesten gericht warten, bescheydet: welcher denn under yn czu demselben gericht nicht enkimmet u. vorsawmet es, sey ym halt das urtail czu gewinn getailt: er vorlewset dennoch u. uellet mit der sache, er bewaise denne, das yn ehafte sache habe gehindert. (36.)

**139.** De proscripto in iudicio bannito. In einem pantayding heischet man einen man czu einem mal ein u. vorteelt so czuhant, den man czu ander czeit drey gericht mus ein heyschen u. alleserst vorczelen. (38.)

**140.** De prorogatione sententiae in iudicio bannito ad aliud iudicium. Wenn dy scheppen von ir selbes wegen in einem panteyding urtail schiben u. taylen darnoch in einem andern gericht diselben urtail in demselben gericht: so sol di sach, darumb das urtail geschoben wart, werden geteydinget in allem dem rechten, als man si in dem panteyding sold geteydinget haben. (39.)

**141.** De arguitione sententiae coram iudicio. Omnes decrevimus unanimiter et volumus, ut quilibet sententiam arguens coram iudicio proprio ore in instanti arguat et emendet, excepto linguae impeditae et facundia sermonis privato. (44.)

**142.a)** Volumus, ut quicumque judiciaria frui desiderat dignitate in civitate Iglauensi, quod sit civis civitatis habens hereditates; et hoc ideo, ut profectum civitatis eo melius prosequatur et propter unum annum vel duos non corrodat cives et pauperes civitatis. (LX.)

**142.b)** Wer das recht vorsauemet umb wunden. Das ist hie getailt: Claget ein man uf dem andern umb unczucht ader umb wunden u. vorpurget fur dem richter, das er sein clag volfure u. kumpt darnoch nicht fur gericht, u. jener auf den er hat geclagt, der kumpt: der do kumpt, der entledigt sich, der aber nicht kumpt, der ist dem richter bestanden mit der puss als hoch sam man di unczucht ader die wunden, do er umb geclagt hat auf den andern, noch den und dieselben wunden di scheppen besagen, von recht vor pussen sol. (145.)

**143.** Quod juratus pro se testari non potest. Cives de Kotbors scripserunt sic: Quidam servus messivit gramina domini sui; tunc venientes duae vaccae cujusdam jurati coeperunt gramina vorare et pratum conculcare; tunc praedictus servus pepulit vaccas extra pratum verberibus; tunc juratus, cujus vaccae erant, videns dixit: „Noli verberare, quum pro dampnis domino tuo satisfaciam.“ Servus vero pluries verberando eundem juratum maledicebat, sic quod vaccae moriebantur. Juratus praedicta coram nobis in maniloquio est protestatus omnia; et e converso servus negavit. Quare petimus nos informare, utrum servus possit in jure suo procedere vel protestatio scabini admitti debeat? Super quo sent. est, quod dictus servus in suo jure potest procedere, protestatione jurati non obstante.

**144.** De maletractatione jurati. „Ad vestram discretionem deferre cogimur per praesentes, quum quod quidam nobis conjuratus agros suos et segetes conspiciere cupiens equitabat per plateam nostrae civitatis, quidam nobis concivis de domo propria exiliens, manu armata, deliberato animo, ipsum vita voluit spoliare, ut dicti jurati didicimus depositis sub querimonia coram nobis. Quem quidem juratum subito aversum et



ab eo recedentem clamore magno multis verbis turpibus pertractavit, dicens ipsum esse defraudatorem et hominem infidelem; quod totum dicto jurato didicimus referente. Et haec omnia protestatus est in quendam conjuratum dictae nostrae civitatis, qui accurrerat ad factum, motus clamore. Qui quidem juratus de hujusmodi facto requisitus dixit per juramentum suum, saepedictum civem exilisse e domo sua usque ad medium plateae, qua transiturus erat juratus praescriptus, et vidisse eum ibidem stantem armata manu, gladio non exempto, cum magno clamore, cujus clamoris interpretationem, ut asseruit, minime intellexit. Et quum haec diffinire ignoramus, igitur confidentius supplicamus informari, quae sibi infligi debeat?“

Super quo sententiatum fuit, quod omnia arma per scabinum accurrentem in manibus stantis visa sunt amissa, et idem majori poenae subjacebit patiendae. (239.)

**145.** Juratus de objectis respondeat sicut homo simplex. Si quis juratorum in aliquo deliquerit vel excesserit, coram iudice et iudicio sicut alter homo respondeat nec amplius quam suum delictum requisierit, cum iustitia puniatur. It. nullus juratorum interrogatus per suum juramentum vel per fidem suam alicui alteri respondere tenetur nisi soli domino regi, sc. in causis iudicialiis a suo iudice requisitus testimonium compellitur perhibere. It. si quis juratorum pro quacumque causa coram iudicio astare non poterit (noluerit) cum suo juramento, apponantur ei duo iurati custodes, qui verba sua et formam verborum audiant et dijudicent, et secundum eorum confirmationem verba sua rata habeantur. (XVII.)

**146.** Von verpundung der rete und anspruche. Mit was gutes ein rat wirt gepunden u. wirt er czubrochen, desselben gutes ein dritteil geuellet den ratleuten, das ander teil geuellet dem waltsachen u. das dritt drittel geuellet richter u. scheppen. Und das sullen si der stat czu pesserung anlegen, es sey denn, das der rat von richter u. scheppen von puss wegen sey gemacht, wann wer yn der prech, davon nemen rechter u. scheppen pilleich ir dritteil u. legten das an iren eygen nucz. (187.)

147. Richter u. scheppen sullen aus den vier penken an keines mannes gespreech gën, sunder si sullen sitzen v. klag u. antwort horen u. recht vrteil do czwischen teyln; es gescheh denn, das der richter ader purgermeyster von der stat wegen, ader von des kuniges wegen, ader von der gerichts wegen, ader ein sceppe, ader ein gesworn richtschreyber, ader ein gesworner püttel umb unczucht, di ym von seines amptes wegen erpoten ist, kegen ymand czu teydingen hat, ader das der richter eines ellenden mannes wort spricht. An semlichen sachen u. an andern, di darczu czihen, gën di scheppen wol an gespreech. (188.)

148. *Unum tantum consilium in civitate fiat.* Es sol nur ein rat in der stat sein; den sullen richter u. scheppen di darczu gesworn haben, czu handen haben. In demselben rat sol ein vater u. sein son nicht mit einander sein, noch ein pruder mit dem andern. Allweg sol der richter uber vier wochen einen andern purgermeyster setzen, u. den man absetzet, der sol demselben in die tael geben, wy vil er der purger phenning aufgehaben hab u. wo si hin geuallen sein. Den dritten phenning von der puss, die in den vier wochen geuallen ist u. das dritt swert sol derselbe purgermeister fur dy scheppen legen; do nymet ein iczlicher sein teil von u. tut das, wo yn hin vorlustet. Und haben di scheppen icht czu reden, das den richter antritt, do sol er von geen. Also sol auch ein iczlich sceppe tun, wenn man von ym hat icht czu reden ader urteil czu teylen, di yn ader sein neheste freunt antreten, do sol er von geen. Wen man auch dem richter umb sein puss urteil sol teylen, do sol er auch von geen.

Nota: Und habent ander leut, di nicht scheppen sein, keinerley heymelich gespreech u. besunder rat, do di scheppen war czu haben, das si trachten, das der stat nicht fuglich sey; u. begreifen si di scheppen doran, das si si leicht etczwo beslossen vinden pey einander, si sullen es vorpussen mit also vil gutes sam man dasselb iar von dem gericht gibt. Horen aber diselben scheppen nicht von denselben leuten, das si trachten, das der stat schedlich sey, denn sunder das si leicht reden von ir selbs gescheft, von heyrat ader von kawffen, das ist yn wol der-

lauplich; ydoch sehen di scheppen, das vervorren u. krigisch leute der heymelichen gesprech vil machen, si mugen sy betwingen, das si ir recht darumb tun, das si an den gesprechen nymandes schaden suchen, u. dennoch, wen si das getun, so sullen yn di scheppen vorpiten diselben gesprech, das si ir abgeen. Werden si noch dem vorpiten doran von scheppen begriffen, si sullen es vorpuseu also als hy vor geschriben stet. (189.)

**149.** Scabini terrae sententiam protulerunt. Scabini terrae pro jure protulerunt, quod quumcumque uni licentia recipitur, statim et in instanti causae sibi contrariantes debent obici et proponi. (128.)

**150.** Sententiatum est in Wesuncz, quod judex in praesentia scabinorum filium (servum) suum pro vulnere duelli jussus fuit per dominum suum et per actorem sub fidejussoria cautione astringere, quod minime fecit; domino tres marcas in poena et actori in septem ipsum judicem incidisse. (129.)

**151.** Quando unus juratus percussit alium. Das ist kegen Koln an der Elbe getailt: Ein richter in einem dorff slug einen scheppen, das es ander scheppen sahen, mit einem plosen swert seinen hut von seinem haupt, u. wunt sein doch nicht. Dem wart geteilt, das er das suld vorpussen mit czeihen marken. (136.)

**152.** De loquente ante prolocutorem. Wer für seinen fursprechen redet für den vir penken, des sol dem richter vorpussen mit XII hallern. (137.)

**153.** De insolentiis jurati. De Patlawn quaesitum fuit, qualiter querimonia de insolentiis mota super unum de juratis fuit, et cum judex et caeteri jurati peterent cautionem fidejussoriam ab illo jurato, cui insolentiae imponebantur, ipse contumaciter ab eis recedens per fidejussores certificari contradixit, qua emenda puniri debet? Sent. fuit, quod judici obligaretur in LX solidis et cuilibet jurato in triginta. (156.)

**154.** Ein urteil von scheppen bekentnisse. Chutnenses scripserunt sic: Testimonium pro debitis ad unum

scabinum fuit deductum in extremis jacentem, et idem fuit fassus et dicebat, alios suos conjuratos etiam scire, qui negabant. Super quo sent. fuit: Ex quo fassionem personaliter non confirmavit, sed ad alios deduxit, ergo cassum est et vanum.

*Post art. 462.*

155. De supportatione a juramento. In Eylow: Quod actor reum a juramentis sibi praestandis absolvere non potest, nisi consensus judicis accedat. (7.)

156. De idiomate juramenti faciendi. Wer mer sprach kan denne eyne, und sol einen ayd sweren: der sol in der sprach sweren, di er allerpest kan und in der er pest geczunget ist. (22.)

157. Quando juratum oportet jurare. Sententiatum est hic: Quod juratum non oportet comprehendere juramento hoc, quod testatur et recognoscit ad requisitionem partis, pro qua testatur et quae per ipsum aliquid nititur probare; sed si adversa pars, contra quam testatur, juratus postulat, oportet juratum fassionem suam comprehendere juramento. (23.)

158. De juramento super furem sive spoliatorem. Forma jurandi pro spolio: Spoliatore in medio bancorum judicialium ligatis manibus posito actor sc. spoliatus jurabit super caput et comam ejus, quod in vulg. dicitur „auf seinen koph und auf seinen schoph“, quod in strata publica spoliavit eum rebus suis: „Sic me Deus adjuvet et omnes sancti!“; alii autem sex testes ejus jurabunt in cruce, quod viderint, quia eum spoliavit rebus suis. (27.)

159. Communis forma pro vulneribus et insolentis jurandi. In omni tali juramento vulnus vel insolentia, si ipsum habet nomen, sub eodem nomine debet exprimi, verbi gratia: Pro vulnere duelli vulgariter sic jurari debet: „Der kampp-wunden, der mir Cunrad schult geyt an dem toten, der pin ich unschuldig, das mir Got also helff und das cruz und alle gotes crewcz!“ Und also sol er ein plustrunst, ein volleist, einen plabslag und ein iczlich anders, das czu unczucht czeucht, mit namen benennen. (28.)

**160.** De informatione juramenti. It. sententiatum est hic, quod juratus debens aliquid comprehendere juramento, non solum trina vice, sed vigesies vel tricesies, imo tot vicibus, quousque juramentum bene didicerit, de forma jurandi informari debet. (29.)

**161.** Quae jurato juranti objectiones fieri possunt. Item sententiatum est hic: Quod sicut alteri testi objectiones, antequam cruci manum imponat, moveri poterint, sic et jurato, antequam digitos stans inter quatuor sedilia erigat ad jurandum. Postquam vero concessa sibi per judicem licentia et suos conjuratos, digitos erexerit, objectiones sibi fieri non possunt. (30.)

**162.** Forma jurandi pro uxore, servo, protesse vel pro alio, quam pro se ipso: „Wes Cunrad meiner haussfrawen, (meinem knecht), ader (meiner gewalt) schult gibt, des ist si, ader er, unschuldig; das mir Got so helff und das kreucz und alle kreucz!“ (31.)

**163.a)** Forma juramenti jurati: „Ego cum juramento comprehendo, quod feci D. Deo, et domino nostro regi, vobis, domine iudex et meis conjuratis, quod verba illa justa sunt et vera.“ (XIII.)

**163.b)** De omni juramento, quod coram iudicio fieri debet et de gratia dimittitur, iudici cedent XII hall., scriptori duo, ab eo, qui jurare tenebatur. (XIV.)

**164.** De juramento spoliis aut furti. Si quis pro spolio vel furto incusatus fuerit et nichil apud ipsum inventum fuerit, simplici juramento expurgabitur. Si autem secundo, mettertius; si autem tertio, metquartus; si quarto, octorum testimonio subjacebit. (XXX.)

*Post art. 485.*

**165.** Inhibitio ludi taxillorum. Chundlinus de Broda Theutunicali pro tunc iudex, Frenzlinus caeterique jurati ludum inhibemus omnibus nostram civitatem inhabitantibus, inquilinis et advenis quibuscumque supervenientibus, tam taxillorum quam fustium, qui vulgariter ke gel dicuntur, sub poena unius fertonis primo, secundo mediae marcae, tertio unius marcae, iudici per hospitem dandae.

**166.** Numerator lusorum. Et sic quilibet lusoris numerator, scriptor, aspiciens seu aspicientes, se sciant dictam poenam incurrisse, pro qua vel pro quibus nullus scabinorum prout in juramento devoverunt, rogare praesumat. Et si hospes ludum inhibet, lusoribus vero non assentientibus, et nuntiabit judici, a sua absolvetur poena, quam lutores cum suis, ut praemittitur, poenis solvere tenebuntur. Et in hac parte tamquam scabini accusandi plenam habent potestatem. It. Quarta vice perpetrans seu perpetrantes dictum mandatum, die et anno exhibit vel exient civitatem. Nos vero Haymannus de Broda Theutonicali, iudex, Henslinus Grefel, Magrlinus caeteriquae jurati Iglavienses dictum mandatum et statutum per discretos viros, praedecessores nostros supranominatos, laudamus, ratificamus et confirmamus et addimus poenas infra-scriptas, quod quidquid unus ab altero lucratus fuerit, iudex et jurati irremissibiliter recipiant et convertant in usus civitatis. Et potus super ludum datus hospiti non solvatur, sed penitus amittatur. (Actum anno D. 1348 in maniloquio post epiphaniam, feria secunda proxima et confirmatum die Ypoliti anno eodem.)

**167.** Volumus unanimiter pleno consilio statuentes, quod nullus licentiatuſ de civitate, cui electio datur, vulgariter k ũ r, (sc. velemendare, vel extra civitatem eundi, vel cyppum intrandi) elegerit, poenam aliquam seu emendam judici solvat, sed solummodo componat pro delectione cum scriptore, receptus ad gratiam per juratos. (209.)

**168.** Umb spilgelt. Was clag fur den richter kumpt umb spilgelt, do hat er von recht ein dritteil an; und clagt halt ein man umb trinkgelt ader umb czappengelt, wil yn sein richter nicht vorwissen, do sey spilgelt pey: jener mus es begreifen mit seinem ayd, das sein nicht do bey sey u. das er halt nicht darczu das sein hab geslagen; umb dasselb spilgelt uberwindet man einen man mit dem czeler und mit dem czuseher; di czwey sullen ane sweren, das si si payde derkoren haben czu czeln u. czuczusehen. (198.)

**169.** De ludo domesticorum. Nullius hominis filius, servus aut amicus, qui suo pane vescitur, plus detesserare

potest quam sub suo cingulo continetur, et qui plus in ipso in aliquo ludo lucrabitur, nichil habebit. Et si aliquis cum falsis tesseribus vel alio falso ludo lucratus fuerit apud aliquem ab alio, convictus duobus testibus, is qui perdit, in nullo sibi respondebit, sed pro deceptore amplius habebitur et judici in decem solidis respondebit. (XLI.)

*Post art. 515.*

**170.** De deductione uxoris legitimae. Si quis alteri uxorem suam legitimam deduxerit et si cum septem testibus convictus fuerit, sententiae pali subjacebit. It. si quis alium juxta uxorem suam legitimam deprehenderit, si utrumque interfecerit, vocato iudice et juratis ambo sic mortui palo trucidantur. Si autem una personarum interfecta fuerit, altera effugiente, interfector hoc mettertius in cruce probabit et nulli exinde poenae subjacebit. Si vero aliqua personarum cum vulnere effugerit et postea detenta fuerit, septem testibus convicta sententiae capitali subjacebit. It. si quis legitimam habuerit et ea vivente in alio loco aliam superduxerit, convictus justa sententia decolletur. It. si quis suam legitimam sine justo iudicio interfecerit, spirituali iudicio respondebit. (XXXVI.)

**171.** De abductione filiarum. Si quis alteri filiam suam deduxerit et cum ipsa detentus fuerit, tali modo iudicetur: Iudex vocatis juratis, civibus et amicis, filia in medio statuatur libera, nullis sibi minis impositis, viro tamen praesente, et propria voluntate vadat ad quem voluerit, si ad virum ierit, nullum sequetur iudicium; si ad amicos ierit, vir decollabitur. (XXXVIII.)

*Post art. 518.*

**172.** De muliere laesa vulnerata. Mulier laesa, vulnerata vel maletractata, non obstante mariti absentia, in causa hujusmodi, cum talia in proprio corpore passa sit, agere potest in reum vel ream, qui vel quae suis tenetur querimoniis respondere. (112.)

**173.** Stet ein richter ader ein ander man an der forderung von eines andern mannes wegen: man mag yn darumb

nicht betwingen, das er antwort, wes man denselben man wil czeyhen, sunder jener mus selber antworten. (113.)

174. Der richter hat gewalt, eines iczlichen elenden mannes sach czu vordern mit einem rechten. (114.)

175. De stupro sententia. Das ist auch geteilt hin czun Chutten, das ein man den andern, ader ein fraw einen man umb notczog, das in einer stat gescheen ist, mit weyben nicht uberzeugen noch uberwinden mag, wann notczogen einem manne an sein hochstes recht geet, das ist an seinen hals, u. wen man auch umb sach, di in einer stat gescheen, wol mannes geczeuknuss gehaben mag. (154.)

176. Ad idem. Weliche fraw notczucht drey tag vorseyget, das si ir nicht claget: di mag ir hernoch mit recht nicht geclagen. Das ist auch hie zu der Iгла getailt. (155.)

177. De stupro. Di purger von den Chutten schriben her also: Fridel claget auf Heinrich, das er ym sein tochter freuelich gemeyliget hatt an irem magtum u. das wold er beweren mit erbern leuten, di di warczeychen an seyner tochter befunden hetten, das si ires magtums an derselben stat u. czu derselben czeit berawt wer, und fragt an einem rechten urteil; gestunden ym des erber leut, was seyner rechtens wer u. seiner tochter hin czu Heinrichen dorum wer. Daruber antwort Heinrich u. sprach: „Des wer er unschuldig u. sein unschuld wold er beweysen mit als vil erber leuten, sam ym di scheppen erteilt, u. lies ym ein urteil werden, ab er sein recht u. ere nicht pas geweren mocht, denn yn ymand uberwinden mocht.“ Daruber wart geteilt: Volfur der Fridel mit erbern leuten, di di warczeychen an seiner tochter funden hetten, sam er sich vormessen hett, u. gestunden yn sam ein recht wer, Heinrich must die gezeugen leyden. (153.)

*Post art. 533.*

178. Qui pacem a iudice indictam frangit. Si quis pacem sibi indictam a iudice frangit in dictis operibus sicut vulnere aut verberibus, protestantibus probis viris vel uno iurato, capitalem subibit sententiam, si hanc praesumpserit



violare. Si verbis eandem violaverit inhonestis, pecunia punietur, vid. judici LX sol. et cuilibet jurato XXX, qui sint breves. Eidem poenae subjacebit, quicumque concivem suum verbis offenderit vituperosis, laeso autem satisfaciat duplici poena solidorum, judici persolvendorum. (L.)

179. Qui pacem frangunt in die forensi. Quicumque pacem in die forensi vulneribus infregerit aut vulnere, victus tribus testibus manu privetur vel eam redimet cum X marcis. Et si quis eodem die gladium evaginaverit ad malum alterius, sed tamen non laedat, victus tribus testibus poenae unius marcae subjacebit, judici in media marca et juratis in media marca. Si autem unus juratorum viderit, convincetur et gratiam ejus, quem laedere voluit, inveniet sicut potest. It. si quis gladium suum coram juratis vel aliquo juratorum evaginaverit, solvet mediam marcam; judici cedent duae partes, tertia juratis. Si quis cum interdicto praeacuto gladio detentus fuerit, in marca punietur et gladius judici remanebit; si vero fuerint tres gladii, duo cedent judici, tertius juratis. Si autem communis gladius post interdictum apud aliquem detentus fuerit, hic in fertone respondebit; si praeacutus cultellus fuerit, in medio fertone respondebit. (LI.)

*Post art. 575.*

180. De privilegio sententia. Sententiatum est civibus de Colonia, quod rasura in loco notabili, sc. si verbum affirmativum mutetur in negativum vel e converso, vel si nomen proprium alicujus loci vel personae, in qua vis consistit, mutatur vel si numerus summae alicujus pecuniae augetur vel minuitur, vel aliquid talium, quod materiam variat, in privilegio committitur: per hoc privilegium viciatur et vigorem perdit. (74.)

181. It. sententiatum est eisdem, quod patentes litterae a tergo sigillatae et privilegia appensione sigillorum firmata aequalis sint vigoris. (75.)

182. It. Das war geteilt czwischen Frenzel dem Kusatel und dem Spitaler hye: Czeucht sich ein man an ein hantvest, di ym nicht geschriben ist u. di yn nicht an erbet, ader di ym fur einem gericht ader fur scheppen nicht aufgegeben

ist: mit derselben hantvest mag er nictes nicht behalden noch bezeugen. (67.)

183. Das ist auch hie geteilt: Wer ein hantvest weist, do gebrechen ynn ist von der schrift wegen, das si leicht nicht das hat beschriben, das (er) mit ir beweist wold haben: der vorleust darumb nicht anders, den das er mit der hantvest wold gewonnen haben. (68.)

184. Den purgern hin czu Chutten ist geteilt, das hantvest besser kraft haben den lebendige gezeugen, ab si halt scheppen sein. (64.)

185. Chutnenses scripserunt, quod unus civis de Egra Pirknerus aliquos cum litteris suorum parentum et propriis sigillatis pro debitis impetivit sigillis. Qui responderunt, quod bona parentum non possederint, tamen propria sigilla negare non possent. Super quo sententiatum est: perlecto privilegio, ex quo idem litteram patrum et heredum sigillis roboratam ostendere se adstrinxit, et non potuit propter carentiam heredum sigillorum, ergo heredes soluti sunt, quia cum quo homo lucrari voluit, cum eodem amittere debebit, quod vigorem literae personaliter abstulit, quem ei tribuit et non habuit. (255.)

*Post art. 588.*

186. De sigillis: Das ist auch hin czum Chutten geteilt, das kein man, der eygen ingsigel hatt, seines insigels gelauken mag, sunder er mus leyden, was dar under geschriben ist. (65.)

187. Das ist auch dar geteilt: Hantvest ader brieff, der man laukent, ader di man vorlorn hat, ader der man czu eczlicher czeit nicht gehaben mag, di töt man wol mit andern prifen ader hantvesten, das si hin noch kein krafft haben. (66.)

188. De sigillo sententia. It. sententiatum est civibus de Colonia, quod in karacteribus et subscriptione circumferentiae sigilli major jus consistit quam in signo et figura in medio sigillo posita. Signo enim interiori mutato secundum voluntatem domini sigilli, sigilli circumscriptio mutari non potest. (77.)

**189.** De pastore et ejus testimonio et dampno pecorum. Das ist hie geteilt den purgern und auch dem herrn von Ranaw: Ein hirt, dem leut ir vich lassen u. enphelen uf sein trew, der mac wol gesten umb all den brechen, der an dem vich geschit, ab ein ku die ander stöst ader ein ross das ander sleht ader peiset, ader was semelichs czwischen dem vich geschicht; ader ab demselben vich auf dem feld ader auf dem weg, di weil er es aus ader ein treibet, under yn selber ader von andern sach wegen, von leuten, von wegen, ader von anderm vich icht geschicht und wenn er ymand gesaget, das sein vich ein ander vich hab geleydiget ader dertött ader derstossen: der sol czu haut dem ader ienem czu haus u. czu hoff tragen. Tut er des nicht, jener wirt von im ledig u. wes der hirt gestet, des sol er auf seinem stab einen ayt sweren: Das ym Got so helff u. alle heiligen; ader ym selber mag er nicht gesteen. Vorlewst auch der hirt von seinselbs wegen icht, er sol es gelden. (42)

*Post art. 604.*

**190.** De proscriptione et conspectione vulnerum. Wirt ein man wunt als hewt und darnoch sam morgen der richter panteyding sitzet: den man derselben wunden czeiht, den mag man darumb dennoch nicht vorczelen, wenn di scheppen di wunden noch nicht beschawt haben. Es sey denn ein totslag ader ein plutrunst ader ein plabslag ader ein semlich wunden, do man nicht mit darff peyten uncz an den dritten tage, das man si beschawe. (40.)

**191.** De proscriptis. Proscriptus pro quacumque causa fuerit proscriptus, semper caret suo jure. It. Ubi cumque judex pro justitia impignoraverit, poenam obtinebit. It. de gladiis, panceris, cyrothecis judex duas partes et jurati unam obtinebunt.

**192.** De emendis proscriptorum. Quidquid de proscriptis ad gratiam venientibus derivaverit, duae partes ad judicem et tertia ad juratos pertinebit. (257.)

**193.** It. de proscripto sententia. Seydlino calvo sententiatum est: Cum propinquus suus Cuncz Schitniker domum

suam in foro sitam iudicio convenisset, quod non obstante civitatis inhibitione, cum pro maleficio non sit proscriptus, in iudicio se statuendum ad defendendum suam hereditatem, et placitandum pro ea terminus de jure sibi debeat dari, finito iudicio indelate exiturus. (175.)

**194.** De defensione in die forensi. Sententiatum est communi de consilio juratorum et universitatis anno Domini 1361, quod quilibet homo melius tam in die forensi quam in aliis diebus se possit defendere, quam ab aliquo possit vinci. (176.)

**195.** Wer einen vorzalten aufhelt. Das ist auch hie getalt: Wer einen vorzalten aufhelt u. hawset, dem selbscholdigen, des vorzalter er ist, dem ist er darumb mit nichte bestanden mer denn dem gericht; ist er aber bestanden, mit aller der schult, do jener umb vorzalt ist. (134.)

**196.** De proscripto alicujus villae. Proscriptus in iudicio alicujus villae et notatus inter proscriptos civitatis, postquam cum iudice villae, ubi proscriptus fuerit, composuerit, iudici civitatis in nulla emenda obligabitur, sed solum scriptoris expeditio de suo pretio deleatur. (133.)

*Post art. 608.*

**197.** Qualiter querimonia revocari possit. Omnes querimoniae, quae fuerint ubicumque, revocari possunt, praeter illas, quae coram quatuor sedilibus vel bancis judiciariis proponuntur. Ibi omnis querimonia rata habebitur. Et quicumque super aliquem querimonia fecerit pro media marca vel infra, et si citatus fuerit semel et si negabit: ab illo die per XIV dies juramento confirmabit negationem suam. Si autem fassus fuerit, per XIV dies creditori solvet; quodsi non fecerit, gravius punietur, vid. iudici in medio fertone. Et si aliqua querimonia pro debitis super aliquem proposita fuerit, respondens se melius in cruce expurgare poterit, quam actor possit eum convenire juramento. Et idem fiat de omni simplici querimonia. (X §§ 2, 3, 4, 5.)

**198.** Quando duo simul conqueruntur coram iudice. Duo conquerentes simul currunt ad iudicem et nemo

scit, quis illorum primus fuerit; unde cuicumque iudex astiterit, illius querimonia praevalebit. It. si iudicem domi non invenerit, sed uxorem suam, per ejus testimonium primam querimoniam obtinebit. (Ib.)

**199.** De querimonia hospitem. Si aliquis homo extraneus in aliqua civitate querimoniam fecerit pro hereditate aliqua, pro tribus marcis fidejussores ponat, ut querimoniam exsequatur. Et si defecerit in sua causa vel non exsequendo querimoniam, culpabilis in tribus marcis erit. (Ib.)

**200.** De querimonia illorum, qui extra terram resident. Si aliquis extra terminos regales residens in civitate nostra pro debitis super aliquem querimoniam moverit, infra triduum sibi fiat justitiae complementum. It. nullus hereditatem aliquam obligare alteri vel resignare tenetur, nisi coram iudicio et juratis. Si vero iudex obierit, alio succedente, per juratos illos nichilominus, qui obligationem recipit, suam justitiam obtinebit. (Ib.)

*Post art. 616.*

**201.** De reclamacione sententiae. Quicumque coram juratis et iudicio sententiam latam reclamaverit, dicens se velle meliorem invenire vel inducere, et si non fecerit in instanti: qualescunque expensae excrescent super hoc negotio, ipse solvet et praeterea stabit suo iudici in poena LX sol. et cuilibet jurato in XXX (et hii solidi sunt breves). (XVIII.)

**202.** De testibus supplementibus vices juratorum. Das ist gegen dem Czasslavs geteilt: Wer den andern anspricht mit leytkauffleuten, mit totpetleuten, mit heyratleuten, mit ratleuten, der sol czu dem mynsten czwen haben derselben leut; wenn spricht man einen man mit einem an, derselbe man erwert seinen leip und sein gut pas, wenn man yn ichtes uberzeugen mag mit einem leytkauffman, ader mit einem totpetman, ader mit einem heyratman-ader ratman. (32.)

*Post art. 630.*

**203.** De theloneariis. Quicumque theloneariorum injustum accepit theloneum, duobus honestis viris convictus iudici LX solidos et cuilibet jurato XXX solvet, et pecuniam contra

jus acceptam restituat possessori. Secunda vice convictus judici et juratis X talenta solvet, et illi personaliter deducet pecuniam, cui accepit, ubicumque terrarum terminis commoratur. Tertio vero convictus, se et sua redimet, secundum quod gratiam a judice et juratis inveniat, et ab eo, quem contra justitiam condempnavit. (LVI.)

*Post art. 631.*

**204. De testamentis sententia.** Das ist hie geteilt an einem rechten noch dem, das der Rot Vragner gehes todes starb u. sein hausfraw u. sein kinder untereynander umb das gut krigten: Bescheidet ein man mit vornunft u. mit wiczen sein gut fur erbern leuten, er sey sieh ader gesunt, dasselbe gescheft hat krafft jar u. tag, es sey denne, das er es widerufe. Das wart auch geteilt, do Heinrich der Payer starb gehling u. hett sein gescheft nicht widerruft, das er mit gesundem leib hett getan, do er auff den Gots weg czoch etc. (62.)

**205. De testamentis.** Cives de Czasslavia scripserunt in hunc modum: Ein man lag an seinem totpet u. beschid ein haus czu einem ewigen selgeret u. beual das einem manne, das er sein gewaldig were u. was dovon nucz quem, das er das gebe durch seiner sele willen. Das vorkauft er desselben mannes aydem czwayn umb hundert schok grosser, also, das yeder man alle jar drey schok gr. geb czu selgeret. Di weil si des geldes nicht geben, do fuget es sich, das der man, dem es beuolen war, quam fur uns in das gerichte u. clagt, das der ein eydem geb seines selgeretes nicht u. gab das auff einen geistlichem manne czu einem closter u. sprach „alles, das man schuldig ist u. das noch geuallen sol ewiglich, das gib ich ym auff czu rechten selgeret ewiglich auf das closter, als es mir beuolen ist“. Darnoch clagt der geistlich man umb dasselbe selgeret czu demselben eydem. Der antwort u. sprach: er wer anlauken, er suld alle drey jar drey schok geben czu selgeret, ater er wolde es nicht czu erbe geben u. lies yn ein urteil werden, ab derselbe man das selgeret möcht erben ader ymand geben an der nehesten frunde rat u. willen, wann es yn nicht beuolen wer, das er es ymand suld vorerben.

Daruber wart geteilt: Sintemal und der man, der von dem toten ganczen gewalt hett uber das selgeret, dem geistlichen man u. dem closter von dem einem eidem di drey schok, di er alle jar geben sol . . . so teil wir euch czu einem rechten, das er dem closter diselben drey schok alle jar geben sol als lang, uncz das er ym als vil geldes miteinander vorrichtet, sam ym von den hundert schoken angepuret. (81.)

*Post art. 635.*

206. Item de testamentis. Statuimus etiam, quod nullum testamentum in bonis civium vel civitatis ultra annum duret, sed vendatur et vitricis parochiae et domorum s. Crucis et b. Virginis pecunia, pro qua venditum fuit, praesentetur, qui in usus dictarum domorum, ubi visum fuerit necesse, erogabunt. Si autem aliquis perpetuum habere voluerit testamentum, de bonis dominorum secularium seu religiosorum comparabit. (210.)

*Post art. 658.*

207. De illis qui intestati moriuntur ut hospites. Si autem aliquis alienus homo moritur intestatus et de rebus suis nichil ordinavit, jurati res suas et bona sua sub sigillo civitatis per anni spatium observari facient, et si medio tempore aliquis amicorum vel sociorum suorum cum certis indiciis venerit, bona illius jure civitatis obtinebit. Si autem nullus infra anni spatium venerit et ultra, tunc bona sua in tria dividantur et fiat cum eis, sicut dictum est ante. It. omnis homo hospes et advena cujuscumque generis liberum arbitrium habeat, ubicumque voluerit sepeliri. (I. § 7.)

*Post art. 663.*

208. De consensu uxoris in testamentum viri. Sententiatum est illis de Chotbors, qui sic scripserunt huc: „Praemissa salutatione amicali et sincera. Vestrae discretioni innotescimus, ut intentius et perfectius vestra prudentia nostrum possit capere et intelligere propositum, pro quodam negotio nobis accidente. Quia contigit, quod unus nostrorum concivium existens in articulo mortis, volens disponere domui suae salubriter, vocavit quosdam juratos civitatis ad se, nomine

Mathiam et Michaelem, innotescens eis, si Dominus me per gratiam suam percusserit plaga mortis, distinxit in animo suo distribuendi res suas, tunc uxori commendavit domum suam et filio nepotique agros, et placuit ex utraque parte. Praefata mulier duxit alium maritum et nunc vult se imbrigare de praedictis agris, trahens se super illos homines, qui eam primo marito traderunt, quod ita fuerit praelibatum in prima conditione dotalitii, „quod si vir prius fuisset mortuus, quod praedictae relictae omnia bona cessissent“. Cum hiis verbis procedit mulier. Quapropter obnixius vestram flagitamus prudentiam etc.“ Super quo sententiatum fuit: Quod si praedicti scabini fassi fuerint, quod interfuerint testamento et quod praedicta mulier consensit, debet cessare ab impetitione agri, ex eo, quod consensit testamento viri, sibi nullum jus agro in eodem vendicando. (220.)

209. De testamentis. Noch Cunrad des Schramen tod clagt Heinczman des Schramen stiftsun u. sprach sein fursprech also: „Her richter! Heniczman spricht, das sein vater Ulreich an seinem totpet mit guter vornunft beschid seiner swester, einem meydlein, eynen halben mayerhoff zu Pyestow u. XVII schock g. Prager phenning, also bescheidenlich, das noch desselben meydleins tot dasselbe gut auf seine gewisheit u. auf andern erben suld gevallen u. erben. Des czeucht er sich an erber totpetleut u. lat ym ein recht urteil werden, ab ym des totpetleut gesteen als vil als er ir darff czu seinem rechten, ab ym der Ottel, der des Schramen gut vorantwort, desselben halben hofs und des gutes, wenn das maeydel lang tot ist, nicht sull abtreten u. sullen sich sein unterwinden, ader was ein recht sey?“ — Do wider sprach des Otteleins fursprech: „Her richter! Ottel u. ander freunt, den der Schram hat das gut beschiden, die fragen noch einem rechten furantwort u. pitten, das man yn recht urteil tail: Sintemal und Cunrad der Schram alles sein gut, erb und varendes, ein iar, czwey, vier, sechs, acht, czechen u. dennoch lenger an alle ansprach hat ynne gehabt u. redlich u. recht besessen, sam erbes recht ist u. es vorwacht, vor cirkelt, gen hoff an scheppen stat vortreten hat, mit seinem eyd oft vorlosung hat u. allen recht,



di ein iczlich man von seinem gut leyden sol, geliden hat u. Heinczman u. sein gewistheyt u. ander erben mit ym in der stat gesessen u. gewesen u. geschwigen u. yn umb nichte angesprochen haben, ab si nicht furpas sullen sweygen u. der Ottel darff yn kein antwort geben, ader was ein recht sey?“

Daruber wart geteilt: Sintemal und Cunrad der Schram alles sein erbe u. ander gut an ansprach czu gewer u. czu gewalt mannich iar hat gehabt u. fridleich hatt besessen u. alle stat recht geliden hat dovon u. getan u. Heniczman u. sein gewistereit in der stat gewesen u. gesessen sein u. geschwigen haben u. noch pey Cunrad leben, di weil er gesund ist gewesen, noch di weil er sieh ist gelegen, noch an seinem totpett, noch gelautmert noch gekundet umb keinerlay sach haben umb erb u. umb gelt mit einer clag geteydingt haben u. das gelt, das varende habe ist, nicht von dem erbe befunden haben: so teylt man euch czu einem rechten, das der Ottel u. di andern, von der wegen er teydingt, kegen Heniczman clag kein antwurt durffen geben derf, sunder si sein ledig von ym. (82.)

**210.** De testamento medietatis cujusdam domi. Judicissa de Prato in extremis suis obligavit mediam domum apud portam Bohemicalem, quam Elblinus frater ejus inhabitavit, Fridlino Koler coram scabino, qui foliis civium fecit imponi. Post mortem dictae mulieris Elblinus frater ejus volens dictam domum mediam cum juramento tanquam suum pignus obtinere et Fridel testimonium foliorum producens . . . Super quo sent. est: Ex quo Elblinus nullum de juratis nec authenticum quam se solum habet et quum dictum pignus pelli non possit nec portari, Fridlinus melius pignus cum testimonio foliorum obtinebit quam Elblinus. (174.)

**211.** De intestatis. Si maritus intestatus decesserit, uxorem relinquens et (ea) heredibus carens etiam intestata moriatur, bona talia potius ad matrem vel patrem relictæ quam ad fratrem mariti justicialiter devolvantur. Si autem is, qui moritur, nullum habeat et sine testamento et ordinatione rerum suarum decessit, bona, quæ reliquit, proximo heredi suo cedant, ergo per contrarium, si uxorem habuerit vel liberos,

illis tamquam heredi primo bona cedent. Notandum: Sicut maritus res legare potest, cum vivit, sic et uxor; dominium rerum ad eam transit, res disponere potest sicut placet.

**212. De intestatis.** Vir intestatus moriens et pueros ex pluribus uxoribus relinquens per ipsum gnatos, si ultima uxor supervivens cum pueris suis a bonis sequestrata fuerit, quamdiu in sede viduitatis sedens, propriis cum eorum bonis pueros reget. Qui si annos discretionis nondum habitis, Domino vocante, ab hac luce transierint, bona ipsorum ad matrem spectabunt, sicut e converso matre eorum vidua mortua ejus bona ad ipsos devolventur. Transactis autem annis discretionis pueri cum bonis eorum disponendi liberam habent voluntatem. It. si mulier maritum duxerit, bona puerorum quocumque tempore decesserint, non ad ipsam, sed ad pueros, quos pater de prioribus uxoribus generavit, hereditarie pertinebunt. Omnes enim hujusmodi pueri unum habuerunt patrem, a quo dicta bona justicialiter processerunt.

**213. De legatione in extremis.** De gloriosorum principum gratia et benivolentia, dominorum nostrorum, vid. regis Bohemiae et marchionis Moraviae, nos jurati Iglavienses statuimus, ut quicumque nostrorum moriretur et uxorem reliquerit et heredes, iudex sive advocatus nec aliquis alius se de bonis suis aliquatenus intromittat, sed sint in potestate uxoris et heredum. Si autem uxor statum ejus mutare voluerit, de consilio faciat amicorum; quod si non fecerit, de bonis tantum quartam partem obtinebit, cum de jure tertiam deberet obtinere. Et in arbitrio sit uniuscuique mulieris vel virginis nubere vel continere, quia coacta conjugia raro placent. Si autem aliquis moritur sine uxore et liberis et testamentum non fecerit, omnia bona sua proximo cedent heredi. Et si heredem non habuerit, fiat de rebus et bonis suis in hunc modum: Dividantur in tres partes, quarum prima cedet pro anima sua, alia vero ad vias et pontes instaurandos, tertia ad negotia civitatis; et hoc fiat aliquibus mediantibus juratis. Item, ubicumque locorum aliquis moritur compos rationis, quidquid de rebus suis ordinaverit coram viris idoneis et fidedignis, vel juratis, vel suo plebano, ratum erit. (I.)

**214.** De legatione mulieris. Quaevis mulier suam ferialem vestem et nihil aliud, cuicumque voluerit vel ad quem gratiam habebit, legare potest, contradictione mariti non obstante. Et illud sententiatum est Schonfeldero, nisi propria habuerit bona marito non data. (123.)

**215.** Ad idem. Mulier virum habens proscriptum bona sua repetere potest, proscriptione non obstante. (Hoc enim sent. est in Iglavia Schrimphissae, cujus maritus fuit proscriptus.) (124.)

**216.** Quod quilibet homo bona sua ad libitum suum legare potest. Quilibet homo rationis capax cum bonis suis juxta libitum facere poterit, et licet uxor reclamet et pueri contradicant, tamen dominium in suo stabit arbitrio. (IV. § 1.)

*Post art. 678.*

**217.** Ubi testimonium juratorum ad alia loca valet. Testimonium juratorum extra terminos loci iudicii illius, ubi sunt jurati, minime se extendit; attamen jurati unius civitatis ad civitatem aliam de proscriptionibus, furtis, rapinis, dissensionibus, diffinitionibus causarum coram eorum iudicio expeditarum, et consimilibus causis literis suis testimonium ferre possunt. (20.)

**218.** De numero juratorum in testamento faciendo. Sententiatum est ibidem (in Iglavia): Si homo aliquam causam obligat se probaturum testimonio juratorum, nullum numerum exprimens determinatum, ex quo in causa quantumcumque magna testimonium unius jurati, cum per alios juratos non repellitur, est efficax et vigorosum: homo talis causam eandem per unum juratum sufficienter probare potest. Si vero in probatione sua certum ponit numerum, sc. si dicit, quia per tres, sex vel octo juratos causam suam probare velit, per tot, et non per pauciores, cum voluntarie ad hoc se obligaverit, causam eandem probare tenetur. (21.)

**219.** Homo potest se melius defendere testimonio jurati, quam ab alio vinci possit. It. sententiatum est hic in Iglavia: Quod homo quantum ad personam

et res suas melius potest se defendere testimonio juratorum, quam ab aliquo possit vinci testimonio eorundem. (19.)

**220.** De testimonio juratorum villarum. Jurati villarum spectantium ad iudicium civitatis, de omnibus causis, quae in limitibus eorundem contigerint villarum, coram iudicio testari possunt sicut principales jurati civitatis. (24.)

**221.** De nominatione testium. Den von Reychenstein is das geteilt: Czewht sich ein man fur einem gehegten gericht an scheppen, er darff ir keinen nennen; czewht er sich aber an ander czeugen, er sol ir namen nennuen. (25.)

**222.** De prolocutione et testimonio jurati. Juratus loquens verbum alicujus coram iudicio, pro illo pro quo loquitur, testimonium ferre in causa hujusmodi non potest. (26.)

*Post art. 708.*

**223.** De testimonio arbitrorum mercipotalium. Das ist auch kegen Czasslabs geteilt: Spricht ein man den andern an u. czeucht sich nur an sein leytkaufflewt, ader an sein ratleut, u. der ander antwort u. czeucht sich an ir peyder, leytkauffleut ader ratleut: das hat pesser krafft, denn das erst. Und also auch herwider: Ein man überwundet pas den andern mit ir payder leytkauffleuten ader ratleuten, denen sich jener mug geweren mit seinen leytkauffleuten ader mit seinen ratleuten allein. (33.)

**224.** De testamento et juramento nuptialium. Kege den Chutten u. kegen dem Trysch u. auch hy zu der Iгла: Do Peter der Pawr Mertein Ferheym, seinen sweher, umb morgengab ansprach, ist geteilt: Czug sich ein man an heyratlewt, diselben heyratlewt, welch si sein jener, dem si czu schaden sulden gesteen u. er si des nicht uberheben wolde, si musten das begreifen mit irem eyd auf dem krewz, das si der sach, darumb si wolden gesteen, heyratleut weren gewesen. Und darnoch und si das begreifen, so sulden si pey iren trewen u. pey irer sel sagen, was yn umb diselbe sach kund u. gewissen wer. Also müssen auch behalden leytkaufflewt, totpetleut u. anderley geczeugen, di den gleich sein, sam

ratleut u. schidleut, das si solch geczewgen sein gewesen, ab si des jener, den di sach antrift, nicht wil uberheben. (34.)

*Post art. 716.*

225. Quod quis impetitur, sic debet se defendere. Czaslavienses scripserunt sic: „Es fuget sich, das ein jungeling quam fur uns u. clagt czu einer frawn, einer witben, das ir elicher man hett seiner swester, czu seinem sun XXVI schok gr. pfenninge gelobt czu rechter morgengab. Da starb derselbe sein swager u. darnoch sein swester an erben. Wöld man ym das gelauben, das seiner swester das vorenant gelt gelobt wer, er pittet gerichtes; wil man nicht, er czewht sich des czu heyratleuten als vil als er czu seinem rechten darff, u. let ym ein recht urteil werden. Do antwort di fraw wider u. sprach: Do sich das fuget, das ir sun am totpett lag, da pat er noch scheppen czu senden, wenn er wold sein sach vorrichten. Do quamen czu vir; fur den bekant er, das di morgengab, di ym sein vater u. seinem weib gelobt hett, di hab ich vortan mit sampt meinem weib u. darczu czwir ader drey stund als vil meynes vaters u. meiner mutter gut. Wold man ir des gelauben, es war ir lip; wold man des nicht, si czüge sich der rede an totpetleute, di scheppen waren u. noch sein, u. lies ir ein urteil werden. Gestunden ir des di totpetleut, di scheppen sein, ab si ir leib u. ir gut icht pas geweren mocht mit totpetleuten, denn ir es ymand mit heyratleuten mocht abgeczewgen. Daruber uberhort wir di geczewgen peyderseit; do gestunden iczlichem sein geczewgen, als si sich vormessen hetten. Nu sey wir so weys nicht etc.“ Daruber wart geteilt: Als wir clag u. antwort vornommen haben, so hat di fraw nicht also geantwort, das si sein genissen mug, sunder si ist geuallen mit der sach, wenne wy man einen man anspricht, also sol er antworten. (234.)

226. De protestatione testimonii. Volumus etiam, ne aliquis homo extraneus contra aliquem civem vel civis contra ipsum cum trucellariis vel truffatoribus testimonium producat, sed cum viris idoneis et fidedignis, duobus vel tribus. It. nullus cum viro extraneo super aliquem civem pro

debitis inducat testimonium, nisi adminus unum probum virum hujus civitatis secum habeat pro suo testamento confirmando. (II.)

227. De testimonio notarii civitatis. Quilibet juratus notarius civitatis, quicquid in tabulis suis collegerit, sive sit juramentum vel proscriptio alicujus, vel aliquos incusatos pro vulneribus vel aliis causis; interrogatus de hiis testimonium perhibere poterit sicut alter juratus, nisi tunc ab aliquo juratorum suum testimonium cassum et vanum comprobetur. (XXV.)

*Post art. 726.*

228. De volleist interfecti. Si quis pro volleist alicujus interfecti incusatus fuerit: solus in cruce se poterit excusare; et si ceciderit, conquerenti marcam dabit, judici et juratis mediam marcam. Si quis vulneratus vel alio modo laesus fuerit et infra triduum neminem nec pro vulnere nec pro volleist accusaverit: postmodum pro tali facto neminem poterit incusare. (XLIX.)

229. De jure membrorum principalium. Quicumque alteri aliquid membrum nobile deciderit vel amputaverit vel ejecerit, vid. oculum, nasum, linguam, manum, pedem vel aliquid membrum occultum: si incusatus fuerit, met-quartus cum viris idoneis se in cruce expurgabit. Si autem jurando defecerit, poenae XIV marc. subjacebit, quarum X cedent laeso, judici tres et juratis una marca. Et si quis alteri membrum aliquod nobile laederit, quod le em dicitur, gladio vel cultello vel fuste vel lapide vel aliquo alio instrumento et si se expurgare voluerit, met tertius jurabit. Et si pro volleist accusatus fuerit, in cruce se solus expurgabit. Si quis super alium vulnus, quod dicitur plutrunst, in judicio obtinnerit: laeso in media marca respondebit, judici et juratis in media marca. (XLVII et XLVIII)

230. Si pauper divitem vulneraverit. Si aliquis pauper aliquem violaverit, aut laeserit, cui satisfacere non poterit, septem septimanis in trunco punietur.

231. Qui vagabundus in nocte invenitur. Si quis tempore nocturno in civitate vel extra vagabundus inventus

fuerit: iudici praesentetur et si justam causam non habuerit, consilio juratorum puniatur.

**232.** De perspectione vulnerum. Sententiatum est Smydlyno pistori filio Goblini, quod scabini sine jussu iudicis ac missione vulnera pervidere non debent. (125.)

*Post art. 731.*

**233.** Von wunden under den augen. Das ist geteilt gegen Czasslabs: Umb ein plutrunst ader einen plabslag under den augen, do ein schrame ader ein mayl noch pleibet, des man sich schamen mus: do sol ein man sich umb enprechen sam umb ein kampwunden, ader umb ein kracz, ader umb einen riss, ader umb einen plabslag, der do vorget und do nicht mayl noch pleibet: do enpricht ein man slechtlich mit seines selbs hant. (147.)

**234.** Wer sweren sol umb wunden. Wenn ein man sol sweren umb wunden ader umb ander sach, do er czu nochuolger bedarff, so sol sein fursprech ym und seinen nochuolgern dy ayd noch einander rayten u. sol si denn mit-eynander ausfuren u. so sol denn der waltsach czu dem ersten volvarn u. di nochvolger darnoch, u. sullen der waltsach u. nochuolger als lang in den vir penken steen u. di sheppen geteylen, ab si sem voluarn (oder nicht). (148.)

**235.** Wy man geczewgen umb wunden nennen sol. Wen ein man umb wunden ader umb einen toten sein geczewgen nennet, so sol er alweg eynen gesessen nennen; ader nennet er einen ungesessen, er vorlewst. (149.)

**236.** De eodem. Ein man, der erb u. eygen hat, welcherley das sey, es sey frey ader er hab purkrecht, ader ein man, der czin-gelt hat auf erb u. auf aygen, er sey in der stat gesessen ader ausserhalb der stat, doch in der stat gericht: der mag wol gesten an wunden ader an eynem toten, sam ein gesessener man. (150.)

**237.** Von sweren der kampwunden. Ein man suld fur gericht sweren umb ein kampwunden u. sprach czu

drein maln noch einander: „Der kammwunden, der mir Cunrad schult gibt“, daruber wart geteilt: er wer mit den wunden bestanden. (151.)

238. Wy einer uoruallen ist. Kegen dem Trisch wart geteilt: Ein man sprach den andern an umb ein kammwunden; do antwort diser u. sprach: „ya czeih mich sein“; do kegen iagt jener u. sprach herwider: „Ab er ym nicht mit den wunden bestanden wer?“ Daruber wart geteilt: Wenn er ya hett gesprochen, er wer mit den wunden bestanden. (152.)

*In fine codicis:*

239. De devolutione bonorum. Ulricus, Johannes et Friczko de Mezericz citantes simul ad iudicium dominam Dymudem, relictam Martini de Polna et duos filios ejus, Nicolaum et Petrum, pro partibus hereditariis, quas ad uxores eorum, filias dicti Martini, ex obitu ipsius devolutas esse dicebant . . .

Diffinitive pro domina sententiatum fuit: Quamvis Ulricus et Friczko super partes suas hereditarias plenarie et totaliter pecuniam, ad quam ipsas partes taxabant, absolute et sine omni contradictione, voluntarie et animo deliberato obtinuissent et in actis scribi fecissent, tamen domina ipsa et tertia pars bonorum ad eam spectans sicut ad viduam, ab ipsis et eorum querimoniis esset omnimode absoluta. Qui enim egit, amplius in eadem causa agere non potest et per contrarium factum renuntiat quis juri suo. (80.)

240. Summa de eodem. Sententiatum est hic in Iglavia inter relictam Seydlini Hertwici et filiam ejus parte ex una et Nicolaum, filium dictae dominae, parte ex altera . . . Quod dicti arbitri testamentatores non ita fassionem produxissent, de qua dictae dominae frui possent pro suae causae obtentione. (84.)

241. Creditor est primus heres. Heredes et creditores contendebant pro hereditate Ulmanni Eylawer cum litteris et testibus, quaelibet pars volens suum testimonium confirmare. Super quo taliter est sententiatum: Noch aller der rede vorgeschriben tailen wir euch czu einem rechten,



welch man beweisen mag unter des Perges hantuesten ader mit des Perges puch, das er der erste sey, er sey erbe ader schuldiger, den sol man czum ersten weren und also einen noch dem andern noch hantuesten und noch des Pergs puch lawt, als verr als das gut gereychen mag. Darnoch pleibt icht gutes uber, welch schuldiger denn icht mit des Ulmans hantuesten beweysen mag, der geet auch fur di erben und fur das selgeraet. (253.)

242. Wy ein man sein weib und sein gewalt vortreten sol. Ain iczlich man vortritt wol sein eliche hausfraw und sein kind, und sein protessen, ab er wil, mit clag und mit antwort. Also vortritt er auch wol seinen gewalt. das ist seinen hunt, sein ross, ader ander sein vich, das er czu gewalt hat und des er herr ist. (111.)

243. Notabile subtile. Cives Colonienses scripserunt sic: „Ad trinas quaestiones pro debitis coram nobis alteri submotas . . . (122.)

244. Wy tewer ein swert czu gelden sey. Das ist auch von alder gemacht: Spricht ein man den andern an umb eyn swert, und jener antwort und spricht, er hab es vorlorn: er dorff es nicht tewer gelden den fur eynen halben vierdung (das sein sechs gros ader LXXII haller). Wil sein aber jener enperen, des das swert ist gewesen, er mus es behaben auf dem kreuz, das es er vorlorn hab. (196.)

245. Von den lerknechten. Das ist hie getailt: Eynen lerknecht, den ein man ein hantwerk lert, den mag er wol mit einem pesem und mit einem andern, das einem pesem gleich ist, slahen und czuchtigen messlich. Aber einen gedingten knecht, den sol man nicht slahen; wann vorwarlost derselbe knecht seinem heren icht, das sol er im gelden. (157.)

246. Teyding von einer mul. Die fraw von der Leyppen, witteb, entpot her also: Ir richter von Winaw wer czu ir komen und hett ir gesagt, das der richter czu den Stocken hett ein mul manich iar ynne gehabt wider ein recht, und diselbe mul geken Schrittis auf das haws. Do sprach die

frau czu ym: „Richter, weistu das fur warheit nicht, so gesweyg der red.“ Do antwort er und sprach: „Fraw, ich weis is fur war wol und manchen man ist es wissentlich.“ Darnoch beschid di fraw dem richter von Stocken einen tag, das er beweist, mit welchem rechten er di mul ynne hett. Czu dem selben tag beweist der richter mit seiner hantuest, das er recht czu derselben mul hett. Darnoch fragt di fraw an einen rechten urteil, waran der richter von Wunaw bestanden wer darumb, das er den richter von Stocken kegen ir vorraten hett. Do wart geteilt: Man sulde dem richter von Wunaw di czungen an eynem eyseren haken bahen, der hoch im ein sewl wer geslagen, und suld yn do so lang lassen hangen, uncz er dy czungen selber aus dem halz riss; ym wolde denne fraw genad doran tun. (158.)

247. Wer dem andern drewt czu slahen und wirt des uberwunden, der ist dem richter bestanden mit LXXII hall.; aber umb drew von prandes wegen ist ein recht als in der handuesten stet geschriben. (159.)

248. Quomodo unus probare debet suam probitate m. Fynko cultellator post responsionem omnium causarum sibi impositarum per Fridlinum cultellificem et fratrem suum, qui loquebatur, quod nunquam aliquem, verbo nec facto, omnibus meis scientibus vicinis, perturbavi et Deo teste; quod audiens causidicus, dictus Fridel Trutter, nomine ipsius sententiari petivit, qualiter dictum sermonem scabinis audientibus prolatum, verum esse, probare deberet. Super quo sententiatum fuit dicto Hynkoni: Cum duobus ex utraque parte vicinis residentibus et uno ex opposito. (165.)

249. Umb notwer des leibes, vim vi repellendo. Cives Czasslavienses scripserunt in hunc modum: Quidam accusavit unum pro homicidio fratris sui... Super quo sententiatum fuit: Cum antedicta causa coram iudice et juratis ad placita pervenisset civitatis, camerarius nichil agere nec disponere habet cum eadem, sed pertinet cum emendis ad iudicem et juratos civitatis. (167.)

250. De testimonio jurati et iudicio peremptorio. Hasso movit querimoniam, qualiter Nicolaus sibi in tribus lotis auri teneatur, proferens suam justitiam per scabinum velle confirmare. Ad hoc Nicolaus respondit debita negando, sed testimonium scabini pati oportet. Peremptorio iudicio veniente Hasso non statuit scabinum, sed suum exitum iudici et juratis in tribunali sedentibus per dictos scabinos alium scabinum indicens se in arduis negotiis equitantem. Et cum homo suum testem non pro se cogere, sed iudicium perhibere testimonium veritati, dictus Hasso petivit sibi sententiari, utrum aliquod nocumentum sibi posset inducere an non vel quicquid juris esset? — Super quo sententiatum fuit: Ex quo Hasso de vespere seu alio die scabinum citare seu vocare ad iudicium non procuravit, ideo dictus Nicolaus esset ab eo absolutus, quia peremptorium iudicium nullam habet propagationem.

251. Haec sunt iura staterae plumbi etc. Haec sunt iura staterae plumbi conscripta, prout ea jurati viderunt iustitiae magis competere, pensatis diversis modis circa ipsam stateram habitis et usitatis, testimonio seniorum: Alienigena dare debet de pondere centenario plumbi vel alterius rei sex grossos, civis vero quatuor gr. tantum. It. quilibet civis potest vendere plumbum suum per octavam vel sedet cimam partem, sicut ponderatur. It. de sectione plumbi, quod dicitur schroten, de centenario debent dari duo parvi hallenses, de medio centenario unus parvus et non infra, computando unum ad aliud. It. civis de lagena olei dabit duas parvos et non infra, et hospes quatuor. It. Civis de centenario sepi dabit unum parvum et hospes duos parvos. It. de secundaria pondératione centenarius quivis solvat quatuor grossos et insuper de vectione centenarii supra currum quatuor gr., quos etiam solvet quilibet de ipsa vectione supra currum. (179.)

252. Kein man mag purgenrecht haben umb gelt. Das ist auch gemacht, das umb gelt kein man purgen recht mag fursetzen, sunder er sol czuhant antworten als jener tet, fur den er ist purg worden, und sol auch in

XIV tagen vorrichten, was man auf yn erstët. Aber umb wunden und umb unczucht hat ein man wol purgen recht drey XIV tag. (184.)

253. *Inhibitum est, ne aliquis in villis, ubi sunt allodia civium vel extra muros civitatis, potum aliquem propinet; alioquin vas cum potu perdet et judici pro emenda solvet fertonem.* (182.)

254. *Item ordinatum est, quod preco cuilibet homini pro XVIII hall. justitiam potest facere et de pignore providere; pro quo sibi a reo tamen duo parvi denarii solvi debent.* (183.)

255. Das ist auch geteilt: Wo richter und scheppen durch frides willen czu einem geuecht komen, tages ader des nachtes, u. durch frides willen auf der stras gën und an demselben geen czu einem geuecht komen: wer sich an demselben geuecht wider si setzset und ir nicht schonet und ir eynen wundet, ab si dann ir aynen ader mer an derselben stat richter und scheppen czu tod slahen, dennoch sol der richter mitsampt den scheppen so czuhant, es sey pey tag ader bey nacht, ein gericht hegen u. sol auf denselben clagen als auf einen rechten fridprecher; u. überwindet er yn mit einem scheppen ader mit czwain erbarn mannen, er sol czuhant czu seinem hals richten und sol ym halt also toten dennoch sein hewpt heissen abslahen. (185.)

256. *De annuali foro et ejus libertatibus.* An des heyligen krewczes abent, der in dem herbst etc. (Tomaschek 186.)

257. Von purgerrecht zu gewinnen. Welch man sich in di stat czewht und sich nicht czuhant beerbet in der stat und wil wein schenken: der sol ein halbes schok czu der stat geben. Und es sey fraw ader man, die ungesessen sein, und wollen pir schenken, di sullen czu aller ersten einen halben fierdung geben, das sein sechs groschen. (202.)

258. *Ad idem.* Wer purgerrecht wil gewynnen, der sol dem richter einen gr. geben czu urkund und sol purgen setzzen, das er iar und tag ubel und gut mit der gemein leyde. (195.)

**259.** De licentia subditi. Und welchem manne man czu dem hern urlauben sol, der sol von aller erst einen vierdung geben; und vert er wider aus der stat in iares frist, so sol er aber einen vierdung auf die stat geben

**260.** De proficiscentibus ad limina sanctorum. Si quis hominum voluerit proficisci ad limina sanctorum, vid. sti Petri et Pauli, Jacobi, vel alias: uxor sua, si voluerit, iter suum impedire poterit, voto Iherosolimitano excepto. (IV. § 4.)

**261.** De falsis denariis. Decrevimus etiam, ne aliquis magistrorum monetae vel aliquis hominum in domo alicujus civis aliquid quaerat vel quaeri faciat nec etiam falsarios vel falsos denarios, nec etiam pro hujusmodi causis domum alicujus intret, nisi mediante iudice et aliquo juratorum; potest tamen, si aliquid talium fuerit, adhibere custodiam, donec iudex veniat et jurati. (VI. § 1, 2.)

**262.** Item de eodem. Si autem magister monetae vel aliquis suorum contra formam praescriptam aliquid in domo alicujus invenerit talium vel servi sui, nec filius nec hospes suus in aliquo respondebit. Si autem in foro quemquam deprehenderit et juratos habere non poterit, unum probum hominem assumat vel duos, per eos custodiam adhibendo, ne quid de se projiciat suspectus vel aliquid sibi adjiciatur per alios, donec iudex et jurati advocentur. Si autem in campis vel in silvis magister monetae quemquam deprehenderit, de quo habuerit mali suspicionem, et juratos habere non poterit, sed aliquem alium probum virum, unum vel duos, cum hiis sibi custodiam adhibeat, sicut dictum est ante. Si vero tantum familiam suam circa se habuerit, illum quem impetere nititur, ad civitatem duci faciat et a iudice sibi postulet duos concedi juratos, qui verba illius argute examinent et quidquid coram illis juratis idem deprehensus professus fuerit, in irritum non poterit revocari. Et sic fiat de qualibet causa, cum jurati per preces alicujus inducuntur vel a iudice mittuntur ad audiendum aliqua promissa vel verba alicujus; quidquid se audivisse protestantur, revocari non poterit. Si vero non vocati nec postulati in foro seu

taberna quidquam audierint, accusatus ab eis dicta sua coram iudicio poterit revocare. (VI § 3—6.)

263. Item de falsis denariis Si falsi denarii apud aliquem honestum virum inventi fuerint et si idem dixerit sibi tales denarios esse datos ab alio viro illaesae famae, respondens metseptimus se melius expurgare poterit quam actor eum possit vincere metseptimus. Si autem confessus fuerit se a monetario tales recepisse denarios, extunc metseptimus monetarium convincere melius poterit quam monetarius se possit metseptimus expurgare. (VII.)

264. Von der holung. In omnibus causis, quae coram iudiciis tractantur a festo Nativitatis Domini usque post octavas Pascae, proxima feria sexta, qua die iudicio peremptorio praesidendum est, quisque homo iterationem suae causae, quod vulgo erholung dicitur, habere poterit, quam in die iudicii peremptorii nullus habere poterit. Quatuor autem causas excipimus ad hoc rigore juris, vid. homicidium, stuprum sive violationem virginum, vitium falsitatis denariorum vel argenti, invasionem domus. quod vulgariter heymsuch dicitur. Pro quarum qualibet causas si homo convictus fuerit, in vita dampnatur. Si aliquarum harum causarum in diem iudicii peremptorii iudicanda ceciderit, reus causam suam induciare poterit usque in diem proximam sequentem; iterum ab illo die in diem tertiam, in qua nullo ulteriori termino obtento oportet vel gratia compositionis vel juris vigore eam terminari. Omnes causas hiis similes eodem jure volumus terminari. (XV.)

265.a) De appellationibus. Cuicumque coram iudicio et juratis habundans justitia facta fuerit et illam contempnens appellat indebite ad dominum regem: stabit in poena X talentorum. Si autem iudex et jurati sibi non satisfecerint, extunc libere ad aliud iudicium appellabit, postquam fuerit justitia denegata. De praedicta autem pecunia duae partes cedent iudici, tertia juratis. (XX)

265.b) Volumus etiam, quod nullus coram aliquo iudicio de pluribus causis incusari possit quam de tribus. (XIX)

266.a) Quo captivus pro debitis debeat teneri. Si quis alium pro debitis suis in iudicio detinuerit, non

habentem unde solvat, si creditor carere noluerit: iudex debitorem manu propria creditori tradat, quem nec in frigore nec in calore distemperato tenebit, sed ferro manuali, et pascet eum quarta parte panis empti pro uno denario et cippo aquae. Si vero furtim effugerit, extunc creditor ubicumque ipsum rapuerit, cum scitu iudicis captivum detinebit. (XXI.)

266.b) Si aliquis conquestus fuerit coram iudicio non sub recto nomine respondentis, respondens propterea liberari non poterit, sed prolocutor poenae minori subiacebit, vid. XII denariorum. (XXIII.)

267. Si debitor captus pro debitis ex captivitate evaserit. Si quis pro aliqua causa preconii praesentatus fuerit vel suo debitori, nemini medio tempore pro aliqua causa respondebit; et si illos effugerit, quicumque actorum ipsum primus deprehenderit, illi utique respondebit. Item quilibet precò testimonium perhibere poterit, si aliquem pro debitis vel res alicujus in domo alterius interdixerit; item si aliquem citaverit, interrogatus a iudice de hoc testimonium perhibebit. (XXIV.)

268. De falsis clavibus etc. Expedit etiam, ut quicumque fabrorum alicui viro vel mulieri falsas claves vel uncos fecerit, si cum tribus testibus victus fuerit, manu privetur; sed si se expurgare voluerit, tertius in cruce probabit iuramentum. De ista poena cedet tertia pars iudici, tertia actori et tertia juratis. (XXVI.)

269. De illis qui Deum et beatam Virginem maledicunt. Omnes decrevimus unanimiter et devote, ut quicumque Deum vel beatam Mariam vel Sanctos Dei vel sacramenta ecclesiae blasphemaverit, statuto papali septem diebus dominicis cum corrigia circa collum, nudus trahatur durante processione circa ecclesiam parochialem, et hiis septem diebus jejuset in pane et aqua, nullam ecclesiam medio tempore ingressurus. Si ante hanc poenam contempnens moriatur, sepultura carebit. Si vero pecunia satisfacere voluerit, det ad opus ecclesiae XL solidos vel XXX vel secundum posse suum. (XXVIII.)

**270.** De illis qui nocivos tenent homines. Si quis infamatus fuerit, quod nocivos teneat homines, fures, latrones et alios quoscumque, prima vice ammonitus solus expurgabitur, secunda mettertius, tertia metquartus; quarta si inventus fuerit, consimili poena puniatur. (XXXVII.)

